UVA. BHSC. IyR_025

.337
2369
3-8-2
25
UVA. BHSC. IyR_025

86

25

UVA. BHSC. IyR_025

UVA. BHSC. IyR_025

Incipit lectura ſolēnis ⁊ elaborata ſcđ̄m ꝑclas
nouas cū multis additionib⁹ ab ipſo auctore. factis ſu
per titulo de Appellationib⁹. edita per Reuerēduȝ ⁊
excellētiſſimū iuris vtriuſq̄ꝫ doctorē. D. Johānez An
toniū de ſancto georgio dictū de Placētia patriciuȝ me
diolanēſeȝ. ac diui Ambroſij Mediolani ꝑpoſitū i flo
rentiſſimo Ticinēſi gymnaſio. ordinarie iura Canoni
ca legentē. qui poſtmodū ſua erigēte virtutis excelen
tia ſacri palatij Apoſtolici Auditor. necnō epiſcopus
Alexandrinus ⁊ Referēdarius Apl'icus creatus eſt.

Sta
Rica cōti
nuari pōt
ſecundum
Hoſ. ad p̄
cedētes h̄
ordie. Ui
dim⁹. ſ̄. te
lā iudicio
rum et ſin
gula queq̄
vſq̄ꝫ ad ſē
tētiā. Uex
qꝛ grauati
ꝑ ſñiaȝ releuāri q̄rūt. ⁊ ipſa appellatio non aliud eſt q̄
releuatio alias leuamen a grauamine. c. ſuggeſtum. c.
cuȝ ſpeciali. §. porro. j̄. eo. Ideo ꝯgruenti ordine ſubie
cta eſt hec Rica de appel. Uel aliter ſecundum Jo.
an. hic ⁊ ē ꝯtinuatio magis ad ꝓxia iuxta ea q̄ habēt
i. l. ij. de. ff. ſta. ho. Uiſū ē ſup̄ de ſñia ⁊ re iudicata vex
qꝛ tūc demū ſñia trāſit i rē iudicatā qñ nō ē appellatū ⁊
ſi ē appellatū nō trāſit. c. quo ad ꝯſultatiōeȝ, ⁊ ꝑ totū ſ̄
ti. j. l. ab eo. C. quō ⁊ qñ iudex. Jō p⁹ tractatū de ſñia
et re iudicata ꝯgruēti ordie ānectit illa Rica. ď appel.
Uex qꝛ appel. ſuſpēdit iuriſdic. iudicis a quo. c. nō ſolū
⁊. c. ſi a iudice cū ſilibus. c. ti. li. vj. Et ſic appelatio ſuſ
pēdit iuriſdic. iud. ita ēt recuſatio ⁊ relatio eiuſdē iuriſ
di. ſuſpēdit. Jō papa ne neceſſe hēret tres tractat⁹ face
re. ſꝫ vnū ꝑ ſingula queq̄ iſta cā cōmodioris breuitatis
illa tria ꝯiūgit i eadē Rica. Ita hic Jo. an. Et ex illa
ꝯtinuatiōe Jo. an. colligit Bal. i. l. fi. C. de relati. colli
git ēt La. ſua alega. j. i pria colūna q̄ hēm⁹ notaꝛ q̄ ſic
attētata p⁹ appel. veniūt reuocāda. ita attētata p⁹ rela
tionē vl' ēt p⁹ recuſa. vēiūt retractāda. ⁊ ita ēt colligit hic
panor. ⁊ hāc opi. tenuit ēr Jo. an. i. c. legia eo. ti. li. vj.
⁊ ēt ibi Hemi. Et prio īcipiēdo a prio a relatiōe. Et
q̄ relatio ſuſpēdat hēris tex. i. c. lꝫ ſup̄ de offi. leg. Et
etiā bonū tex. in. c. ex īſinuatiōe i rōne ſui. j̄. eo. Et
hñt legiſte tex. i. l. ex illo. C. eo. ti. Bar. tñ i. l. j. C. de
rela. ꝑ illuȝ tex. dixit q̄ lꝫ relatio ſuſpēdat iuriſdictiōeȝ
iudicis referētis q̄ tñ geſta ꝑ eū ñ veniūt retractāda ꝑ
viā attētati ſꝫ neceſſe ſit appellaꝛ. Et ſi ꝑs ñ appelletq̄
valeāt ⁊ pōderat illū tex. ibi ⁊ videt hāc opi. ſeq̄ in. l. ex
illo. C. eo. Sꝫ i veritate cōis opi. oīuȝ ſcribētiū ē ꝯtra eū
i locis. ſ̄. allegat ⁊ cōtra Bar. ⁊ ita Jo. ď anania i. l. ad
pricipē. ff. e. adducēs ſex rōnes cōtra Bar. quib⁹ tñ re
ſpōdet ibi Ang. de arecio. Nā nō dicit inouare iudex q̄
relatiōe pēdēte ꝓcedit. ſꝫ videt tacite remiſſionē quā fe
cit reuocare. iō relationē nolle expectare. iuxta nō. i. l.
qḋ iuſſit. ff. ď re mili. et que dicā i. c. cū ceſſante. j̄. e. Et
iter cetera ꝯtra Bar. inducūt tex. i. d. l. ex illo h̄ modo
īducēdo. Nā ibi iꝑator cōparat quo ad ſuſpēdēn. iuriſ
dictionē iud. appel. ⁊ rela. Et ita ibi ſūmat ēt. Bar. ſi
ergo cōparata ſunt certe parificatorꝫ dꝫ eadē cē cēſura
c. trāſlato ſup̄ ď ꝯſti. l. fi. C. ad. l. falc. fac̄ glo. i. c. ꝯſtitu
tioñ. ⁊ i. c. ñ ſolū ď regu. li. vj. Si ergo cōparāt appel.
ita ſuſpēdit iuriſdic. iudi. q̄ geſta ꝑ eū reuocāt i viā attē
tati. c. ñ ſolū eo. ti. li. vj. c. ex ꝑte ſ̄ ď reſcrip. l. chirogra
ph⁹. §. j. vbi bon⁹ tex. ff. de admi. tu. l. vnica. ff. nil no.
appel. pē. ergo ⁊ relatio cū ſuſpēdat ita ſic appellatio
oꝑabit effectū vt attēta ꝑ iudicē debeāt retractari i viā
attētati ēt ſi ñ ſit appellatū. ⁊ ita Ang. de arecio i Rica
ff. e. i. ij. col. Nō obſtat mō. l. j. C. de rela. qꝛ ille tex. lo
q̄tur añ factā relatio. lꝫ poſtq̄ dixerat de ea faciēda nō
dum tñ eā fecerat: Nā illo caſu qñ iudex dicit fiēdā rela
tiōeȝ ⁊ litē eē dubiā ñ ē i totū abdicata iuriſdictio ab eo
⁊ ꝑꝑea geſta ꝑ eū valēt. Sꝫ qꝛ q̄ dixiſſet relationē fiē
dā ñ hita declaratiōe de dubio nō debuiſſet ad vlterio
ra ꝓcedere. d. l. j. ⁊ in hoc grauauit ꝑtē. Ideo ꝑs pōt
appellare. Et ita ſēſit Bal. in. d. l. fi. C. de rela. ⁊ ꝓ hac
ſo. facit de brocha. qḋ voluit Bal. i ſimili i. l. j. Si qua
cun. p̄d. pot. vbi Bal. d. q̄ tūc demū recuſatio ānullat
attētata ꝑ iudicē recuſatū abſq̄ꝫ alia appellatiōe. qñ iu
dex iā elegit arbitros ⁊ ſic abdicauit ꝓ illo medio tꝑe a
ſe cognitionē ſed ſi nōdū elegiſſet arbitros cū i eo rēa
neat ēt iuriſdictio lꝫ aliqualit elīſa ꝑ recuſationē ꝓpo
ſitā valēt geſta ꝑ iudicē. ſꝫ ꝑs pōt appellaꝛ. Et ꝓ hac
opi. fac̄ optie. tex. i. c. iudex ab apl'ica. li. vj. ď offi. ďle.
vbi ē tex. Et p̄dicta notate qꝛ quotidie vſant in iudi
cijs cū vt plurimū ꝑ ſtatuta italie diſponat. Qḋ ꝑte pe
tēte ſup articlo dubio eligi ꝯſiliū ſapiētꝫ q̄ iudex tenea
tur eligere illo caſu talis electio hui⁹ ſapiētis ⁊ cōmiſſio
articli ſibi facta habꝫ vī relatiōis. Et ſic p⁹ hāc cōmiſſio
nē ille iudex q̄ cōmiſit nil poterit attētare i p̄iudiciuȝ ꝑ
tis. Et ſi attētauerit poterūt reuocari i viā attētati ea q̄
geſſit. Et materiā relatiōis pleni⁹ attigā i. c. itimaſti. j̄
e. Facite ergo regulā q̄ ſi ex neceſſitate legis vl' ſtatu
ti uel ꝑꝑ formā reſcripti remiſſa eſt cā ꝯſulēda ñ ualēt
geſta pēdente relatione Bar. i. l. j. ff. nil nouari ap. pē
den. Fallit de ꝯſēſu ꝑtiū. nā tūc poſſet iudex ꝓcedere ⁊
valerēt geſta Ang. de ꝑuſio ⁊ Ang. de arecio i. l. i. §. q̄
ſitū. ff. e. Fallit ſcđo quo ad iſtructionē cāc puta recipe
ꝓductionē iuriū tñ ꝯſultori trāſmittēdaȝ. c. ꝯſtitut' i ſi
mili in ar. ex eo q̄ dicit de legato. j̄. e. facit ſimile qꝛ et
iudex a quo pēdente appel. nihilhominus pōt oīa q̄ tē
dūt ad faciliorē expeditionē cauſe appel. vt videbim⁹ i
c. cū teneamur. j̄. c. ⁊ ita firmat Paulus de ca. lꝫ Bar.
ibi tenet ꝯ̄ i. d. l. ex illo. Si aūt remiſſio ē facta ad ꝯſu
lēdū volūtarie qꝛ iudici ſic placuit. Et tūc ēt ſcđ̄ꝫ cōeȝ
opi. ſup̄ relatā ſit regl'a q̄ geſta ꝑ eū pēdēte relatiōe
ñ valēt ⁊ dicūt attētata. d. l. ex illo. Fallit prio ſi ď cō
ſenſu ꝑtiū ꝓcederet ꝑ ꝓxie dicta. Fallit ſcđo quo ad
iſtruēdaȝ cāȝ recipe pōt iuriū ꝓductionē Paulus i. d.
l. ex illo Fallit tertio qñ iudex exp̄ſſe reuocaret ſuā int
locutoriā ꝑ quā remiſerat cauſā ꝯſulēdā qḋ pōt iuxta
glo. i. l. i. §. fi ff. de p̄to. ſtipu. nā tūc pōt ꝓceder ñ ex
pectata relatiōe q̄ reuocata remiſſione nō dicit pēde
re ꝓꝑie ampli⁹. Ita Ang. ď arecio i. l. i. §. q̄ſitū. ff. e.
itelligens q̄ expreſſe reuocet. nec ſufficeret tacita reuo
catio ꝓcedēdo ar. l. ſiue ꝑs. C. ď dil. Ita itellige q̄ dixi
ex mēte eiuſdē ſup̄ i pricipio hui⁹ articli. Ubi tñ remiſ
ſio eēt facta ad pricipē. ⁊ expectaret ei⁹ reſponſio geſta
medio tēpore eſſēt nulla. c. lꝫ de offi. le. l. ad pricipē. ff.
e. ita Ang. ď arc. i. d. l. i. §. q̄ſitū. ff. e. ꝑꝑ reuerētiā p̄n
cipis. Circa aliud qḋ dictū ē ď recuſatiōe ꝑ Jo. an. hic
q̄ recuſatio ſuſpēdit ita iuriſdictionē iudicis ſic appel.
Uos dicite q̄ de h̄ ē glo. ij. q. vj. c. quotiēs ē glo. iij. q. v
c. qꝛ ſuſpecti ē glo. i. c. iud. ab apl'ica i vbo ꝓpōat ď of.
ďleg. li. vj. facit glo. iuris ciuilis i. l. fi. C. ď ſentētijs ⁊ i
terloc. om. iud. Uoluit Bar. i. l. qꝛ poterat. ff. ad treb.
voluit ſalic. i. l. aptiſſimi. C. ď iudi. lꝫ Inno. i. c. cū ſpe
tiali. j̄. eo teneat ꝯ̄riuȝ. Et ibi diſputabo hūc articuluȝ
Et ꝓ ꝯcordia harꝫ opi. videte Bal. quē ſup̄ retuli i. d.
l. vnica. C. Si quacū. p̄. po. Expedita ꝯtinuatiōe. ď



UVA. BHSC. IyR_025

beẽ ſcire ꝙ illð vbũ appellatio. tribꝰ mõis ſumiẽ. latiſſĩe
late. ⁊ ꝓprie. Latiſſime ſumiẽ ꝓ quacũqꝫ inuitatiõe ⁊ ſi
ne petitiõe vt ẽ tex. i. l. Itẽ apud labconẽ. §. appellaẽ
ff. de iniurijſ. ꝑ quẽ tex. h̄ voluit Bar. in. l. j. ff. co. i pri
cipio vbi dixit ꝙ hoc mõ appellare ſumiẽ latiſſime.
Sumiẽ ſecũdo ẽt appel. late. ⁊ illo caſu ſumiẽ ꝓ ꝓuoca
tione ad iudiciũ ⁊ oĩ iploratiõe retractationĩ. ſiue petaẽ
ꝑ offi. iud. pĩcipaliter. ſiue icidẽ ter ſiue ꝑ exceptionẽ
ita dñi. De pĩo ẽ tex. in. c. cũ ſit romana: ⁊ in. c. bone
j. co. ⁊ ibi dicã. Nã appel. extraiudicialis ẽ ad iudiciũ ꝓ
uocatio. Et tñ vocaẽ appel. vt ibi. De ſcðo ẽ glo. ij. q.
vj. c. ꝙ ſi a iudicibus. iunctis his que habenẽ maxime
per Imo. i. c. dilecti ſ. de arb. Et que habẽtur per bal.
i. l. i. C. de arb. i quibꝰ locis ꝓbaẽ ꝙ ſẽtẽtia iniqua arbi
tri põt peti ɼtractari ſcðꝫ diſtictionẽ tñ de q̃ ibi ⁊ illa pe
titio ſapit vi appellatiõis ⁊ tñ ẽ ſiplex iploratio off. iudi
cis facĩũt q̃ habẽẽ i ſimili i. l. ſi ſocietatẽ. §. arbitroꝝ ma
xime per Bar. ff. ꝓ ſocio. Per canoniſtas abũde. in. c.
quitaualis. ſ. de iureiurã. ⁊ voluit ibi Bar. i ſi. ꝙ vſqꝫ
adeo h̄ ꝓcedit ꝙ i pacto inter ptes de appellãdo a ſen
tẽtia arbitri capiẽ appellatio ꝓ reclamatione. Bal. i ad
diti. ad Spe. i titulo ð arbi. i. 5. col. ⁊ i. ij. q̃nimmo dixit
notabilr̃ Bal. i additi. ad ſpec. in ſep. col. vſiculo. ſꝫ põe
qð ſi q̃s petẽs reductionẽ diceret ſimpliciter appello uẽ
ſimilia vba appellati. ipoꝛtãtia reſolueẽ ſua petitio i ſim
plicẽ iploꝛationẽ reductionis facit pꝛedicta. Et ideo di
xit Bar. i. l. ſi. ⁊ ibi Angel. de arecio. ff. de ap. recip. qð
quotiẽſcũqꝫ iudex põt adiri ⁊ eius officiũ iploꝛari ne ei
fiat i ꝑſona vel in bonis ꝑiudiciũ. tũc ẽt poterit appella
ri a tali actu extraiudiciali. hoc ẽ ſe ſubmittere ꝓtectiõi
iudicis ar. l. de pupilo. §. ſi q̃s ipi cũ ſimilibꝰ. ff. ð ope.
no. nuncia. Et ad hoc idẽ facit glo. q̃ ſolet allegari ꝓ
ſingulari in. cle. j. in vbo oneramꝰ de iurepatro. dum
ibi vult qð ſentẽtia lata ꝑ eũ cui erat ꝯmiſſa cã ꝙ ſcðm
ꝯſciẽtiã ſuã iudicaret. põt peti retractari ſi enoꝛmiter le
dat. Et illud ſapit vi appellationis. vt etiã ibi notaẽ de
quo etiã in. c. ſtatutũ. §. aſſenſoꝛẽ. vbi ꝑ glo. ⁊ doc. de
reſcrip. li. vj. De tertio ẽ tex. in. l. nõ diſtiguemꝰ. §.
cũ q̃dã. ff. de arb. vbi exceptio doli poſita ꝯtra ſentẽtiã
arbitri diciẽ ſapere appel. Et faciũt q̃ habenẽ i. l. ij. C.
de arb. per canoniſtas maxie Imo. in. c. dilecti. ſ. de
arb. Et h̄ mõ capiẽdo appellationẽ ꝓcedit quod dixit
Bar. in. l. j. i pricipio. ff. eo. vbi dixit ꝙ triplex ẽ appel.
iudicialis interpoſita a diffinitiua. iudicialis iterpoſita
ab interlocutoꝛia. ⁊ tertia ſpẽs extraiudicialis. Et his
modis duobus capiendo appellationem ſtatutum lo
quens de appellatione nõ interpꝛetaretur nec late nec
latiſſime. Per ea que habenẽ in. l. i. §. ſi is qui nauẽ
ff. de exerc. cum ſimilibus et hoc voluit i his terminis
Dñs anto. et panoꝛ. in. c. bone. et in dicto. c. cuꝫ ſit ro
mana. j. eo. vbi videbimꝰ. Ubi dicũt ꝙ ſtatutũ loquẽs
de appellatione nõ habet locũ i appellatione extraiu
diciali. Et ſtatutũ particulariter loquẽs de appellatio
ne a diffinitiua nõ habet locũ in appellatione ab inter
locutoꝛia. niſi publica vtilitas. vel alia vrgẽs ratio ali
ud ſuadeat. Ita Paulus de caſtro cõſilio. xxiij. incipi
ente. i chꝛiſti. ⁊ce. viſo puncto. Et ideo cũ pꝛeſtatio cõ
ſilij ſit actus ex toto priuati nec iudicis. nec i iudicio ge
ſtus. Neqꝫ extra a preſtatione ꝯſilij non appellaẽ. ſed
ſufficit ꝯtradici Bal. i additi. ad Spe. e. col. xiij. Ter
tio modo ſumiẽ appellatio ꝓpꝛie. ſ. pꝛo iudiciali. Et il
la ſcðm Bal. hic in Rũca. põt eſſe quadruplex anteiu
dicialis ⁊ tamẽ fiet circa iudiciũ puta facta ante litẽ con
teſtatã. Nã litis ꝯteſtatio eſt fundamẽtuꝫ iudicij nec añ
eam pꝛopꝛie eſt iudiciuꝫ. §. omnẽ. in auctẽ. de litigi. l.
amplius nõ peti. ⁊ ibi habeẽ. ff. rẽ. ra. haberi cũ ſimili
bus. Nã ante litẽ cõteſtatã bene põt appellari. ⁊ eſt iu
dicialis illa appellatio qꝛ circa iudiciũ. Sed ſtricte cõſi
derando diciẽ anteiudicialis. ⁊ de hac ẽ tex. in. c. ſigni
ficante in. c. Rodolfus. ⁊ in. c. dilecẽ filijs. lo. ij. cũ ſimi
libꝰ. ſ. de reſcrip. Secũda ſpecies huius appellatio
nis eſt que fit iter litẽ ꝯteſt. ⁊ ſñiam. ⁊ põt appellari in
traiudicialis. ⁊ de hac eſt tex. in. c. i. ſup̄ de dila. ⁊ pꝛo
cedit hoc de iure canonico indiſtincte. Sed de iure
ciuili ab interlocutoꝛia nõ idiſtincte appellaẽ. vt voluit
Bar. ⁊ comuniter legiſte in. l. ij. ff. de appel. recip. Et
in. l. ante ſentẽtie. C. quoꝝ appel. nõ recip. ⁊ ſimiliter
nec pꝛima ſpecies habet indiſtincte locum de iure ciuili
Tertia ſpẽs eſt que pꝛopꝛie eſt iudicialis. ſ. interpo
ſita ab ipſa ſentẽtia diffinitiua. ⁊ hec ſiue de iure ciuili.
ſiue de iure canonico. regulariter locũ habet. imo vo
luit glo. ſingularis ꝙ in omnibus caſibus ſit permiſſa
appellatio a diffinitiua niſi reperiaẽ ꝓhibita. eſt glo. i
l. qui reſtituere in verbo reſtituaẽ. ff. de re ven. quã ad
hoc põderat Bal. in. l. vnica. C. ſi de momẽ. poſſ. ſu.
appel. iij. col. ⁊ hãc etiã allegat hic. d. Philip. ⁊ allegat
hic bonũ tex. in. l. ſi quis ꝓuocatione. C. eo. Sed ego
do tex. ad litterã. Et ibi glo. in. l. ⁊ i maioꝛibꝰ. C. eo.
Quarta eſt ſpecies appellationis que appellaẽ poſt
iudicialis. ſ. que interponiẽ poſt ſentẽtiã ab executiõe
ipſius ſentẽtie. Nam ſi executoꝛ excedat modũ in exe
quẽdo põt appellari. l. ab executoꝛe. ff. eo. l. ab execu
tione. C. quoꝝ appel. nõ recip. c. quo ad ꝯſultaẽ. ⁊ ibi
habeẽ ſup̄ de re iudici. c. ſuper queſtionuꝫ. §. i. ſup̄ de
offi. deleg. c. nouit. ⁊ ibi aliquid videbimus. j. eo. ⁊ illa
habet locum tam de iure ciuili q̃ de iure canonico.
Ad reꝫ ergo noſtrã nos i hoc titulo q̃tuꝫ attinet ad
pꝛimã partẽ Rũce de appellationibus de omni ſpẽ ap
pellationis tangemꝰ. ⁊ habeẽ de materia. ij. q. vj. per
totũ repetiẽ in. vj. ⁊ in cle. De ſecũda pte Rũce de rela
tionibus tangeẽ aliquid in. c. itimaſti. j. eo. habeẽ. ij. q.
vj. c. biduũ in ſi. De tertia pte. ſ. de recuſationibus ha
beẽ. ij. q. vj. c. quotiẽs. iij. q. v. c. qꝛ ſuſpecti habeẽ ⁊ vi
debimꝰ late in. c. cũ ſpẽali. ⁊ in. c. ij. requiris. j. eo.
Et debetis ſcire ꝙ iuriſcon. in. l. i. in pꝛĩcipio. ff. eo. di
cit appellãdi viſuꝫ ſumme vtilẽ ⁊ neceſſariũ ⁊ pꝛopter
ea inuẽtuꝫ ꝑꝑ iudicantiũ iniquitates ⁊ iperitiã corrigẽ
dam ⁊ ꝓpterea ex quo vtilis eſt ⁊ neceſſarius. ideo di
ligẽter aduertẽduꝫ. l. legaui. ff. de lib. leg. l. nã ad ea.
ff. de legi. Ex quo dicit iuentã appellationẽ ꝓpter
iniquitatẽ corrigẽdaꝫ. Intelligatis vos ſiue iniquitas ꝓ
ueniat ex pꝛopoſito ſiue re ipſa. Nam alĩs ſequereẽ ſi
appellatio eſſet inuẽta ꝑꝑ iniquitatẽ ex pꝛopoſito inci
dentẽ corrigẽdaꝫ ꝙ ex nouiter deductis. vel ꝑꝑ nouas
ꝓbationes quas vellet pars iducere nõ poſſet appel
lare qð eſt falſum. qꝛ ꝑꝑ nouas ꝓbationes etiã bñ põt
appellari abſqꝫ alio dolo. tex. eſt in. l. per hãc. C. de tẽ
po. appel. habeẽ in. c. cũ Io. heremita ſup̄ de fide. in
ſtrumẽto in. c. fr̄nitatis ſupꝛa de teſti. i cle. ij. de teſtib.
Et ideo debet itelligi ꝑꝑ iniquitatẽ ſiue ex pꝛopoſito
ſiue re ipſa incidẽteꝫ. Nam ex quo nouas habet ꝓba
tiones quas omiſit re ipſa apparet leſio. Et ita voluit
Bar. i. l. i in pꝛĩcipio. ff. eo. ti. ⁊ per hoc reſultat illud
nõ. qꝛ licet nõ grauaẽ per ſentẽtiaꝫ diffinitiuã tamẽ ap
pellaẽ ab ea. ut eſt tex. ⁊ ibi Bar. in. l. ait pretoꝛ. §. ꝑ
mittiẽ. ff. de minoꝛ. Ex quo dicit tex. iniquitatẽ coꝛ
rigendã. etiã aliud eliciẽ. Qð cũ appellatio ſit inuenta
ꝓpter corrigẽdaꝫ iniquitatẽ ſentẽtie. Qð ſi iudex ini
que iudicauit ⁊ pars omiſit appellare ꝙ tamẽ ꝯtra iu
dicẽ in ſindicatu põt agi ad ipſum puniẽdũ. tanquã fece
rit litẽ ſuam. Ita voluit Bar. in. d. l. i. in pꝛĩcipio. Ita
voluit Inno. ⁊ ibi comuniter canoniſte. maxie Imo.
in viiij. col. i. c. Sepe. j. eo. ⁊ ibi aliquid dicaꝫ. Immo
ꝙ plus eſt etiã ſi appellaſſet ⁊ ẽx negligẽtia ꝑmiſiſſet
labi tẽpus ad ꝓſequẽdũ appellationẽ. vel aliter renũ
ciaſſet appellationi. Poſſet tamẽ agi contra iudicem i

UVA. BHSC. IyR_025

ſindicatu. et iſta eſt glo. nota: quaꝫ ibi ſequitur Jmo.
et comuniter ſcribetes in.c.paſtoralis.§.quia vero.
ſupra de offi. deleg. Jmmo ꝙ.plus eſt dato ꝙ quis
appellaſſet a ſētentia ⁊ ſuccubuiſſet ⁊ in prima appel
latione ⁊ in ſecunda .quo caſu nō licet ei tertio prouo
care.c. ſua.j.co.l.vnica.C.ne.lic.iij prouoc.et ſic ſe
tentia tranſiuit in rē iudicatā et habet paratiſſimā exe
cutionē cle.ut calūnijs.de re iudi.tamē iſte poterit age
re in ſindicatu cōtra iudicē.iſtud fuit dictum ang.in.l.
ſi filius.ff.de iud.et Jnno.in dicto capitulo paſtoralis
§.quia vero.Et hec dicta eliciūtur ex tex.in.d.l.i.in
pricipio hoc modo inducēdo. Naꝫ vbi variatur cauſa
res vel perſona.diuerſum eſt iudicium.Nec iudicatuꝫ
in vno nocet in alio. Jlle eſt tex.in.l.cum queritur.cū
l.ſeq.⁊ ſeq.ff.de excep.re.iud. Sed i appellatiōe.princi
paliter petit vt iniquitas ſententie retractet.qꝛ ꝓpter
hoc eſt iuenta appellatio.d.l.i.in principio. Sed quā
do agit ꝯtra iudicē qui fecit litē ſuā deducit diuerſa.⁊
alia cauſa ⁊ pricipaliter aliud petit.Quia petit ſi agitur
ciuiliter ꝯdēnari iudiceꝫ ad intereſſe. Si agit crimina
liter petit condēnari pena arbitraria.d.l.ſi filius ⁊.l.
fi.ff.d uar.et extraor.cog. inſti.de oblig.qui ex quaſi
mal.in pricipio.Ecce ergo qualiter libellus appellatio
nis ſiue ipſa appellatio ad aliud tēdit ⁊ aliud i ca peti
tur ꝙ quando agit ꝯtra iudicē eo qꝛ fecerit litē ſuaꝫ.ſi
ad aliud tēdit ⁊ aliud petit.ergo res iudicata in vno ñ
nocet in alio.ergo appellatio omiſſa in vno.non no
cet in alio.ergo.licet non poſſit appellare i vno quia
bis appellauit poterit appellare in alio. Et ex pre
dicta cauſa propter quaꝫ dixi.inuentā eē appellationē
d.l.i.in principio dum in ea dicitur ꝙ inuenta eſt ap
pellatio ut iniquitas iudicantis corrigat. Habes ſecun
dum Balduꝫ hic inferre ꝙ regulariter appellatio ab
actu extraiudiciali videt eē ꝓhibita.Nā ſi appellatio ē
inuēta ut corrigat iniquitatē iudicis ñ poſſumꝰ dicerē ini
qtatē eē in iudice i actu extraiudiciali qꝛ cū ñ gerit utiu
dex. Faciūt q̄ hñt i.c.cū querēte in ſili ſup̄ d reſti.ſpo.
i.l.meminerit.cū ſimilibꝰ. C.vnde vi.i.l.a ꝓcedeñ.
C.de dilatio. Et ideo dicit Baldus ꝙ ab actu extra
iudiciali nō appellatur niſi i caſibus a iure expreſſis.
De hoc tamē ⁊ veritate eius dicā in.c.bone.j.eodem.
habet in.c.dilecti. ſ.de maior.⁊ obedieñ. p Bar in
l.fi.ff.de appel.recip.per Bal.late in.l.hij qui ad ciui
lia.C.eo.⁊ aliquid in.l.i.C.de arb. Alius effectus
ꝓpter iſtā cauſaꝫ reſultat. Quia cū appellatio ſit inuē
ta ꝓpter corrigēdaꝫ iniquitatē etiā ⁊ par in parē non
habet imperiū.c. innotuit.cū vulgaribꝰ ſup̄ de elec.
Jdeo appellatio de pari ad parē interponi nō poteſt.
l.i.§.ſi quis a iudice.ff.eo. Et ideo ſecūdum canoni
ſtas qui voluerūt ꝯſiderare ſuperioritateꝫ quā habet
epiſcopus ſup̄ ſuū vicariū vt poſſit eū reuocare.⁊ alias
ſuperioritates.c.ſuaꝫ.⁊ toto ti. ſup̄ de offi.vica.habe
tur in cle.fi.de procura. Sed conſiderauerunt ꝙ tri
bunal vicarij et epiſcopi eſt vnū ⁊ idem tribunal.ideo
voluerunt ꝙ de vicario ad epiſcopum non poſſit ap
pellari.c.ij.de conſue.li.vj.tamē legiſte volunt quod
a ſētentia vicarij appelletur ad cōſtituētē ſeu ad ſuuꝫ
epiſcopū.l.a proconſulibus.l.precipimus.C.eo.Et
ibi bal.et ludo.de roma dixerunt hos caſus eſſe ſingu
lares in ſigularibus ſuis.⁊ potuit eē ratio legiſtarū.qꝛ
ipſi voluerūt cōſiderare ſuperioritatē predictā.Bal.in
additi. ad Specu.in titu.de appela.in.xxviiij.col.in
vſiculo appellat a vicario.tenet nō appellari regulari
ter a vicario ordinarij ad ipſuꝫ ordinariū.ad.l.a ꝓcō
ſulibus.dicit ꝙ ponit ſpeciale in vicarijs illoruꝫ prefec
torū pretorio.⁊ illius.l.intellectū ac omnē iſtā materiā
ponā in.c.dilecti filij por.j.c.Ubi diffuſe dicā.in vica
rio.tamē foraneo vel i temporali iuriſdictiōe tantum
quaꝫ haberet epiſcopus de vicario appellat ad epūm
Calda.in Rica.e.cōſilio ſecūdo comunit omnes i di
cto.c.ij.et i cle.⁊ ſi pricipalis de reſcrip. Reſultat
ēt a fortiori alius effectus. Quia de maiori ad mino
rē appellari non poteſt cū minor in ſuperiorem nō hēt
poteſtatē.c.iferior.xxj.di.cū vulgaribꝰ.Et ſic neceſſa
rio infertur ꝙ appellatio debet interponi ad ſuperio
rem.c.veniētes.cū ſimilibus ſupra de iureiuran.d.
l.i.§.ſi quis a iudice. Sed operepreciū eſt ſcire cu
iuſmōi iuriſdictionē debeat habere iſte ſuperior iudex
ad quem appellatur. Et dicite quod debet habere ſal
tē mixtum imperium ⁊ poteſtatē mixti imperij. Jta.
Bar.in.l.i.§.ſolet.ff.quando appel.ſit.Jta Bal.in.
l.eos in pricipio. C.eo.faciunt nōta i.l.i.§.j.ff.qui
et a quib. Sed qualiter cognoſcet iſta ſuperioritas
an reſpectu dignitatis an reſpectu adminiſtrationis.
Et dicite ꝙ ſuperioritas iſta attendit ratione admini
ſtrationis et non ratione dignitatis.Quia ſi quis eſſet
maior dignitate ſed minor adminiſtratiōe de eo appel
laret ad maiorē adminiſtrationē nō ad maiorē digni
tatē.Jta Bar.i.d.l.i.§.ſi.quis vbi et ang.⁊ alij qui
dant pro exemplo in cardinalibꝰ qui reſpectu admini
ſtratiōis et officij ſunt maiores epiſcopis. Reſpectu or
dinis ⁊ dignitatis vero minores vt habet i.c.quaquā
ij.q.vij. Quia epiſcopatus eſt apex dignitatū.c.ij.et
ibi habet de preb.li.vj.habetur i ſubſcriptione.vj.Cū
ergo debeat appellari ad ſuperiorē ⁊ vniuerſitas eccle
ſiaſtica ex vario gradu dignitatū decoretur ad iſtar ec
cleſie triūphātis i qua credimus eē gradatī choros an
gelorum.c.ad hec vbi tex.ad litterā.lxxxviiij.diſ.⁊ niſi
ſua cuiqꝫ iuriſdictio ſeruet quid aliud reſtat niſi vt ec
cleſiaſticus ordo ⁊ neruus eccleſiaſtice diſcipline confū
datur.vt dicit tex.in.c.ꝑuenit.xj.q.j.hētur i.c.ad h
ſup̄ de reſcrip.Jdeo cū appellāduꝫ ſit ad ſuperioreꝫ ⁊
inter ſuperioritates ſit dare gradū. Quia vnus eſt ſu
perior ⁊ poſtea alius puta archiepſ ſup̄ epꝫ. Patriarca
ſupra archiepiſcopū. Et ſupra patriarcaꝫ legati adſūt.
poſt legatos papa.Jdeo ne iſte ordo eccleſiaſticus cō
fūdatur.l.voluit ut gradatī appelletur tñ i ꝑuilegium
ſedis apoſtolice ⁊ legatorum eius.factuꝫ ē cū papa ſit or
dinarius vbiqꝫ ⁊ ꝯcurrat in iuriſdictione cū omni ordi
nario.c.cūcta per mūduꝫ.c.per pricipalē.viiij.q.iij.
Et legati ſe.ap.in ſua ꝓuincia ⁊ ipſi ſunt ordinarij.et
concurrāt cū alijs ordinarijs in ipſa iuriſdictione ordi
naria.c.ij.de offi.leg.li.vj.ideo appellatur ad papā
c.ad romanā.ij.q.vj.c.dilecti filij prior.vbi notatur ⁊
ibi uidebimus.j.eo. Jdeo ēt ad legatos ipſius pape
appellat omiſſis medijs i ſua ꝓuincia .vt habet in.c.
l.vbi bonus tex.in argumētū.Et ibi ponitur ſupra de
offi.leg.glo.ē i.c.ij.de ꝯſue.li.vj. glo.in.c. antiqua.
ꝓpe finē de priuilegijs glo.in.c.romaꝫ.§.i.in ver.cu
riam de appel.li.vj. Sed diceret quiſpiā que eſt rō
differētie.ꝙ papa poteſt adiri omiſſis medijs in uiam
appellationis ⁊ cognoſcit ut ſupra cōcluſuꝫ eſt ⁊ tamē
imperator ſecus.imo ſi adeat omiſſis mediis remittit
cām ad ſuperiorē mediatū.l.imperatores.vbi tex.ff.e.
Bar.i.l.i.§.ſi quis.ff.eo.dicit hoc ꝓueniſſe qꝛ papa
voluit impīguare curiā.Et facit qd in ſimili dixit La.
allegatione.lxxxviiij. vbi etiaꝫ ipſe reprehēdit canoni
ſtas ꝙ querūt impīguare curiā. Et iperator de hoc ñ
curauit.Sed contra Bar.eſt tex. in.c.ecce.lxxxviiij.
di.vbi papa dicit ſe nō querere alijs preferri.Et cōtra
eū facit quod dixi de legato. Quia tūc appellat extra
curiā ⁊ tñ appellat ad eū omiſſis medijs. Unde dicatis
vos ꝙ iſta eſt rō.Nā imperator habuit ipſe a populo
vel a ſubditis poteſtatē.§.Sꝫ quod pricipi inſt.de iu
re nāl.gen.⁊ ciui. Nō mirū cū benefaciēti benefacere d
beamus per obligationē ad antidora.l.ſꝫ ⁊ ſi lege.§



UVA. BHSC. IyR_025

conſuluit .ff.de pet. here. Ideo imperatoꝛ aduerſus
eos ſcilicet inferiores oꝛdines qui fuerūt ſibi munifici
ipſe nō debuit eſſe inhumanꝰ nec illiberalis. Et ideo
minus eoꝛum poteſtati dbuit derogare ꝙ̄ potuit. Sed
papa habuit poteſtatē a xp̄o per illa verba. Tu es pe
trꝰ. ⁊ ſup̱ hāc petrā. ⁊c. ⁊ per illa. Et fiat vnuʒ ouile ⁊
vnus paſtoꝛ. Siue per illa. Quodcūqʒ ligaueris ſuper
terrā. ⁊c.c.in nouo.xxj.di.c.quodcūqʒ.xxiiij.q.j. et
ab eo ut fōte deriuātur omnes dignitates eccleſie.c.i.
xxij.di. Et ideo cū maioꝛi honeſtate potuit ſibi reſer
uare plura in pꝛeminentiam ⁊ nolle cedere ſubditis
quā potuerit iperatoꝛ. Facit glo.i.c.i.ſupꝛa de trāſla.p̄
latoꝛū. Et ad hoc faciūt que notātur i ſimili de ſtatuto
in.c.cū. M.ferrarienſi circa pꝛīcipiū repetionis p̱.D.
Ant.ſupꝛa de ꝯſtit. Nā inferioꝛes vniuerſitates eccle
ſiaſtice nō poſſunt ſtatuere ꝯtra ius cōe de iure canoni
co.c.ꝙ ſup̱ his.⁊ ibi ponit̃ de maioꝛ.⁊ obe. cle.ne rōa
ni cū ſimilibꝰ de elec. Et tamē de iure ciuili inferiores
vniuerſitates que habēt poteſtatē faciendi ſtatuta pñt
ſtatuere cōtra ius cōe.l. oēs populi.ff.de iuſti.⁊ iure.

Uiſa cā appellationis quare iducta fuerit appella
tio. Reſtat uidere eius eēntiā ⁊ eius diffinitionē. Un
de dicite ꝙ appellationū multe ſunt diffinitiones de qui
bus p̱ glo.ij.q.vj.in ſumma p̱ Hoff.hic qui ponit aliā
in ſūma p̱ azo.in ſūma.C.eo.qui ponit aliā. Sʒ bre
uitatis cā dic ſm̄ Bar.ꝙ appellatio ē ius quoddā quo
interī pꝛima ſentētia extinguit̃ ⁊ cāe cognitio ad ſupe
rioꝛē iudicē deuoluitur. Ita Bar.in.l.i.i pꝛīcipio.ff.
eo.dicēs hoc intelligi de appellatiōe tm̄ a diffinitiua.
Ang.in.d.l.i.i pꝛincipio repꝛobat. Et pꝛimo in eo ꝙ
dicit̃ in diffinitione Bar.ꝙ appellatio eſt ius. Immo
hoc ē ꝯtra veritatē qꝛ ñ ē ius appellatio .ſʒ iuris reme
diū. Et pro eo ē tex.in.l. vnica.C.de ſententijs p̄ſe.
Poteſt ſecūdo adduci. Nā vult Bar.ꝙ appellatio exti
guat ſentētiaʒ. Immo hoc generaliter nō ē verū .qꝛ i
ſentētijs cēſure appellatio nec ſuſpēdit nec extiguit ip
ſas cēſuras.c.paſtoꝛalis in pꝛīcipio. Et ibi dicā cum
alijs ſimilibꝰ.j.eo. Et in diffinitione Bar.iſta appel
latio a ſentētijs cēſure nō cōpꝛehenditur. ergo diffini
tio nō bona cū nō ſit generalis.l.i.§.i. vbi tex.ff.de
dolo.glo.ē iuris canonici ſup̄ in Rica de ſūma trini.⁊
fid.cat. Hoc argumētū ſibi aſcribit panoꝛ.hic. Imo.
i dicta.l.i.repꝛobat.⁊ ipſe Bar.qꝛ in diffinitione vult
ꝙ appellatio extiguat ꝓnunciatū.qꝛ dicit ipſe Imo.ñ
extiguit.ſʒ ſuſpēdit.l.ſi cā cognita.C.de tranſ.l.pꝛeci
pimus.§.pe.⁊ ſeq.⁊.l.qm̄.C.eo.ti. Notat glo.i.l.ta
le pactū.§ qui ꝓuocauit.ff.de pac. tex.eſt in.c.paſto
ralis.§.preterea.ſ.de offi.deleg. ergo cōtra Bar.et
eiꝰ diffinitionē. Adducit ēt.l.iij.C.ſi pen.appel.moꝛs
interue. Unde hi omnes Ang. Imo.⁊ panoꝛ.i lo
cis.ſ.allegatꝭ repꝛobant diffinitionem Bar.⁊ dat ipſe
Ang.ibidē aliam dicēs ꝙ appellatio eſt remediū quod
dam iuris iductū ad coꝛrigēduʒ iudicātiuʒ iniqua gra
uamina illata vel cōminata. ⁊ hoc modo dicit diffiniri
compꝛehēdēdo appellationē tam a diffinitiua ꝙ̄ ab in
terlocutoꝛia. Panoꝛ. hic dat ipſe aliā dicēs ꝙ appella
tio eſt a minoꝛi iudice ad maioꝛeʒ ꝓuocatio.que ſi eſt
legitīa pꝛonūciatū ⁊ iuriſdictionē iudicis quo ad illam
cauſaʒ ſuſpēdit.⁊ cognitionē ad ſuperioꝛē trāſfert. Et
per hoc diffinitur appellatio tam ab interlocutoꝛia ꝙ̄
diffinitiua. Contra iſtos doc.poſſumus vti in ꝑſōa
Bar.hoc carmine. Aſpicite an noſtrū mage ſit pene
trabile ferrū. Nā ꝯtra Ang.facit.oīs diffinitio debʒ cō
tinere ſubſtātiaʒ rei: vt voluit glo.in.l.oīs diffinitio.ff.
de reg.iur.d.l.i.§.i.vbi bonus tex.ff.de dolo.d.glo.
in Rica.ſ.ō ſūma trini.⁊ fid.cato. Sʒ diffinitio Ang.
deficit i ſubſtātia rei.ſ.appellationis. ergo nō bona.ꝙ
deficiat i ſubſtātia rei ꝓbat̃.nā vult Ang.ꝙ tantū ten
dat ad coꝛrigēduʒ iudicātiuʒ iniquitatē. Et ſic ſecūduʒ
eū ſequeret̃ ꝙ ex nouiter ꝓbādis nō poſſet appellari
cū ibi nō adſit iniquitas iudicis. Quod tamē eſt exp̄ſſe
ſūm.l.per hāc.C.de temp.appel.⁊ dixi.ſ.circa cauſaʒ
appellationū. Si ergo p̱p̱ nouas ꝓbationes vel nouit̃
ꝓducendas abſqʒ alia iniquitate iudicis pōt appellari
ergo diffinitio Ang.eſt multū defectuoſa. Tamē poſſʒ
intelligi diffinitio Ang.de iniquitate nō ſolū ex pꝛopo
ſito.ſʒ de iniquitate re ipſa.vt ſup̄ dixi i lectione heſter
na.⁊ ſic nō ob.ar. Cōtra panoꝛ.aduci pōt. Nā vult
ipſe ꝙ appellatio ſuſpēdat ⁊ nō extiguat ꝓnūciatū.ꝙ
eſt ꝯtra tex.in.l.i.i fi.ff. ad turp.l.ij.ff. de pen.in.l.ſi
quis filio exheredato.§. hi qui.ff.de iniuſt.rup.teſt.
Notat i.l.furti in pꝛīcipio ⁊ ibi glo.tenet. ff.de his qui
not.infa.⁊ etiā comunit̃ tenet̃ in.d.c.paſtoꝛalis.§.pꝛe
terea.ſ.de offi.deleg.⁊ in locis ſup̄ allegat̃.tenet̃ ma
gis comunit̃ in.l.tale pactū.§.qui ꝓuocauit.ff.ō pac.
⁊ in.c.veniētes ſup̄ de iureiuran.licet ibi Io.an.tene
at ꝙ ſuſpēdatur. Si ergo appellatio extiguit nō auteʒ
ſuſpēdit ꝓnūciatuʒ.ergo diffinitio Panoꝛ.nō bona.

Nō obſtat mō argumētuʒ pꝛimū Ang. Quia lʒ appel
latio ſit iuris remediū. tm̄ cū ſit quid icoꝛpoꝛale poteſt
determinari ſub hoc nomine ius.ꝓut ⁊ alia icoꝛpoꝛa
lia determinātur. Inſti.de reb.coꝛpo.⁊ incoꝛpo.circa
pꝛīcipiū. Preterea de vana ſubtilitate nominuʒ nō cu
rāt legiſte ⁊ relinqunt illā obſtinat̃.l.ij.⁊ ibi tex.circa
fi.⁊ glo.nōt.C.de conſt.pec. Et ideo dūmodo habea
mus ſubſtātiā appellationū.nō curanū.eſt an dicatur ius
vel remediū iuris.⁊ pꝛo Bar.eſt tex.in.l.i.§.queſitū
ff.eo. Nō obſtat argumētuʒ de.c.paſtoꝛal̃.⁊ argumētū
de.l.iij.C.ſi pen.appel.qꝛ vna irundo non facit ver.
nec vna fallentia imutat diffinitionē.vel imutat ſubſtā
tiā diffiniti.vt eſt tex.in.l.omnis diffinitio.ff.de reg.
iuris.⁊ ideo dicite ꝙ fallit i illis duobꝰ caſibus. Non
obſtat argumētuʒ Imo.dū dicit ꝙ appellatio ñ extin
guit ꝓnūciatuʒ.ſʒ ſuſpēdit ⁊c. Quia huic argumēto
rñdet Bar.in.d.l.furti in pꝛin.⁊ etiā fuit pꝛo maioꝛi p̱
te Bal.⁊ Ang.in.d.l.tale pactū.§.qui ꝓuocauit.quia
tria tēpoꝛa ſunt i ꝯſiderat̃. Primū eſt tēpus poſt ſentē
tiaʒ ante tm̄ appellationē interpoſitā.⁊ ſic intra tēpus
ad appellāduʒ.⁊ illo tēpoꝛe ſentētia quo ad effectus iu
ris nō ſtat in ſuſpēſo nec eſt extīcta. Immo oꝑatur ſu
um effectū.puta circa irrogationē iſamie.qñ.l.irrogat
iſam ipſo iure poſt ſentētiaʒ.puta i excomunicatione
ſm̄ vnū intellectū. de cuius veritate videbimꝰ in.c.pa
ſtoꝛalis in pꝛīcipio.j.eo. Ita Bar.in.d.l.furti. Ita ēt
Bar.in.l.qui vltimo.ff.de pen.aut vero.l.nō irrogat
penā ipſo iure.ſʒ ſentētia ipſa indiget executione ⁊ fa
cto hoīs ⁊ illo caſu ſuſpēdit̃ ſentētia.nō auteʒ extiguit̃.
nec pōt ipſa ſentētia executioni mādari.glo.eſt nō.in
Rica.ff.nil.noua.appel.pen.⁊ eſt tex.in.c.nō ſolum
eo.ti.de appel.li.vj. Et ex p̄dictis hētis magnā limita
tionē ad.c.nō ſolū.⁊ ad glo.dū ibi dicit̃ ꝙ ita ſuſpēdi
tur executio ꝓnūciati per appellationē interpoſitā ſicꝫ
⁊ per tēpus appellādi ⁊ cōtra. qꝛ illud nō habet locuʒ
in executione ſentētie que fit ipſo iure a.l.nā illa ſoꝛtit̃
effectū ſuū ⁊ eſt efficax intra.x.dies ad appellandum.

Secūduʒ eſt tēpus poſt appellationē iterpoſitā ipa
appellatione pꝛecedēte.qꝛ nōduʒ ſit ꝓnūciatū ſup̱ ca
⁊ illo medio tēpoꝛe extiguit̃ ꝓnunciatio p̱ appellatio
nē nō autē ſuſpēditur. ⁊ regulariter omnis eius effec
tus.exceptis his que dicā.j.in effectibꝰ appellationis.
Et de hoc modo itelligunt̃ iura pꝛo illa pte allegata.
videlicet ꝙ extiguat̃.⁊ ita loquit̃ Bar.in his terminis
in ſua diffinitione dū dicit iterim pꝛima ſentētia extin
guit̃.⁊ ideo nō obſtat ꝯtrariū. Et i h̃ ꝯcoꝛdāt omnes
de illo medio tēpoꝛe.licet alique glo.generaliter loquē
do teneāt ꝯtrariū. Tertiū eſt tēpus.ſ. poſt pꝛonun

UVA. BHSC. IyR_025

ſtationē ſact ſ ſup appellatione. ꝛ illo tēpoꝛe attēto qꝛ
ſi iudex ꝯfirmat pꝛimā ſentētiaꝫ ꝯualeſcit ex nūc pꝛima
ſentētia. d.l. furti i pꝛīcipio vbi caſus. Jdeo hoc tēpoꝛe
cōſiderato ꝛ ſic ꝯſiderato futuro euētu qui euenire po
terat iura aliqua dixerūt appellationē ſuſpēdere ꝓnū
ciatū. ꝛ ita loquntur iura allegata ꝑ Jmol. quaſi hoc
ſit dicere eo qꝛ ex futuro euētu ſentētia ꝯualeſcere pōt
ideo ſuſpēdit. Circa diffinitionē Bar. duꝫ dixit. eſt
ius quoddā. illud verbū. ius. ꝓpterea cenſetur appoſi
tū ad differētiaꝫ actus. Nā debet ſcire ꝙ duplici modo
ſumit appellatio. Sumit pꝛio ꝓut eſt facti. ſ. ipſe actus
appellādi. ꝛ illo mō nō diffinit hic. Sumit poſtea pro
ut eſt iuris. ꝛ illo mō bene diffinit hic. Et ꝓpterea dixit ē
ius ad differētiaꝫ appellatiōis iquātuꝫ ē facti. Jteꝫ ex
alio dixit ius. vt denotet appellationē eē quid icoꝛpoꝛa
le. Sꝫ operepꝛeciū eſt ſcire quale ius ē. an ſit offici
um iudicis. an actio. an exceptio? Actio nō eſt. qꝛ nihil
petit ꝑ appellationē a parte. Exceptio nō eſt. qꝛ nihil
repellit vel excipit ꝯtra ptē. Officiū iudicis nō eſt. quia
nihil petitur ꝑ appellationē a iudice a quo. ꝛ ſic appel
latio ſatis dicit interpoſita ex quo iterponitur coꝛaꝫ iu
dice a quo. ꝛ tamē ab eo nihil petitur qḋ ſit ſubſtātiale
appellatiōis. qꝛ etiā ſi n̄ deferret tamē valebit appella
tio. ergo nō eſt officiū iudicis. Nā officiuꝫ iudicis p̄ſup
ponit ꝙ quid petatur a iudice. glo. eſt nō. in. l. ſi ſoroꝛ
C. de colla. Faciūt notata ꝑ legiſtas in. l. i. ff. de iuriſ
di. o. iud. in. l. vnica. ff. de ꝯd. ex. l. ponūt canoniſte i.
c. ij. ē. de offi. iud. Jta Bar. in. d. l. i. in pꝛīcipio. ff. eo.
Et ideo ꝯcludit ꝙ eſt mediū quoddā. ſ. neqꝫ officium
nec exceptio nec actio ſed quoddaꝫ ius mixtū. Ang. tn̄
d. l. i. in pꝛincipio moꝛdet Bar. dum dicit ꝙ per appel
lationem nihil petitur a iudice a quo. Jdeo concludit
nullū eſſe officiū iudicis. Mouet pꝛio. nā per appella
tionē petitur retractari pꝛimā ſentētiā. l. eos. i pꝛīcipio
C. eo. c. cū cā ſup̄ ti. i. ꝛ dicā. j. ergo dictū Bar. non bo
nū ꝙ nihil petat a iudice. Preterea appellatio ſapit vī
libelli. Jta ut iterpoſita appellatione nō requirit libel
lus. Jnno. in. c. cū cōtingat. de offi. deleg. Et ꝑ iudi
cē appellationis pōt ferri ſentētia ꝯdēnatoꝛia vel abſo
lutoꝛia. l. cum apud. vbi tex. ꝛ ibi Bar. ff. iud. ſol. c. cū
cā ſup̄ ti. i. ſi ergo pōt iudex appellatiōis condemnare
vel abſoluere. ꝛ ſentētia nō debet ferri niſi quatinus ē
petitū. c. licet hely. cū vulgarib⁹ de ſimo. l. fi. C. de fidei
cō. lib. Ergo de neceſſitate pꝛeſupponēduꝫ eſt ꝙ ꝑ ap
pellationē aliquid petit a iudice. Vos dicite ꝙ illa
argumēta nihil obſtāt ꝯtra Bar. qꝛ ex eis ꝯcludit ꝙ ali
quid petit a iudice ad quē. Et Bar. loquit de iudice a
quo coꝛā quo iterpoſita ē appellatio. Tamē ex dic
to Ang. habetis notare ꝙ iterpoſita appellatiōn. intel
ligite i ſcriptis nō requirit alius libellus i cā appellatio
nis. Sed ſufficit ipſaꝫ ſcripturā appellationis p̄ſentat
iudici ad quē. Et illud ſuccedit pro libello. ſecus tamē
ſi iterponeret appellatio viua voce coꝛā iudice a quo
pꝛout pōt. c. i. ꝑ locū a ſpeciali eo. ti. li. vj. l. i. §. fi. ff. e.
ꝛ hāc ꝯcluſ. voluit hic Bal. i tertia col. voluit Spec. e.
ti. §. nūc dicen̄. v̄ſiculo. Sed quid diceret. Voluit Jn
no. in. c. cū ꝯtingat ſup̄ allegato. voluit Bal. i Rica ſu
pꝛa de offi. iud. in. vj. col. Voluerūt dn̄i de rota d̄ciſio
ne ſua. viij. que icipit. Jtē fuit dubitatū. circa pꝛīcipiū.
Voluit Bar. ꝛ ibi comunit ſcribētes i. l. i. §. libelli. ff.
eo. voluit Bal. in. l. ſi quis libellos. C. eo. ꝛ i. l. per hāc
C. de temp. appel. Jnquātuꝫ dicit i diffinitione. ſē
tentia extinguit. Habet colligere hic diffiniri ſolū in ap
pellatione iterpoſita a diffinitiua. Nā verbum. ſenten
tia. intelligit de diffinitiua ꝓpꝛie loquēdo. glo. eſt nō.
quā ibi exclamat Jmo. in. c. cū olim. ē. de teſti. in. l. ij.
§. biduū. ff. quādo ap. ſit. ꝛ in. c. biduū. ij. q. vj. vſqꝫ
adeo vt ſtatutū loquēs de ſentētia i dubio intelligit de
diffinitiua nō de iterlocutoꝛia. Jta Bal. in. l. vnica ne
lic. in un. ea. cā tertio ꝓuoca. Jta Bal. i. l. iuſiurād. ꝛ
ad pecunias. §. fi. qui icipit cū res. ff. de iureiuran.
Jta. D. cardi. in cle. i. in. viij. col. de ſentētia ꝛ re iudi.
Senſit Bar. in. l. dicere. ff. de arb. i. l. generali. C. de
tab. li. x. tn̄ iſtud ꝓcedit i materia ſtricta. Sed i mate
ria idifferēti appellatiōn. ſentētie. ita compꝛehēdit in
terlocutoꝛia ſicut diffinitiua. glo. ē in cle. i. in ver. ſentē
tijs. quā ibi ad hoc pōderat Jmo. de ſētētia ꝛ re iud.
Et quid ſit ꝓpꝛie iterlocutoꝛia ſentētia. hētis glo. nō.
in cle. vnica in glo. i ver. diffinitiua de ſequeſtr. poſ. et
fruc. habet i. l. ꝙ iuſſit. ff. de re iud. in. c. cū ceſſante. et
ibi dicā. j. eo. Et ideo cū hic ſimus i materia idifferēti
ꝛ appellatio ſit cōe remediū tā in iterlocutoꝛia q̄ꝫ in dif
finitiua. c. vt debit⁹. j. eo. Et capiet i diffinitione v̄buꝫ
ſentētia. taꝫ pꝛo iterlocutoꝛia q̄ꝫ diffinitiua. tn̄ qꝛ infra
ponet alia diuerſa diffinitio appellationis ab interlocu
toꝛia. ſtricte capit hic v̄bum. ſententia. pꝛo diffinitiua
tantū. Jnquātuꝫ dicit i diffinitione extiguit. Jſtud
denotat differētiaꝫ iter appellationē ꝛ nullitatē. nā ap
pellatio extiguit ꝓnūciatuꝫ vt heri dixi. nullitas autem
nō extinguit. ſꝫ per ſe extictū pꝛeſupponit. c. dilecto. et
ibi videbimus. j. eo. l. ſi expꝛeſſim. ꝛ. l. ſi cū nulla. ꝛ ibi
per Bar. ff. eo. ti. Et ꝙ nullū ē amplius annullari nō
pōt. c. ad diſſoluēduꝫ. cū vulgarib⁹. j. de diſpon. Jdeo
per hoc hētis ꝙ differt appellatio iterpoſita a ſentētia
iure dicen̄. nullaꝫ ꝛ ſic a nullitate. Jtē per iſtud verbū.
extiguitur. dat effectus vnus appellatiōn. qui eſt extin
guere ſentētiaꝫ. l. i. in fi. ff. ad turp. cū his que heri dixi
Jnquātuꝫ dicit in diffinitione interī. nōtur differē
tia iter ꝓnūciatuꝫ iudicis i cauſa appellationis ꝛ ipſaꝫ
appellationē. Nā appellatio extiguit interim. i. donec
pēdet. ꝛ ſic reuocabilit. que ſi ſequit ſentētia ꝯfirmato
ria pꝛime pꝛimū ꝓnūciatuꝫ ex nūc recōualeſcit. ſ. a die
ꝓnūciationis i cā appellationis. Sꝫ ſentētia lata in cā
appellatiōis irritās pꝛimā. ipſa in totuꝫ extinguit. nec
ex aliquo euētu pēdet. l. furti in pꝛīcipio. ff. de his qui
not. infa. Jta Bar. in. d. l. i. in pꝛīcipio. Jnquātuꝫ
dicit i diffinitione ad ſuperioꝛē iudicē. dicite ꝙ per hoc
colligit ꝙ de ſubſtātia appellationis eſt vt appellet ad
ſuperioꝛē. ij. q. vj. c. anterioꝛuꝫ. ꝛ dixi circa cāꝫ appella
tionis. ꝛ iō cōſuetudo ſiue ſtatutū vt appellet ad mino
rē nō valeret neqꝫ teneret. qꝛ ſtatutū vel cōſuetudo nō
pōt alterare ſubſtātiā act⁹. tex. ē nō. i. l. ij. ff. d̄ vſufr. ea.
re. q̄ vſu ꝯſumunt. Sꝫ d̄ ſubſtātia appellatiōn. ē vt ap
pellet ad ſuperioꝛē ut dixi. ergo nō valebit ſtatutū nec
ꝯſuetudo i ꝯtrariū diſponēs. ꝛ faciūt nōta. in. c. cū ad
monaſteriū cū ſimilib⁹ de ſta. monac. h̄ voluit glo. nō
in. c. ij. de ꝯſue. li. vj. Tamē ex quo ꝑ circuituꝫ. l. pōt
circa ſubſtātiaꝫ actus diſponere. d. l. ij. bn̄ valeret ꝯſue
tudo ꝙ appellet de vno qui ſit regularit maioꝛ ad aliū
qui comunit iſte eſſet minoꝛ addēdo ꝙ hoc actu habea
tur pꝛo maioꝛe. Jta voluit Jo. an. in. c. Romana. §.
i. eo. ti. li. vj. valebit tamē ꝯſuetudo vel ſtatutū vt gra
dati nō appellet. ſꝫ appellet omiſſis medijs. iſte ē tex.
ꝛ ibi nōt Jo. an. ꝛ alij in. d. c. Romana. §. i. ꝛ voluit
Bar. recte pōderāti in. d. l. i. §. ſi quis voluit Bal. in
auc̄ta. quas actiones. circa fi. C. de ſacroſan. eccle.
Et ibi voluit Bal. vnū notabile ꝙ lꝫ nō valeat ꝯſuetu
do ut nō poſſit appellari vllo mō ad pꝛīcipeꝫ cū veni
at in derogatiōeꝫ ſupꝛeme ptātis. l. ꝯpit i argumen
tū. C. de pꝛeſcrip. xxx. uel. xl. an. tn̄ valebit cōſuetudo
vt nō appellet ad alios inferioꝛes ad quos erat appel
lan̄. ſi gradati fuiſſet appellatū. ꝛ ſic valebit cōſuetudo
ꝙ de ep̄o appellet ad pꝛiarcā omiſſo archiep̄o. Et rōeꝫ
dꝛie quare cōſuetudo nō pōt diſponere ut ad minoꝛem
appellet. ꝛ tn̄ pōt diſponere ut gradati nō appelletur.
Dicite eē qꝛ ꝙ appellet ad ſuperioꝛē eſt de ſubſtantia



UVA. BHSC. IyR_025

actus qui nõ põt tolli ꝯſuetudine uel ſtatuto. Sed ꝙ
gradati appelleť ē de forma accidētali. vt dixi circa cāʒ
appellationis. ſʒ accidētalis forma facilius tolliť ꝙ̄ ſub
ſtātialis. l. pacta cõuenta. ff. de ꝯtrah. emp. ꝛ ven. Fa
ciūt que habētur in. l. paciſci. ff. de pac. que notanť in
c. audiť. ꝛ in. c. qꝛ ꝑꝑ ſuꝑ̄ de elec. Igitur ēt Imo. ꝛ for
tius de iure canonico ſi appellatū fuerit omiſſis medijſ
caſu quo nõ põt appellari puta de ep̄o ad patriarcā cer
te ꝑte nõ opponēte valebit appellatio. glo. eſt nõ. i. c.
dilecti filij prior. ĩ. eo. ꝛ ibi dicā latius. Et vſqꝫ adeo cā
appellationis habet ſuos iudices. qđ dicit Bal. ĩ pace
cõſtantie. ĩ verbo. ĩ cauſis. quod in ea nõ habꝫ locū ꝓ
rogatio. ĩtelligite de vno iudice ad aliū. ſʒ de tēpore ad
tēpus nõ ꝓcedit ita ĩdiſtincte. per ea que habenť ĩ cle.
ſi appellationē ꝑ omnes. e. ti. in. c. ex ꝑte etiaʒ ſupra đ
reſcriptis dicā ĩ. c. ex rõne. ĩ. e. Et ꝑ iſta verba ad ſupe
riorē. ēt dixit Bar. in. d. l. i. §. ſi quis. ꝙ valet appella
tio hoc mõ ĩterpoſita ad iudicē cõpetētē. qꝛ reſoluitur
ĩ. gradatī ad ꝓximū ſuperiorē. Ul' hoc mõ appello ad
ſuperiorē. qꝛ reſolueť ad ſuperiorē. ſ. ꝓximū gradatiʒ
ꝛ hoc voluit glo. nõ. ꝛ ibi Bal. in. l. cū ꝓponas. C. de
bon. auc. iud. poſſ. Ita. Bal. i. l. aptiſſimi. C. đ iud.
Archi. Io. an. ꝛ etiaʒ Gemi. in. c. legia eo. ti. li. vj. te
nēt ꝯtrariū. dicētes ꝙ nõ valet appellatio niſi certus
iudex ad quē appellatur exprimatur. Et ĩ domini đ ro
ta deciſione ſua. ccviiij. que ĩcipit. Itē ꝙ appellatio al
ternatiua. reſpõdere vidētur huic motiuo. licet non lo
quātur ĩ illa materia. qꝛ dicūt ꝙ ſatis dicitur eē certus
iudex ad quē ex quo per ꝓſecutionē ſpecialeʒ appella
tionis corā vno ceptā pars declarauit ſe de illo ſenſiſſe
Bal. tamē in. c. ij. ĩ. eo. voluit ꝙ immo ꝓcedat appel
latio ad cõpetētē iudicē interpoſita vel ad ſuperiorē.
Sʒ Panor. ibi tenet cū canoniſtis ꝙ immo nõ ꝓcedat.
ꝛ in ſequēti articulo de alternatiua appellatione Bal.
ibi tenet opi. Ang. in. d. §. Si quis. lʒ Panor. ibi aliť
dicat. ꝛ tene mēti qꝛ vult Spec. eo. ti. in. §. Nūc tracte
mus. verſiculo quid ſi appellās. idē qđ legiſte. ſubicieſ
ꝙ illa appellatio. appello ad ſuperiorē. poterit ĩcõtinē
ti verificari de papa omiſſis alijs. qꝛ pars poterit proſe
qui appellationē corā papa. ꝛ ita dicit fuiſſe pronuncia
tū. licet ĩ puncto iuris forte aliter eēt. ꝛ ita voluit Ang.
in. d. l. i. §. ſi quis. Ang. late ꝯſi. ccxlv. ĩcipiēte. Senis.
ꝛ ponā latius ĩ. c. dilecti filij prior. ĩ. e. Et per ꝑ̄dicta in
fertur ad aliā queſtionē. Utrū valeat appellatio alter
natiue ĩterpoſita ad ſuperiorē. Puta appello ad taleʒ
vel talē iudicē. ꝛ certe glo. ĩ. c. ſi is cui. de offi. deleg. li.
vj. tenet ꝙ nõ vʒ. ꝛ etiā idē tenet ibi Io. an. in nouel
la. ꝛ Io. an. ĩ mercur. in regulā ĩ alternatiuis. de reg.
iur. li. vj. Et ita etiā tenet Io. an. in addiť. ad Spec.
eo. ti. §. nūc tractemus ſuꝑ v̓ſiculo quid ſi dicat. ꝛ hāc
opi. viſus eſt ſequi Bal. in. d. l. cū proponas. Ludo. in
conſi. cccl.x. Incipi. omnipotētis. ꝛce. circa propoſitum
tenet opi. Io. an. niſi iuſta cā ſubſit ĩcertitudinis. pro
quo facit. c. conſtitutus de ĩ integ. reſt. ꝛ maxie hoc fir
matur ĩ appellatione extraiudiciali. Dicit tamen Io.
an. in locis precallegatiſ ꝙ legiſte tenēt ꝯtrariū. ꝛ ꝙ eoꝝ
opi. ꝓcedit de iure ciuili nõ de iure canonico. ſ. ꝙ ĩ fo
ro ciuili appellatio alternatiua valeat. Moueť qꝛ de
iure ciuili ſi appellať per errorē dūmodo nõ appelleť
ad minorē ſubintrat. l. diſpoſitio que facit ut videatur
appellatū ad iudicē competētē. ꝛ remittit cauſaʒ appel
lationis ad ipſum ꝯpetentē. l. i. §. ſi quis. ſuꝑ̄ allegata
ſi hoc facit errante ꝑte. ergo multomagis dubitante.
Sed de iure canonico iſte error nõ tolleraretur. cū ſit ap
pellādum ad certū iudicē. ergo nec ĩ ſimili tollerabitur
dubitatio. Ang. in. d. l. i. §. ſi quis. ꝛ Spec. in. d. v̓ſicu
lo. quid ſi dicat. tenēt ꝙ valeat appellatio tñ cū grano
ſalis. ſcʒ dūmodo pars ĩtra. x. dies. ꝛ ſic ĩtra tēpora ad

appellāduʒ declaret de quo iudice ſenſerit. Dñi de rota
in deciſ. ccviiij. q̄ ĩcipit. Itē ꝙ appellatio alternatiua.
reprobāt omnia dicta Io. an. que ſuꝑ̄ allegaui. ꝛ tenēt
ꝙ valet appellatio alternatiua. dūmodo poſtea pars ĩ
cipiat ꝓſequi coraʒ uno iudice certo. ꝛ de illo videatur
dictū ĩ appellatione. ꝛ ĩ hāc tandē opi. inclinat Gemi.
ĩ. d. c. ſi is cui. cū limitatione tñ. ſ. ꝙ ſi ĩ appellatione eſ
ſet aſſignatus de cõſenſu partiū. uľ etiaʒ per iudicem a
quo termin⁹ ad ꝓſequēduʒ iuxta ea que hñtur in. c.
ſepe. ĩ. eo. ꝙ pars appellata non erit ꝯtumax. niſi fu
erit prius certificata de quo iudice ĩtendat. ꝛ ita ſaluat
opinionē Io. an. ĩ his terminis. Et de his in. c. dilecti
filij prior. ĩ. e. ꝛ latiſſime per Ang. conſi. ccxlv. ubi fecit
vj. mēbra. ꝛ incip̄. Senis ꝯ̄ allegato. Cū ergo predictū
eſt ſupra ꝓxime de iure ciuili appellatio ĩterpoſita ad ĩ
peratorē omiſſis medijs reducitur ut videatur ad debi
tū mediū appellatū. l. imꝑatores. ff. eo. Dicā in. c. dile
cti filij prior. ĩ. e. vbi ponā regulā cū fallentijs. idđ ſi ap
pellať a ſētētia hic Papie lata ad ducē reducitur appel
latio ut videatur appellatū ad iudicē appellationum
hic deputatū. Paulus ꝯſi. xxiij. ĩ fi. col. incipieñ. in xp̄i
ꝛce. viſo pūcto. Unū aduertēduʒ ĩ iſta materia ꝙ Io.
de anania in. l. ĩperatores ĩ pricipio. ff. e. voluit ꝙ ſi ap
pellatur ad inferiorē a pricipe omiſſis medijs. tūc a iu
re appellatio eſt reducēda ut videatur appellatū ad cõ
petētē. d. §. ſi quis. Si tamē appellatur ad pricipem
omiſſis medijs ꝑꝑ reuerētiaʒ pricipis. lex non reducit
cauſaʒ. ſʒ remittit ad iudicē ꝯpetentē ipſe priceps. d. l.
imꝑatores. ſʒ Ang. dicit ibi ꝙ indiſtīcte ius reducit ap
pellationē ēt ſi ad principē ſit appellatū. et hoc ꝓbat
ibi tex. dū dicit. remitti debet. Sed operepciuʒ eſt ſcire
quis dicatur ſuperior. ꝛ dicite ꝙ in papa nullus eſt ſu
perior. ꝛ ideo ab eius ſentētijs nõ appellatur. viiij. q.
iij. c. cūcta ꝑ mūduʒ. lo grañ. ꝛ. c. nemo ꝛ. c. aliorũʒ. c.
ꝯplice. xxxv. q. viiij. xxiiij. q. i. c. hec ē fides. licet ſuppli
cari poſſit cõtra ſentētiaʒ eius. c. audiť. ꝛ. c. ſententiaʒ.
c. ueniā. xxxv. q. viiij. ꝛ. c. cū ex litteris. ubi tex. ſupra
de in ĩteg. reſti. tñ ex quo ſuperiorē nõ habet nõ poteſt
appellari ab eius ſentētia iuribus ſupra allegaťis. immo
ſupplicatio ad eū dirigiť. d. c. audiť. ꝛ. c. cū ex litteris.
Ideo ſupplicari põt cõtra eius ſentētiaʒ. lʒ nõ appella
ri. Facit ĩ ſimili. l. prefecti. ff. de minor. Iſta tñ ſuppli
catio põt per papā reijci. nec tenetur eā admittere. Ita
Bal. nõ. in. l. fi. C. de leg. tñ ex debito honeſtaťis facere
nõ debʒ. iuxta ea que nõt. Bal. in. l. priceps. ff. de leg.
Quĩ imo dixit collectarius in. c. que multotiēs. de reg.
iur. ꝙ nõ teneret appellatio a papa ĩterpoſita ad futu
rū cõſiliū. ꝛ illā interponēs nõ eſſet alienus ab hereſi.
Ludo late conſi. ſuo. vcxxi. incipieñ. circa ꝓpoſitā con
ſultationē ꝛ hodie eſt extrauagās. edita ꝑ Piū papam
in dieta mātuana. Facit bene. c. omnes ibi. qui autem
Romāe eccleſie. xxij. di. c. alioꝝ. viiij. q. iij. ꝛ. c. eiectio
nē. lxxviiij. di. Io. an. poſt Hoſt. i. c. ꝓpoſuit. de cõceſ.
ꝑ̄ben. vbi ꝯcludūt ꝙ lʒ pape poſſʒ fieri denūciatio euā
gelica ſuꝑ peccato ut ſe emēdet iuxta formā. c. nouit. đ
iudicijs. tamē illud. qđ ſi nõ audiuerit dic eccľie ĩ papa
nõ intelligiť niſi de eccľia triūphante. ĩ. deo. qꝛ nullum
aliū habʒ ſuperiorē. lʒ nõ ſe corrigēs poſt monitionem
poſſit potius dici in fidelis. c. ſciēdum. viij. q. i. c. ſi qui.
lxxxj. di. Et ad ꝑ̄dicta facit. c. nulli phas. xix. di. c. vio
latores. xxv. q. i. c. qm̄ vetus. xxiiij. q. i Archi. in. c.
in fidei. de hereticis. li. vj. glo. in. c. achacius. xxiiij. q.
i. in. c. ſi papa. xl. di. ꝛ facit tex. elegās in. c. nemo. ꝛ. c.
alioꝝ. viiij. q. iij. Qđ papa nõ habʒ ſuperiorē. c. facta.
c. iſti. c. hec eſt fides. xxiiij. q. i. c. nūc autē. xxj. c. ꝯcilia.
xvij. di. facit. c. neminē. in glo. xvij. q. iiij. c. ſic oēs. xix.
di. Sed quid de ſentētia ep̄i an poſſit appellari ad
cõciliū ꝓuinciale. dic ꝙ ſic. c. ꝯſtitutum. xvj. q. vij. ubi

UVA. BHSC. IyR_025

bonus tex. hẽtur xvij. d. c. multis. c. nũc autẽ. xxj. di. c.
ſaluo. viiij. q. iij. c. ſicut. ij. q. vij. c. ſalonitane. lxiij. di.
ab ipſis autẽ ꝯcilijs ꝓuĩcialibuſ nõ eſt dubiũ ꝙ appel
laẽ ad papã. c. ſicut excellẽtia. xxiij. q. iiij. ſicut etiaꝫ ta
lia ꝯcilia pñt recuſari. c. qꝛ ſuſpecti. iij. q. v. dixi ⁊ ibi hẽ
tur in. c. i. š. de iudicijs. Sed quid de ꝯcilio vniuer
ſali an poſſit appellari a ſentẽtia ꝯcilij vniuerſalis ad
papã. dubiũ facit qꝛ ex aliquib⁹ iurib⁹ videẽ inui. ꝙ pa
pa habet ptãtem a cõcilio. §. hinc etiã. xvij. di. c. dudũ
iij. q. vj. qꝺ tam̃ ĩtellige ſecũdario. qꝛ pꝛĩcipaliter papa
habet ptãtem a xp̃o. c. omnes. xxij. di. c. quãuis. xxj.
di. c. loquiẽ. xxiiij. q. i. In cõtrariuꝫ ẽ ueritas ꝙ imo a
ſentẽtia cõcilij appellaẽ ad papã. nã papa eſt ſuperior
cõcilio uniuerſali. ergo a concilio ad eũ appellabiẽ. ꝙ
ſit ſuperioꝛ patet. Nã papa cõuocat ſolus cõcilium uni
uerſale nec alius illud põt cõuocare. glo. iij. §. poꝛꝛo.
iij. di. pꝛobaẽ. xvij. di. ꝑ totũ. de cõſe. di. i. c. eccl̃ia. ij. q.
v. c. mãdaſtiſ ⁊ ibi hẽẽ. xxj. q. v. lxxxvj. di. c. bñ q̃dẽ. c.
adrian⁹. lxiij. di. c. r̃gula. xvij. di. hẽẽ i. c. ſignificaſti ꝺ e
lec. ꝯgregari põt ẽt ꝑ cõmiſſarios ei⁹. hẽẽ i. c. ꝯueñẽtib⁹
i. q. vij. vij. q. i. c. hoc nequaquã. glo. i. c. ij. xvij. di. i. c.
in ea ſinodo. cẽteſima di. Similiter ⁊ cõgregatũ diſſol
uit. c. ubi periculũ. ibi glo. in uerbo ꝯcilio. de elec. li. vj
⁊. c. licet i fine de elec. c. bene quidẽ. lxxxvj. di. Conci
lio quoqꝫ papa preeſt. c. i. de ſimonia. c. ſi quis. xxv.
q. ij. ij. q. vij. c. cũ paſtoꝛis. xxx. v. q. ix. c. ꝙ quis. xxiij.
di. c. in nomie dñi. c. nullus. xxiiij. di. geſta quoqꝫ ꝯci
lij a papa ꝯfirmãtur. c. cõſidimus. xxv. q. i. ab eo ꝯci
lia auctoꝛitatẽ accipiũt. §. hiſ ita. xxv. q. i. illa ĩterpꝛeta
tur. ⁊ tollit. c. ſignificaſti. de elec. in. c. poſt tranſlationẽ
de electio. c. ꝺ liguribus. xxiij. q. v. c. nec licuit. xvij. di.
ſicut cõfirmauit cõciliũ a relateñ. c. de obſeruatione iũ
cta ſupꝛa ſcriptione de conſecra. di. iij. Videmus ꝙ pa
pa reſtituit depoſitos a cõcilio. c. cõueniẽtib⁹. i. q. vij.
Et ad p̃dc̃a fac̃ qꝺ nõ. i cle. ne rõani. de elect. p̃dicta in
tellige niſi i cõcilio ꝑſonaliter eẽt papa. Nã tunc actus
ſibi attribuiẽ. c. ad aplĩce. de re. iud. li. vj. c. lꝫ de electio
ne. ideo tũc nõ appellaẽ ab eius ⁊ cõcilij ſentẽtia. glo.
tamẽ i. l. fi. C. de ſũma trinitate tenet ꝙ ſicut a ſenten
tia ſenatus nõ põt appellari. ita a ſentẽtia cõcilij. quaꝫ
glo. ad h̃ ponderat. ⁊ ſequitur Paul. de caſtro in. l. ſi
quis. C. de pꝛecib⁹ impera. offe. ⁊ loquiẽ de cõcilio ge
nerali. Quid mõ de legatꝭ. dicite cũ eoꝝ ſuperioꝛ ſit
papa appellaẽ ad papã. d. c. cũcta per mũduꝫ. ⁊ ibi gl.
c. licet. š. de offi. leg. Sed quid de cardinalib⁹. glo.
in. l. i. §. fi. ff. de offi. pꝛefec. p̃to. uidetur tenere ꝙ non
poſſit appellari ab eoꝝ ſentẽtijs. eo qꝛ equiparãtur re
gibus ⁊ pꝛefectis pꝛetoꝛio. ⁊ pro hac opi. facit. nã etiam
a papa excomunicari nec deponi poſſunt cardinales.
c. ex geſtis. ubi bonus tex. ⁊ ibi Imo. ⁊ alij. j. de cler.
nõ reſid. Facit nõ. dictũ Hoſt. in. c. antiqua. j. ꝺ pꝛiuil.
Ubi uoluit ꝙ licet oẽs ep̃i iurent fidelitatem ipſi pape
c. ego enim. š. de iureiur. tñ cardinales nõ iurãt fideli
tatẽ. qꝛ ſunt quaſi alterũ coꝛpus pape ⁊ mẽbꝛa eius.
Sed hẽtis caſum ꝙ immo appellatur in. c. Rainucius
⁊ in. c. Raynaldus. ⁊ ibi hẽtis tex. ꝙ papa eſt ſuperioꝛ
ad quẽ appellatur. j. de teſta. Et facit. nã ⁊ ſenatoꝛes
ſunt pars coꝛpoꝛis pꝛincipis. ⁊ tamẽ a ſentẽtia ſingulo
rũ de ſenatu ⁊ ſinguloꝝ ſenatoꝝ põt appellari. l. i. §. i
ff. a quib⁹ appel. nõ licet ⁊ ibi hẽtur. ergo ita a ſẽtentijſ
cardinaliũ per ſingulos poterit appellari. ⁊ facit. nam
ipſi nõ ſunt aliud q̃ cap̃lin pape. l. cũ mł̃ia ⁊ ibi Bal.
C. de bon. que lib. glo. eſt Io. mon. in. c. ſuper eo. de
herc. et. li. vj. Sꝫ quid de ĩꝑatoꝛe. ⁊ dicite ꝙ ab ei⁹
ſentẽtijs cũ in foꝛo ſeculari nullũ ſuperioꝛẽ hẽat nõ ap
pellatur. d. l. i. C. a quib. appel. nõ. lic. imo ſingulari
us dic. ꝙ nec illo caſu papa ſit ſuperioꝛ nec poſſit eẽ iu
dex ad quẽ. glo. eſt. x. q. c. qm̃. Itẽ idẽ dicite de alijs

pꝛincipib⁹ nõ recognoſcẽtib⁹ ſuperioꝛẽ ſiue de iure ut
in Regefrancoꝝ. lꝫ aliqui dicãt ꝙ de facto. vel ut i du
ce venetiaꝝ. qui de facto nõ recognoſcit ſuperioꝛẽ Ci.
in. l. fi. C. de dona. inter uirũ ⁊ uxoꝛẽ. ⁊ ſic de ſingulis
ſiue pꝛĩcipib⁹ ſiue uniuerſitatibus. nã cũ fungãtur iure
ſupꝛemi pꝛĩcipis. tenet hic. Panoꝛ. ⁊ in hoc. ⁊ in alijs
uoluit Panoꝛ. in. c. cũ omnes. i. vij. col. ⁊ ibiẽt Imo.
š. de ꝯſti. idẽ in. c. expoſita ſupꝛa de arb. in. c. nouit. ⁊
ibi comuniter doc. ſupꝛa de iudic. in. c. cũ te. ⁊ ibi ꝑ om
nes ſup̃ ti. i. Dñs antonius in. c. per uenerabilẽ. j. qui
fil. ſunt legi. Ci. in. l. fi. C. de pet. here. Bal. ⁊ Ang. in
l. i. §. de qua. ff. de poſtu. Bar. in. l. pꝛoxie. ff. de his q̃
in teſta. del. i. l. fi. ff. ne quid in loc. ſacro. in. l. iſamẽ.
⁊ ibi Imo. ff. de pub. iud. Bar. in. l. hoſtes. ff. ꝺ capt.
⁊ poſtli. re. Bar. in. l. fi. C. de ſentẽtiaꝫ paſſ. Bal. i. l.
exemplo. C. de pꝛoba. in. l. i. C. de ſent. que ſine certa
q̃ti in. c. Imperialẽ circa fi. de ꝓhi. alien. feu. ꝑ feder.
Et lꝫ cũ hac opi. trãſeãt legiſte. tamẽ canoniſte volũt
ꝙ de ĩꝑatoꝛe ⁊ alijs nõ recognoſcẽtibus ſuperioꝛẽ r̃cur
ratur ad papã. ⁊ papa poſſit eẽ ſuperioꝛ iudex ad quẽ.
eo qꝛ tẽdit ad coꝛrigẽduꝫ iniuſtitiã. ⁊ ita eſt glo. Et ibi
Inno. ⁊ alij in. c. trãſmiſſa. eſt bonus tex. ſm̃ vnũ itel
lectũ. ⁊ ibi ꝑ. D. ant. ⁊ Panoꝛ. i. c. licet ex ſuſcepto de
foꝛo cõpe. Notaẽ i. c. nouit. ⁊ ibi Panoꝛ. late ſup̃ de iu
dic. voluit glo. in. c. grãdi. in ver. Regis de ſupple. ne
gli. pꝛel. li. vi. Faciũt que ponit Bal. in Rica digeſtoꝝ
in. ii. col. ⁊ ita pertrãſit hic. D. Philip. Sed Panoꝛ. re
mittit ſe ad notata in. c. nouit. Sꝫ dictũ canoniſtarum
poſſet ĩtelligi de tali ĩiuſtitia imꝑatoꝛis cui etiã deroga
ri imꝑatoꝛ nõ poſſet. puta ꝯ̃ ius naturale uel diuinuꝫ.
nã cũ iniuſtitiã faciat. peccat. ideo põt recurri ad papã.
d. c. nouit. Sed dictũ legiſtaꝝ ꝓcedit quãdo iudicat cõ
tra iuſtitiã iuris poſitiui vel iuris gẽtiũ ſubſiſtẽte cauſa
⁊ ſic in his in quib⁹ põt derogare. nã tunc ita iudicãdo
videẽ voluiſſe iuri poſitiuo derogare. per nõ. ꝑ Bar. ⁊
Imo. in. l. quidaꝫ conſulebat. ff. de re iud. Bar. in. l.
idẽ vulpianus. ff. de excuſa. Ideo nõ poſſumus diceẽ
ꝙ peccet i hoc. ⁊ ſic papa non põt adiri licite. Et pꝛo
opi. cano. eſt bonus tex. in. c. expoſita ſup̃ de arb. ſup̃
allegato. Hoſt. ⁊. D. anto. i. c. cũ iohãnes ſupꝛa de fiꝺ
inſtr. ⁊ tali iudici ſi repertus fuerit male iudicaſſe papa
poterit penã imponere glo. ⁊ ibi Panoꝛ. in. c. ⁊ ſi neceſ
ſe. j. de dona. iter virũ ⁊ uxoꝛẽ. Sed quid de regib⁹ re
cognoſcẽtibus ſuperioꝛẽ vel habẽtibus regna i feuduꝫ
dic ꝙ ab eis nõ appellaẽ. tex. ⁊ ibi Bal. i. l. i. ff. de offi.
pꝛefecti pꝛeto. Bal. in Rica digeſtoꝝ in. iij. col. tamen
ſupplicari poterit ꝯtra taliũ regũ vł̃ pꝛincipũ ſẽtẽtias
⁊ dirigẽda erit ſupplicatio ad illũ ſuperioꝛẽ a quo hꝫ
regnũ. ſi habꝫ ab alio rege vł̃ impatoꝛe ad illũ. ſi a pa
pa habꝫ feudũ ad papã. Ita Bal. i. d. l. i. in fi. ff. de of
ficio pꝛefecti pꝛetoꝛio. Et idẽ dicerẽ de alijs pꝛĩcipibus
habẽtibus ſupꝛemã poteſtatẽ. Facit qꝺ nõ. i. c. Roma
na. §. debꝫ de appella. li. vj. i. c. ſolite. š. de maioꝛitate
⁊ obedi. Archi. in. c. duo iſta. 96. di. ⁊ que. j. dicã. Sed
operepꝛeciũ eſt ſcire nũquid a ſentẽtia lata per iudicem
cui eſt facta cõmiſſio ſm̃ cõſciẽtiã ſuã poſſit appellari. ⁊
dubiũ facit. nã appellatio ĩterponitur ad ſuperioꝛẽ. cõ
ſcie ſolus de⁹ eſt ſuperioꝛ. l. ij. C. de rebus. cre. ⁊ iur.
Uoluit archi. vbi ponit de hac qõne. ⁊ ibi diffinit quid
ſit ꝯſciẽtia in. c. ſtatutũ. §. aſſeſſoꝛẽ. de reſcrip. li. vj.
Dñi de rota in deciſione ſua. vbi multa de conſciẽtia.
cccccxxxvij. que ĩcipit fuit dubitatũ vtꝝ executoꝛ. ⁊ ita ꝑ
hoc videẽ cõcludi ꝙ nõ poſſit appellari cũ in mundo
nõ ſit aliquis ſuperioꝛ ꝯſcie alterius. ita glo. in. d. §. aſ
ſeſſoꝛẽ. ſuꝑ verbo. dimittaẽ. Ita Bal. in. l. certũ. C.
vnde cogn. tamẽ vos dicite ex mẽte Bal. in. l. i. C. de
reb. cre. ⁊ iure iurãdo. i. l. ij. C. de ſen. expꝛit. re Imo.
in. l. ſi ſic. in pꝛĩcipio. ff. de legatꝭ pꝛimo. Ang. i. l. inter

UVA. BHSC. IyR_025

ſtipulātez.§.i.ff.de v̉borū obli.ꝙ iſtud regulariter pro
cedit ꝙ nō appellat̃.tamē ſi grauis ⁊ enormis eēt leſio
iſto cāu pōt ĩpetrari a ſuperiore ut iniquitatē corrigat.
⁊ h̄ ſapit quādaꝫ naturā appellationis.⁊ late ſūpto no
mine appellationis pōt dici appellatio.⁊ ita ĩtelligitur
glo.in cle.i.in ver.oneramus.de iurepatro. Et hāc
diſtictionē uoluit Gemi.in.c.i.vij.col.de ſen.⁊ re iud.
Jmo.in.l.i.ff.de lega.ij.Bal.in.c.i.de milite uaſſal
lo qui ꝯtumax ē.Bellamera deciſione.xviij.incipiēte.
oneratio ꝯſciētie.ubi tenet ꝙ hoc caſu appellatio effec
tū deuolutiuū operet̃ lꝫ nō ſuſpēſiuūꝫ.⁊ ꝙ iſte recurſus
ſapit appellationē tenet glo.quā ibi pōderat Angelus
de ꝑuſio in.l.ab executione.in fi.ff.e.⁊ ibi hoc tenet
Ang.de arecio.⁊ idē in.§.ſꝫ iſte.inſti.de excep.Et ita
glo.hāc ſequit̃ ultimā Petrus de ancha.conſi.ccclxxj.
Incipiente in xp̄i ⁊ce.primo et ante omnia. Et ibi
ꝙ ad hāc declarationē requiritur citatio ⁊ etiā in.c.ij
de iura.cal.li.vj.Panor.i.c.ſuper his de accuſa.⁊ i.c.
i.et ibi Jmo.ſ̄.de ꝯſt.Et ad predicta facit quia vbi ali
quid committit̃ arbitrio alterius nō hꝫ locū appellatio
vel videre alicuiꝰ.Ludo.i R̄ica de arbitris.in.iij.col.
Innocen.in.c.fi.de feriis.Jo.an.poſt glo.in.c.i.de
cōſtitu.Bal.i.l.ii.C.quomō ⁊ quādo iudex.qd decla
ra ut Jmo.in.l.ii.ff.de publicis iudi.⁊ Lapus ⁊ poſt
eum alii in.c.ii.de iura.calū.li.vj.⁊ de his v̉bis uidere
tuo ſtabo.glo.in.c.ii.de corpo.viciatis.Panor in.c.
i.de ſequeſtra.po.⁊ fruc.⁊ Bar.⁊ Jmo.in.l.ſi ſic i p̄n
cipio.ff.de lega.i.i extrauagāti ad reprimēdam.in uer
bo.videbit̃.Jmo.in.c.ſignificarūt.de teſtibꝰ.Mathe
ſelanus in notabilibus ſuis notabili.xvii.Panor.poſt
D.anto.in.c.i.de ꝯſti.in fine.col.lꝫ in ꝯtrariū faciāt
que notat Bar.in.l.a ſentētia.§.i.ff.de appel.in.l.i.
C.de arb.in.l.nemo poteſt.ff.de leg.i.Bar.in.l.fi.ff
de appel.recipi.lꝫ aliter.⁊ ſic facit pro Ludouico Bal.
in.l.hi qui ad ciuilia.C.de appel.⁊ Panor.in.c.cū di
lectus.de arb.in his que cōmittunt̃ arbitrio iudicis ex
iuris diſpoſitione clarum eſt ꝙ pōt appellari.tex.in c.
i.de dila.glo.in c.ſuper his.in.fi.de accuſa.in.l.ſi qua
pena.⁊ ibi Bar.ff.de uerboꝝ obli.Jo.an.in addit̃.
ad Spec.i.ti.de citatione.§.ſequit̃.verſi.ſed nūquid
credit̃.Cano.i.c.i.ō dilatio. Et ideo i iſta materia
placꝫ media ſentētia.ut dicamꝰ.aut cōmittit̃ liber̃ arbi
trio alicuius ⁊ tūc ꝓcedat p̄ma opinio ut nō poſſit ap
pellari.aut ſimpliciter cōmittit̃ arbitrio alicuius.nō t̄n
libere.⁊ ꝙ poſſit appellari.ſicut quādo a iure cōmititur
qꝛ nō eſt ratio differētie.Jta colligo ex mēte doc.preal
legatoꝝ.⁊.D.Alexādri de Jmo.in.l.i.in fi.col.ff.de
lega.ij.Facit qd notat Jmo.in.l.filiuſfamilias.ff.de
dona.Bal.i.l.milites.C.de teſta.mi.Ludo.de roma
notabiliter ꝯſilio.261.qd incipit ſup eo qd querit̃ in fi.
col. Tamē tene mēti ꝙ ille cui eſt cōmiſſū vt ſecūdū
ꝯſciētiaꝫ iudicet.prius debꝫ iurare ꝙ recte ⁊ iuſte aget.
iſta ſunt verba Ang.in repetit̃.l.ſi vacātia circa princi
piū.C.de bon.vac.li.x.refert ⁊ ſequit̃ Jmo.⁊ nouiſſi
mi i.l.de pupilo.§.qui opus.ff.de op.no.nū.⁊ ē glo.
in argumētuꝫ multū in.l.theopompꝰ.⁊ ibi Bar.ff.de
dot.prel.Faciūt nōta.in.l.hac edictali.§.his illud.C.
de ſecun.nupt. Et ꝑ predicta infert̃ ꝙ ſentētia lata
iudicio ſorts ſeu brauij ſiue fortune cū nō habeat ſu
periorē qui poſſit ipſaꝫ fortunā corrigere iuxta illud.
Sed nos te facimus fortuna deaꝫ celoqꝫ locamus.vo
luit Bal.in.l.fi.in pricipio.C.coīa de leg.ꝙ talis ſen
tētia nō poterit retractari per appellationē.tamē ſi le
ſio eēt immoderata poſſet peti retractari.⁊ ita lato mō
poſſet dici a tali ſentētia appellari.Jta dꝫ ĩtelligi quod
voluit Bal.i.l.maioribꝰ.C.coīa vtr.iud.tamē iudici
um ſortis vbi tractat̃ de graui preiudicio nō admittit̃
niſi.vtraqꝫ p̄te cōſentiēte.Jta voluit Ang.in.l.ſed cū
ambo.ff.de iudic.quādoqꝫ ēt puta in ſpiritualibꝰ iudi
ciū ſortis reprobat̃.c.fi.j.de ſortil. Sed quid dice
mus de ſentētia delegatoꝝ quis erit ſuperior in appel
latione.Et dicite ꝙ regulariter ſuperior ē delegans.⁊
ad eū appellat̃.c.ſup queſtionum.§.porro.ſ̄.de offi.
del.c.cū Bertoldus.⁊ ibi hētur.ſ̄.de ſen.⁊ re.iud.c.ſi
delegatis cū ſimilibꝰ de offi.del.li.vj. Sꝫ quid de
legat̃ cā ordinario pone de qua nō poterat al's cogno
ſcere.appellat̃ a ſentētia eius expreſſo nomine officij
ordinarij nihil expreſſo de nōie officij delegate pote
ſtatis.Calda.ꝯſuluit in R̄ica.C.cōſi.viij.ꝑ illud vul
gare.qd potui nolui.qd volui.adimplere nequiui.l.mlt
tum.C.ſi quis alteri uel ſibi.ꝯcludēdo ꝙ nō valet tal'
appellatio.Et.c.cū ſuper.de offi.deleg.qd tamē videt̃
ꝯtra ea que habent̃ in.l.iij.ff.de teſtamēto militis i.c
cū ex officij de p̄ſcriptionibus. Sed quid de ſubdele
gato delegatoꝝ.dicite ꝙ delegās ē ſuperior iuribus.ſ̄.
allegat̃.Qd ꝓcedit vbi aliquid ſibi reſeruaret delegās
vel eēt delegatus ad vniuerſitatē cauſaꝝ ſecus.ſi in to
tū ſubdelegaſſet vices ſuas.glo.in.c.ſi is cui.de offi.
delega.li.ſexto.in.l.i.in pricipio ſm vnā opi.ibi poſi
tā.ff.quis ⁊ a quo.⁊ ibi Ang.de are.i.v.col.⁊ Jmo.
ibi.⁊ Ludo.Bar.i.l.i.ff.de dāno infecto.lꝫ alit̃ loqua
tur idē Bar.in.d.l.i.in pricipio.⁊ Li.⁊ Sali.i.l.i.C.
qui pro ſua iuriſdictione.qui dicūt de iure ciuili indiſti
cte appellāduꝫ ad delegatū ſubdelegātēꝫ. Sed diffi
cultas eſt ſcire an a ſentētia talis ſubdelegati poſſet ap
pellari ad papā omiſſo delegāte ⁊ ſic medio. Et dicite
ſi eſt ſubdelegatus delegati pape.tūc ad papā nō poſ
ſit appellari omiſſo ſubdelegāte.⁊ ſic medio.ſꝫ debet
appellari ad ſubdelegātem.d.§.porro.ſubaudiendo
ibi maxime.vt vult ibi Jo.an.⁊.d.c.ſi delegatus.i fi.
⁊ ita ꝯcludūt comunit̃ ſcribētes in dictis locis.t̄n parte
nō opponēte valeret appellatio iterpoſita ad papam
vt ibi cōcludit̃.⁊ ita ēt comuniter concludit̃ in.d.c.cum
Bertoldus.lꝫ Jo.an.ibi voluerit ꝯtrariū.qꝛ tenuit in
diſticte ꝙ poſſit appellari ad papā.Jn alijs autēꝫ ſub
delegatis.ſ.delegatoꝝ ab ĩferioribꝰ a papa.pōt appel
lari ad papā omiſſis medijs.vt nō.in locis p̄allegatis
⁊ dicā in.c.dilecti filij prior.j.eo. Sed quid dicemus
de ſentētiis ordinarioꝝ alicuius inferioris pricipis.vel
ciuitatis.quis erit ſuperior in appellatione interpoſ̄.
ab iſtoꝝ ſentētijs. Et dicite ꝙ ſi eſt iudex ſpecialis de
putatus ad cās appellationis.tūc ille erit ſuperior.et
talis iudex nō tamē erit ꝯpetēs iudex in cauſa reduc
tionis.qꝛ nō eſt appellatio ut.j.dicā.Ang.ꝯſilio.219.
incipit.i ciuitate.Si autē iſte nō adſit.vel qꝛ nullus ſit
in ciuitate nec ſolitus creari.vel qꝛ ĩpeditus ſit impedi
mēto lōgo vel ꝑpetuo iuxta ea que habent̃ i.c.ſi is cui
de.offi.del.li.vj.in.c.i.ne ſed.vac.eo.li.tūc appellan
dū eſt ad illos qui talē iudicē habēt deputare ſiue elige
re.ſi deputent̃ per pricipē ad pricipē. Si ꝑ ciuitatē ad
decuriones ciuitat̃ qui repreſentāt ipſaꝫ ciuitatē.vt vo
luit glo.in R̄ica.C.que ſit lon.cōſue.Jta Bal.hic in
prima col.⁊ Panor.Jta Bar.i.d.l.i.§.ſi quis.Bar.
in.l.i.§.ſolent.ff.quādo ap.ſit.Bar.in.l.vbi abſūt
per illū tex.ff.de tut.⁊ cur.da.ab his.Jta Bar.in.l.
quotiēs.ff.ad mūicip.Ang.in.p̄ma repetitiōe.l.ſi va
cantia.C.de bon.vac.li.x.Jta Bal.i.l.ij.C.quādo
fiſ.vel p̄ua.in pria.col.que allegat tex.ad h̄ ſingularē
i.§.ad hoc ꝑuenit.i auten.ut null.iud.Jta Bal.in.c
i.ſi inter dn̄ꝫ vl' vaſſ.liſ.ori.in.vſi.feu.qui allegat tex.
i.§.penul.in auten.ut nulli mō.Jta Ludo.de Ro.
in R̄ica de arb.in.xvj.col.vbi dixit hoc ꝓcedere in ci
uitatibus que habēt merū uel mixtū imperiū.⁊ alijs ſi
milibus locis.ſecus ſi nō haberēt merū ⁊ mixtū impe
riū.⁊ faciūt que dixi.ſ̄.in articulo cuiuſmodi iuriſdicti
onē debeat habere iſte ſuperior. Jta Ludo.in ſingu

UVA. BHSC. IyR_025

laribꝰ ſuis.c.cũ nullus.§.ep̄s.de tp̄b.ord.li.vj. Lu
do.de roma in ꝯſi.vci.incipit.omnipotẽti.tunc ut de
claratione.in fi.col.tenet hoc.ſꝫ reprehẽdit Bar. qua
tenus in.d.l. vbi abſũt vult appellari ad ancianos ſi
ue priores.tamẽ pro Bar.facit.d.l.vbi abſũt.iũcta gl.
in.l.ſed ſi dolo.ff.de dolo.que dixit decuriones ancia
nos eẽ. Inquantũ inuũt predicti doc.ꝙ ſi ſit certus
iudex appellationũ deputatꝰ ꝙ ad aliũ ordinariũ ſupe
riorẽ illius ciuitatis nõ poſſit appellari hoc videt̃ ꝯ nõ
ta.per.Jo.an.⁊. Panor.i.c.paſtoralis ĩ pricipio. ⁊ ĩ
c.Irrefragabili.ĩ pricipio ⁊.§.exceſſus.ſ.de offi.ord.
vbi volunt ꝙ licet particularis iudex habeat iuriſdictio
nem in aliquo particulari officio tñ per hoc nõ videat̃
derogatũ ordinario qui habeat vniuerſalez iuriſdictio
nem.licet accumulatiue habeat. Et eſt tex.nõ.Et ibi
Bar.in.l.i.C.de.offi.pref.vrb. tñ bal.i.c.i.§.ad hec
in.iiij.colũna.de pac.iura.fir.i vſi.feu.tenuit in ꝯriũ
ſ.ꝙ per deputationez particularis officialis videat̃ in
hibitũ ordinario ne ſe impediat de illo officio.et pro
eo facit tex.in.l.cõſulta diualia.C.de teſta.in.l.repeti
ta.C.de ep̄is ⁊ cler.cũ ſimilibꝰ.nõt Ang.i.l.cũ pretor
.ff.de iudic. Bal.in.c.ſtuduiſti.ſ.de offi.delega.fe
dere diſtinctionis videtur velle iſta reſoluere dicẽs aut
vnus iudex eſt maior.alter minor. Et tũc per deputati
onẽ vnius alius nõ extiguit̃ neqꝫ excludit̃.l.cõtra pu
pillũ.§.qui ad maiꝰ.de re iudi.Aut ſũt pares ⁊ vnuꝰ
habet generalẽ ⁊ alius ſpetialez.⁊ tũc ſpecies derogat
generi ⁊ videt̃ ſpecialis iſta poteſtas exẽpta ⁊ extracta
a generali.l.ſolemus.§.latriniculator.ff.de iudicijs.
Aut vna venit ĩ ſuffragiũ alterius ⁊ tũc ſtat vtraqꝫ.c.
i.ſ.de offi.ordi.c.per hoc.⁊.c.ut ꝯmiſſũ de here.li.vj
de hoc etiã per Ang.in.l.vacãtia.C.de.bon.vacan.
li.x.Ludo.ꝯſi.cclij.icip̄.vnũ ẽ ꝙ ſubſtãtial̃r vbi vltra
p̄allegata allegat ꝓ pria parte.l.fi.cũ glo.C.de iuriſdi.
o.iudi.l.fi.cũ glo.C.vbi cãe fiſcales. Bal.i.l.i.d.offi.
cõſulis. In.l.ſi quis cũ procuratorio.§.fi.ff.de procu
ra.in.l.ꝙ ĩ rerũ.§.ſi quis poſt.ff.de leg.primo.Ang.
i.d.l.ꝯſulta.Ludo.latius hãc partẽ ꝓſequit̃ et firmat
conſi.ccclxxxiij. Incipit pñs ꝯſultatio.Adducit vltra
predicta.l.vires.C.de diuerſis offi.ibi Bar.⁊ nõ.in.c
q̄to ⁊.c.cũ ab eccl̃iarũ.de offi.ordi.c.ceterũ de iudicijs
l.quotiẽs.§.fi.ff.de admi.tutor.⁊ hãc etiam partẽ te
net Petrꝰ de ancha.cõſi.clviij.Incipit.de viribꝰ ⁊ effi
cacia et ſic magis coĩter tenet̃ ꝙ d̃putatio vnius ſpeci
alis officialis nõ tollat ordinariã generalẽ alteriꝰ etiaꝫ
in illa ſpecie. Facit Imo.i.l.titie textores.ff.de legatiſ
primo. Sed nunquid iſte ordinarius ſuperior pote
rit cauſã appellationis alteri delegare.Bar.in.l.i.§.
ſolẽt.ff.quãdo ap.fit.⁊ Bal.i.l.eos.in prin.c.e.tenẽt
ꝙ licet ſit mixti imp̃ij tñ põt de ſe delegari niſi natura
pricipalis negotij repugnet.et glo.in.l.i.in fine.C.de
pedaneis iudicibꝰ in.c.penultimo de reſti.in integruꝫ
ita poſſunt cõcordari.ita Ang.de Aretio in.d.§.ſolẽt
in finali col.inquãtũ tñ dictũ eſt ꝙ cã appellat̃. eſt mix
ti imp̃ij.Jo.de ana.i.d.§.ſolẽt.tenet ꝯ.⁊ Raphael
cumanꝰ per tex.in.l.p̄cipimus verſiculo hinc ſaluber
rime.C.de appel.ſecũdũ itellectũ quẽ dant ad illã.l.
Bar.i.l.i.§.i.ff.quis ⁊ a quo.facit qđ nõ.Inno.i.c.
cũ ſpeciali.j.e.dũ vult ꝙ appellatio nõ immutat natu
rã cauſe pricipalis. Facit tex.in.l.i.§.i.ff.an ꝑ aliũ cũ
ap.ſi.principalis cauſa eſt miſti imp̃ij erit etiã appella
tio.alias nõ. Facit ad p̄mũ dictũ ꝙ cã appellatiõis poſ
ſit delegari.c.romana.e.libro ſexto.c.iterpoſita.j.e.
ſi de iure canonico hoc licet quare nõ ẽt iure ciuili cum
mutatũ nõ repiat ſꝫ pone.ordinarius recuſatur ſuſpec
tus puta ep̄us delegat cauſã alteri.delagatus ꝓnũciat
ad quẽ erit appellãdum.an ad ep̄uꝫ an ad archiep̄m.
Mihi placet diſtinctio.d.Ant.in.c.ſi quis cõtra.ſ.de
fo.cõpe.Aut ep̄s ẽ recuſatꝰ.ſꝫ nõ fuit ꝓbata recuſatio
⁊ ad eũ eſt appellãdũ.nã licet aliqualit̃ ſit iuriſdictio
ſua eliſa tñ facit gradũ.l.ſi qui tutor in pricipio.ff.de ri
tu nup.iũta Jo.an.i.d.c.ſi quis cõtra.aut eſt recuſatꝰ
et ꝓbata ſuſpitio et ſup ea iudicatũ.ul̃ tãtuꝫ fuit ꝓba
ta et tũc appellãdũ erit ad archiep̄uꝫ.nõ ad eũ.facit.c.
iudex de offi.delega.libro ſexto. Sed quid de ſẽtẽ
tijs latis ab aliquo rectore collegij int̃ ip̄os de collegio
quis erit ſuperior.et ꝯcludit Bar.i.d.§.ſi quis.ꝙ ſu
perior.⁊ ſi ille ad quẽ appelletur erit ordinarius ciuita
tis qui habet poteſtatẽ ſup omnia collegia inferiora.et
ſic ad ordinariuꝫ ciuitatis qui eſt ibi ſuperior ip̄ius col
legij.Et ad hoc faciũt.Naꝫ ordinarius ciuitatis habet
poteſtatẽ ſup̄ collegia inferiora facta in ciuitate ip̄a. et
ideo eorũ ordinationes poteſt velle videre et corrigere
⁊ immutare ſi videbit̃ ſibi equuꝫ. Ita Bar.i.l.i.§.fi.
ꝑ illũ tex.ff.de extraor.cog. Ita.Bal.i.c.i.§.cõuenti
culã d̃ pac.iur.fir.in vſi.feu.immo poſſet ex cauſa vel
le deponere vel deſtruere ip̄uꝫ collegiuꝫ.ita Inno.in.
c.dilecta.j.de exceſ.prel.faciũt que habẽtur in.c.cũ ex
iniuncto.j.de op.no.nũc. Panor.tñ hic altius exor
ditur dicens ꝙ aut eſt collegiũ ſeculare.et tũc appellat̃
ad marium ſecularẽ.cum illi ſubſint.l.fi.⁊ ibi habetur
C.d̃ iuriſdi.o.iud.c.cũ ab eccleſiarũ rectoribꝰ.⁊ ibi hẽ
tur ſup̄ de offi.ord.nam cũ ipſiꝰ rectoris poteſtas ema
nat a collegio ꝙ illuꝫ hꝫ elligere ut notabiliter ponit.
Ang.ꝯſi.ccxxiii.qđ incipit.Ars cal.zolarioꝝ.nõ mirũ
ſi ab eo appellatur ad ſuperiorẽ collegij ſicut ſupra dic
tũ eſt ꝙ de vicario ep̄i appellatur ad ſuperiorem ep̄i.fa
ciunt que habẽtur in.l.fi.C.de iuriſdi.o.iud. Aut
ſunt collegia eccleſiaſtica.puta quia ĩ eis nõ adſunt ni
ſi cl̃ici.vel ſi adſunt laici.maior tñ pars collegij ſunt cl̃i
ci quia tũc iudicamꝰ ut d̃ collegio eccleſiaſtico ut voluit
Bar.i.l.fi.ĩ.iij.colũna.ff.d̃ colleg.illic.Bal.ĩ autẽ.ha
bita.C.ne.fil.pro.pa.in.l.i.§.huiꝰ ſtudij.ff.de iuſt.⁊
iure.faciũt q̃ nõt Bar.in.l.cũ ſenatus.ff.de reb.dub.
Et nõtur per cano.in.c.ex litteris.ſup̄.de ꝯſt. Et illo
caſu appellãdũ eſt ad eccleſiaſticũ per ea que habẽt̃ in
c.diligẽti.⁊ in.c.ſignificaſti.ſup̄ de for.compe.videbi
mus aliquid in.c.ſi duobꝰ.j.eo. Aut vero in eis ad
ſunt plures laici q̄ clerici.⁊ tũc iudicamꝰ de tali vniuer
ſitate ut de ſeculari.per iura ſup̄ allegata. Et ideo ſu
perior erit ordiarius ſecularis.niſi iudicaſſet iſte rector
vniuerſitatis in cauſa alicuiꝰ clerici corã eo ꝯuenti.nam
illo caſu appellãdũ eſt ad ſuperiorẽ eccleſiaſticũ.nam
clericum iſtum nõ potuit rector iudicare niſi ut clericuſ
quia ut laicus nõ haberet poteſtatẽ in clericũ ut.d.c.
ſi diligẽti.cũ ſimilibꝰ. Sed vbi appellatur a clerico iudi
ce ut clerico appellatur ad ſuperiorẽ eccleſiaſticũ.c.Ro
mana.§.debet.⁊ ibi nõtur eo.ti.li.vj.ergo iſto caſu
bene erit hic ſuperior iudex eccleſiaſticꝰ.ita hic Panor.

Sed quid de clericis iudicãtibꝰ de tẽporalibꝰ.et ĩter
laicos quis erit ſuperior.Dicite ꝙ aut iudicat iure pro
prio ip̄ius eccleſie ita ꝙ nõ recognoſcit aliquo mõ ĩ ea
iuriſdictione aliquẽ laicũ.quia nec habet in feudũ a lai
co nec aliquo titulo ab eo tꝫ.et tũc ſuperior eſt eccleſia
ſticꝰ ad quẽ appellãdũ ẽ.d.§.debet.vbi tex.ad litterã.
Et ideo dixit Bal.in.addit.ad Spec.e.col.xxx.ꝙ ſi
quis ẽ dux.⁊ epiſcopus fert ſentẽtiã ut dux. ꝙ tũc ap
pellatur ad eccleſiaſticũ iudicẽ q2 iſta dignitas ſi aliud
nõ apparet eſt acceſſoria dignitati ep̄ali ad.l.ſi quãdo
C.e. Rñt ꝙ loquit̃ qñ dignitas principalis eſt ſine iu
riſdictiõe.Ideo illa iuriſdictio competẽs reſpectu alte
rius dignitatis nõ poteſt dici acceſſoria alterius iuriſdic
tiõis. Aut vero recognoſcit laico aliquo modo et tũc
appellãdũ eſt ad ip̄m ſuperiorẽ laicũ quõ recognoſcit
d.§.debet.et ibi glo.et oẽs ſcribẽtes.c.ſolite ſupra de
maio.⁊ obe. Predicta fallũt niſi priuilegio ſpeciali

UVA. BHSC. IyR_025

vel ꝯſuetudinē aliter diſponētur.d.§.debet.vbi tex.⁊
ideo ſi clericus eſſet officialis alicuius principis laici
vel vniuerſitatis laice ab eo appellaretur ad pricipē lai
cum. Ita bar.in.d.§.ſi quis et alij.ita cano.in.d.§.
debet. Et ideo ſi clericus eēt delegatus alicuius prin
cipis ſecularis ab eo appellaret ad pricipem ſecularē.
glo.eſt ſolitaria. xxiij.q. viij.c.ſepe. Et ita Petrus
de ancha.in.d.§.debet.⁊ eſt bonus tex.in.c.in.archi
episcopatu.de raptorib⁹ in fi.qd limitat Bal.hic in.ij.
col. nō procedere qñ delegatio eſſet facta clerico ut cle
rico. Nā illo caſu appellatur ad eccleſiaſticū.quia non
videtur pōderata perſona ſua ut perſona laici.ſed ut
clericus nō ſubeſt laico ergo non eſt ſuperior iudex lai
cus. Et ideo dicit ꝙ ſi delegaret ſub nomine dignitat
ꝙ illo caſu appellādū eſſet ad eccleſiaſticū.tñ contra
eū eſt caſus in auten.ſiquis vero litigātiū et ibi ponde
rat idem Bal.in fi.C.de epiſ.audi. Et cōtra cū mul
tum facit qd habet in.d.§.debet.et.in.d.c.ſolite.
Sed quid modo ſi aliquis haberet duas dignitates
puta eſſet rex et comes vel ꝓpoſitus et epiſcopus.nun
qd reſpectu harū dignitatū habꝫ diuerſos ſuperiores.
pone ꝙ iudicat ut comes quo caſu aliquis dux eſt eius
ſuperior. appellabatur ne ad illū ducē. Et certe dubiū
naſcitur ꝓpter ad mixtā dignitatē regiā cui⁹ nō poteſt
eſſe ſuperior dux. Tamē dicite ꝑ predicta ꝙ ex quo iu
dicauit ut comes nō ut rex ꝙ illo caſu appellādū erit ad
ducem.l.ſi quādo.vbi tex.C.e.et ibi. Bar.in.d.§.ſi
quis.et ibi alij ſequuntur Panor. et petrus hic. Io.de
anania in.c.ij.de delictis puerorū.Panor.in.c.verum
de foro ꝯpe. Ludo.in.l.ij.in.viij.col..ff.de vborū obli
ga.Panor.in.c.dilectus.il.tertio de prebēdis. Archi.
in.§.his ita.xj.q.i.Bal.in.l.i.in fi.ff.de offi.pretec.ꝑ
to.dū vult appellarī.eſſe indiſticte a rege ad dominū
feudi.Facit.c.romana.§.debꝫ.e.li.vj.iuncta glo.naꝫ
de prelato qui ē dignior quocūqꝫ ſuꝑiore laico.c.ſolite
ſuꝑ de maiori.⁊ obe.cū ſimilib⁹.appellat ratione feudi
ad laicū dominum feudi. Quid modo ſi de comite
vno appellādū eſt ad ducē ⁊ ipſemet reperiat eē dux ⁊
comes.nūquid de ſentētia quā tulit ut comes appellan
dū ſit ad ipſummet cū ipſe ſit ⁊ comes ⁊ dux. Bal.hic i
ij.col.videtur cuꝫ dicto Bar.tenuiſſe ꝙ pōt appellare
ad ipſūmet. Sed qr eſſet ſuſpectus iudicādo in facto ꝓ
prio debet delegare.iuxta ea que habētur in.l.pretor.
de iuriſdi.om.iud.pro Bal.eſt glo.⁊ ibi Bar.in.l.cos
in pricipio.C.e.voluit Spec.in ti.eodē.§.nūc tracte
mus.verſi.pc.⁊ facit glo.in.c.ſi is cui in fi.glo.magne
de offi.del.li.vj. Reperio tamen ꝙ domini de rota in
deciſ.ſua.cccxj.que icipit. Itē fuit dubitatū vtrū archi
eps.videt decidere ꝯtrariū in ſimili queſtione.duꝫ di
cūt ꝙ ſi archieps ſit effectus legatus quo caſu videtur
ſuperior archiepi ex quo eſt legatus ꝙ tamē ad eū nō
appellabit a ſētentia quā tulit ut archieps.qr eēt iudex
in facto ꝓprio.⁊ faciūt que habent in.c.a collatiōn.de
appel.cogitabit. Sꝫ quid ſi clericus iudicat de vna
cauſa cuꝫ laico.⁊ ille laicus ſit puta comes.clericus ſit
ſimplex plebanus.⁊ iudicauit i cauſa laicorū. puta ex
cōpromiſſo caſu quo appellet a ſentētia arbitri.ad quē
appellabit.⁊ certe dicit hic Bal.ꝙ cū magis dignū tra
hit ad ſe minus dignū.c.ꝙ in dubiis.cū vulgaribus d
ꝯſec.ecc. vel alr facit glo.nō. in.c.i.de iurepatro.li.
vj.videt ꝙ debeat appellari ad eccleſiaſticū. Et ſic vult
Bal.ꝙ ſimplex plebanus ſit dignior comite.⁊ facit nc.
tex.in autē.hita.C.ne fil.pro pa. Ubi abbas preponi
tur duci.⁊ facit tex.in.c. ſolite.ſ. de maior.⁊ obe. vbi
eps ⁊ archieps ſunt digniores rege.⁊ papa eſt dignior
imperatore. Panor.firmat hoc.⁊ ipſe Bal.in queſtiōe
ꝓpoſita.nā nō attēdit ſuperioritas ratione dignitatis
in appellādo. Sꝫ attēdit reſpectu maioris adminiſtra
tionis.d.§.ſi quis.⁊ Ang. Et ibi Bar.ponit iſtā que
ſtionē ⁊ determinat hoc modo.⁊ ita firmat idē Bar.et
Bal.in.l.precipimus.§.fi.C.de appel. Et ita card.et
Imo.in.c.ſuꝑ queſtionū.§.ſi uero.de offi.deleg. Ita
Petrus de ancha. i regula. ea que.i.xxvj.col.de reg.
iuris.li.vj. Si ergo in materia appellationū. cōſiderat
ſuperioritas reſpectu adminiſtrationis nō dignitat cer
te ſi pleban⁹ habꝫ maiorē adminiſtrationē ꝙ comes.
ergo attēdemus potius ſuperiorē plebani.⁊ ſic eccleſia
ſticuꝫ ꝙ ſuperiorem comitis.⁊ ſic laicū.⁊ ideo ꝯcludit ꝙ
debet illo caſu appellari ad ſuperiorem eccleſiaſticū.et
facit pro eo glo.in.c.vnico de iurepatro.li.vj.et ꝙ ple
banus ſit maior adminiſtratione pꝫ reſpectu cure ani
marū.c.precipimus in argumētuꝫ. xij.q.ij.et ita cōclu
dit Bar.in.d.§ ſi quis. Ceterū qr arbitria ſunt reda
cta ad inſtar iudiciorū.l.i.ff. de arbi.et i materia idiffe
rēti iudicis appellatione ꝯprehendit arbiter.glo.in v
bo iudices.in.c.i.de ꝯfeſſis.li. vj.in.c.i.de re iudi.e.
li.lꝫ glo.videt ꝯtraria in.c.i.in vbo.iudices.de foro
ꝯpe.li.ſexto.nō ab re erit ut tāgamus.an hodie cū ꝑ
l.cū antea.C.de arbi.actio naſcat ex ſentētia arbitri.
poſſit a ſentētia arbitri appellari. Bar.in.l.i.C.de ar
bitris in.l.ij.ff.de arbi.in.l.arbitro.ff. qui ſatiſda. co
gātur.⁊ ibi ēt Paulus de caſtro tenēt ꝙ ſic.qr ceſſat rō
d.l.i.cū ſentētia arbitri tacite uel expreſſe emologata
producat actionē.d.l.cū antea. nā dicit Bar.appellā
do intra decē dies tacite videt approbare ſentētiaꝫ ut
latā.lꝫ impugnet ut male latā.l.iij.§.falſus.ff.rē ratā
haberi.⁊ ſimili ꝯſideratione vtit Bar.in.l.filio preteri
to.ff.de iniuſto rupto irritoqꝫ te. Tamē in contra
riū tenet glo. Et. Bal.⁊ Sali.i.d.l.i. ⁊ Paulus de ca
ſtro ſibi contrarius. Imo.in.l. nemo pōt.ff.de leg.
ꝑmo.i.l.i.§.fi.ff.a quibus ap.nō li. Mouent primo
per regulā.d.l.i.⁊.l.die ꝓferre.§.ſtari.ff.de arbitris.
Et ad ratī. Bar.dicūt ꝙ nō ꝓcedit.nā emologatio ē
tacita vl expreſſa approbatio ſētētie qd ſibi placeat.d.
l.cū antea.ſꝫ appellās expreſſe dicit ſentētiā ſibi diſpli
cere.l.i.C.ſi ſepius i integruꝫ re.pc.fu.⁊ patet ad ſen
ſuꝫ.ergo per appellationē nō pōt reſultare tacita emo
logatio.ad.l.iij.§.falſus. Reſpōdent ꝙ ibi nō dicit ꝙ
appellās tacite approbꝫ ſentētiā inualidā. qr hoc nō eſ
ſet verū.nā appellatio a ſentētia nulla ualet.⁊ tamē nō
per hoc approbat nullitas ſētētie nec ꝯualidat ſentētia
l.ſi expreſſiꝫ.ff.de appella.c.dilecto.ij.eo. Sed ibi ap
probat perſona falſi ꝓcuratoris ⁊ ſentētia que contra
eū erat valida.vt nō.in.l.lꝫ.C.de procura.in.c.i no
ſtra.ſ.de ꝓcurato.l.plaucius.ff.de ꝓcura.trāſfundi
tur ēt in ipſum dominuꝫ appellāteꝫ.ita intelligit d.§.
falſus. Secūdo adducūt.nā appellatio eſt remediū
quo ſentētia ſuſpēdit.⁊ ad ſuperiorē in iuriſdictiōe ei⁹
cognitio deuoluit.l.precipimus. C.de appella.ſed ar
biter nō habet iuriſdictionē.ſꝫ notionē tātuꝫ.l.ait pre
tor.in pricipio.ff.de re iudica.⁊ ſic nō facit gradū.⁊ ſic
nō habet ſuperiorē in gradu iuriſdictionis.ergo ab eo
appellari nō poterit. Sed Bar.hoc ſentiēs in.d.l.ne
mo pōt.reſpondet ꝙ nō ſequit.nō habꝫ iuriſdictionē
ergo ab eo nō pōt appellari.patet in executore mero.
qui ſi modū excedat.pōt appellari ab eo.l.ab executio
ne.ff.e.l.ab executore.C.quorū appel.nō recip. Sed
reſpōſio nō tollit ar.nā executor etiā merus tamē habꝫ
iuriſdictionē cōtra impedientes executionē.⁊ ad executi
onē complēdaꝫ.c.ex litteris.vbi tex.ſ.de offi.delega.
Tertio adducit.appellatio eſt inuēta ut ſit remediū
oppreſſorū.c.ſuggeſtū.ij.e.ſꝫ oppreſſus ab arbitro ha
bet remediū magis expeditū.ſ. ſimpliciter ſine alia for
ma nec reclamatione ad ſuperiorē cōtradicat.⁊ ſic nō
erit ſentētia arbitri emologata.nec ſentētia ſibi ꝑiudica
bit.d.l.cū antea.ergo fruſtra recedimus a regula anti

UVA. BHSC. IyR_025

qua.d.§.ſtari.que ē ut nō poſſit appellari.⁊ hāc opi:
in cōſilijs ſuis Ludo.de roma.cōſilio.27.qđ incipit.vi
ſo themate.Ang.in.d.l.arbitro.D.anto.in.c.quinta
vallis ſup̄ de iureiurādo.ſequit̄ Panoꝛ.⁊ Jmo.i.c.cū
dilectus de arbitris.Ubi ſentētia arbitri ex diſpoſitiōe
ſtatuti ꝓduceret actionē.tūc per rationē.d.l.i.poſſet
appellari.Jta Bar.ibi.⁊ in.d.l.nemo.lʒ aliter diſtin
guit ibi Sali.⁊ Bal.Panoꝛ.in.d.c.cū dilectus.vbi ſe
quitur omnia dicta Bal.in.d.l.i. Quid autē de iu
re canonico.an a ſentētia arbitri poſſit appellari.Bal.
Sali.⁊ comuniter legiſte in.d.l.i.videtur dicere ꝙ ſic
per.c.ſtatuēdū.ij.q.vj.Aſſignāt rationē.qꝛ de equita
te canonica omnis quōcūqʒ oppreſſus pōt appellare.
c.ad romanā.c.iō.⁊.§.cū ergo.ij.q.vj.tn̄.d.c.ſtatuē
dū parū facit. Secūdo adducit̄ glo.i.c.a iudicib⁹.ij
q.vj.quā ad hoc allegat Bal.in.l.ſi ſeruus pluriū.§.
fi.ff.delega.primo.in.l.cū quidam.ff.delega.ſecūdo
Angel.in.d.l.arbitro.Pe.de ancha.in cle.ſepe.de v̄
boꝝ ſignificat̄.in fine.Jmo.in.d.l.nemo poteſt.glo.
Hoſt.⁊ Jo.an.in.c.ij.de arbitris.Jmo.in.c.ꝑtuaſ.
de arbi.Tn̄ Jmo.i.d.l.nemo pōt.dicit ꝙ h̄ nō repe
rit̄ bn̄ cautū de iure canonico.⁊ Panoꝛ.in.d.c.cū dilec
tus.dicit ſtandū regule iuris ciuilis.d.§.ſtari.⁊.d.l.i.
Spec.in ti.de appella.§.in quibus.verſiculo.16.hoc
tenet.ad cōtraria dicit ꝙ loquntur potius de imploran
do officiū iudicis q̄ de appellatione.Et ita videt̄ etiaʒ
ſentire Jmo.in.c.quitauallis.in.23.differētia ſu.al
legato.Et ita ēt poteſt ītelligi glo.in.c.expoſita.i ver
bo.irritū.de arbi.Jta etiā videt̄ loqui Ludo.in ꝯſilio
xxvij.ſup̄ allegato.dicēs ꝙ talis reclamatio debet iter
poni intra decē dies ne videret̄ emologare.Sed forte
nō eſt hoc dictū Ludo.ueꝝ ſi ſentētia arbitri nutrit pec
catū ꝑ nō.in.d.c.ij.⁊.d.c.expoſita.⁊ ideo cū ſit appel
latio impꝛopria.reclamatio que interponit̄ a ſentētia
arbitri ut Bal.in additio.ad Spec.in titulo.de arbi
tro in.ij.ꝑte in.vj.col.nō habēt locū i ea fatalia anni
neqʒ deſertio.Bal in.l.i.i.iij.col.C.de arbi.Panoꝛ.
in.d.c.cū dilectus.tēpus autē decēdij attēdit̄.nō tanq̄
tēpus appellationis.ſʒ ne videat̄ lapſo illo tacite emo
logaſſe.ꝑ.d.l.cū ātea.Et ad p̄dicta facit qđ nōt Bal.
in.d.§.ſtari. Dominus alexāder de Jmola i.l.ne
mo.dicit nō eē in pꝛatica recedenduʒ ab opi.ꝙ de iure
canonico a ſentētia arbitri poſſit appellari.tamē ꝯtra
ria opi.eſt ſuſtentabilis.et eā tenet Ludo.in.d.l.arbi
tro.ff.qui ſatiſdare cog. Quid modo de ſententia
arbitratoꝛis.an poſſit ab ea appellari.Bar.i.l.fi.i pe
nultima col.ff.de appel.recipiēdis.quā refert ⁊ ſequit̄
Ludo.ꝯſilio.xxvj.qđ incipit.ſup̄ eo qđ querit̄.tenent
q̄ ſic.mouent̄ ꝑ.l.a ſētētia.§.idē reſcripſerūt.ff.e.ubi
appellat̄ a tranſactione.Sed arbitramētuʒ equipara
tur trāſactioni.Autēn.ſi uero cōtigerit.⁊ ibi nō.C.de
iudicijs.Jnno.in.c.quitauallis.de iureiurādo.ergo
ab eo pōt appellari. Contra Bar.tenet Bal.i Ru
ca.⁊ in.l.hi qui ad ciuilia.c.e.et Ludo.in Rica de ar
bitris.in finali carta.dicēs ꝙ fruſtra eēt remedium re
ductionis.ſi poſſet appellari.qđ tamē nō concludit.ꝑ
ea que.j.dicā.tenet Panoꝛ.in.c.cū dilectus.in fi.col.
de arbitris.Jo.an.in addit̄.ad Spec.in ti.de appel
latio.§.in quib⁹.verſiculo:quid ſi cōuenit.hoc idē vi
det̄ ſentire.Mouent̄ quid nō ꝑit lauduʒ arbitratoris
actionē.ergo ab eo nō appellatur.d.l.i.C.de arbi.itē
qꝛ arbitratoꝛ nihil iudiciale in ſe habet.Jnno.in.d.c.
quintauallis. Sed ſi attēdat̄ mēs bar.voluit ꝙ a lau
do appellari poſſit.ſicut a quocūqʒ alio actu extraiudi
ciali litis deciſiuo.d.§.idē reſcripſerūt.vel pꝛeiudiciali.
c.bone.j.e.c.dilecti.de maio.et obe.Tamē ad.l.a ſē
tētia.§.idē reſcripſerūt.Reſpōdent ꝙ loquitur in ter
tio qui nō trāſegit ipſe.ſʒ leditur ꝑ trāſacti.alteri⁹ quo

caſu dicit Bar.in.d.l.fi.pōt appellare.ſʒ ipſemet qui
trāſegit appellare nō pōt.Jta Bar.ibi.ergo cuʒ arbi
tramētuʒ equiparetur trāſactioni ipſe qui ꝯpꝛomiſit.n̄
poterit appellare.Sed Ang.de arecio.in.d.l.fi.bene
reſpōdet huic rationi.dicēs ꝙ quādo quis trāſegit ipſe
met nō habʒ iuſtā cauſaʒ appellādi ab eo in quo expꝛ̄ſ
ſe ꝯſenſit.l.ad ſolutionē.C.de re.iudi.c.quo ad con
ſultationē.ſupꝛa de re iudi. Sed qui cōpꝛomiſit nō di
recto ꝯſenſit in id qđ eſt laudatū.cū ignoraret quid eēt
arbitratoꝛ declaraturus ⁊ i dubio videt̄ actū ut non le
dat imoderate.l.ſi libertus iurauerit.ff.de op.liber.
d.c.quintauallis.nō mirū ſi cum potius ledatur facto
tertij q̄ ſuo pōt appellare.tamē ipſemet Ang.de are
cio.ibi tenet ꝯtra Bar.pōderās tex.in.l.ſi ſocietatē.§
arbitroꝝ.ff.pꝛo ſocio.dū dicit ad arbitratū boni uiri re
digi debeat.nō verbū.debeat.qđ neceſſitatē ipoꝛtat.l.
ſepe audiui.ff.de offi.pꝛeſidis.qđ ar.eſt ſatis vtile.per
no.in cle.attēdentes in glo.de ſta.mon.in.c.itellexi
mus.de iudicijs.⁊ cū hac opi.ꝙ nō poſſit appellari trā
ſit Jmo.in.d.c.quitaualis.in.xxxvj.col.de iureiurā
do. Et pꝛo rōne Angeli de arecio ſupꝛa allegata ꝙ ſit
attēdendū.qꝛ ꝯpꝛomittēs ledit̄ facto tertij.que ignora
bat ita ꝓnunciatuꝝ.imo credebat iuſte arbitratuꝝ.Fa
cit dictū Bal.in.l.ſi venditoꝛ.C.de reſcinden.vendit.
quē allegat ⁊ ſequitur Ludo.de roma in Rica de arbi
tris.in.xxii.col.dū vult ꝙ ſi arbitratoꝛ añ cōpꝛomiſſū
pꝛedixit ꝑtibus ꝙ ipſe taliter ꝓnūciabit.⁊ partes de h̄
certificate nihilominus cōpꝛomittūt i euʒ.nullo pacto
poterūt ꝑtes a tali laudo reclamare.Retēta tam̄ opi.
Bar.ꝙ poſſit appellari a laudo arbitratoꝛis.Dicit idē
Bar.⁊ Ludo.dicto ꝯſilio ꝙ hoc caſu debet obſeruare
omnia tēpoꝛa ⁊ ſolēnia appellationis. Sʒ tenendo ꝙ
nō poſſit appellari que eſt comunis ſentētia.ſʒ debeat
peti reductio.tūc nō habēt locū fatalia anni neqʒ alia.
Spec.i ti.de arbi.§.i.verſ.q̄d ſi a tēpoꝛe.Calda.de ar
bitris.cōſilio quīto.⁊ Oldra.ꝯſilio.156.incipit.pꝛimū.
de quo queritur.Ang.in conſilio.186.Incipit.ſtatuto
cauetur.Bar.⁊ Sali.in.d.§.arbitroꝝ.⁊ ibi Albricus
dicēs ita ſeruari ꝙ pōt peti vſqʒ ad.36.annos. Jmo.
late ꝓſequit̄ iſta. Et.j.quātuʒ tēpus debet interpo
ni hec reductio Bal.⁊ Ang.in.l.i.C.de ſenten.p̄fect.
p̄toꝛio i.l.ij.ff.de arbitris.⁊ quātuʒ durabit poſtq̄ eſt
iterpoſita.Jnno.d.c.quitaualis.in.44.⁊.45.col.ver
ſiculo.circa tertiū.Ang.in diſputatione ſua duo iuiceʒ
litigātes.in fi.carta.Calda.i.d.cōſilio.5.de arbitris:
⁊ ibi pulchre dicit ꝙ iſta petitio reductionis neqʒ eſt ap
pellatio iudicialis.neqʒ extraiudicialis. Et de hoc
quāto tēpoꝛe duret poteſtas arbitratoꝛis.Bar.Jmo.
⁊ alij in.l.ſi quis arbitratu.ff.de verboꝝ obliga.Bal.
⁊ alij i.l.fi.§.ſed ⁊ ſi quis.C.co.de lega.Bal.in.c.i
ter pares in pꝛicipio de lege coꝛ.Bal.⁊ Sali.in.l.fi.C
de ꝯtrahen.emp.Sali.i.l.i.C.de arbi.Bal i.l.ſi com
pꝛomiſſū.ff.de arbitris.D.anto.Panoꝛ.⁊ Jmo.in.c
cū dilectus de arbitris.Bal.in Rica.extra de arbitris.
Albꝛicus de roſate i.§.arbitroꝝ.dicit ſeruari ꝙ durat
tātuʒ quātū pꝛima cauſa. Arbitro autē quāto duret
ꝯpꝛomiſſuʒ ⁊ quid de iſtātia Bal.in.d.Rica.de arbi.
Panoꝛ.in.d.c.cū dilectus.ibi Jmo.Sali.in.l.i.C.đ
arbi.glo.in.l.ſi vnus.§.i.in.l.ſed ſi cōpꝛomiſſum.ibi
Bal.ff.de arbitris.Jo.an.in addit̄.Spec.in ti.de ar
bitris.§.differt.in fi.Bal.in locis.s̄.allegatꝭ circa arbi
tratoꝛē i.l.falſo.C.đ diuerſis reſcrip.Jmo.⁊ Panoꝛ.
in.d.c.quitaualis.Jmo.i.l.multa.ff.de condi.⁊ de.
Sali.in.l.ꝓperāduʒ.§.ſinaūt reuſ.C.de iudi.cardi.
in cle.quādiu.de appella. Sed quid de ſētētia que
fert̄ per iudicē additū ſuper reductione an ab ea poſſit
appellari.Et ante oīa ſciēduʒ eſt.Jo.an.in addit̄.in
ti.de appellationib⁹.§.in quib⁹.verſ.quid ſi ꝯuenerit

UVA. BHSC. IyR_025

dicit iſtũ iudicẽ ſuccedere loco arbitratoꝛis. nõ loco iudi
cis. Calda. cõſilio quīto. in ti. de arbitris. Et ita etiam
tenet Bal. in. l. fi. c. de ꝯtrahen. emptio. Ja. butriga. ĩ
d. §. arbitroꝝ. ⁊. D. anto. in. c. quītauallis. i. xxiiij. dif
ferẽtia. videntˀ tenere ꝯtra. ꝙ immo ſuccedat loco iudi
cis. D. anto. in ꝯſilio ſuo quīquageſimo. qḋ ĩcipit. pu
to iudicẽ aditũ ſedere diſtinctionis concoꝛdat opi. aut
quo ad merita ⁊ refoꝛmationẽ laudi. ⁊ tũc ſuccedit loco
arbitratoꝛis. ⁊ ita ꝓcedat pꝛia opi. Aut loquimur quo
ad oꝛdinẽ ꝓcedẽdi ⁊ iudicãdi ritũ. ⁊ tunc ſuccedit loco
iudicis. ita ꝓcedit ſecunda opi. lꝫ Calda. dicto conſilio
quīto. in ti. de arbitris tenet ꝯtra. Et hoc etiam voluit
Jmo. recte ꝯſiderãti in. d. c. quintauallis. in. 4. col. ⁊ in
fine. ⁊ etiã. D. anto. Per hoc dicit. D. alexãder Jmo. ĩ
l. i. in fi. col. ff. de legatis ſcḋo. ſe ĩclinare ĩ partem ꝙ ap
pellari poſſit a tali ſentẽtia reductionis. nã ſi in oꝛdina
tiuis iudex reductionis potius equiparatˀ iudici ꝙ̃ arbi
tratoꝛi. ſꝫ ꝙ poſſit appellari. vel nõ eſt de oꝛdinatiuis.
Archi. in. c. nõ ita. ij. q. vj. D. anto. in. c. ꝙ clericis. de
foꝛo cõpe. ergo a ſentẽtia iudicis reductiõis poterit ap
pellari. ⁊ hãc opi. tenet Bal. in. l. i. C. ne liceat tertio
ꝓuo. i. l. i. C. de his que pe. no. Tenet Pe. de anch. ĩ
diſputatꝰ. ſua que ĩcipit. cũ. C. laicus. conſuluit pꝛo hac
ꝑte Jmola in ꝯſilio qḋ ĩcipit. reuocatˀ in dubiũ. Bal. in
l. fi. C. de ꝯtrahẽ. emp. in. c. fi. quo tẽpoꝛe miles. in. c.
pꝛeſentata. de teſtibꝰ. ponit in. l. tale pactũ. §. qui pꝛo
uocauit. ff. de pactis. Jmo. in. l. i. ff. de lega. ſecũdo. in
l. publicoꝝ. ff. de publicis iudicijs. Bal. i. l. fi. C. de ap
pellationibus. D. anto. ⁊ Jmo. in. d. c. quintauallis.
Contrariam opi. tenet Jo. an. in. d. additꝰ. verſicu
lo. quid ſi cõuenerit. Bar. in. d. l. i. ff. de lega. ſecũdo al
legat Jnno. i. c. ꝑſenti. qḋ ĩcipit. ſtatutũ. de reſcriptis.
li. ſexto. Bartholomeus de ſaliceto. in. d. §. arbitroꝝ.
Cardi. i. c. expoſita. de arbitris. Paulus de caſtro. con
ſilio. xxij. nõ tamẽ firmat pedes. hoc tenet aperte Pa
noꝛ. qui etiã dicit ſe ita cõſuluiſſe in. d. c. quītauallis. in
40. col. ⁊ Sali. i. l. cũ antea. C. de arbi. qꝛ ẽ potiꝰ loco
arbitratoꝛis ꝙ̃ iudicis. ꝑ ꝑdicta. Preterea ſi arbiter aſ
ſumitˀ loco iudicis ſuꝑ aliquo incidẽti uel emergẽti. ab
eo põt appellari. qꝛ retinet naturã illiꝰ in cuiꝰ locũ aſſu
mitur. l. arbitro. ſecũduꝫ vnũ itellectũ. ff. qui ſatiſdare
cogantˀ. C. ab arbitris. ḋ offi. deleg. lib. ſexto. ita ergo
in iudice aſſũpto loco arbitratoꝛis. ar. c. circa. vt lite pẽ
dente. Jtẽ dicit Panoꝛ. hoc ſuadet mẽs ꝑtiuꝫ que ẽ ue
nire ad huiuſmõi cõpꝛomiſſa cã abꝛeuiandi lites. l. ⁊ ſi
de meis. §. recepiſſe. ff. de arbitris. Sed hoc modo ꝓ
lõgarentˀ. hoc argumẽto vtitur Sali. ħ tenẽſ i. l. ⁊ ĩ ma
ioꝛibꝰ. C. e. Huic rationi põt reſponderi ex his que po
nit Jmo. in. d. c. quītauallis. i col. 45. qui dicit ꝙ dato
ꝙ poſſit appellari a tali ſententia reductionis. ſi feratˀ
poſtea per hũc iudiceꝫ appellationis ſẽtẽtia. nõ poterit
eadẽ pars tertio ꝓuocare vel reclamare. nã pꝛima peti
tio reductionis habetˀ pro vna ꝓuocatione. ſecũda pꝛo
ſecunda. et ſic non licebit tertio ꝓuocare ſac. que ha
bentˀ in. Auten. q̃ ſupplicatio. C. ḋ pꝛecibꝰ impe. offe.
facit glo. nota. in cle. fi. de appellati. Glo. et. Ang. in ſi
mili i. l. i. C. de ſen. ꝑfec. ꝓ. Bal. in. d. l. i. C. ne li. ter
tio ꝓuo. ⁊ Sali. ĩ ħ tenẽt cõtrariũ. Ludo. de Ro. i. d.
l. arbitro. ⁊ in conſi. 261. qḋ incipit. ſuꝑ eo qḋ queritˀ ſe
dere diſtinctionis. cõcoꝛdat opi. Aut iudex reductionis
leſit in magno. ⁊ quia debuit ĩfoꝛmare animũ cũ equi
tate ſicut arbitratoꝛ. ⁊ nõ fecit ⁊ poſſit appellari. ita ꝓce
dat pꝛima opi. et iſto caſu dixit ẽt Pau. de caſtro ꝯſi
lio. 71. qḋ incipit. uiſis cõpꝛomiſſo. in. 4. col. ꝙ cũ arbi
tratoꝛẽ poterit agi ḋ dolo. etiã ſi nõ detˀ facultas petẽ
di reductꝰ. facit. l. arbitrio. i pꝛĩcipio. ff. de dolo. tex. in
ſimili i. l. ſi quis. C. de pactis. Bar. in. l. fi. ff. de var. ⁊
extraoꝛ. cog. Aut leſit in modico et nõ licet appellare

hec diſtictio fuit de mẽte Bal. ĩ. d. l. i. C. de his que pe
ne no. in. ij. col. vbi notabiliter dicit ꝙ quãdo appella
tur a iudice reductionis ḋbet ĩ appellatiõe exꝑmi qua
litas ⁊ quãtitas leſionis. Quanta autem debet eſſe
iſta leſio. dicite ꝓut late per cano. in dicto. c. quintaual
lis. Bar. et legiſte in. d. §. arbitroꝝ. Spe. in ti. de arbi.
§. fi. et ibi. Bal. in addi. Bal. in. l. cũ antea. C. de arbi
tris in. l. ſi ꝓcuratoꝛ. ff. de ꝯdi. inde. Ludo. in Rica de
arbi. in. 7. carta. Ange. i. l. i. §. i. ff. a quibꝰ appel. nõ
licet. Ange. de are. Ludo. in. l. ſi quis cum aliter. ff. de
ver. obli. Jmo. in. l ſi quis arbitratu. ff. de ver obli.
Bal. in. l. i. C. ſi aduerſus venditꝰ. Calda. in titulo de
arbi. cõſilio. 4. ⁊ in cõſi. v. Quis ꝓbabit hãc leſionẽ
D. Anto. cõſilio. xxiiij. ⁊ cõſilio. 54. Pe. de ancha. con
ſilio. xxxv. incipit. Floꝛẽtie. Paulus de ca. cõſilio. vij. ĩ
cipit. pꝛimo ⁊ ãte omnia. Jmo. in. l. i. §. ſi quis. vbi la
te. ff. ḋ appel. Rapha. cuma. in. l. vbi autẽ. in pꝛin. ff.
de ver. obli. ⁊ vbi eſt hec euidens leſio citra aliquod re
mediũ appellatˀ. põt vel ĩ viã exceptꝰ. vt vult Bar. ĩ. l.
apud celſũ. §. itẽ q̇ritˀ. ff. de excep. do. Ange. in. l. pãpi
nianus. §. ſi filius. ff. de in offi. teſta. Bal. in addi. ad
Spec. in ti. de arbi. in. vj. col. Jmo. ĩ. l. iij. ff. de lega.
pꝛimo. ⁊ in. c. cũ inter de re iudi. Ludo. cõſilio nonage
ſimo. vel imploꝛãdo officiũ iudicis vt iniquitas emẽde
tur. Hoſti. ⁊ comuniter cano. ĩ capitulo. ij. per illũ tex.
et in. c. expoſita. de arbi. vbi Vinc. dicit ita obſeruari.
Ang. in ꝯſilio. xxxvj incipit vtrum. Hoſti. ĩ ſumma in
ti. de arbi. §. pe. verſi. quis. Archi. ĩ. c. a iudicibꝰ. ij. q.
vj. ⁊ hoc modo poteſt intelligi glo. ibi. ⁊ ita. D. An. ⁊
Jmo. ĩ. c. quītauallis. ⁊ in. c. veniẽs. de iureiu. Ang.
et. Jmo. in. l. ſi ſeruus pluriũ. §. fi. ff. de lega. pꝛimo. ⁊
comuniter legiſte in. d. §. arbitroꝝ. hec nõ ꝓcedunt in
arbitris ſiue arbitratoribꝰ electis ex diſpotione ⁊ neceſ
ſitate iuris. qḋ nõ ꝓcedit niſi in caſibꝰ a iure expꝛeſſis.
Jo. An. in. c. pia. ḋ excep. libꝛo ſexto. vel illis ſimilibꝰ.
vt vult Panoꝛ in. c. paſtoꝛalis. de reſcrip. tunc non eſt
dubium ꝙ poteſt appellari. l. cũ ſpãlis. C. de iudi. ibi
Bar. C. ab arbitris. vbi cano. de offi. delega. ĩ li. ſexto.
c. ſuſpitionis. de offi. delegati. ⁊ ibi idẽ dicũt de arbitris
ſiue arbitratoribꝰ electis ex diſpoſitiõe ſtatutoꝝ. Ang.
etiã i. l. aptiſſimũ. C. de iudicijs. Bar. in. i. cõſtitutꝰ. co
dicis. Bar. ⁊ Jmo. ĩ. l. i. ĩ fi. ff. a quibꝰ ap. nõ licet. D.
Anto. ĩ. c. quītauallis. in. 6. carta. et ibi Jmo. D. An
to. Jmo. ⁊ Panoꝛ. ĩ. d. c. cũ dilectꝰ. de arbitris. Pau
lus in. l. a diuo pio. ĩ pꝛin. ff. de re iudi. Jmo. in. l. i. ff.
ſolu. ma. Reſtat vidẽdum quis erit iudex in iſto re
curſu ꝯ ſẽtẽtiam arbitri ſiue arbitratoꝛis. Et dicite vbi
ꝯcluſuꝫ eſt ꝙ poſſit ab eorum ſententijs ſiue laudo ap
pellari iudex erit ille qui eſt ſuꝑioꝛ arbitri vł arbitrato
ris. quia de natura appellationis hoc eſt vt interpona
tur a iudice a quo et deuoluatˀ ad illius ſuꝑioꝛẽ. vt. l. i.
§. ſi quis. ff. e. ⁊ ſupꝛa dixi. Jta Panoꝛ in. c. cũ dilectꝰ
ĩ fi. col. ḋ arb. Bar. i. l. ij. ⁊. ibi Bal. C. vbi ⁊ apḋ quẽ.
Federi. cõſilio. 275. Ludo. in. xxv. incipit. in caſu ꝓpo
ſito. Vbi auteꝫ nõ põt appellari tunc ſuperioꝛ erit ille
qui eſſꝫ oꝛiginarius iudex cauſe ſi intẽtaretˀ. l. ij. C. vbi
et apud quẽ. habetˀ in. c. fi. de in integ. reſti. ideo ſi actoꝛ
petit reduci ſẽtentiã latã ĩ fauoꝛẽ rei recurret ad iudicẽ
ſuperioꝛẽ rei. ⁊ ĩ hoc ꝯcoꝛdant omnes in. d. §. arbitro
rum. poſt Bar. ⁊ in. d. c. quītauallis. ⁊ Calda. cõſilio
quīto. ĩ ti. de arbi. Panor. ĩ. c. expoſita. de arbi. Ang.
cõſi. 219. incipit in ciuitate. ⁊ in diſputatꝰ. duo inuicẽ liti
gantes. ĩ fi. Si autẽ ex parte rei peteretˀ reductio. volu
it Bar. ⁊ comuniter doc. ꝙ tũc ſuperioꝛ erit iudex rei.
Bal. in addi. ad Spec. in ti. de arbi. in. ij. col. Arg.
l. fi. in ſimili. C. ḋ vſuris. pupi. ⁊. l. cũ hi. §. trãſactꝰ. ff.
de trãſac. Bal ĩ addi. ĩ ti. de arbi. ĩ. ij. col. ĩ hoc Jmo.
moꝛdet. Bar. in. d. c. quintauallis ĩ. 45. col. Tamen

UVA. BHSC. IyR_025

ratione peccati vel preiudicij eccleſiarū vł ſimilis qualitatis poſſꝫ ſup laudo laici adiri iudex eccl'aſtic⁹. Jmo. ⁊ Panor. p⁹ Anto. in. d. c. quitauallis. Itē vbi ex ſtatuto laudū produceret actionē. Florian⁹ in. d. §. arbitrorū. tunc vult adeundū ſuperiorē. Hic tex. Et ſi. ipſius arbitratoris. Et poteſt eſſe ratio. quia tunc pōt appellari vt predixi. Jmo. in. d. c. quitauallis in fine vult Bar. in. d. l. i. C. de arbi. et in. d. l. nemo pōt. Panor. i. d. c. cū dilecti. Itē vbi ex ſtatuto laudū hēret executiō adiꝛ ſuperior arbitratoris. Panor in. d. c. cū dilectus. Vide Bal. et Sali. quomodo adiꝛ. an via appellationis in. d. l. i. C. de arbi. et ſic habetis ꝙ iſta reductio ſit ſpecies appellatiōis. nō tamē eſt. eſt appellatio. ponā in. c. de appel. ĵ. e. quia in multis differt in tempore interponēdi. in tempore proſequēdi. in tempore inſtantie. in recurſu ad ſuperiorē. vt potes colligere ex predictis. in ſolennitate etiā interponēdi. vt Calda. dicto cōſilio quīto. in ti. de arbi ⁊ patet a primo debet interponi corā iudice a quo. ⁊ poſtꝙ eſt interpoſita pōt deduci ⁊ pricipaliter ⁊ de illa excipi. reductio autē nō interponēda eſt ī preſētia arbitratoris vł partis. ſed pōt etiaꝫ ī vim exceptiōis deduci abſqꝫ alia iterpoſitiōe. Ang. in. d. l. pāpinianus. §. ſi filius. ff. de inoffi. teſta. Voluit tamen Jmo. in. d. c. quitauallis. in vltimis verbis ꝙ in cauſa reductionis habet locū regula. nō deductū deducam. nō probatum ꝓbabo ſicut in appellatione

Jnquātū dicitur ī diffinitione deuoluiꝛ. ponitur ad differētiā nouationis interpoſite ſuper illa ſētētia. naꝫ illa nō deuoluit ſed penitus nouat ipaꝫ ſentētiā. l. iiij. §. ſi ex cōuentione. ff. de re iud. Ita Bar. in. d. l. i. in prin. Et quia nō ſolū hēmus appellationē a diffinitiua ſed etiā ab interlocutoria. Ideo ſciēdū eſt quid ſit appellatio ab interlocutoria. Et dicite ſm Bar. i. l. ij. in. ij. col. ff. de appel. recip. ꝙ appellatio ab interlocutoria eſt ius quo propter grauamē illatū a minorī iudice ꝙ per appellationē ab actu ſequēti nō poteſt retractari. iudex ſuperior prouocaꝛ. et in euentū victorie cauſa deuoluiꝛ. Et illa diffinitio ꝓcedit de iure ciuili. Sed d iure canonico illa verba diffinitiōis. ꝙ ꝑ appellationem ab actu ſequēti nō poteſt retractari. nō debet eſſe in diffinitiōe. quia de iure canonico ſiue interlocutoria afferat damnū irreparabile ꝑ appellationeꝫ a diffinitiua ſiue reparabile et generaliter ab omni interlocutoria poteſt appellari. c. ſi. vbi tex. expreſſ⁹ co. ti. li. vj videbim⁹ in. c. ut debit⁹. ĵ. e. Reliqua verba diffinitionis ponderate vt ponderaui in precedēti diffinitione.

Sed quia appellari poteſt etiam ab actu extraiudiciali de iure canonico. c. bone. ĵ. eo. c. concertatiōe. eo. ti. li. vj. Ideo ſciēdū eſt quid eſt appellatio extraiudicialis. Et dicit hic. Panor. ꝙ appellatio iſta eſt a p̄ſēti vł veriſimiliter futuro grauamine ad ſuperioreꝫ prouocatio. que veriſimilis et probabilis ipam cauſaꝫ ad ſuperioreꝫ tranſfert. ita ut nihil ꝯ eaꝫ vel in eius preiudicium attentetur. Et quia in diffinitione diciꝛ. prouocatio. dicite ꝙ iſtud verbū ꝓprie ſumiꝛ pro quadā vocatione ſiue inuitatione. c. cū ſit romana. ĵ. eo. qn̄ꝫ ſumitur pro appellatione ipſa iudiciali. c. vt debiꝛ. ĵ. eo. c. rainuci⁹. ĵ. d teſta. cū ſimilibus. Viſo quid ſit appellatio. ſuccedit modo videre quo iure ſit inuenta appellatio. an iuꝛ naturali. an iure poſitiuo. Et dicit hic Panor. ꝙ duo ſunt cōſiderāda in appellatione. formalitas ipa. et finis ei⁹. Reſpectu formalitatis eſt inuenta de iure poſitiuo. tex. eſt in. l. vnica. C. de ſen. prefec. ꝑto. melior tex. licet ipe nō alleget i. l. ij. §. exactis. ff. de orig. iuris. et ideo reſpectu huius ꝙ appellatio deuoluat cām ꝙ ſuſpēdat ſiue extinguat. Iſta ſunt inuenta d iure poſitiuo. Aliud cōſideratur ī appellatione finis. ſi ne effect⁹ ei⁹ qui eſt ne appellans maneat oppreſſus i

dbite. c. ſuggeſtū. c. cū ſpeciali. §. porro. ĵ. eo. cū iſta ſapiat quandā defenſionē certe diciꝛ eſſe de iure naturali. quia defenſio eſt de iure naturali. Et ideo poteſt excomunicatus appellare. c. cuꝫ inter. ſ. de excep. quia ſapit defenſionē uſqꝫ adeo ꝙ ſi quis fuit actor ī prima cauſa licet excomunicat⁹ nō poſſit ſtare ī iudicio agendo. c. ītelleximus. ſ. de iud. tn̄ iſte actor ī prima cauſa appellādo audieꝛ licet eſſet excōmunicat⁹. iſte eſt tex. in. c. ſignificauerūt. ſ. d excep. Hinc reſultat alius nobilis effect⁹. ꝙ licet princeps nō poſſit tollere ius naturale ſine cauſa. ⁊ cum cauſa poſſit limitare. c. que in eccleſiarum. per omnes. ſ. conſti. bonus tex. in cle. paſtoralis. de ſenten. et re iudi. in. c. i. de cauſa poſſ. et ꝓp. ſ. cū ſimilibus. tamē poteſt reſcribere vt procedatur appellatione remota etiā ſi excluderet quācūqꝫ appellationē. c. i. ſ. de reſcrip. vbi habeꝛ maxime per. D. anto. qui hoc ibi colligit. nā illo caſu videtur derogare ſolū formalitati appellationis. ſ. ut pars nō audiaꝛ in viā appellatiōis. tamē reſpectu defenſionis ī dubio ſ. vt pars oppreſſa nō reclamet et petat retractari ſētētiam. et ſic reſpectu finis appellatiōis hoc nō poteſt facere princeps ſine cauſa autētica. que ſupplicatio. C. de precib. imp. offi. l. vnica. C. de ſen. prefec. preto. c. auditis. c. cū ex litteris. ſ. de ī integ. reſt. hinc eſt etiaꝫ ꝙ cū iſta formalitas appellationis ſit de iure poſitiuo et nullus iferior a principe poteſt facere nec reſcribere cōtra ius poſitiuū. cle. ne romani. d elec. c. ꝙ ſup his. de maior. et obe. habeꝛ in. c. eccleſiarum. et i. c. cū omnes. de preſcrip. i. l. ſi. per legiſtas. C. ſi ꝯtra ius vł vtī. pu. Ideo nullus etiā legatus de latere poteſt cōcedere reſcriptū appellatione remota. ita voluit Spec. in his terminis ī ti. de leg. §. nūc oñdeñ. ver. xiiij. Ita Bal. qui allegat illud dictū in. l. nec quicquā. §. ſi. ff. d offi. procon. glo. eſt nō. in. c. ſtatutū. §. ſi. de reſcrip. li. vj. in. c. ſi. de here. li vj. in cle. ſepe. in principio in verbo. declaramus. de. v. ſig. ſenſit ī ſimili glo. in cle. ij. de reſcrip. vbi ꝯcludūt ꝙ nec legat⁹ de latere nec aliquis īferior a papa poſſit aliquid reſcribeꝛ ꝯtra ordinē iudicij appoſitū de iure poſitiuo. Ita etiā voluit. D. cardi. in cle. ij. de iud. et. Jmo. ī cle. ne romani. circa. iij. col. d elec. Viſo quo iuꝛ inuēta ſit appellatio reſtat modo videꝛ qs ſit effect⁹ appellatiōis. Et dicite ꝙ p̄m⁹ effect⁹ ē vt deuoluat cāꝫ ad ſuperiorē. ita ꝓbaꝛ ex diffinitiōe ei⁹. ⁊ ibi dixi. facit tex. ij. q. vj. c. anteriorū. ⁊ iſtū effectū hꝫ appellatio ēt ſi iterponaꝛ a ſētētia nulla. ita Inno. ⁊ ibi alij ī. c. dilecto. ĵ. e. ⁊ ibi dicam. hēꝛ ibi bon⁹ tex. ī. c. exhibita. ſ. de iud. ꝑ Bar. in. l. ſi expreſſuꝫ. ī pe. col. et ibi Ang. tenet cōtrariū. ff. eo. Et iſtū effectū habet etiā ſi appelletur a ſententijs q̄ regulariter non ſuſpendunꝛ per appellatiōeꝫ puta ſētētijs cenſuraꝝ. c. is cui cū ſimilib⁹. de ſētētia exco. li. vj. nā appellatio a tali ſētentia cenſure bene deuoluit. licet nō ſuſpēdat. glo. eſt nō. in. c. ad reprimeñ. ſ. de offi. ord. videbimus in. c. paſtoralis in prin. ĵ. eo. et ex illo effectu reſultat qd dici ſolet. ꝙ appellatione interpoſita ad vnū iudicē nō poteſt appellans poſtea ſuper eadē cauſa velle recedere ab hoc iudice. ⁊ appellaꝛ ad aliū. dato ꝙ illic alius fuiſſet alias ꝯpetens in cā appellatiōis. nā ex quo deuoluta eſt ad vnū nūquā pōt ſine ꝯſēſu partis appellare ad aliū iri. qd intelligite quādo ipſius. partis intereſt Ita Bal. poſt Bar. in. l. ſi quis libellos. qui ita declarat glo. ibi. C. eo. et Bal. in. l. per hanc. in an̄pe. col. C. de temp. appel. faciūt nōta i. l. ſi. C. qn̄. prouoc. nō eſt nece. dicaꝫ latius. ⁊ ibi ponunt Jmo. et alij in. c. interpoſita. §. illa deniqꝫ. ĵ. eo. Sed nūquid hic effectus deuolutiuus erit tante efficacie vt in cauſa appellationis ꝓcedat reconuentio. Ci. in. l. per hanc. C. de tempo. ap. Bar. in auten. et ꝯſequēter. C. de ſen. et in

UVA. BHSC. IyR_025

terlo.omniũ iudi. Spec.in.ti.de recõuẽtione.ꝙ nõ:
ſi appellatur ab iterlocutoria.ſecus ſi appellet a diffi
nitiua.qꝛ tunc habet locũ recõuentio.niſi i illo qui ne
ceſſario habuit appellare extra locũ domicilij ſui.nam
tunc ſi recõueniatur ibi in cauſa appellationis habebit
priuilegiũ reuocãdi domũ.ita Ang.de peruſio in.l.ij.
§.legatis.ff.de iudicijs. Angel.de arecio.in.l.i.ff.cũ
qui ap.in prouincia defendi. Secundus eſt effectꝰ
quia ſuſpẽdit pſũptionẽ que reſultabat a ſentẽtia.nã i
dubio pro ſẽtentia preſumit.iuxta.c.in preſẽtia.ſupra
de renũc.l.heremꝰ.§.gaia.ff.de euic.et ibi glo.tamẽ
poſtꝙ appellatuꝫ eſt facit appellatio ceſſare iſtam pre
ſumptionẽ.bonꝰ eſt tex.et ibi habet in.c.cũ ad ſedem.
ſupra de reſt.ſpol.glo.in.l.i.C.ſi ad verſ.cred. Nõt
Inno.et ibi alij in.c.qm̃ cõtra ſup̃ de proba.habetur
per ſcribẽtes in.d.c.i preſẽtia. Immo fortius etiã in ſẽ
tentijs cenſure et alijs ſimilibꝰ quarũ effectus vt miliſ
dixi nõ ſuſpẽdit per appellationẽ tñ appellatio a talibꝰ
ſentẽtijs iterpoſita habet hunc effectũ vt faciat ceſſare
pſũptionẽ q̃ erat pro ſẽtẽtia ꝙ eſſꝫ iuſta. Ita Inno.
nõ in.c.bone.lo primo.ſup̃ de elec.ita.D.ant.et Pa
nor.in.c.ad reprimendum ſup̃ de offi.ord.pdicta tñ li
cet procedãt i appellatione nõ haberẽt locũ in nullita
te nec in integrũ reſtitutione.quia pẽdẽte nullitate vel
in integrũ reſtitutione ſẽtentia preſumitur iuſta. Ita
voluit.D.Anto.et ibi Imo.i.ix.col.in.c.quoniã con
tra falſaꝫ.ſup̃ de ꝓba. Idẽ voluit cardi.in.c.expoſita
de arbi.dicens ꝙ per intentatam reductionẽ ad arbi
triũ boni viri nõ ſuſpẽdit effectus laudi.ergo nec eiuſ
pſumptio. Sed Panor.in.c.quintauallis.38.col.de
iureiu.tenet ꝑ reductꝫ.petitã ſuſpẽdi effectũ et executio
nem laudi. Bal.in.l.nã ⁊ poſtea.in prin.ff.de iureiu.
dicit ꝙ ſi intra.x.dies petit reductio a die laudi impe
dit executꝫ.ſi poſt.x.dies nõ ipedit. Uel dicit ꝙ ſi i vi
am exceptionis deducitur ꝙ põt vt ſupra dixi impedit.
ſi per viã pricipalis petitꝫ.nõ impedit.ſꝫ requirit altio
rem iudaginẽ alias impedit.tamen melior videt ſentẽ
tia Panor.quã ꝓxime retuli ꝙ impediat executioneꝫ
Sic etiã dicite qd̃ latius in.c.dilecto.j.eo.dicã. Tamẽ
preſumptionẽ que habet ꝙ laudũ in dubio pſumatur
bene latũ vt voluit Andreas de Piſis in.l.ſi ſocietatẽ
§.arbitrorũ.ff.ꝓ ſocio. et ibi Bal.i.l.et ſi de meis.§.
recepiſſe.i fi.ff.de arbi.Di.i ꝯſi.qd̃ icipit. Ptolomeꝰ.
Jo.An.ſentit in addi.ad Spec.in ti.de arbitro.i ad
ditione que incipit.Dinus in regula. Paulus de ca
ſtro cõſilio.71.icipit. Uiſis ꝯpromiſſo.in.7.col.tollit
hec petitio reductꝫ.ita.D.an.cõſi..24 ꝙ icipit qd̃ hec
in.8.col. Panor.ꝯſi.20.qd̃ icipit ꝯſilium qd̃.D.An.
in.c.quoniã contra de ꝓba.in.18 col.et in.c.in preſen
tia.de renuncia.mouentur ꝑ id qd̃ ꝓxime dixi de ap
pellatꝫ.a cenſura. Panor.in.d.c.qm̃ cõtra ⁊ Imo.in
d.c.i preſẽtia In veritate Dinꝰ ⁊ alij doc. pallegati
loquntur expreſſe etiã poſt reductionẽ petitã preſumi
pro arbitratore.et ita.Do.Anto.i.c.quintauallis.de
iureiu.in.6.ar.hoc autẽ ꝙ pſumatur ꝓ ſententia vel
laudo Bal.tenet in addi.ad ſpeculũ in ti.de appel.in
13.col.ꝙ verũ intelligite niſi opponeret de inordinato
proceſſu.nã licet preſumatur pro ſẽtẽtia ꝙ ſit iuſta.tñ
nõ preſumitur pro ꝓceſſu.d.c.qm̃ cõtra.immo preſu
mitur et pro perſona iudicis qui nõ inique egerit.tex.
eſt nõ i.l.i.ibi.nõ arbitramur.C.de offi.ciuil.iud.c.
in preſẽtia.de renunciatione.tñ ſi inordinate proceſſiſ
ſet nõ preſumeretur pro iudice. Ita voluit Ci.et ibi
Bal.in.l.ſancimus.C.de iudic. Bal.ſingulariter in
pace ꝯſtantie.in verbo.ſentẽtie.dicens ideꝫ in arbitra
tore qui excedit formã cõpromiſſi. Et ad predicta bo.
tex.ibi.D.An.in.c.exanimata.de ꝯfir.vti.vel inutili.
Bal.tamẽ in.c.cũ dilecta in penultima col.de reſcrip
tis.videt tenere cõtra primũ dictũ Bal.ſequit Ludo.
cõſilio.155.icipit pmiſſũ laudũ.in.2.col.qd̃ declarat Lu
do.cõſilio.175.qd̃ incipit.dictũ vltimũ laudũ. Ang.i
cõſilio.217.in prima col.qd̃ icipit.Teſtator.facit dictũ
Bal.i n.l.i.C.de fide inſtru.et iure haſte.fiſcalis.li.x.
vbi dicitur ꝙ qui nõ ſeruat legis ſolẽnia pſumit in do
lo. Inſuper predictꝰ effectus ſm̃ Panor.hic tamẽ ex
toto nõ nullitat.quia appellatio nõ tamen ex toto tol
lit preſũptionẽ que reſultat.ex ſentẽtia. Nã aliqualiter
magis preſumitur cõtra illũ qui ſuccubuit in illa ſentẽ
tia ꝙ preſumeretur ſi non ſuccubuiſſet.nec appellatio
ha nc qualẽ q̃lẽ preſumptꝫ.habet tollere. Tex.eſt nõ.i
c.fi.ſupra de ſequeſtr.poſſ.et fruc.quem ita ibi intelli
git Jo.An.facit tex.licet legiſte generalius illuꝫ intelli
gãt in.l.imperatores.ff.eo.facit bonus tex.in cle.vni
ca de ſequeſt.poſſ.et fru. Tertius eſt nõ minus no
tabilis effectus.qꝛ extiguit pronũciatũ.l.i.in fi.ff.ad
turpil.cũ diſtinctione tñ quã ſup̃ poſui circa diffinitio
nem Bar.ſubſtinentꝫ.et dicite vt ibi dixi. Hic reſultat
deciſio nõbilis qõnis. Nunq[illegible] qui ſcꝫ appellauit
ab vna ſentẽtia ad vnũ iud[illegible] iterũ appellarꝫ ad
eũdem ab eadẽ ſentẽtia. Et certe Bal.viſus eſt hic te
nere ꝙ poſſit fieri.et ꝙ adſit in hoc vtilitas.quia tẽpo
re ad ꝓſequendũ appellationeꝫ currit a die interpoſi
te appellationis.et de hoc do vobis caſũ ad litterã.in
c.ex parte ſup̃.et ibi nõt Imo.ſup̃ de reſcrip.eſt tex.⁊
ibi glo.nõ in cle.ſicut.eo.ti.voluit Bar.in.l.fi.§.illud
Et eſt bonus tex.in auten.ei qui.C.de temp.appel.
tamen Bal.hic dicit poſſe dici ꝙ incipiat currere poſt
x.dies qui dantur ad eppellẽdum.⁊ male. Mouet
pro predicta ꝯcluſione tali fundamẽto.nã licitũ eſt ap
pellanti emendare ſuũ libellũ intra.x.dies ad appel
landuꝫ.poſt vero illos nõ poteſt magis emendare ꝙ
poſſet i pricipio cãe.l.ſi quis libellos.et ibi glo.et ipſe
Bal.C.eo.voluit Bal.in.l.per hanc.C.de temp.ap
pel.iij.col.et etiã in ãnpe.voluit Bal.vbi plene tangit
in repetitiõe paduana.l.edita.C.de ed.et in.l.pom
ponius ſcribit ſi frumẽtũ.§.fi.ff.de rei ven.ſi ergo po
teſt emẽdare et mutare libellũ.ipſa appellatio ſapit li
bellum.vt dixi ſup̃ in diffinitione.ergo poſt primã ap
pellationẽ poterit dare ſecũdã quaſi velit primã emẽ
dare. Bar in.l.cũ ꝓcura.§.ſi dominus. Et ibi Imo.
et Paulus de caſtro.ff.de ope.no.nũ.et etiã Panor.
⁊ Imo.i.c.dilecto.⁊.Panor.i.c.ſuaꝫ j.e. Facit glo.
magna i.l.ſi vnus.§.pactꝰ i fi.glo.ff.de pactis. Pe.de
Ancha.i cle.j.de dolo ⁊ cõtu. Ang.i.l.ſi quis libellos.
et idẽ in.l.ſi quis cũ procuratorio.§.fi.ff.de ꝓcurato.
Archi.i.c.biduũ.ij.q.vj. Ludo.cõſilio.xli.icipit.in p
ſenti ꝯſultatiõe.tenẽt ꝙ immo ſecũda appellatio nõ
valeat. Mouet quia appellatio extiguit ꝓnunciatũ.
ergo per primã appellationẽ extictũ eſt.qd̃ nullũ eſt
ãplius ãnullari non poteſt.l.nã ⁊ ſi ſub ꝯdic §.rum
pendo.ff.de iniuſt.rup.ergo ſecunda appellatio non
debet valere cũ nõ poſſit ſubeẽ pncipalis effectꝰ eiꝰ. Itẽ
cũ ſit ſupflua quia pma deuoluerat ⁊ extinxerat.⁊ om
nẽ effectũ opata eſt quẽ poſſit opari ſecũda.nec eſt
poſſibile dicere ꝙ ſaltẽ ſit vtile reſpectu temporis dati
ad proſequẽdũ.quia hoc eſt falſũ.nam ex quo preſu
ponimꝰ primã validã ⁊ tẽpus currit ab appellatione
iterpoſita.ergo incipiet currere tũc nec curret ex ſecũda
q̃ eſt nulla. Jo.an.i.c.bone.j.eo.⁊ ẽt i.c.dilecto.poſt
Inno.et videt ibi inclinare.d.Anto.licet non firmet
pedes in.d.c dilecto. Et etiã ang.in.d.§.ſi dñs.tenẽt
ꝙ vtraqꝫ valeret.et ſit in optione appellãtis ꝓſequi
quã velit. Bal.in ꝯſilio.clxiiij. Incipit. Appellatũ eſt
bis. Sali.i.l.ſi quis libellos preallegata.facit tex.in.l.
i.§.biduũ.ff.qñ appel.ſit Bal.i.l.ij.C.de epiſcopali
audientia.et rota in decili.i.ãtiquis.deciſi.cccl.icipit

UVA. BHSC. IyR_025

appellatũ eſt. Que deciſio eſt directe ꝯ cautelam quaꝫ
dat Cepola in cautela.ccxliiij.dũ allegat Bal.in.l.eos
§.aplõs. C.eo.et Ang.de arecio i.l.i.§.libelli.in fi.
ff.e.cũ quibꝰ tenẽs dicit ꝙ ſi iudex defert pͥe appella
tioñ.nõ operat̃ aliquid.ſcõa appellatio ſup eodẽ. nec
poteſt ampliꝰ illi deferre.quia illa deciſio directe tenet
cõtrariũ et partẽ Jo. An.tenet etiam Bal.in.l.gene
raliter.§.i.C.de reb.cre.et ſic cũ Ang.in.d.§.ſi do
minꝰ.Bal.i.l.appellatione.C.e.⁊ i.c.i.§.ſancimus
i ti.quo tpe miles.in vſi.feu.diſtiguit ipſe ꝙ aut loquit̃
quo ad ãnullationẽ vel deuolutionẽ pͥme ſententie.
et tũc procedit opi. Bar.aut loquit̃ quo ad curſũ tem
poris ad proſequẽdum appellationẽ.⁊ ſic ꝓcedit opi.
Jo.An. Jmo.i.d.§.ſi dominus.dicit opi.Bar.eſſe
ſeruandã de iure ciuili.opi. Jo.An.de iure canonic.
ſeruandã. Duo tamen ſunt caſus in quibꝰ ſecũda ſi
ne dubio valet ſm omnes. Primꝰ qñ prima nõ valuit
vt appellatio.puta quia appellauit viua voce ⁊ debuit
appellare in ſcriptis.tũc ſecũda in ſcriptis ꝓpoſita be
ne valet. Se[illegible] prima fuit ꝓpoſita cũ ꝓteſtatio
ne de appella[illegible] latius [illegible] diffuſius in ſcriptis in ſecũda
appellation[illegible] nã tũc v[illegible]t ſecũda et de hac materia fe
ci regul[illegible] [illegible] falle[illegible] s i.d.c.ſuã.ĩ.e. Dicit tñ Bal.
i.d.l.eos.§.apoſtolos.ꝙ licet appellatio poſſit gemi
nari tñ vltra bis iterari non poteſt.et ſequit̃ Angelus
de arecio in.d.l.i.§.libelli.in fi.col.ff.e. Quartus
effectus ꝙ licet mutet forũ nõ tñ mutat naturã cauſe.
qui ſi prima fuit ſũmaria certe ſecũda.i.inſtañ.appel
lationis erit ſũmaria. vel ecõtra.tex.ẽ ſinglaris i.l.i.§
fi.et ibi Ang. ꝯmendat illum tex.ff.an per al.can.ap
pel.et ita voluit Bal.hic in.iij.col.⁊ repetit in.v.col.
tamẽ hec ꝯcluſio limitat̃ nõ ꝓcedere quotiẽs mutaret̃
nõ ſolũ forus ſed etiã qualitas iuriſdictionis.quia tũc
immutaret̃ etiã qualitas cauſe prout iuriſdictio illa re
quireret.puta qꝛ appellaret̃ de imperatore ad papam.
iſte eſt tex.ſm vnum intellectũ in.c.licet ex ſuſcepto.de
quo vide ibi.D.Anto.et Panor.s.de foro.comp.

Et per iſtũ effectũ decidit̃ queſtio. Pone. ꝯfeſſus eſt
quis corã iudice ſe dbere.x.fit preceptũ in ꝯfeſſũ iuxta
formã.l.ſi debitori.ff.de iudic. Jſta ſentẽtia ſiue iſtud
preceptũ dicitur ſẽtẽtia interlocutoria late loquendo.
vt voluit hic Bal.in.v.colũna.allegat nõta in.l.ait p̃
tor.§.permittitur.ff.de minor.facit glo.ij.q.i.in ſum
ma.⁊ i.c.nos in queꝗ.xj.q.x.in ſumma.glo.nõ.in.
l.fi.§.neceſſitatẽ.que vult ꝙ ꝓducat actionẽ i factũ.
C.de bon.que libe.glo.in cle.fi.eo.ti.licet in hoc con
tradicat quia vult ꝙ interlocutoria nõ producat actio
nem in factũ. Pone modo appellatuꝫ eſt a tali prece
pto.nũquid ſentẽtia lata i cã appellationis iſtius debe
bit ferri i ſcriptis vel ne. Et certe dicit Bal.ꝙ illa cã ap
pellationis retinet primã naturã. Et iõ ſicut prima ſẽ
tẽtia erat iterlocutoria.ita ſñia i cã appellationis iterlo
cutoria.et ideo nõ in ſcriptis ferẽda. iuxta nõta.i.c.fi.
de ſen.⁊ re iud.li.vj.i.l.ij.C.de ſent.expir.rec. ⁊ pro
hac opi.allegat glo.in.l.ij. in glo.in v̓.acta.ff.e. quã
ipſe ita itelligit.⁊ ꝙ ſentẽtia illa appellationis remanet
iterlocutoria.tenuit Bar.in.l.ij.ff.de appel.recip.licꝫ
dicat ꝙ ꝑꝑ grauitatẽ preiudicij ꝙ magis iſert̃ cã appel
lationis debeat i ſcriptis ſñia illa cãe appellationis ꝓ
ferri. Et ſic tenet ꝯtra Bal.i concluſi.⁊ ꝙ remanet in
terlocutoria tenẽt Dñi de rota in deciſi. ſua.ccccxxij.q̃
incipit. Jtẽ fuit dubitatũ.dicẽtes ꝙ ſñia deſertionis ap
pellationis ſup appellatione ab iterlocutoria lata eſt i
terlocutoria niſi ferat̃ ſup exceptiõe.perẽptoria que af
feret p̃iudiciũ diffinitiue. naꝫ tunc ſapit naturã diffiniti
ue. Quĩtus ẽ effectus. qꝛ reſtituit cãꝫ i priſtinũ ſtatũ
vſqꝫ ad litis ꝯteſt.incluſiue.l.ita demũ. vbi caſus nõ.
C.de procur. Et iõ ſequit̃ ꝙ declinatoria omiſſa i pͥn
cipali inſtañ.nõ poterit opponi i cã appellationis.d.l.
Jta demũ.vbi caſus.⁊ iõ ſequit̃ ꝙ in cã appellationis

nõ requirit̃ litis ꝯteſtatio.l.fi.§.illud.C.de temp.ap.
qꝛ appellatio dimittit firmã litis ꝯteſtationẽ pͥme cãe.
Tamẽ circa hoc dicite ſm Bal. hic in.vj.col.ꝙ aut lo
quimur i ſũmarijs que expediunt̃ ſine ſtrepitu ⁊ figura
iudicij.⁊ tũc ſicut i prima inſtañ.nõ requirit̃.nec requi
ret̃ i cã appellatioñ.cle.diſpẽdioſam.de iudic.cle.ſepe
de ver.ſig. Aut loquimur i plenarijs. ⁊ tũc aut appel
latũ eſt ante lit.ꝯteſt.⁊ requirit̃ litis ꝯteſtatio in cã ap
pellatioñ.qꝛ nõ põt ſtare iudiciũ ſine fundamẽto.i.litꝭ
ꝯteſtatione.§.omnẽ.i autẽ.d litig.c.i.s. de lit.ꝯteſt.
Aut vero lis ẽ ꝯteſtata i prima inſtañ.⁊ tunc ſi pars eſt
abſens nõ requirit̃ litis ꝯteſtatio i cã appellationis.d.
§.illud. Si eſt preſens.⁊ tũc illud bñ requirit̃.l.vnica.
⁊ ita ibi glo.⁊ doc.eã itelligũt. C.ne lic.i vna ea.qꝫ cã
iij.ꝓuoc.Bal.in.d.l.per hãc.c.per tuas.c. iterpoſita
§.ſanc.⁊ ibi habet̃ ꝑ ſcribẽtes.ĩ.eo. ⁊ ad hoc eſt glo.
ſingularis ſm Bal.hic i.c.ꝑ venerabilẽ.in glo.i verſi.
nõ ſeruatũ.ĩ.qui fil.ſint legi.que facit generalẽ regulã
ꝙ vbi ſpecialiter iuenit̃ ꝙ poſſit ꝓcedi lite n ꝯteſtata
illud habꝫ locũ ꝑte abñte.ſecus ꝑte pñte.qꝛ tũc requiri
tur litis ꝯteſtatio. Jta Bal.hic in.vj.col. Sextus ẽ
effectus qꝛ facit i aliquibꝰ iſtã cãꝫ cẽ nouã a prima reſpe
ctu iudicis reſpectu aduocatoꝝ.qꝛ qui ꝓmiſit eẽ aduo
catus i vna cã nõ coget̃ poſtea aduocare in cã appella
tionis.⁊ reſpectu iſtantie reſpectu ꝓbationũ ⁊ dilatio
nũ. Jta Bal.in.l.iuitũ.C.de ꝓcur.in.l.vnica.C.ne
lic.tertio.ꝓuoc.Ang.⁊ ibi aliquid Bar.i.l.qui ꝓprio
§.Jtẽ querit̃.ff.de procur. Canoniſte in.c.ij.de iura.
cal.li.vj.⁊ i.c.fi.de teſti.li.vj.glo.i autẽ.de his qui in
gred.ad appel.poſt pͥcipiũ. Septimus ẽ effectus.
qꝛ dicit̃ iudex appellatiõis ſucceſſor iudicis a quo.ſꝫ tñ
ſuccedit ut ſuperior.tex.eſt de brocha.in.l.cũ apud.cir
ca fi.ff.iud.ſol. Et iõ coram iudice appellationis.ſ.ad
quẽ videt̃ ꝙ debeat habere locũ recõuẽtio. ſicut habe
ret corã iudice a quo.nã ſubrogatũ debꝫ ſapere naturã
eius i cuius locũ ſubrogat̃.l. ſi eũ.§.qui iiuriarũ.ff.ſi
quis caut.c.eccl'ia.lo.ſcdo.ĩ.ut lit.pẽ. Vos tñ dicite
ꝙ regulariter corã iudice appellationis nõ habꝫ locum
recõuentio. Jta Bal.hic i.vij.col. Jta Jo.an.⁊ cõit̃
canoniſte cũ grano tñ ſalis ut.ĩ.dicã in.c.i.s. de inut.
pet. Jta Bar.i autẽ.⁊ ꝯſequẽter.C.de ſent.⁊ interlo.
om.iu. Jta Bal.in.l.per hãc.⁊ ibi ẽt Ci.circa fi.C.de
temp.appel. Hãc regulã limitabitꝭ nõ ꝓcedere i ap
pellãte qui nõ habꝫ priuilegiũ reuocañ.domũ.i.qui uł
appellauit i domicilio ſuo.vel ſi appellauit extra domi
ciliũ ſuũ ſpõte appellauit i bi qꝛ habebat ibi iudicem ap
pellationũ domi ad quem poterat appellare ⁊ noluit.
ſed voluit appellare ad papaꝫ.⁊ regulariter oĩs qui ñ
appellauit ex neceſſitate ad illũ iudicẽ extraneũ illo ca
ſu põt habere locũ recõuẽtio corã iudice appellationis.
qꝛ ẽ ſucceſſor primi. ⁊ce.ita Jo.an.quẽ ita itelligit ⁊ de
clarat Dñs anto.⁊ Panor.i.d.c.i.ita Ang.in.l.ij.§.
legatꝭ.ff.de iudic.qui attribuit ſibi hãc opi. Limita
bitꝭ ſecũdo.d.ꝯcluſi.nõ ꝓcedere i appellatioñ.extraiu
diciali.qꝛ corã iudice appellatioñ. extraiudicialis regu
lariter habꝫ locũ recõuẽtio.ita Spec.in ti.de recon.§
ij.verſi.ſꝫ nũqd.queꝫ refert ⁊ ſequit̃ Panor.in.d.c.i.
pe.col. Octauus ẽ effectus.qꝛ imutat qñꝫ nõ ſolũ iu
riſdictionẽ.ſꝫ etiã qualitatẽ iuriſdictioñ.puta qñ appel
lat̃ de laico ad eccleſiaſticũ.d.c.lꝫ ex ſuſcepto.qd qñ ſit
dixi vobis s.i articlo quis ſit ſuperior. Nonus eſt ef
fectus.qꝛ cã appellationis decidit̃ ꝑ eadẽ ſtatuta ꝑ que
decidit̃ pͥa ſentẽtia. Jta Bal.in.c. ad noſtram.ĩ.eo.
Jnno.i Rica de ꝯſue. Calda.de arbi.ꝯſilio quinto.
Facit qd voluit glo.nõ.⁊ ibi ꝑ ſcribẽtes in.l.ij.ff.qd cũ
eo.qd nõnt.cano.maxime.D.anto.in.c.ꝙ clericus.
s.de for.comp. Et ẽt legiſte in.l.cũctos populos.C.d
ſũma trini.⁊ fid.catho. Decimus ẽ effectus.qꝛ puni
tur iudex a quo nõ deferẽs appellationi.c.decreto.ij.
q.vij.c.i.ſꝫ melius in.c.de priore.ĩ.eo. Vndecimꝰ



UVA. BHSC. IyR_025

eſt effectus quia mutat omnes cautiones ⁊ nouas cau
tiones iudiciales requirit. nã cautio de iudicio ſiſti fini
tur finita prima inſtañ. l. grece. §. ſi poſt litẽ. ff. de fide
iuſ. et ideo in cauſa appellationis debet de nouo caue
ri ð iudicio ſiſti. Ita Bal. hic. ⁊ pro eo ẽ glo. in auten.
de his qui ingred. ad appel. in ꝑncipio. Ita in cautio
ne de rato cũ innuat cũ ꝑma inſtãtia. nã dñs appellãdo
ſatis ratũ habet. l. iij. §. falſ⁹. ff. rc. ⁊ ha. ha. cũ ſimili
bus. iõ de nouo cauẽdũ eſt in cauſa appellationis. ita
Bal. hic. faciũt nõta in. c. nõ iniuſte. ſ. de procura. ⁊ ꝑ
Bar. in. l. ſi actor. C. eo. idem eſt i cautione iudicatuꝫ
ſolui. niſi fuiſſet ꝓmiſſũ iudicatũ ſolui. quicquid iudica
tum fuerit per illũ iudicẽ et ſucceſſores. l. cũ apud. ff.
iudic. ſol. ita Bal. hic. Duodecim⁹ ẽ nõ. effect⁹ quia
ꝑ appellationẽ in ſcriptis porrectã petẽdo ſuper ea ꝓ
cedi dicit̃ pars petere a iudice ad quẽ ut ꝓnũciet priaꝫ
ſñiam iniuſtã. ⁊ bene appellatũ. ⁊ iõ ſequit̃ poſtea no
tabilis effectus. ſ. q̃r ex hoc ſequit̃ forma quomõ debe
at ꝓnũciare iudex ad quẽ. Et tenete mẽti ꝙ ad hoc ut
appellatio i ſcriptis hẽat vi libelli nõ ſufficit ꝓñtare ap
pellationẽ iudici ad quẽ. ⁊ ita tacere. ſꝫ debꝫ petere a
iudice ut ita ꝓnũciet. ut i ea ꝯtinet̃. ita Bal. in ſepe alle
gata lege. ſi quis libellos. C. eo. Ut igit̃ hẽatis for
mã qua debet ꝓnũciare iudex ad quẽ dicite ꝙ debꝫ ꝓ
nũciare iuſtã uel iniuſtã primã ſentẽtiaꝫ vel bene uel ma
le appellatũ. ⁊ alterũ iſtoꝝ ſufficit. nec aliud requiritur
de neceſſitate. q̃r i ꝯſequẽtiaꝫ iſtoꝝ verboꝝ reſultat ver
bũ. abſoluo. vel cõdemno. Ita glo. nõ. i. l. eos in prici
pio. C. eo. ti. Et ibi Bar. Bal. ⁊ communiter ſcribentes
ſequntur. Ita Jo. an. in. c. Rainaldus. ⁊ Imo. in. c.
Rainucius. de teſta. Ita Panor. ⁊ Imo. lꝫ aliqui te
nẽt ibi ꝯtrariũ ꝑ illũ tex. in. c. cũ cã. ſ. ti. i. Ita glo. in. l
chirographus. §. i. ff. de admi. tu. fatentur tñ omnes.
vbi. ſ. ꝙ bene faciet iudex ꝓnũciare male appellatum
vel bene. ⁊ poſtea exprimere vbũ. abſoluo. vl̃ ꝯdẽno.
⁊ cũ hac ſententia videt̃ iclinare Bar. i. l. i. C. ſi aduerſ.
lib. ipſe tamẽ Bar. i. l. cũ apud. ꝑ illũ tex. ff. iud. ſol. te
net ꝙ de neceſſitate debꝫ exprimere verbũ ꝯdẽno vel
abſoluo. ⁊ ita tenet glo. in. l. filius. ⁊ ibi Bar. ff. de.
leg. iij. Sꝫ ad. d. l. cũ apud. doc. dicũt marie Panor.
vbi ꝓxime ⁊ ad ipm. c. cũ cã. ꝙ loqunt de ꝯſilio. ⁊ vba
illa ſunt ibi expreſſa ex abundanti non ex neceſſitate.
Stat ergo cõcluſio ꝙ ſufficit iudici i cã appellatiõis
⁊ ſatis eſt ꝙ ꝓnũciet bñ vel male appellatũ iuſtã vel in
iuſtã eſſe ſententiaꝫ. hec cõcluſio nõ habet locũ i nullita
te. q̃r qñ dicit̃ ſententia nulla. vel appellat̃ ꝑꝑ ſentẽtiam
nullã nõ ſufficit dicere male appellatũ. ſꝫ requirit̃ ꝙ ex
primat̃ cã. ſ. male appellatũ. q̃r nulla fuit ſentẽtia. ita
Bar. in. l. ſi expreſſũ. ff. eo. Et in. l. ex ꝯſenſu. eo. ti. ita
Imo. poſt Ang. i. l. fi. ff. de re iud. tñ Imo. ibidẽ co
nat̃ velle tenere ꝯtrariũ. ꝙ ſufficiat ꝓnũciare male ap
pellatũ. Limitabitq̃ ſcdõ ꝯcluſionẽ nõ ꝓcedere i ap
pellatione ꝯditionali. ſ. qñ appellat̃. dico ſentẽtiaꝫ nul
lã ⁊ ſi qua ẽ appellatio iuxta formã. l. i. C. qñ ꝓuoc. ñ
eſt nec. nã illo caſu debꝫ ſuꝑ vtroq̃ꝫ ꝓnũciari. ⁊ ſuꝑ nl̃
litate ⁊ ſuꝑ appellatione. q̃r cũ appellatio ſit cõditional̃
nõ põt ad eã deueniri niſi purificata cõditione. ſ. cõſti
to an ſit nulla ſentẽtia vel nõ. Ita Bal. hic in. iiij. col.
ita Ang. ⁊ Imo. in. l. fi. ff. de re iud. Sꝫ vltimo ꝓ
cõplemẽto reṫẽto dicto effectu ꝙ ꝑ appellationẽ videt̃
pars petere primã ſentẽtiaꝫ ꝓnũciari iniuſtã. Pone in
prima ſentẽtia fuiſſe omiſſũ ꝓnũciare ſuꝑ aliquibus ca
pitis prime iſtantie. nũquid iudex appellationis poterit
ꝓnũciare ſuꝑ omiſſis ſi ſpecifice hoc nõ petat̃ ut ꝓnũ
ciat ſuꝑ omiſſis. Et dicite ꝙ ſic. ita Dñi de rota i deciſ.
ſua. cclxi. que icipit. itẽ ſi a diffinitiua. ita Imo. ⁊ Do
minus Antonius in. c. ſignificarunt. et melius Imo.
in. c. fi. in fi. col. de excep. ſupra. ⁊ hic eſt tex. ſecundum
vnum intellectum cum quo tranſit Bar. in. l. fi. C. quã
do prouoc. non eſt nec.

a **Dilecti filij prior.** Collatio beneficio
rũ poſt⁹ ⁊ cõtra appellationeꝫ legitimã factam
nõ tenet. h. d. vel aliter ſm Panor. Collatio benefi
cij poſt appellationẽ ex ꝓbabili ⁊ legitima cã interpoſi
tã nõ tenet ipſo iure. h. d. Diuidit̃ i duas ꝑtes. in ꝑ
ma ponit decisam facti narrationẽ. in ſcda reſpõſionẽ.
ſcda ibi. ſuꝑ quibus. In tex. ibi legatus. ſ. natiuus.
ſub iſto. ⁊. j. cõtinet̃ deciſa narratio. ſ. ꝙ iſte archieṗus
volebat ꝯferre beneficia ſpectãtia de ꝯſuetudine vel pri
uilegio ad collationẽ iſtius prioris ⁊ capl̃i. ⁊ ꝑꝑea fuit
appellatũ. poſt appellationẽ ipe archieṗs ꝯtulit benefi
cia illa. ⁊ alia grauamina tria itulit. de quib⁹ in littera.
Et ad illa tria expreſſa in littera aliqualiter papa non
reſpõdet. q̃r reſpõſio eſt de iure clara. nã cũ ſint graua
mina circa cẽſuras illata. ſcꝫ. ſuſpẽſio. iterdictũ. ⁊ excõ
municatio. que oĩa cẽſure appellant̃. c. querẽti. j. de v.
ſig. ⁊ regula eſt ꝙ cẽſure poſt appellationẽ late ſunt nl̃
le ipo iure. c. per tuas. j. de ſent. exco. c. cũ ꝯtĩgat. ſ. de
offi. ⁊ pot. iud. del. Ideo ad illos caſus papa nõ reſpõ
det. ſꝫ ad caſũ de collatione tñ. Nõ. prĩo ex tex. no
ſtro ibi. prior ⁊ clerici. ſꝫ. d. Bal. ꝙ pro iiuria illata pri
ori pñt agere ⁊ ꝯqueri ipi clerici. ⁊ ita hẽs hic tex. Et ſi
itelligim⁹ hũc tex. de priore clauſtrali vel alio priore re
gulari nõ clauſtrali. hoc ẽ clariſſimũ. nã prior eſt ⁊ ipe
monachus nec ꝑ prioratũ deſinit eẽ monachus. c. fi. j.
de ſimo. ſicut ⁊ rector ꝑ rectoratũ ñ deſinit eẽ ſcolaris.
Jo. an. ſuꝑ in ꝓhemio gregoriano. Facit qd nõt. ideꝫ
Jo. an. in. c. i. ⁊ ibi Gemi. ⁊ alij de ſtatu reg. li. vj. Sꝫ
iiuria facta monacho uel priori dicit̃ facta ⁊ querit̃ actio
ipi eccleſie. c. parrochianos. vbi glo. et doc. j. de ſentẽ
tia excõmunicationis. Ideo nõ mirũ ſi pro iniuria illa
ta priori agũt clerici et ſic illi de eccleſia. Et ꝓ h̃ ẽ deciſio
dñoꝝ de rota i terminis i deciſ. cccxxxij. q̃ icipit. Itẽ ꝙ
monachus. ubi ꝯcludũt ꝙ mõach⁹ põt agere ꝓ abbate
icarcerato ⁊ eccl̃ia tenet̃ ſibi ſubminiſtrar̃ expẽſas ⁊ ali
mẽta. q̃r ꝓcurat honorẽ eccleſie. Sꝫ ſi itelligim⁹ tex. ꝓ
ut videt̃ magis ſonare de priore ſeculari ꝓut põt iueni
ri prior ſecularis. c. niſi cẽnt. vbi tex. j. de ṗb. ⁊ tũc etiaꝫ
põt agere eccleſia pro tali iiuria. nõ reſpectu ꝑſone ṗla
ti. ſꝫ ꝑꝑ leſũ honorẽ eccleſie. Nã iiuriato ṗlato ſecula
ri duplex naſcit̃ actio. Una que querit̃ ipi ṗlato reſpe
ctu ꝑſone ſue. Alia que querit̃ eccleſie reſpectu honoris
ſui. d. c. parochianos. ⁊ ibi habet̃ ꝑ legiſtas in. c. preſeſ
C. de tranſ. Ideo cũ pro iure eccleſie poſſit agere quili
bet de eccleſia. nõ mirũ ſi clerici hic agũt pro iiuria illa
ta ṗlato. c. cũ olim. ſ. de teſti. in argumẽtuꝫ. ſinmo qui
libet de populo põt iſtare pro vĩdicanda atroci iiuria il
lata clerico non pro leui. ⁊ iudex ex officio etiam poteſt
de illa iquirere. l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſco. et
cler. Nõ. ſecũdo ibi. querimoniam. ꝙ dicitur quis
mouere. etiam querimoniam citra litis conteſtationẽ.
Ita Panor. hic. ⁊ facit quod voluit Bal. in. c. audita
ſuꝑ de reſti. ſpol. vbi idẽ dixit de verbo. queſtionẽ. Faci
unt nõta. ꝑ Bar. i. l. ampli⁹ nõ peti. ff. rẽ. ra. ha. vbi ð
huiuſmõi verbis. ꝑ. D. ant. ⁊ Panor. i. c. ſi diligẽti ſuꝑ
de for. cõpetẽti. ꝑ Bal. ⁊ alios in. l. cãs. ⁊ melius in. l. ſi
quis maior. C. de trãſ. ꝑ Bal. i. l. i. C. de vſufr. i autẽ.
hita. in. xx. col. C. ne fil. pro pa. i. l. i. C. de nund. i. l. i
C. de teſti. i. l. i. C. de his que pene. no. ꝑ Ang. i. l. nõ
ſolũ. §. ſi ſtatq̃. ff. de ꝓcur. ꝑ Ang. i. l. lucius. §. tres he
redes. ff. ad treb. i. l. i. C. de ṗſcrip. lõg. temp. Nota
ex tex. ibi. obediũt ꝙ ṗlato nõ põt ſubtrahi obedientia
a ſuperiore. Et facit ꝙ voluit bal. i. c. i. qui ſucceſ. tene.
i vſib. feu. ſcda col. imo ẽt lite pẽdẽñ. ſuꝑ priuatiõe nõ
poſſet ſubtrahi obediẽtia ipi ṗlato. glo. ẽ. viij. q. iiij. in
ſũma. ⁊ eſt bonus tex. i. c. nõne. eadẽ cã ⁊. q. imo plus
eſt ꝙ ſi eẽt notoriũ delictũ niſi i certis caſib⁹ ſpecialibus
nõ poſſet denegari obediẽtia ipi prelato. glo. eſt nõ. in
c. cũ nõ liceat. in glo. i. ſuꝑ de preſcrip. Ang. tñ ꝯtrariũ

UVA. BHSC. IyR_025

vſus eſt tenere. Jo. an. i. c. i. de cenſ. li. vj. Sʒ illã gl. ſequit Panoꝛ. in. c. ſuſcitat ſupꝛa de reſcrip. Faciunt q̃ dicã in. c. de pꝛioꝛe. poſt Jo. an. ĩ. eo. Nõ. ex textu ibi. pſonas ⁊ fama. ſm Jmo. dũ reſoluit ⁊ pꝛo uel. ꝙ ad pbãduʒ veritateʒ appellationis extraiudicialis. et ſic grauamẽ extraiudiciale ꝙ neceſſe ẽ pbare antequã attẽtata reuocent. itelligite poſt appellationẽ extraiudicialem. vt hoc ter. nr̃o ibi. ſi veritate. ⁊ce. tñ ſufficit illa grauamina pbare ſemiplene. Jta habes caſuʒ hic ſʒ itellectũ Jmo. Et hoc voluerũt dñi de rota. in deciſ. ſua. ccxxxv. que icipit. Jtẽ ſi rectoꝛ. ⁊ ẽt ſenſit Panoꝛ. i iij. col. ⁊ ſenſit ẽt Hoſt. ⁊. D. anto. hic ut dicã ſup glo. i ver. idoneas. Nõ. ex tex. ibi. malicioſe diſtulerũt ſʒ Bal. hic ꝙ negligẽs i ſuo officio debʒ puniri. ⁊ amittet ſuũ officiũ. Facit tex. i. l. ſi aliquid. C. õ ſuſcep. ⁊ archa. li. x. in. §. ſi. in autẽ. de ar. hẽtis glo. magraʒ ⁊ ibi per doc. i. c. gratiã. in verbo. regis. de ſupplẽ. negl. pl. li. vj.

Nota ex tex. ibi. in irritũ reuocetis. ꝙ attẽtata poſt appellatiõeʒ extraiudicialẽ ⁊ ꝯtra cã veniũt reuocãda nõ autẽ ſunt nulla ĩpo iure. Jta hẽtis hic tex. ⁊ ſimilis ẽ tex. ſʒ vnũ itellectũ in. c. ꝯſideravim⁹. ſup de elec. gl. eſt magra in. c. nõ ſolũ. in glo. magna co. ti. li. vj. ⁊ ſic hẽtis ꝙ lõga eſt differẽtia circa reuocationẽ attẽtatoꝝ poſt appellationẽ extraiudicialẽ ⁊ reuocationeʒ attẽtatoꝝ poſt appellationẽ iudicialẽ. nã attẽtata poſt extra iudicialẽ nõ reuocant. niſi ita demũ qñ ſũt ꝯtra appellationẽ. Alia autẽ attẽtata que nõ eẽnt ꝯtra appellationẽ nõ reuocarent. immo valẽt. c. cũ nobis oliʒ ſupꝛa de elec. vbi tex. ⁊ ibi p oẽs. Et ſic appellatio extraiudicialis ſolũ ſuſpẽdit actũ circa quẽ iterponitur. ⁊ que ex eo ſequntur. nõ aũt alios actus. Sʒ iudicialis operat ꝙ reuocãtur oĩa attẽtata nõ ſolũ cõtra appellationẽ. ſʒ etiã alia. ⁊ ſic in omni caſu ſuſpẽdit iuriſdictionẽ iudicis nõ ſolũ in alio articulo i quo ẽ appellatũ. ſʒ in tota cã. d. c. nõ ſolũ. Aliã hẽtis ex pdictis differẽtiã. qꝛ attẽtata poſt appellationẽ nõ ſũt nulla ĩpo iure. ẽt ſi attẽtarẽtur cõtra appellationẽ. vt hoc tex. nr̃o. glo. i. c. nõ ſolũ. i verbo. reducẽdus. co. li. vj. qđ tñ nõ habʒ locũ in ſentẽtijs cẽſure. qꝛ ille ſi ferant poſt appellationẽ indiſtincte ſunt nulle ĩpo iure. c. per tuas. ĩ. de ſentẽtia ex co. ⁊ eſt caſus hic ut dixi ſup illo verbo. ⁊. ĩ. Sʒ attẽtata poſt appellationẽ iudicialẽ ſunt nulla ĩpo iure. ⁊ ita volunt comuniter oẽs i. d. c. cũ nobis oli. Et ẽ rõ differẽtie circa pdicta. qꝛ appellatio extraiudicialis ſapit citationẽ ⁊ ẽ ſimplex reuocatio ad iudiciũ. c. cũ ſi romana. ĩ. eo. ſed ſimplex citatio nõ opat niſi circa actũ circa quẽ fit. nec ĩpedit partẽ quo minus vtat iure ſuo. c. i. ſupꝛa vt lit. pen. nec habʒ officiũ deuolutiuũ. ⁊ ſic tñ non ſuſpẽdit quãtuʒ iudicialis. iõ nõ mirũ ſi attẽtata poſt talẽ appellationẽ. que nõ ſunt cõtra appellationem valent nec reuocant. qꝛ ſup eis nõ emanauit citatio. iõ nõ mirũ ſi nõ reuocant ĩpo iure attẽtata ꝯtra appellationeʒ extraiudicialẽ. qꝛ tñ nõ ſuſpẽdit illa appellatio nec deuoluit. Jta ſunt verba Jnno. in. d. c. cũ nobis olim. et i. c. qꝛ pp. ſupꝛa de elec. quẽ ibi refert ⁊ declarat late in. d. c. cũ nobis. Panoꝛ. in. viij. ⁊ i. x. col. Sʒ i appellatione iudiciali nõ ſimiliter habʒ vim ĩpa appellatio citationis. ſʒ deuoluit ⁊ ſuſpẽdit. c. ſi a iudice. c. ti. li. vj. c. ſup eo. ĩ. co. iõ oĩa geſta p eũ tali appellatione pẽdente nõ ſolũ ꝯtra appellationẽ. ſʒ etiã alia nõ valẽt. ⁊ ẽt ĩpo iure ſunt nulla pp deuolutionẽ ⁊ ſuſpẽſionẽ pꝛedictã. Et ſi dicatis iſta deuolutio ⁊ ſuſpẽſio nõ debʒ operari niſi circa actũ circa quẽ ẽ interpoſita. ergo alia attentata nõ debẽt reuocari. Reſpõdet Panoꝛ. i. d. c. cũ nobis. i. vj. col. ꝙ lʒ iterponat appellatio ſup vno articulo tñ. tñ opabit ſuſpẽſionẽ poteſtat iudicis circa alia. Nã duo ꝯcurrũt que iuriſdictionẽ eius ſuſpẽdant circa alia. vnũ ne cogat iſte eodẽ tẽpoꝛe ſup eadẽ cã agitare iudiciũ corã diuerſis iudicib⁹ cũ ſit ſũmopere iniqum. c. ſi. ſup de reſcrip. c. diſpẽdia. de reſcrip. li. vj. Aliud. ꝙ ex quo i eadẽ cã grauauit cũ i vno articlo iudex a quo iniqum eſt ꝙ appellãs debʒ ſtare i alijs iudicio ſuo i eadẽ cã. c. ad hoc. a foꝛtioꝛi. ĩ. eo. Et iõ p iſtas rõnes videtur eius iuriſdictio quo ad totã cãʒ ſuſpẽſa. que rationes vt videt nõ militãt i appellatione iterpoſita ab actu ptis extraiudiciali. Recte cogitãdo hẽtis ex pꝛedictis elicere ꝙ pdicte differẽtie iter appellationẽ iudicialẽ ⁊ extraiudicialẽ nõ pcedũt niſi reſpectu appellatiõis extraiudicialis iterpoſite ab actu partis. nã i appellatione extraiudiciali iterpoſita a facto iudicis hñt locũ ille rõnes que militãt i appellatiõe iudiciali. Ergo foꝛte ñ eẽt malũ dicere pdictas differẽtias nõ habere locũ i appellatione extraiudiciali iterpoſita a facto iudicis. Et ſignãter doc. i. d. c. cũ nobis. loqunt ſemp de appellatione extraiudiciali a facto ptis. nec obſtat tex. nr̃ ibi. in irritũ reuocet. qui loquit i appellatiõe iterpoſita ab actu extraiudiciali iudicis. quia reſpõſio eſt ut reſpondet Lap. i ſimili allegatiõe. ij. tertia col. attẽtata reuocari debẽt. Reſpõdet ĩpe ut de facto pceſſerũt. ⁊ i ſimili eſt glo. in. c. accedẽs. lo. pꝛimo. in verbo. caſſauim⁹. ſ. ut lit. nõ ꝯtz. ẽt i. l. i. in pꝛincipio. ff. deferri. ⁊ hũc itellectũ ſenſit hic Panoꝛ. i ſũmario ſuo ⁊ ẽt i tertia col. Ab extra ꝯtra tex. nr̃m opponit. nã vult tex. ꝙ ad hoc ut collatio reuocet facta poſt appellationẽ debeat pbari p teſtes vel p famã. ⁊ce. vel ẽt copulatiue p vtrũqʒ collationẽ fuiſſe poſt appellationẽ. ⁊ ꝙ malitioſe nõ diſtulerũt ꝯferre. quaſi ex iſtis pbationibus iuſtificet poſtea appellatio. Coñ. de his que nõt Jnno. in. c. cuʒ inter. R. ſenioꝛẽ. ⁊ i. c. qꝛ pp. ſ. de elec. i. c. ad diſſoluẽduʒ. ĩ. de diſpon. impu. vbi voluit ꝙ exceptio oppoſita corã collatore ⁊ oblata pꝛobatio nõ hẽat iuſtificare appellationẽ poſtea iterpoſitã. ita ut p eã ſuſpẽdat collatio poſtea facta ⁊ irritet. qꝛ ꝯferẽs nõ ĩpedit p talẽ appellationẽ vti iure ſuo. Panoꝛ hic dat tres itellectus. Pꝛio omiſſo dicat ꝙ hic ille archieps nullũ ius hẽat ꝯferẽdi ⁊ cõminabatur ſe velle ꝯferre. vnde eius collatio omnino fuiſſet nulla. c. cũ bertoldus. ſ. de re iud. iſti clerici a tali cõminatiõe appellarũt. collatio que facta fuit poſt appellationẽ erat nulla duplici ex capite. tũ qꝛ attentata poſt appellationẽ. nã appellatio ab actu nullo deuoluit. Jnno. in. c. dilecto. ĩ. eo. Dixi i Rica. eſt ẽt nulla qꝛ facta a nõ hñte ius ꝯferẽdi. Vel qꝛ appellãs ab actu nullo ſi vult obtinere in vim appellatiõis debʒ ſeruare ſuãda in appellatiõe. c. dilecto. ĩ. eo. ſicut quilibʒ alius appellãs ab actu qui nũquã trãſit in rẽ iudicataʒ. puta extraiudiciali. c. ꝯcertatiõi. vbi tex. nõ. eo. ti. li. vj. ideo cũ ille i viã attẽtati peteret reuocari collationẽ debʒ ſeruare ea que ſeruãt alij qui attẽtant remediũ attẽtati. ſʒ remediũ attẽtatoꝝ i extraiudicialib⁹ requirit añ oĩa pbat veritatẽ grauaminis ſaltẽ ſemiplene. vt volũt. Dñ de rota deciſ. ſua. ccxxxv. que icipit. Jtẽ ſi rectoꝛ. Jdeo nõ mirũ ſi hic papa mãdat ut debeat illa pꝛobat. quia ex eis iuſtificat appellatio. ⁊ ſʒ hũc intellectũ ſũmauit Panoꝛ. hũc tex. qꝛ illa attẽtata hic reuocant. vt nulla. lʒ alio iure potuiſſẽt dici nulla. ſ. ex defectu poteſtatis ꝯferẽdi. Et ſic hẽtis colligere vnũ nõ. ꝙ lʒ actus geſtus poſt appellationẽ alio iure poſſit dici nullus põt peti retractari i viã attẽtati. Secũdus eſt itellectus tertius in oꝛdine. ꝙ hic iſte archieps diceret poteſtatẽ ꝯferẽdi iſta beneficia ad ſe deuolutiua ex negligẽtia pꝛioꝛis clericoꝝ. ⁊ ppea vellet ꝯferr. illi ſe excuſabãt aliqua iuſta cã. Et ne archieps ad vlterioꝛa procederet appellauerũt. Archieps cõtulit poſt appellationẽ. papa mandat ꝙ pbata collatiõe poſt appellationẽ facta pbato alio ſ. ꝙ iſti haberẽt iuſtã cãʒ excuſandi negligẽtiaʒ ſuaʒ. et ppea dicit i textu. malitioſe. reuocet i viã attẽtati collatio. ⁊ iſta requirit papa pbari ad iuſtificationẽ appellationis. que iuſtificatio requirit i appellatione extraiudiciali. vt pdixi i pꝛimo itellectu. Et ille itellectus eſt magis generat ad litterã. qꝛ ꝯpꝛehẽdit oẽs caſus. Glo.



UVA. BHSC. IyR_025

ſuꝑ verbo. ꝑ idoneas. in fi. hētis ex glo. formatū ꝯtra
riū ad textū ꝙ fruſtra papa requirat ꝓbationē ꝑ famā
ex quo ꝓbatio eſt facta ꝑ idoneas ꝑſonas. Nā in ore
duoꝝ uel triū ſtat oē verbū. c. i omni negotio. ⁊. c. licet
vniuerſis. ē. de teſti. imo ēt ꝯtra papā ad eū deponeñ.
dicit̃ plena ꝓbatio que fit ꝑ duos teſtes. glo. eſt nō. ij.
q. iiij. c. preſul. vnde voluit Hoſt. ⁊ ſequit̃. D. anto. ⁊
Jmo. ꝙ hic tex. debꝫ itelligi ſꝫ ꝯſuetudinem locii quo
aderat cōſuetudo ut teſtibꝰ de credulitate iuncta fama
crederet̃. nā illa ꝯſuetudo lꝫ nō poſſit facere iabilē pro
bationē plenā eē. tñ talis probatio ſemiplena remane
bit. ⁊ hoc i caſu nr̃o ſufficit. ⁊ ſic volūt iſti doc. ꝙ ad iu
ſtificādūꝫ appellationē extraiudicialē ſufficit ſemiplena
ꝓbatio. ⁊ faciūt que dixi i tex. ſꝫ inquātū videret̃ innue
re ꝙ ſtatutū vel cōſuetudo nō poſſit iabilē ꝓbationem
facere plenā ⁊ ſic ut plene credatur iabili ꝓbationi. in
ꝯtrariū ē tex. i. c. cū dilectꝰ. ⁊ ibi Panor. ē. de fid. iſtr. ⁊
tenet hic Panor. ꝑ illū tex. tenet Bar. ꝑ illud. c. in. l. ſi
ſeruus cōis. i ſcōa col. ff. de ſtip. ſuo. tenet Jo. an. i. c.
ſeculares. ō for. comp. li. vj. Jo. an. in add. ad Spec.
in ti. de inſtr. edi. §. cōpēdioſe. verſiculo. ſꝫ nūquid. te
net. D. anto. ⁊ Panor. in. c. ij. ſupra de ꝓba. Tamen
ſaluado. D. anto. ⁊ cōeꝫ opi. hic videt̃ dicēdūꝫ ꝙ ꝓce
dat i cōſuetudine uel ſtatuto qō ſtet̃ teſtibꝰ de credulita
te. nā cū ſit ꝯtra naturalē equitatē. vt i his que ꝑcipiū
tur vere ſenſu corporis admittat̃ teſtis de credulitate.
ideo talis conſuetudo nō valet. c. erit aūt lex. iiij. di. ſe
cus aūt i caſu. d. c. cum dilectus. nā poſſet eē tāta excel
lētia ꝑſone. uel fides publica regni ꝙ bene cōſuetudo
pōt oꝑare vt dicto regis ſtetur. ⁊ facit i ſili. c. ad audiē
tiaꝫ. de preſcrip. ⁊ i ſimilibꝰ caſibꝰ itelligo auctoritates
ꝯtrarias. vide ꝑ Bal. in. l. i. i ſcōa carta. C. ō ſūma tri.
⁊ in. l. i. C. de cōfeſſiſ. Ang. in. l. iij. ff. de teſtamentis.

Glo. ſuꝑ vbo. famā. in fi. duo hēs notare ex glo. ꝑ
mū ꝙ ſola fama in tex. nr̃o nō ſufficeret. ⁊ ſic glo. tenꝫ
cōtra intellectū Jmo. qui reſoluit tex. nr̃m. ⁊. pro. uel.
quaſi ſentiat alterū iſtoꝝ ſufficere. Jtē habes ex gl.
ꝙ fama nō facit plenā ꝓbationē. ⁊ dicit hic Bal. ꝙ pro
pter fama nō eſt probatio ſicut nec iuramētū ſi ſupplem
tū probationis. ſꝫ eſt quoddā adiuuamētum probatio
nū. ⁊ cū glo. nr̃a ꝯcordat. glo. i. §. ſepe. allegato i ca. ⁊
glo. i. l. iij. §. eius. ff. de teſti. Hāc ꝯcluſionēꝫ glo. li
mitabit̃ nō procedere i factis de antiquo. qꝛ i his que
ſunt de antiquo. fama bñ ꝓbat. ita Jnno. nōt i. c. ve
niēs. Hoſt. in. c. quid ꝑ nouale. j. de ver. ſig. Jta. D.
anto. nōt in. c. fi. in repetit̃. i pe. car. ē. de conſue. Jta
Bar. i. l. ij. §. labeo. ff. de aqua plu. ar. ita Bal. i autē.
quas actiones i fi. col. C. de ſacroſanc. eccl. Facit glo.
in. c. i. ō preſcrip. li. vj. faciūt nōta. i. c. cū cāꝫ. ē. de pro
ba. Et itelligite facta de antiquo. ſ. cētūꝫ annorum
quo ad hāc materiā. ita Jmo. in. c. veniēs. lo. primo.
lꝫ. D. anto. ibi teneat ꝙ ſufficiāt. xl. anni. ſuꝑ de teſti.
Panor. in. c. cū cāꝫ. ſuꝑ de ꝓba. Florianꝰ. in. l. ſeruitu
tes. la grāde. ff. de ſeruitutibꝰ. Limitabit̃ ſecundo
dictā ꝯcluſionē nō ꝓcedere i his que ſunt parui ꝑiudi
cij. nā i his fama facit plenā ꝓbationē. glo. eſt nō. i. l.
vbi adhuc. C. de iuredot. ita Bar. i. l. de minore. §.
tormēta. ⁊ ibi de mā fame in pe. col. ff. de queſtio. Jta
Panor. in. c. i. poſt glo. in verbo. publice. ſuꝑ ō poſtu.
ꝑla. Limitabitis ēt tertio dictā ꝯcluſionē nō ꝓcede
re i ſpiritualibꝰ. vbi fama defert aliquid circa materiaꝫ
peccati ad euitādūꝫ ipm peccatū debꝫ credi fame. Jta
Panor. nō. i. d. c. i. vbi ꝓxime. Secūdūꝫ principale
habes notare ex glo. ꝙ fama ꝯiūgit̃ cū alia ꝓbatione
ad faciēdūꝫ plenā ꝓbationē. ⁊ ſic hēs hic glo. ꝙ diuer
ſa genera ꝓbationū ꝯiūgunt̃ ad vnā faciēdā. de hoc
eſt tex. nō. i. c. fi. de ſucc. ab ite. j. ⁊ de hoc ēt habet̃ per
Bar. abunde poſt glo. i. l. ij. in pricipio. ff. ō excuſ. tut.
i peti͂s nouis. Et ēt Bar. in. l. admonēdi. ⁊ ibi comu
niter doc. ff. de iureiuran. canoniſte i. c. veniēs. lo. pri

mo. ſuꝑ de teſti. Hāc ꝯcluſ. limitabitis nō ꝓcedere
qñ teſtes deponerēt tm̃ de auditu. nā illa eſt regula ꝙ
nūquā admittit̃ teſtis de auditu niſi i caſibus a iure ex
preſſis. ita Jmo. in. c. lꝫ ex quadā. ſuꝑ de teſti. ⁊ ē bonꝰ
tex. ⁊ ibi habet̃ in. c. quotiēs. co. ti. Faciūt nōta. in. l. ſi
arbiter. ff. de ꝓb. ⁊ i. d. §. labeo. Jō tales teſtes ſimt̃
cū fama nō facerēt ꝓbationē. ita glo. nō. i. c. tā litteris.
ſuꝑ de teſti. in glo. i. Limitabitis ſcōo. d. ꝯcluſ. non
ꝓcedere quotiēſcūqꝫ ageret̃ de crimine criminalr̃. Nā
nec fama cū alia ꝓbatione ſufficit. glo. eſt nō. in. c. ve
niēs. lo. prio. ſupra de teſti. Tertio limitabit̃ nō ꝓ
cedere qñ agit̃ de crimine ēt ciuiliter. nā illo caſu fama
cū alia ꝓbatione nō ſufficit. Jta Panor. i. d. c. veniēs.
lꝫ ibi Jmo. teneat ꝯtrariū. ⁊ pro Panor. facit glo. i ter
minis i. c. tū litteris. in vbo. ꝓbata. ē. de teſti. vbi volu
it glo. ꝙ ſemiplena ꝓbatio ſicut nō ſufficit i criminali
bꝰ qñ agit̃ criminalr̃ ad faciēdūꝫ deferri iuramētū i ſup
plemētūꝫ ꝓbatiōis. ita nec i criminalibꝰ qñ agit̃ ciuilit̃.

Ultimo pro ꝯplemēto materie queſiuit hic Hoſt. ⁊
ēt Jo. an. Regula ē ꝙ anquā iudex ad quē ihibeat iu
dici a quo ne ꝓcedat debꝫ cognoſcere an appellatio in
terpoſita ſit vel ne. ⁊ an ex legitima cā ⁊ ꝓbabili vel ne
lꝫ nō de veritate. c. romana. §. ſi uero. ⁊. §. ꝙ ſi obicia
tur. e. ti. li. vj. Pone. appellatū ē ad curiā. opponitur
aliq̃d ꝯtra appellātēꝫ. vult ipetrare remiſſorias ad par
tes ut poſſit ibi facere examiari teſtes. ⁊ alia ꝓbare q̃
expediūt circa oppoſita iuxta formā. c. cōſtitutus. ⁊ ibi
hētur. j. de fideiuſ. autē. apud eloquētiſſimū. C. ō fide
inſtr. nūquid poſſit. ⁊ dicit Jo. an. hic poſt Hoſt. ꝙ ſi
opponit̃ aliquid i viā dilatorie ſiue declinatorie ꝙ illo
caſu talis remiſſio nō dabitur. qꝛ debuit venire inſtru
ctꝰ cū plena fide. ita ut ſua appellatio poſſet recipi. alr̃
eſt quid ſibi iputet̃. d. §. ſi vero. ſi vero i viam peremp
torie. ⁊ tūc debꝫ ꝯcedi remiſſio. qꝛ eſt quid iputandūꝫ
ꝑti. qꝛ cū poſſet opponere a pricipio nō oppoſuit. ⁊ cu
ria ad perēptorias exceptionē. ꝓbādas nō ſolet negare
remiſſorias. ⁊ ita ꝑtrāſeūt comuniter oēs. ⁊ ita volue
rūt dñi de rota deciſ. ſua. ccxx. que icipit. Jtē lꝫ pro in
ſtrumētis. ⁊ tenet Gemi. i. c. cupiētes. §. ſi vero i fi. de
elec. li. vj. tñ data huiuſmōi remiſſoria ad ꝓbādūꝫ per
teſtes poſſet poſtea ꝓducere iſtrumēta i illo termino.
Jta dñi de rota i deciſ. ccxlviiij. que icipit. Jtē qñ a ſen
tētia. Predicta ꝓcedūt nedū qñ ꝑs ab hōie citat̃. c. i.
de elec. li. vj. ut iſtructꝰ ueniat. ſꝫ ēt qñ a iure fit. c. i. de
elec. li. vj. uel ēt ō ꝑtiū ꝯſēſu alligātur ut iſtructi ueniāt
c. i. co. ti. li. vj. his caſibus tenet̃ uenire inſtructꝰ reſpe
ctu iſtrumētoꝝ que habꝫ ſecū deferre ⁊ aliarūꝫ ꝓbatio
nū in ſcriptis redactaꝝ. nō reſpectu teſtiū. qꝛ nō tenet̃
ducere teſtes. c. cupiētes. §. ſi uero. in glo. in uerbo. ali
bi. de elec. li. vj. ⁊ uolūt dñi de rota in. d. deciſi. ccxx. et
deciſ. ccxlviiij. ⁊ uolūt. D. anto. ⁊ Jmo. in. c. dilectus.
ē. de ꝓcur. tñ ēt reſpectu teſtiū deberet uenire inſtructꝰ
qñ atteſtationes eēnt recepte ⁊ publicate in ꝑtibꝰ. quia
tūc debebat eas ēt deferre ſecū. nec ad eas ꝓducēdum
daret̃ noua dilatio. tex. eſt nō. ⁊ Jmo. in. c. corā. ē. ō i
integ. reſti. Et iō dicit hic Jmo. licet ſub dubio forte ꝙ
ubi pars pōt ꝓbare ꝑ inſtrumēta ꝑemptoriā exceptio
nē i cā deuoluta ad curiā non debet dari dilatio extra
curiā. ꝑ. d. c. i. c. ti. li. vj. qui tex. optime ꝓbat. De quo
tex. oppōit hic. D. anto. lꝫ nō ſoluat. Dicit quoqꝫ hic
D. anto. ꝙ in hac retractatiōe huius electionis collati
oniſue tāquā in cā ſūmaria in materia retractationis
atteratoꝝ iudex ꝓcedet ex officio mercenario. ꝑ nō. in
c. cū nobis. ſupra allegato. ⁊ ita trāſit hic Jmo. Sꝫ
operepretiū eſt ſcire. nūquid retēto primo intellectu ſi
appellat̃ ab actu nullo. deſertio appellationis hēat cō
firmare ipꝫ actū nullū uel ne. Dicite ꝙ nō ꝯualidatur
actus nullus. quia deſertione non conualidatur actus
nullus. tex. eſt. ⁊ ibi glo. nō. in. c. licet. de ſen. exco. li.
vj. i gl. i uer. ꝯualeſcat. uoluit Jo. an. i. c. ut ſuꝑ. e. ti.

UVA. BHSC. IyR_025

li.vj.i.c.ſepe.§.eo.i.c.audit⁹.in gl.in uerbo.maxime.
ſupra de elec.uoluit Lapus allegatiõe prima.ij.col.

a **Inter cetera.** Nõ ualet appellatio generalis.h.d.
Diuidit̄ i duas.in prima reprehēdit appellantē.in ſecūda que eſt ibi.nec huiuſmõi.deijcit appellatiõnē. Nõ primo ex tex.ibi.a te.ꝛce.ꝙ abbas põt cõueniri corã ordinario.facit tex.in.c.abbates.ꝛ i.c.monaſteria.xviij.q.ij. Nõ ſcdo ex tex.ibi.ſup omni cã:ꝛce.ſꝫ Bal.hic ꝙ nõ ualet appellatio generalis. Et ē rõ.nã ſicut ſentētia debꝫ eē certa.l.iij.cũ ſimilib⁹.C.d ſen.que ſine cer.q̄t.ita eius antidotũ debꝫ eē certũ.nã generalitas obſcura nullã ſpeciē in eē ponit.l.titie textores.ff.de leg.i.l.i.§.Itē ſi decuriones.ff.ꝙ cuiuſqꝫ vniuer.iõ appellatio generalis nõ ualet. Et ſubiungit hic Bal.ꝙ ꝑ certã relationē ſatis dicit̄ ſpecialis appellatio. Et iõ uno uerbo põt interponi appellatio.puta dicēdo.appello.l.i.§.fi.cũ.l.ſeq.ff.eo.ti.duob⁹ uerbiſ põt interponi.puta.appello ſuperiorē.glo.in.l.cũ ꝓponas.C.de bon.auc.iud.poſſ.ꝛ dixi i Rica.põt fieri in tribus uerbis.puta.appello iudicē ꝯpetētē.ſubiciēs Bal.ꝙ iſtis caſibus ſi plures eēnt iudices cõpetētes appellationis electio iudicũ ſpectaret ad appellãtem.allegat Inno.in.c.ſi duob⁹.j.eodē. Nota tertio ibi.redarguimus.ꝙ lꝫ regulares facilius deponant̄ q̄ ſeculares.c.qualiter ꝛ qñ.lo ſcdo.i fine.j.d accuſa.c.ꝑ tuas.§.fi.j.de ſimo.tñ cũ nõ cõmittãt peccatũ mortale regulares ut in hoc tex.nřo.nã ex ꝯtraſactione.l.nõ omni caſu peccabãt mortaliter appellãdo ꝯtra ꝓceptũ.l.ſ.generaliter.iuxta glo.nõ.in.c.generali.de elec.li.vj.iuxta nõta in.c.ij.ſupra de maior.ꝛ obe.in.c.nã concupiſcētia.ꝛ ibi ꝑ ſcribētes.ſupra d ꝯſti.tales regulares peccãtes nõ deponunt̄.ut hic.ꝛ ſic ſꝫ Panor.ꝙ ex peccato etiã regulares nõ deponunt̄.ſꝫ ſolũ redarguunt̄:

Nota ēt ex tex.ſꝫ Panor.hic eē caſuꝫ.ꝙ temere appellãs de iure canonico nõ punit̄.quã opi.tenet glo.in l.i.§.fi.ff.a quib⁹ appel.ꝛ tenuit Spec.eo.ti.§.nũc dicēdũ.circa principiũ. Cõtrariũ tñ uidet̄ tenere glo.in.c.ad romanã.ij.q.vj.ubi uoluit ꝙ ita punit̄ temeř appellãs de iure canonico ſicut de iure ciuili. Uos ergo dicite ꝙ aut querimus de iure ciuili aut de iure canonico.ſi de iure ciuili.tũc punitur uarijs penis.naꝫ aut appellatio ſua nõ fuit recepta.ꝛ tũc temere appellãs ꝛ ꝓſequēs amittit cãꝫ ꝛ efficit̄ infamis.l.a ꝓcõſulibus.C.eo.ti.aut appellat tēpore nõ debito.puta quia circa executionē vult appellare ꝛ tũc punit̄ pena.l.ab executore.C.quoꝝ appel.nõ recip.ſ.pena.l.librarꝫ auri.qñꝫ tamē ſũt ſolũ.xx.ut in.l.quiſquis.C.quorꝫ appel.canonizata.ij.q.vj.§.ſi quis auſus. Aut alio mõ temere appellat.ꝛ tũc punit̄ in expenſis.l.eos.§.nec temere.C.eo.ita Bar.in.d.l.a ꝓcõſulib⁹. Aut loquimur de iure canonico.ꝛ tũc aut temeř appellatur .ſ.qꝛ in debito tēpore.puta ab executiõe.ꝛ tũc punitur in expēſis.ita Spec.in.d.§.nũc dicēdũ.Qñꝫ tñ iudex poſſet addere a'iã penã ſi ſibi uideretur.c.frequēs.in argumētuꝫ de reſti.ſpol.li.vj.c.qm̄ frequenter.in fi.ſupra ut lit.nõ cont. Aut appellat temere.i.per calumniam.ꝛ tunc ſi eſt calumnia preſumpta non punitur niſi reſpectu expenſarum.c.finem litibus.a fortiori:ſupra de dol.ꝛ contu.c.i.§.pe.per locum a ſpeciali.d elec.li.vj.Si uero ꝯuincitur eius calumnia non autꝫ eſt preſumpta:ꝛ tunc cum ſit delictum calumniari toto ti.j.de calum.ꝛ delicta non debent remanere impunita.c.ut fame.cũ ſimilibus.j.de ſent.exco.ideo talis appellans ultra expenſas punietur alia pena arbitrio iudicis. Ita Panor.hic per tex.in.c.cum parati ſcdm unũ intellectũ.j.eo. Glo.vnica in uerbo.inter cetera.glo.format ꝯtrũ.de.c.ſi ſacerdos.dicite ut ibi. Et dic hic Imo.ꝙ ꝯtria ꝓcedũt i caſib⁹ ſpālib⁹.in qb⁹ rõ uadet ñ eē curãdũ an i gñe an i ſpē ſiat act⁹ ul' ꝯpſſio:

a **D nostram.** A correctione non appellat̄. Diuidit̄ in duas.in prima narrat factũ.in ſecũda que eſt ibi.mãdamus quatenus.ꝓuidet. Nõ primo ex tex.ibi.nõ iõ ē.ꝛce.ꝙ cũ remediũ appellationis ſit remediũ oppreſſoꝝ nõ debꝫ eē ſubſidiũ malignãtiũ.ꝛ iõ quotidie allegat̄ hic tex.ꝙ inuēta ad vnũ effectũ non debēt operari ꝯtrariũ.l.legata inutiliter.ff.de le.prio.

Et ita ēt ꝑ hũc tex.ꝛ.c.ſuggeſtũ.j.e.cũ i dubio oppreſſis ſit fauēduꝫ.i dubio fauemus appellatiõi. Bal.i addi.ad Spec.e.ti.col.xiij.Bal.i.l.ꝓperãdũ.§.ſin autē reus.C.de iudi.Bal.i.c.i.de reſcrip.Bal.i.c.paſtoralis.§.preterea.d offi.deleg.Bal.i.l.de ſtatu.ff.de teſtamē.i.l.iij.§.hec pena.ff.ꝙ quiſqꝫ iuriſ.in.l.ſi quis ꝓ notione.C.eo.ponã in.c.ex rõne.j.eo.in ultimo euidētiali. Nota ſcdo ex tex.ibi.exorbitãti.a cõtrario ſenſu ꝙ ſi ſuperior abbas vel alius excedat mõꝫ in corrigendo.ꝙ a tali correctione põt appellari. Facit tex.in.c.repbēſibilis.i fi.j.eo.ꝛ hoc vult glo.i verbo:nõ iõ.que ꝑ hoc remanet expedita. Calda.i Rica.de appel.ꝯſi.iij.vbi hoc idē.ꝛ ibi ſubdit etiã.an icarcerat⁹ ꝑꝑ delictũ de quo ꝯdēnatur ſi appellat poſſit i carceribus retineri.ꝛ videt̄ ꝯcludere ꝙ nõ ſi iniuſte fuit incarceratus.ſecus ergo ſi iuſte.Bal.i addi.ad Spec.e.i.xvj col.i additione que icipit.ꝯdemnatus.Faciũt que nõt Bal.i.l.ab executore.C.quoꝝ appel.nõ recipiant̄.per Calda.dicto ꝯſilio.iij.De hoc in.c.ſup eo.il ſcdo.in tertia col.j.eo.Et iõ dixit hic Bal.ꝙ abbate nimis ſeuiēte i monacos licitũ ē monacis fugere d monaſterio ſine licētia abbatꝭ.nec dicunt̄ apoſtate.qꝛ nõ fuga.ſed cã fuge ꝯſiderat̄ i apoſtaſia.l.quid ſi fugitiuus.§.ideꝫ celſus.ff.de edil.edic.Allegat ad ꝓdicta tex.i.l.ij.§.dñoꝝ.ff.de his qui ſunt ſui uel ali.iur.immo generalit̄ vbicũqꝫ eēt inimicus monaci.ita ꝙ ē veriſimile ꝙ etiaꝫ circa debita ꝛ honeſta ſi peteret licētiaꝫ nõ daret.poteſt monacus facere ſine licētia abbatꝭ etiã ea que alias requirerēt licētiaꝫ. Ita cardi.i de.i.viiij.col.de ſt.i.mo.imo vult ibi ꝙ illo caſu poſſit tenere arma. Nõ ibi.iuxta tenorē.ſm Bal.hic ꝙ a ſentētia.l.nõ appellat̄:tex.eſt hic.nã regula eſt.l.ꝑticularis monacoꝝ.ꝛ tamē a ſentētia lata ſm regulã nõ appellãt.qd̄ itelligit Bal.niſi quo caſu eēt talis.l.ꝯtra quã daret̄ exceptio doli:puta qꝛ eēt.l.facta ſpecialiter ꝯtra priuatã ꝑſonã vl' expreſſe uel ꝓſumptiue.illo caſu priuatus habꝫ ꝯtra.l.exceptionē doli.l.i.vbi tex.ff.de excep.dol.ꝛ ibi glo.illo caſu licitũ eſt illi priuato appellare. Ita Bal.hic.ꝛ fuit theorica Bar.in.l.oēs populi.in.xvj.col.ff.de iuſti.ꝛ iure.ꝛ ꝑ Bal.nõt Panor.in.c.ꝯſuluit.il.iij.j.eo.
Eſt glo.in.c.cupiētes.§.ꝙ ſi ꝑ.xx.in glo.i verbo.ex peccati.de elec li.vj.nõt Bar.in.l.fi.i pe.col.ff.de appel.recip.nõt.Bal.in.l.iudicib⁹.C.eo.Bal.ꝛ canoniſte comuniter in.c.cũ oēs.ꝛ ibi maxime Panor.ſ.de ꝯſti.ꝛ ēt.D.anto.ꝛ in.c.i.j.de his que fi.a maio.ꝑt.cap.Bal.in.l.ij.§.exactꝭ.ff.de origine iur.Aliter tam̄ videt̄ diſtinguere Bal.i Rica.ſ.de ꝯſti.i pe.col. Subiicit ēt Bal.ꝙ tñ a pena.l.que fert̄ declarãte hoīe cuꝫ ꝑ l.nõ eēt certa pena ſtatuta ſꝫ arbitraria põt appellari.ꝛ hētis glo.i.c.ſup his.circa fi.j.de accuſa.in.l.ſi qua pena.ꝛ ibi Bar.ff.de verb.ſig.ꝛ eſt tex.i.c.i.ꝛ ibi nõt Panor.ſ.d dila. Nota ēt ex tex.ibi.ſubditoꝝ tuoꝝ.ꝙ monaci dicunt̄ eē ſubditi abbati.imo ſũt plus q̄ ſerui.c.multos.vbi tex.liiij.di.ꝛ ēt clerici ſeculares ſuos ſuperiores dños appellãt.c.cũ clerici.j.de verb.ſig.c.graue.j.de exceſ.ꝑl.tñ meminerit epi ꝙ nõ ex iſtitutione dei ſꝫ ex ꝯſuetudine ſunt plus q̄ ſacerdotes.tex.eſt in.c.olim.lxxxv.di.ꝛ verba iſtationis ꝛ elationis abhorreãt.c.ecce.lxxxviiij.di.Tamē ſuperiores debent honorari ab iferioribus.Et ipi ſuperiores debēt honorare ꝛ caritatiue recipere iferiores.ꝛ eos frēs appellat̄.c.eſto ſubiectus.lxxxv.di.ꝛ ibi tex.cũ glo.ꝛ ꝓprie iſti



UVA. BHSC. IyR_025

ſunt ſubditi cū nō ſolū forū.ſ3 domiciliū ſortiaꝛ̄.iuxta glo.nō.in cle.i.i glo.i ver.iuſtitiam facere.ō foro ꝯpe. Faciūt notata in.c.dilectus.lo ſcōo. ſupra de reſcrip. glo.in cle.frequēs.in verb.anni.de exceſ.pl'. Nota etiā ex textu ibi.regularib⁹ ⁊ inſtitutionib⁹.ꝙ inter re gulares eſt dare duplicē.l.vnā que ꝓuenit ex iſtitutio ne regule. Aliā que ꝓrouenit ex ꝯſtitutionib⁹. Et nota te ꝙ in regularib⁹ nō ſolū regula ſed ⁊ ꝯſtitutiones re gule ꝯſiderātur.et iō cū monaci ſancti benedicti l3 quo ad regulā ſint arctiores ꝙ̄ fratres predicatoꝝ facti do minici.ſed predicatores ſunt effecti mendicātes ex ꝯſti tutionib⁹. l3 nō ex regula.vt hic Bal. iō dicūtur eē ar ctioris regule predicatores ꝙ̄ monaci ſancti benedic ti.⁊ ideo de predicatorib⁹ ad monacos ſancti benedicti trāſitus fieri nō poſſet.ſed bn̄ ecōtra. Ita hic Panor. Et ideo ō monaſterio puta ſancti aguſtini puta obſer uantie nō poſſet quis trāſire ad regulam ſancti bene dicti.vbi in illo monaſterio nō fieret obſeruātia. Ita determinat Lap⁹ allegatione.xxx. Sed operepre ciū eſt ſcire.nūquid clerici iuiti poſſint aſtrigi ad nouas ꝯſtitutiones quib⁹ vita coꝝ reformaꝛ̄ vl' ꝯmutaꝛ̄. Et di cite ſ3 Panor.aut loquimur in regularibus. ⁊ tūc poſ ſunt iuiti aſtrigi.cū velle ⁊ nolle nō habeat ꝙ ſit ſuū. c.ſi religioſus.de elec.li.vj.ita glo.nota.in.c. quo ad omnes.de reg.iur.li.vj.quā ſequiꝛ̄ Innoc.i.c.ſuper eo.j.de regul.et etiā eſt bon⁹ tex.i.c.vnico.⁊ ibi habeꝛ̄ de ſtatu mo.li.vj. Glo.tn̄ videꝛ̄ tenere ꝯ̄rium in.c.ge ſta.lxxiiij.di.ponūt doc.in.c.deus.⁊ maxime Imo.j. de vit.et hone.cleri.⁊ in.d.c.ſup eo.in.c.cū dilectus. vbi Panor ⁊ Imo.ſup qō met.cauſa. Imo.in cle.ſi. de ſta.mon. Aut loquimur in clericis ſecularib⁹.⁊ tunc noua uita eis iuitis iudici ñ deb3 que coꝝ ſtatū imutet. ita glo.i.d.c.quo ad oēs.nec ad ligādum diſſētientes ſufficeret cōſenſus maioris ptis.c.cū oēs. ⁊ ibi vidim⁹ ſup̄ de ꝯſti.⁊ requiriꝛ̄ ꝯſenſus epi. ita Panor.hic. ⁊ in d.c.cū dilect⁹.tn̄ vita coꝝ moderari bn̄ poſſet ꝑ noua ſtatuta.c.deniq3.iiij.di.c.qm̄.⁊ ibi hētur per doc.j.de vit.⁊ hon.cler. Ultio nota ex tex.ibi.corrigas ⁊ ca ſtiges.ꝙ a correctione regulariter nō appellaꝛ̄. Et iō īfert hic Inno.ꝙ reſcriptū impetratū in cā appellatio nis a correctione nō valet niſi facta mētione de cā ꝑꝑ quā corrigiꝛ̄.nā nō expſſa illa cā nō poſſet cognoſci an modum excedar.et ſic an appellatio ſit friuola uel ne. ita Bal.hic poſt cū.⁊ ēt Panor.facit tex.i.c.dilect⁹. lo primo.ſup̄ de reſcrip.⁊ que notanꝛ̄ in.c.poſtulaſti.ſup̄ de reſcrip.⁊ facit.c.ſup eo.j.de cohabitatione cleric.⁊ mul.⁊ tenēt communiter doc.l3 Panor.dubitet. tn̄ poſt ea firmat.nā cū appellatio a correctione ſit ꝓhibita ni ſi certis caſibus ut hic.ergo in appellatione deb3 cā ex primi ut appareat an ſimus in caſu ꝯceſſo.c.romana. §.ſinautē.c.li.vj.nō.in.c.quo ad ꝯſultationē.j.e.c. ꝯſuluit.ii primo.⁊ ibi caſus ſ3 Panor.j.co.

P Erſonas. Si appellās.j.terminū a iudice a quo appella tioni vel a ſe ipo ſtatutū appellationē nō ꝓſequitur ſē tētie vel iuriſdictioni iudicis a quo ſtare compelliꝛ̄. h. d.diuidiꝛ̄ in duas.prout duo dicta ponit.ſecūda ibi.ſi aūt. Et prima pars loquiꝛ̄ quādo termin⁹ immodera te a parte ſtatuiꝛ̄.⁊ a iudice moderaꝛ̄. Secūda quādo termin⁹ a parte ſtatuiꝛ̄ moderate. Uel prima loquiꝛ̄ de termino ad ſe ꝓſ̄tandū.ſecūda de termino ad ꝓſe quēdū. Uel prima loquitur vbi appellatū eſt ante ſen tētiā.ſecūda vbi poſt ſētētiā diffinitiuā. ita .D. Anto. et alij. Nota primo ex tex.ibi.prolixū terminū.ꝙ li cet appellans poſſit ſibi aſſignare terminū.j.quē ꝓſe quatur et finiat cauſā.vt etiā habetur in.c.ſepe.j.e.tn̄ ſi illum terminū aſſignauerit nimis ꝓlixū abbreuiabi tur a iudice a quo.vt hoc tex. Et antequā vlterius ꝓcedam⁹ debem̄ ſcire ꝙ duplici modo aſſignatur tēp⁹ in appellatione.qñq3 a iure.qñq3 ab homine.a iure

aſſignatur tēp⁹.primo in origine appellationis.ſ.x.dieꝝ ad appellādu3.ille ē tex.in autē.hodie. C.eo.c.ꝯcerta tioni.eo.ti.li.vj.⁊ iſtud īcipit currere de momento ad momētu3 a die ſñie.gl.i.c.nō ſolū.i ver.decēdū.e.li. vj.iō nō ſufficit appellāti ꝓducere appellationē inter poſitā niſi ꝓbet itra decē dies ſe illā iterpoſuiſſe. Bal. in.d.autē.hodie. Spec.in ti.de inſtru.editione.§.i.v̄ ſiculo.ſ3 pone. Et ſi vult dicere ſe appellaſſe itra dece3 dies a die notitie d3 hoc ꝓbare.ita inclinat rota deciſi one.316.incip.Itē ſi poſſeſſor. facit ad ꝑdicta.c.roma na.§.ſi vo.eo.ti.li.vj.⁊ iſti decē dies currunt a die ſen tētie ⁊ notitie de ſententia.glo.i.l.i.§.dies.ff.qñ ap. ſit ⁊ in.d.autē.hodie.⁊ in corpore unde ſumitur.⁊ in.c. nō ſolū.e.li.vj.in.l.iiij.§.minorē.ff.de minorib⁹.nec ſufficit ſciat ſententia3 latā.puta.q2 fuit citatus ad audi endā ſententia3.niſi ſciat hoc mō latā .i.tenorē.cautum ē ergo ꝙ itimetur.ar.glo.i.c.ꝯcertatiōi.i uerbo. ſcire rit.c.li.ſexto. Faciūt nota. in.l.ab eo.C.quomō ⁊ qñ iudex. Ang.in.l.i.§.libelli.ff.e.⁊ i.l.a ſñia.§.ſi.ff.e. Et ibi reſpōdet tacite obiectioni Ang.in.l.i.§.biduū ff.qñ ap.ſit i.l.ex ꝯſēſu.§.ſi.in.vj.col.ff.e.vbi Ang. de arecio ſimiliter.i ſententia autē ꝯdictionali l3 nūdu3 ſit ipleta ꝯdictio.currit tn̄ tēpus a die ſentētie ſecūdum Raphaelē cumanū in.l.i.§.biduū.ff qñ appel. ſit ni ſi in ſñia cēſure. ut i.c.ꝑterea.j.e. Tn̄ Ang.de arecio in.d.§.biduū dicit ꝙ l3 cautius ſit ꝙ a tēpore ſñie ap pelleꝛ̄.tn̄ ille tex.nō iponit neceſſitatē tunc appellandi. Sit tn̄ cautius qui appellat vltima die decē dieꝝ ut ex primat horā appellatiōis.nā cū tēp⁹ currat de momen to in momētū.d.§.biduū.⁊.d.autē.hodie.⁊ cle.ſicut. .e.d3 ꝯſtare ꝙ āte vltimū momētū appellauit.ita An gel.de are.poſt cumanū i.l.ij.§.dies.ff.qñ appel. ſit. Secūdo aſſignaꝛ̄ tēpus ad eā in eē ꝓductā ſom tañ. .ſ.xxx.dierum ad petēdū aplos. qui aſſignanꝛ̄ parti. et illimet.xxx. ad dandū aplos qui aſſignantur iudici. ille eſt tex.in.c.ab eo.co.ti.li.vj. Et in.l.qm̄.iūcta.l. iudicib⁹.C.eo. Tertiū eſt tēpus qō datur ad eā ia3 ſubleuañ.ſ.temp⁹ ad ꝓſ̄tandū aplos iudici ad quem. ⁊ iſtud eſt arbitrariu3.nec eſt certū.l.ꝑſes.vbi tex.nō. C.eo. Quartū ē tempus qō aſſignaꝛ̄ poſt ea3 ſuble uatā ad itroducēdu3 cā effectualiter.ſ.ad ꝓſ̄tandū ip ſa3 appellationē iudici ad quē.⁊ informādū ip3 iudicē. de quo eſt tex.i.l.i offerēdis.C.eo.⁊ iſtud nō eſt certu3 ſed diſtictū.vt ibi.⁊ in.l.nemo.in ſi.C.de appel.q2 ad itroducēdu3 corā pricipe ē biēniū corā iferiore vſq3 ad mediū vltimū fatalis pōt itroduci. Ang.de arecio i.l. i.ff.de libel.dimiſſo.i.vj.col.vſiculo . nouu3 tempus. Aliud ⁊ qu'tum ad incoandū cauſas appellationis que incoatio fieri debet cū iudici ꝯſtiterit appellationē eē legitimā.ut nō.in.l.appellationē.C.e.i.l.i.i princi pio.ff.nil no.ap.pēdēte. vel ꝑſtatione fideiuſſoris co rā iudice.i autē.de his qui ingre.ad ap. §.i.⁊ incoaꝛ̄. q2 iudex vtraq3 pte preſente vel ꝑ ꝯtumaciā vna abſē te dat pricipiū cāe appellationis cognoſcēde. an iuſta ſit vel ne.l.ſi.§.illud.C.de tempo.ap.⁊ ibi glo. faē. que habeꝛ̄ in.c.romana.e.ti.li.ſexto.in.c.dilect⁹.il pri mo.ſupra de reſcriptis. Sextū eſt temp⁹ qō aſſigna tur ad eā ꝓſequeñ.⁊ etiā hoc nō eſt certū.dūmodo fa ciat intra annū. Septimū eſt tēpus ad eā finiēdū.⁊ hoc eſt tēpus anni. vel ex iuſta cauſa biennij.c.ex ra tione.j.co.cle.ſicut.eo.ti. Aut aſſignaꝛ̄ ab homine. et tunc qñq3 aſſignaꝛ̄ ad petendū aplos.quia iudex a quo illud aſſignat.⁊ tūc pars teneꝛ̄ in termino ꝯpare re.⁊ ſi ꝯparuerit ñ ſufficit niſi petat inſtanter dari aplos. licet a principio petiſſet.tex.eſt ad litterā in cle.ij.et ibi glo.nota.e.ti. quē tex.ad hoc pōderat Bal.in.l.iudi cibus.C.eo. Qñq3 aſſignatur tēp⁹ ab homine ad iter arripiēdū.et iſtud aſſignatur a iudice a quo.c.per uenit.et ibi videbim⁹.j.e. Qñq3 et tertio aſſignatur temp⁹ ab homine ad ꝓſ̄tādū aplos ipſi iudici ad quē

UVA. BHSC. IyR_025

et hoc etiã tempꝰ eſt fatale. quia ſi ĩtra illud nõ pñtaue
rit apl'os deſerta erit appellatio. tex. ⁊ ibi Bal. in. l. ꝓ
ſes. C. eo. Bal. in. l. fi. vbi nõuit. C. de temp. appel. ĩ
i. col. Qñqꝫ aſſignat̃ tẽpꝰ ad ſe pñtandũ iudici ad
quẽ. ⁊ illud poteſt aſſignar̃ iudex a quo. ita habetis hic
tex. in ꝑmo reſpõſo. quia ita dr̃ ĩtelligi. Qñqꝫ aſſi
gnat̃ tẽpus ad ſe pñtandũ ⁊ faciẽdũ fidẽ de pñtatione.
et illo caſu iudex a quo licet hoc nõ debeat facere. ſ. re
ſpectu tp̄is ad faciẽdũ fidẽ. quia poſtquã pars ſe pñtat
corã iudice ad quẽ videt̃ ex auditorio eiꝰ pẽdere ita ꝙ
ampliꝰ iudex a quo nõ poſſꝫ cum retrahere. c. ex ĩſinua
tiõe ĩ rõne ſui. ĩ. e. Et ideo ſ̃ꝫ Panor. ſi ps a pĩcipio
huic aſſignatiõi termini ꝯdicat ñ fiet ſibi ꝑ lapſũ illius
ꝑiudiciũ. tñ ſi aſſignauerit. ⁊ pars non ꝯdixerit. valebit
aſſignatio. et erit effectꝰ quia lapſo tẽpore ad faciẽduꝫ
fidẽ aſſignato iudex a quo poterit exequi ſentẽtiã alio
nõ expectato. nec reuocabit̃ executio ĩ viã attẽtati. licet
ille in veritate iſto ĩ termino ſe pñtauerit ⁊ ꝓſecutꝰ fue
rit appellationẽ. ſꝫ durabit executio ſẽtẽtie vſqꝫ ad finẽ
cauſe appellationis. ⁊ ſi appellãs obtinuerit tũc execu
tio tanꝙ iniuſta reuocabit̃. nõ in viã attẽtati. Tamen
licet fidẽ nõ fecerit ĩ termino nõ erit d̃ſerta appellatio:
Ita dñi de rota nõnt ĩ deciſ. ſua. lxxxv. que ĩcipit. Itẽ
ſi iudex. ita. D. An o. ĩ. d. c. ex ĩſinuatiõe. Cardi. nota
biliter loquit̃ ĩ cle. i. i. vij. col. eo. ti. et ita Ludo. ĩ ſingu
laribꝰ ꝯſi. viiij. ĩ ti. de appel. trãſit cũ dicta deciſiõe. Fe
dri. de Senis. ꝯſi. xxvij. qd̃ ĩcipit. pũctꝰ talis. Qñqꝫ
aſſignatur tẽpꝰ ad ꝓſequenduꝫ appellationẽ qd̃ idẽ tẽ
pus cenſeo ac ſi diceret ad ĩtroducẽdũ quia idẽ impor
tat. l. ij. ibi. cauſã induci ꝑcipitãs. C. de temp. appel. et
faciũt que ponã. ĩ. ꝓxime. et tale tẽpus aſſignari non
poteſt per iudicẽ a quo. nec iudex a quo poteſt impone
re. l. iudici ad quẽ. d. c. ex ĩſinuatiõe. ⁊ ideo ſi aſſigne
tur tale tẽpꝰ nõ valet aſſignatio reſpectu ꝓſecutionis
vt teneat̃ ꝓſequi. ſed reſoluit̃ in eo in quo poteſt. ſ. vt
videat̃ dediſſe tẽpus ad iter arripiẽdũ vel ſe pñtandũ.
nã itineris arreptio vel pñtatio ſapit ꝓſecutionẽ. c. cũ
cauſa. ſ̃. ti. i. c. ex pte. ſ̃. de reſcriptis. tñ ex cauſa poſſet
iudex a quo hoc tẽpꝰ ſtatuer̃ ad ꝓſequẽdũ. puta quia
cauſa celeritatẽ deſideret. ita Imo. ĩ. c. ex ĩſinuatione.
ita ſẽtit Panor. hic. ⁊ facit tex in c. oblate. qui tñ loquĩ
tur in iudice ad quẽ de quo nõ eſt dubiũ ꝙ poteſt. facit
tex. in. c. cũ teneamur. ĩ. eo. facit optime. l. ſi quis filio
exheredato. §. hi. qui. ff. de iniuſt. rup. te. Et dicit ro
ta deciſ. clv. que ĩcipit. itẽ ſi certus terminꝰ. ꝙ aſſigna
to hoc termino ꝑ iudicẽ a quo ad ꝓſequẽdã extra cu
riã tũc ſufficit vltima die termini iter arriper̃ ad curiã:
ſꝫ ſi aſſignatur ĩ curia debet maiorẽ diligẽtiã facere. ſ.
adire ſaltẽ vicecãcellariũ. ⁊ ſi nõ poteſt cũ haber̃ debet
ꝓteſtari. ⁊ ĩfra ponã. Qñqꝫ aſſignat̃ tempus ad ſe
pñtandũ ⁊ reportãdũ litteras ꝯmiſſionis appellatiõis
vel obtinerẽ. ꝯmiſſionẽ appellatiõis in curia. ⁊ illo ca
ſu reſpectu tẽporis ad obtinẽdũ ⁊c. nõ valet aſſigna
tio. quia attingit ſpectãtia ad ſuperiorẽ. et ideo nõ va
let. d. c. ex ĩſinuatiõe. ⁊ ita. D. Cardi. Anch. ⁊ Imo. ĩ
cle. i. eo. ti. Qñqꝫ ⁊ penultimo aſſignat̃ tẽpꝰ a iudice
a quo vel ad ꝓcedẽdũ vel ꝓſequẽdũ vel impetrandũ
ꝯmiſſionẽ. ⁊ vlterius dicit ꝙ alias appellatio habeat̃
pro deſerta. ⁊ tũc ſicut nõ valet aſſignatio termini ĩ dic
tis caſibꝰ. ita ẽt lꝫ hoc agat iudex ñ valebit. ꝑ ea que ha
bẽtur in. d. c. ex inſinuatione. et etiã ꝑ nõta in. d. cle. i.
eo. ti. Vltimo. qñqꝫ aſſignat̃ tẽpꝰ ad finiẽdũ appel
lationẽ. ⁊ iſtud ꝑ iudicẽ a quo nõ poteſt aſſignari niſi
celeritas cãe vrgeat. d. c. oblate. Et dixi. ſ̃. in termino
ad ꝓſequẽdũ. nã finire cãꝫ ſpectat ad ſuperiorẽ. ⁊ ideo
iudex a quo diſponere nõ poteſt. d. c. ex inſinuatione:

Et eſt aduertẽdũ ꝙ ſiue ĩ termino iuris ſiue ĩ termi
no homĩs caſu quo corũ aſſignatio ſpectat ad iudiceꝫ
ſẽper iſte terminus eſt fatalis. quia non obſeruato illo
termino appellatio habet̃ pro deſerta. ita hic colligit̃
ex notat̃ in iuribꝰ allegat̃ per ſingula queq̃ mẽbra. et
nõ. in. c. ꝓxime. ſ̃. et ponit Bal. in. d. l. fi. C. de temp.
appel. in ꝑ̃ncipio et circa illa tempora. vnde Bar. in. l.
unica. ff. de libellis di. in autẽtica. ſed cũ lis. C. de tẽp.
appel. Bal. in. l. fi. C. de temp. appel. et in dictis locis
de tẽpore dato et aſſignato a iure. de tẽpore aſſignato
ab hoĩe colligit̃ hic ꝑ doc. ⁊ etiã ĩ. c. ex ĩſinuatiõe. ĩ. eo.
maxime per Imo. Et notetis ꝙ pẽdente aliquo ex
predictis interiꝫ officiũ iudicis cõquieſcit. Bal. in. l. ap
pellatione. ĩ penultima col. C. e. facit. c. ſignificãte. ĩ. c.
do. Anto. panor. et Imo. hic ꝙ etiã officiuꝫ iudicis ad
quem cõquieſcit. tñ lapſo aliquo ex iſtis fatalibꝰ ſi cã ſit
talis ĩ qua procedat̃ officio iudicis poterit iudex ex offi
cio ſupplere. ita Panor. hic ꝑ nõta in c. ꝯſtituq̃. ĩ. eo.
Et vult hic Panor. ĩ fi. colũna. verſi. Vlteriꝰ quero. ꝙ
ſi intra terminũ ab homine aſſignatũ fuit legitĩe impe
ditꝰ ꝙ nõ eſt ꝓſecutꝰ uel terminũ nõ ſeruauit ꝙ lapſus
etiã huiꝰ termini nõ debet ei nocer̃. ꝑ nõta. i. c. ex rõne
ĩ eo. facit. l. preſ:s. C. eo. licet in ꝯriũ aliqualit̃ faciant
que. ĩ. colligã ex mẽte Bal. ſuper verbũ. ex tũc. in tex.
opi. Panor. hic fuit. d. Anto. in. c. ex rõne. ĩ. iiij. q. ĩ. e.
⁊ ibi Imo. lꝫ alit̃ ibi Panor. Alia ſũt tẽpora que nõ
ſũt regularia in omni cã appellationis. ſed ſũt caſualia.
quia militãt niſi ĩ certis caſibꝰ. puta primo qñ electus
ad decurionatũ uel aliud minꝰ in cã appellat. illo caſu
hꝫ duos mẽſes. nõ ãt annũ ad ꝓſequẽdũ appelationẽ
l. i. C. de tẽp. appel. Aliud eſt tẽpus. puta ad facien
dum puniri iudicẽ qui voluit admitter̃ appellationẽ ad
mitterẽ. et illud eſt variũ ſ̃m dignitatẽ iudicum appella
tionis. l. ſi appellationẽ. C. eo. l. ſi eiꝰ. in fi. ff. d̃. appel.
recip. Aliud eſt tẽpus qd̃ dat̃ nõ valenti ꝑꝑ iuſtum
metũ uel iuſtũ ĩpedimẽtum appellare. c. ſi iuſtꝰ. ĩ. eo. l.
i. et in toto ti. de his qui per met. iud. ñ appel. et illud
eſt tẽpus. x. dieꝝ. et currit eo mõ quo tẽpus ad appellã
dum. Aliud eſt qd̃ aſſignat̃ qñ appellat̃ a pedaneis
iudicibus ad ꝑ̃ncipẽ. naꝫ ad ĩtroducẽdũ appellationeꝫ
corã iudice dãt̃ duo mẽſes. §. appellationẽ. ĩ autẽ. d̃ iudi
ci. Ad ĩtroducẽdũ autẽ alias appellatiões que interpo
nunt̃ ab alijs iudicibus et alio ꝙ̃ de pedaneo ad ꝑ̃nci
pẽ. ſ. ad informãdũ ſuperiorẽ an appellatio ſit admittẽ
da vel ne. nõ eſt aſſignatũ certũ tẽpus. l. in offerendis.
C. eo. ſed tñ in ꝑ̃mis. vj. menſibus anni dati ad proſe
quendũ d̃bet hoc facer̃. tex. eſt nõ. in. l. nemo. et ibi po
nit Bar. et alij ĩ ti. C. de temp. appel. Aliud eſt tem
pus. ſ. donec cã pendet in auditorio principis. quia vel
ipſe vult cognoſcere vel nõduꝫ cõmiſit cãm. licet iaꝫ ac
cepiſſet ſupplicationẽ et iſtud eſt ꝑpetuũ. quia nũquaꝫ
appelatio habet̃ pro deſerta donec cã pẽdet in audito
rio ꝑ̃ncipis. nec currũt fatalia. tex. eſt nõ. i autẽ. ſed cũ
lis. C. de tẽp. appel. fac rõ capli. ex ĩſinuatione. ĩ. eo.

Aliud eſt tẽpus qd̃ vocat̃ reparatiõis appellatiõis.
quia lapſo vltimo fatali dabant̃. iij. mẽſes ex reſtitutiõe
principis intra quos poſſet cãm appellationis reparare.
i. de nouo proſequi. tex. eſt in. l. ij. §. ꝙ ſi ita. C. d̃ tẽp.
appel. ſed tñ vt dicit ibi Bal. iſtud eſt hodie ſublatũ q̃ꝛ
habẽt annuꝫ appellãtes. et ex cã biẽn ium. et ex reſtitu
tione triẽniũ. c. ex rõne. et ibi videbimus ĩ. eo. autẽ. et.
qui. C. de tẽp. appel. Nõ ex tex. ibi. ꝯgruẽtẽ. etc. ꝙ
appellãs dũmõ ſtatuat terminũ ꝯgruẽtẽ põt ſibi ſtatue
re tꝑ̃s ad ꝓſequẽdũ appellationẽ. ⁊ ſic ſ̃ꝫ Bal. ex quo
appellatio eſt defẽſio. c. ſuggeſtũ. ĩ. eo. et pars põt per ĩ
directũ ſeipſã excluder̃ a ſua appellatione. et ſic a defen
ſione infert hic Bal. limitationẽ ad glo. nõ. in. l. pactũ
quod inter heredẽ. ff. de pac. duꝫ glo. vult ꝙ nõ valet
pactuꝫ per quod pars renũciat defẽſiõnibꝰ ſuis. nam
dicit illud ꝓcedere niſi pars ad illas defẽſiones ꝓducẽ
das ſtatueret ſibi terminũ. nã illo caſu lapſo illo termĩo
non tñ ex renunciatione partis ſolum ꝙ̃ etiam ex negli
gentia excluſꝰ erit a ſuis defẽſionibus. ita hic Bal. et ſic
ſic terminꝰ iudicis ĩ dubio cẽſet̃ peremptorꝰ. gl. ĩ cle. i. de



UVA. BHSC. IyR_025

excep. ita termius partis mei. Nō etiaꝫ ex tex. ibi. ex tunc. ⁊ce. ꝙ lapſus termini aſſignati ab homine ad appellatiōeꝫ ꝓſequēdū īducit renūciatiōeꝫ et dſertionē appellationis nō expectato vlterius termino iuris. ita hic Inno. ꝑ hūc. tex. glo. i. i. c. cū ſit. j. eo. et ſequuntur cōiter doc. excepto Hoſt. et voluit Federi. de Se. i ꝯſi. ſuo xxvij. qḋ incipit. pūctus eſt. et hoc ꝓbat hic tex. dū vult ꝙ lapſo termino tūc ſn̄ie debeat ſtari. Nō eniꝫ verbū. ex tūc. qḋ cū ſit repetitū bis in tex. nr̄o videtur īportare iuris miniſteriū. ita eſt glo. nō. in. c. ut circa. i glo. i verbo. omnia ⁊ ſingula. de elec. li. vj. in cle. i. i verbo. dioceſanis. de iurpatro. Si ergo dictio. ex tūc. denotat extremitatē tēporis. l. iiij. in. fi. ff. ď cōdi. ⁊ demō. glo. i terminis. in cle. i. in verbo. tūc. de iurpatro. in cle. i. in verbo. ex nunc. de ꝯceſ. ꝑeb. in ꝓhemio. inſtit. in verſi. et cuꝫ ꝯfuſas. in verbo. tūc. ergo hic eſt caſꝰ expreſſus ꝙ ab ea extremitate tēporis. i. a die lapſi termini aſſignati ab homine deſerta erit appellatio nō expectato termio iuris. Attamē ſi in termini aſſignatione appareret ꝙ mēs aſſignantꝭ nō fuit ex lapſu termini inducere totaleꝫ deſertioneꝫ nō induceret deſertio. puta quia diceret ꝙ poſt terminū appellatꝰ poſſit ꝓſequi nō obſtāte negligētia appellantꝭ. ita Gemi. in. c. i. §. i. in. ij. columna. de elec. li. vj. Itē ſecūdo venit limitāda regula hec. ꝙ nō ꝓcedat qn̄ ab homine aſſignaret terminus iam a iure aſſignatus. nam ſuccedit loco termini iuris. Unde ſi ille non eſt fataliter a iure aſſignatꝰ nec iſte. et ſic non inducet deſertionē. ita Gemi. vbi ꝓxime. Lapꝰ. in. cle. i. c. de quo. j. e. c. cū ſit romana. Et ꝑ iſtud verbuꝫ. tunc. hētꝭ nō⁊c aliud ſm̄ Jo. An. et Panor. hic in fi. columna. et communiter doc. excepto Hoſt. ꝙ dato ꝙ militer ſit certū ꝙ appellās nō poſſit finire appellationem intra terminū aſſignatū. ꝙ tn̄ appellatio nō habet pro deſerta. nec pōt mādari executioni ſētētia niſi pūctualiter lapſa ipſa die termini. qḋ patet per iſtud verbū. tunc. ď ducendo ut. ś. et pro hac opi. faciunt nōta i. c. ꝯmiſſa. et ibi bonꝰ tex. de elec. li. vj. et faciūt nōta per Bar. i. l. cū ſtipulatꝰ ſim mihi a ꝓculo. ff. de ver. ob. bonꝰ tex. ⁊ ibi Bar. in. l. iiij. §. i. ff. de ꝯdi. et demon. Bar. in. l. tutoribus. ff. de teſta. tutella. Et ſic ex iſto vos hētis limitationē ad theoricaꝫ quaꝫ facit Bar. in d. l. cū ſtipulatus ſum. dū vult ꝙ in termino aſſignato ab homie ex ꝯuētione ad aliquid faciēdū ſatis ſit ꝙ ꝯſtet ꝙ debito tēpore fieri nō poſſit. nam tūc non expectabit vltima dies termini. quia illud venit limitandū vt nō habeat locum in termino aſſignato ab homine qui ſuccedit loco termini iuris. tūc enim ſapit nām termini aſſignati a iure. et tūc ideo pūctualiter vltima dies termini eſt expectāda. Ita eſt caſus hic ſm̄ predictos doc. maxime Bal. Dicit. tn̄ hic Panor. ꝙ ď lapſu huiuſmōi terminorū nō excludet quo minus iudex poſſit ſuū officium impartiri ſi ſit talis cā in qua ex officio ꝓcedi poſſit. per nōta in c. ꝯſtitutus. j. eo. ut etiā predixi. Nota ex illo verbo. ex tūc. aliud ꝙ per lapſū temporis aſſignati a. l. vel ab homine loco. l. ꝯmittit obligatio ſtatim. nec habet locū purgatio more. ita ꝓbat iſte tex. dum purgationem nō reſeruat. ſic facit in. c. potuit. j. de loca. Ideo infert hic Bal. ad penā. euitari. vel ne quis dicat feciſſe ꝯ. l. nō admittit purgatio more. et de hoc adducit bonū tex. in l. reperet. C. de veſtibꝰ eburne. et deauratꝭ. li. xj. Et do vobis duas glo. vnaꝫ i. c. lꝫ canon. i verbo. priuatus. et ibi Gemi. nōt. et in. c. cupiētes. §. ꝙ ſi per. xx. i vbo. expectati. ⁊ ibi etiā Gemi. de elec. li. vj. Et iđ dixit Bal. in. c. i. quo tꝑe mil. in vſi. feu. in principio. ꝙ vbicūqꝫ l. poſt certum tēpꝰ retro transfert dominiū. vel aliud puta actiones et ſic opat aliquē effectū ipſo iure ꝙ ꝯtralē effectum non admittit purgatio more. nec obſtat. c. potuit. j. de loca. quia. l. vlterius diſponi. proceſſit. vel aliter et meliꝰ. l. nō opat omnimode ſuū effectū ipſo iur. ſed ita demon ſi dn̄s voluerit. d. c. potuit. et. l. ij. C. de iur emphi. Subiciēs etiā Bal ꝙ etiam ſi. l. īponeret penā mutationis ſtatus nō admitteret purgatio mor. l. ſi ex cā. §. idem Pampinianꝰ. ff. de minor. idem dicit ſi. l. auferret aliquod bn̄ficiū ſiue priuilegium. l. thais. §. intra. ff. ď fideiuſ. liber. l. ſtatu liber. §. ſticū ff. ď leg. ij. c. i. quo tēpor mil. in vſi. feu. et hoc idē voluit Bal. in. l. acceptā. in. xxj. q. c. de vſur. Dicit tn̄ Hoſt. ⁊ ſequitur. D. Anto. ꝙ per hāc dictiōeꝫ. ex tūc. nō eſt intelligēda littera ut velit excluderet tempꝰ quatrimeſtre qḋ iudicatꝭ. dat. ut in c. querēti. ś. de offi. deleg. Bal. tenet ꝯ. et ibi glo. ponderat in. l. i. i principio. C. de tēp. appel.

Nota etiam ex hocmet tex. ibi. tūc. ⁊ce. ꝙ vbi ꝯuētio tendit circa rem iudicatā. puta quia per caꝫ aſſignatur terminꝰ ad appellādū ſiue appellationē ꝓſequēdū cū lapſo illo termino ſētētia ſit trāſitura in rem iudicatam. aduerſꝰ talē ꝯuentionē nec terminū in ea aſſignatum nō admittit purgatio more. et ſic hētis caſum hic eius qḋ voluit Bal. in. l. tale pactū. §. qui ꝓuocauit. ff. de pac. ꝙ vbi pactū ſiue ꝯuētio tendit ad ꝯfirmādum rē iudicatā admittit purgatio more. Ita hētis hic tex. Et ad h allego vobis glo. i. c. ſepe. i vbo ꝑemptorie. j. e. et ēt quod voluit glo. in. c. cum cā. ſuꝑ ti. i. et ibi ēt Panor. dum volunt ille glo. ꝙ. c. ꝯſuluit. ſuꝑ de offi. de leg. vbi ex gratia expectat poſt peremptoria reus citationē non habeat locum in parte non ꝯparente intra terminum ad ꝓſequendum appellationem. Nota ibi tex. ꝯdictioni. iuncto fine. ꝙ paria ſūt. ſiue in reſcripto dicatur. nulla ꝯdictione obſtante uel appellatiōe remota. et ita. d. Anto. hic et Imo. Glo. in uerbo. ꝑſixerit. in fine. vos dicite ꝙ iſtud ꝓcedit in ipſo appellante vt poſſit aſſignare terminum. ſed in appellato ſecus ē. quia appellatus non pōt ſtatuere terminum ipſi appellanti ad ꝓſequēdū. ita Spec. co. ti. §. nunc breuit. vſi. idem pone. ita dn̄i de rota deciſ ſua. cciiij. que incipit. Iteꝫ ꝙ appellatꝰ. et ita hic comuniter doc. Iudex aūt a quo an terminum aſſignare poſſit et quē terminum dicite vt ſuꝑ dixi in diſtinctione tꝑum. Sꝫ quid ď iudice ad quē. et certe ꝯcludūt hic doc. maxie Panor. ſm̄ Spec. in d. verſi. item pone. ꝙ regulariter iudex ad quem aſſignare non poteſt terminum niſi cauſa ſuadeat quia celeritatē deſideret. c. oblate. j. eodeꝫ. et voluit. Imo. i. c. ex inſinuatiōe. j. c. Et ideo dicūt poſt Spec. vbi ꝓxime ꝙ nō poſſet iudex ad quē cogere partē ad ꝓſequēdū appellationē. quia indultū a iure bn̄ficium nēini eſt auferēdū. Reg. indultū. de reg. iur. li. vj. niſi appellato ꝓpe finē tēporis. iuxta nōta in c. ſepe. ⁊ i. c. oblate. j. eo. iſtāte vt ſētētia ſua ꝯfirmaret. nā illo caſu iſtāte reo appellato cogeret appellās ridere. D. Phi. nititur impugnare. quia nō debent admitti libelli contradictorij i iudicio. f. vnꝰ pro ꝑte actoris et ꝯrius pro parte rei. Ita Ang. i. l. i tribꝰ. ff. de iud. et Inno. i. c. cū ꝯtingat. ſuꝑ de offi. deleg. ergo nō debebit audiri appellatus petēs ſuā ſentētiā ꝯfirmari. Adducit ēt nōta i l. fundi. in. l. fundū. ff. de excep. re. iud. ubi ſi exceptio rei iudicate que naſci poteſt ex uno iudicio in totū ꝑiudicat alteri nō admittit cumulatio libellorū nec iudiciorū. ergo cū per appellationē interpoſitā per appellātē ſecuta inde ſētētia fiat ꝑiudiciū appellato nō admittet libellꝰ appellati. Sed his fundamētꝭ reſpondet per tex. in. c. oblate. et etiam per nōta in. c. ſepe. j. eo. nam iſtud fit in odium appellantis negligentis proſequi. vn̄ ſi nō admitteretur appellatus petēs ſuā ſētētiā ꝯfirmari appellante nō ꝓſequēte nō eſſet plene ꝓuiſum ipſi appellato. qui ēt aperta via ꝑ appellātē potuit petere ſētētiam i aliquo reformari. iuxta nōta i. l. fi. C. qui ꝓuoc. nō eſt nec. in. c. ex parte. ſuꝑ de reſcrip. ⁊ facit in ſimili. l. ſi poſt mortem. §. fi. ff. de bo. poſ. ꝯ tab. nam appellante nō inſtante ſi appellatꝰ nō poſſet iſtare ſolū ſequeretur deſertio appellatiōis ⁊ ſic ſimplex ꝯfirmatio ſn̄ie nō autem reformatio. Sed nunquid habeat de neceſſi

UVA. BHSC. IyR_025

tate iudex aſſignare hos terminos. Et dicite ꝙ non. ſʒ
pōt ſi vult. tex. eſt ad lr̃am in. c. ad hoc. il primo. ĩ. eo. ⁊
eſt rō quia ipſo nō aſſignāte terminū ꝓuiſū eſt omnio
per diſpoſitionem iuris. vt pʒ ſūt in aſſignatiōe tēpoꝝ.
Nūquid iudex a quo terminū ſemel aſſignatū pote
rit abbreuiare. et dicite ꝙ nō. Jta hic Panoꝛ. per tex.
in. c. ſignificāte. ĩ. eo. in. l. ſiue pars. C. ō dilla. nā dilla
tione ſemel aſſignata pēdente ſuſpēdiꝰ iuriſdictio aſſi
gnantis dillationē. d. iurib⁹. ergo cū eius iuriſdictio ſit
ſuſpenſa nō poterit hanc dilationem ſemel datā abbꝛe
uiare. Jta Jmo. in. c. ex inſinuatiōe. ĩ. eo. Et ſic hētis
ꝙ pl⁹ ſuſpēdit iuriſdictiōeʒ. iudicis a quo aſſignatio ter
mini quaʒ appellatio. nā pēdente appellatione ab iter
locutoꝛia ſi iudex ꝓcedit ad ulterioꝛa ñ nuliter ꝓcedit
ſed pēdet ex futuro euentu. c. nō ſolū. e. ti. li. vj ⁊ tamē
aſſignato termino nō poteſt ad ulterioꝛa ꝓcedere pen
dente termino. ita Petr⁹ hic. Sed nūꝗ poterit pꝛo
rogare terminū ſemel aſſignatū. ⁊ ꝯcluditur ꝙ nō. ita
Panoꝛ. in. c. ſepe. poſt glo. in uerbo. peremptoꝛie. ĩ. e.
et ēt Pano. ⁊. D. Anto. poſt glo. ĩ. c. cū cauſa. ſ̃. ti. ĩ. ⁊
finita dilatiōe nō eſt dubiū. licet Bal. teneat ꝯᷓriū ĩ. l. ij.
in pꝛincipio. C. de temp. appel. et ꝙ nō poſſit ꝓꝛogaꝰ
finita dilatiōe ꝓbatur in tex. nr̃o. naʒ ſtatiʒ finito termi
no deſerta eſt appellatio. ut hic. facit qͦd nōt Bal. in. c.
de cauſis. de offi. deleg. et Bar. in. l. iiij. in pꝛīcipio. ff.
de dāno infec. pendēte etiam claꝝ eſt ꝙ nō pōt. quia ei⁹
iuriſdictio ſtat in ſuſpēſo. d. c. ſignificante. Sʒ qñ po
terit aſſignaꝰ iudex a quo iſtos terminos. Et dicite aut
detulit appellationi aut dedit libellos refutatoꝛios aut
nichil fecit. Si detulit appellationi et tūc pōt tñ aſſigna
re hos terminos. caſ⁹ eſt de bꝛocha in. c. ĩ. §. poſt hec.
iūcto pꝛīcipio. eo. ti. li. vj. et etiā in cle. ĩ. in fine. e. ti. Et
in iſtis locis ꝯcludūt doc. voluit Jo. An. et ſcribētes ĩ.
c. cū appellationib⁹. eo. ti. li. vj. et eſt rō. nam licet defe
rendo appellationi videaꝰ careꝛ iuriſdictione poſt ipſā
delatā. d. c. cū appellatiōib⁹. tñ nō caret quo ad ea que
tendūt ad faciliorem expeditionē appellationū. c. cum te
neat. ĩ. eo. et iō poteſt huiuſmodi terminos aſſignare.
Aut dedit libellos refutatoꝛios et etiam pōt aſſigna
re. d. c. ĩ. in pꝛīcipio. et verſi. poſt hec. Et ibi ſcribētes.
et ſimiꝛ docto. in d. cle. ĩ. et etiaʒ ĩ. d. c. cū appellatiōib⁹
Panoꝛ. in. c. ꝓxime ſequenti. in. ĩ. columna. tenet qͦd
immo quādo iudex apellationem non recepit ſed ad
vlterioꝛa ꝓceſſit nō pōt appellationi terminū pꝛefigeꝛ
allegat Jnno. in. c. ſi. ĩ. de accuſa. et rōnem quia quo
ad iudiceʒ habeꝰ pꝛo nō appellāte. per ea que in ſimili
nō. ĩ. glo. in. c. cū ueniſſet. ſ̃. de eo qui mit. in po. ergo
ita ſi dedit libellos refutatoꝛios. et. ĩ. ſubiciā. Aut ni
chil fecit et tūc etiam pōt aſſignare. ut hoc tex. nr̃o vbi
caſus in generalitate ſui de hoc vbi ꝓxime. naʒ vbi iu
dex a quo nō dat apl'os vno vel alio mō quo ad iudicē
ipſum abdicat a ſe iuriſdictionē ſaltē quo ad exercitiuʒ.
nō in cle. ij. in glo. ſi. e. ti. in. c. vt ſuper. et. c. ab eo. e. ti.
li. vj. ergo nō min⁹ poterit aſſignare terminū quam ſi
ꝺtuliſſʒ. quo caſu abdicat a ſe iuriſdictionē. c. cū appella
tionib⁹. e. ti. li. vj. et aſſignādo hos terminos tñ nō vꝰ
deferre appellationi. glo. eſt in. c. cū appellationib⁹. et
ibi nōt in ꝟbo remittatur. eo. ti. li. vj. faciūt nōta ꝑ do
minos de rota in. d. deciſ. cciiij. Aliud ſuccedit videli
cet qñ verificabiꝰ iſta aſſignatio termini et quid habʒ
facere appellans ad hoc ut dicatur obediſſe termino.
Et pꝛimo circa apoſtulos recipiēdos dicite ꝙ ſi dilatio
aſſignaꝰ certa die tūc debet illa die cūpere et peteꝛ apo
ſtulos denuo. ſi dilatio aſſignatur in icerta die puta qꝛ
vtitur illo uerbo intra talem terminum qͦd uerbum intra
nō ponit magis unā certam diē quam aliā ſed omnes
dies termini dicūtur intra terminū et tūc ſatis eſt ꝙ cō
pareat una die termini ⁊ petat apoſtulos. ita glo. in cle.
ij. in glo. in uerbo. intra. eo. ti. aut aſſignaꝰ uſque ad
talem diē et poſtea ſucceſſiue de die ĩ diem. et tūc lapſa
die expꝛeſſa ſi non cōparuerit erit deſerta appellatio.
et ideo uſque ad illam diem expꝛeſſam debet compare
re et apoſtulos petere. nec illa vna poſtea ſucceſſiue
excuſſant ꝯtumatiā. ita Bal. ĩ. c. mādatū in ſi. ſupꝛa ō
reſcrip. ita Bar. ĩ. l. cū ſtipꝗ. ſim mihi a ꝓculo. ĩ ſi.
ff. de ver. ob. ita Ang. ĩ repetitione. l. ſi iſulaʒ. ĩ. xxvj.
fallancia. ff. de ver. ob. Circa terminuʒ ad iter arri
piēdū ⁊ tūc ſufficit ĩ termino iter arripere ēt ſi vltima
die termini hoc faceret. c. ĩ. ⁊ ibi bonus tex. quem nōt
Gemi. de elec. li. vj. Domini de rota ĩ deciſ. ſua clv. q̃
ĩcipit. itē ꝙ ſi termin⁹. Circa terminū ad ſe pñtādū
dicite ꝙ p̄ſentialiter dicūt ſe exhibere pape vel alteri iu
dici ad quē. de. dudū. §. ſtatuim⁹. ĩ glo. ĩ verbo. pñta
ri. de ſepult. nōt Jo. An. in. c. quāuis ō electionū. li. vj.
dñi de rota in d. deciſ. clv. et illo caſu nō ſufficeret ſe pñ
tare cathedre vel pallatio ſʒ debet ſe pñtare ſuperio
ri. ꝙ ſi nō poteſt ꝓteſtētur in tꝑe. iuxta nōta ĩ. c. cupiē
tes. §. ꝙ ſi per. xx. in glo. in verbo. ꝓpoſita. de elec.
li. vj. ⁊ etiā in. c. ſi iuſto. ĩ. eo. ⁊ ibi dicā. nec ſufficeret ſe
pꝛeſentare auditoꝛi ſiue auditoꝛib⁹ apoſtolicis. niſi ap
pellatio eſſet interpoſita ſuper caſu in quo ipſi habent
iuriſdictionē ſine ſpeciali ꝯmiſſione. ita Jmo. in. d. c.
ex inſinuatiōe. faciūt nōta per rotam ubi ꝓxime. Fede
ri. de ſenis generaſꝛ uideꝰ uelle in ꝯſi. xl. incipit pūctus
queſtionis. tenet ꝙ ſufficit. a ſe pñtet appellans coꝛam
auditoꝛe ꝓdictoꝝ. et ibi determinat aliā qōnem ꝙ ſuffi
cit ꝙ iſte comparcat per pꝛocuratoꝛem habentem mā
datum ad pꝛoſequendum uel ad hoc. Circa tēpus
ad proſequendum dicite ꝙ cum habeat inſe iter arre
ptum. c. cū cā. ſ̃. ti. ĩ. ſufficit iter arripere. ⁊ ita Oldra
dus. conſi. lx. icipit. eſt temp⁹ inpꝛin. Et ita Spec. e.
§. nunc bꝛeuiter circa ſi. Sed ut dicit ibi Jo. An. in ad
di. poteſt dici ꝙ in. c. cū cauſa pōderaꝰ iter arreptū ad
arguēdā maioꝛē negligētiā. Et iō dicit ꝙ ĩ termino ad
ꝓſequēdū debet ſaltē ꝓſecutionē aliquo mō inchoaꝰ
ĩpetrādo iudicē uel libellādo. Jmo. in. c. ſ. dicit ꝙ añ
factū tenēda eſt opi. Jo. An. poſt factum autem te
nenda eſt opi. Spec. et pꝛimo poſita. et idem dicit foꝛ
tius in termino ad ſe pñtādū ſufficit iter arripere. tamē
ꝯis opi. eſt in ꝯᷓriū itē uerificaretur per impetrationeʒ
reſcripti. uel per pꝛeſētationē factā de ſe ſuperioꝛi. c. ex
ꝑte. ſup̄. c. dilect⁹ lo. 2ᵒ. ſup̄ de reſcrip. Hoc ueꝝ niſi iu
dex ad quē eēt ĩ loco ipō ubi eēt appellatū. puta ĩ curia
appellaꝰ ad papā tūc iſte termin⁹ ad ꝓſequēdū ut ali
quid opereꝰ ne omni hoꝛa qua iret ad palaciū diceret
ſe iter arripuiſſe iō requiriꝰ ꝙ ſaltem ſe pñtet ſuperioꝛi
ita. rota in. d. deciſ. clv. ita hic Panoꝛ. uide que ſup̄ di
xi. et quecūque tꝑa ſint uel a iudice uel appellante aſſi
gnata nō tñ appellatus cogere appellātē ad pꝛoſequē
dum appellationē niſi pꝛope finē anni poterit. Jta Fe
dericus ꝯſi. ciij. incipit. in cauſa hoſpitalis. ſatis eniʒ fac
termino ſe pꝛeſētādo. Archi. ij. q. vj. c. appellatiōe. Ol
dradus ꝯſi. lx. incipit. Eſt temp⁹. Ultimo nūquid
deſerta appellatione per appellañ. uel lapſu dictoꝛum
terminoꝝ uel alio modo ſi appellatus ipſe añ deſertaʒ
appellationē cepiſſʒ pꝛoſequi poterit ne ꝓſequi appel
lans appellationē iam deſertaʒ. D. Anto. hic tenet ꝙ.
nō. loquitur tñ nimis generaliter nec apperit qñ pars
cepiſſet ante lapſum termni pꝛocedere. Et Spec. e. ti.
§. nunc bꝛeuiter. uerſi. Sed pone. contrarium tenue
re' Et domini de rota ut deciſ. ſua. lxvi. et etiam
cclxxxiiij. que incipiunt. item ꝙ appellatus. ibi tenent
quod ex beneficio appellari poteſt appellans ꝓſequi
appellationē a ſe deſertā. ⁊ ita eſt caſus in. c. ex parte
ſup̄ ꝑʒ unuʒ itellect⁹ et ibi Panoꝛ. ſup̄ de reſcrip. Pa
noꝛ. et. Jmo. hoc idē tenēt declarātes hoc ꝓcedere qñ
appellatus cepiſſet ꝓſequi añ deſertationē appellatio
nis factā ab appellāte et poſt deſertionē uellet ꝓſequi.
ſecus ſi poſt deſertionem ipſe appellatus nolet ulterius
pꝛoſequi renūciaſſet pꝛoſecutioni cepte. nam tūc non

UVA. BHSC. IyR_025

admittitur appellans. et ita ſaluauit dictū Spec. ⁊ hoc
credo fuiſſe de mēte dñoꝝ de rota. qḋ lati⁹ ponit̄ i cle.
ſi appellationē. e. ti: Cum igit̄ deſerta appellatione
appellās nō poſſit vlterius ꝓſequi ex hoc infert̄ ꝙ iu
dex abſque alia citatiōe poterit ſentētiā primā exequi.
Ita hic Panoꝛ. et ita Inno. in. c. ex rōne. j. eo. et ibi
dicam. nōnt legiſte in. l. eos in pꝛīcipio. C. eo. et etiam
voluit Panoꝛ.. in. c. cū cā. š. ti. i. in. c. ſepe. i. c. directe.
j. eo. in ꝯriū tñ eſt ibi tex. quē ibi ponderat Bal. in. l. ij.
in fi. C. de temp. appel. Dicā forte aliquid in. d. c. ex rō
ne. Glo. ij. ad fi. dū glo. vult ꝙ iudex a quo poſſit
aſſignare varios terminos. dicite vt ſup̄ dixi. et intelligi
te ꝙ poteſt ſiue ſit delegat⁹ ſiue oꝛdinari⁹. c. ad aures.
j. eo. Quo ad. c. ex iſinuatione. dicite vt ibi glo. i v̄bo.
iudicio. i fi. Notate ex glo. ꝙ lapſus termini aſſigna
ti a iudice uel a iure uel etiam a partibus habet uim ci
tationis peremtoꝛie. et ideo etiam abſque alia citatiōe
pōt etiam ad vlterioꝛa ꝓcedi. concoꝛdat glo. in. c. cum
cā. ſup̄ ti. ꝓximo. j. eo. c. ꝓximo. et. c. ſepe. et eſt ratio
nam iudex a quo per appellationem nō deſinit in totū
eē iudex. nec aſſignatio hoꝝ terminoꝝ fac̄ ut uideat̄ detu
liſſe appellatiōi. c. oblate ubi tex. ⁊ ibi Jo. An. j. e. ti. c.
cū cā. š. ti. i. ⁊ ibi Panoꝛ. Nōt rota. decif. ſua. cciiij. ſup̄.
allegata imo nec etiam ſi detulerit ſi eſt oꝛdinarius de
ſinit eſſe oꝛdinarius. quinimo poteſt ne aliquid inno
uet̄ ꝯ appellationem inhibere. ut uoluit glo. nō. in c.
ij. in uerbo deſtrictius. j. de matri. ꝯc. ꝯ interdic. eccle.
quam ibi intelligit Inno. ⁊ Cardi. ꝓcedere ut poſſit
inhiber̄ qñ tractat̄ de mā pacti. Et ideo poſtquā detulit
cū omnino nō careat iuriſdictione ut ſup̄ dixi pōt licet
detulerit appellationi aſſignar̄ terminū ipſi appellāti.
Ita glo. que ſētit hanc rationē in. d. c. ij. et dñi de rota
decif. ſua ccciiij. que icipit. Itē ſi appellet̄. ⁊ ē bon⁹ tex.
in. c. ſepe. j. eo. Sꝫ unū tene mēti qḋ ultra ſupꝛadicta
ſi eſt ueꝝ eſt nō dignū ſed dubito ꝓpter ea que nōntur
in. d. c. cū appellationib⁹. eo. et in. c. i. §. poſt hec. eo.
ti. li. vj. et i cle. i. e. ꝙ iudex qui poſt appellationem ad
ulterioꝛa ꝓceſſit nō poteſt poſtea aſſignare terminum
appellāti. Ita Inno. in. c. i. de accuſa. quem refert. et
ſequit̄ Panoꝛ. in. c. cū ſit romana. in pꝛima columna.
j. eo. et faciunt nōta in. c. iij. de eo. qui mit. i poſſ. cā re.
et eſt ratio que ſumit̄ ex regula ex eo ꝙ quis impugnat.
et ex regula. qḋ ſemel. de reg. iur. li. vj.

C**um ſit romana.** Appel
lās ad
ꝓſequēdū appellationē habet annū et ex
ca biēniū niſi iudex moderet. Et ſi intra id
tempus non ꝓſequit̄ rata manet ſententia. ſi autē an
te ſententiam ſimiliter ad pꝛimū iudicem redire debet. et
qui de crimine impetit̄ ſeu accuſat appellare poteſt niſi
ſit notoꝛi⁹. h. d. Sꝫ ſm intellectū Panoꝛ. addite vnū
mēbꝛum. ſ. ꝙ ſi extraiudicialiter a grauamine appella
uit lapſis dictis terminis i viam appellationis ñ audit̄.
Diuidit̄ ſꝫ intellectuꝫ Panoꝛ. in quiqꝫ ptes. In pꝛi
ma ꝑmittit regulā magiſtrā ⁊ generalē. In ſecūda que
eſt ibi. ſtra qḋ ⁊c. deſcēdit ad ſpeciē qñ appellat̄ poſt ſē
tentiā ab ipa ſentētia. In tertia que eſt ibi. ſi vo a gra
uamine. deſcendit ad ſpeciē qñ appellat̄ a grauamine
extraiudicialiter. In quarta que eſt ibi. que autē ante
ſentētiā. deſcendit ad ſpeciē qñ appellat̄ iudicialiter ſed
nō a diffinitiua. In quīta que eſt ibi. p̄terea. ďcidit no
uū caſū an impetitus de crimie poſſit appellar̄. In
quarta pte tex. ibi cogit̄ ⁊ce. intelligite cauſanue nō pꝛe
ciſe. quia ſi nō ꝓſecut⁹ eſt appellationē corā iudice ad
quē remittit̄ ad iudicē a quo. et iō dicit tex. cogit̄ illius
ſtare iudicio ad quē ⁊ce. Nō p̄mo ex tex. ibi annus i
dulget̄ etce. ꝙ ad appellationē ꝓſequendum intelligi
te ⁊ finiēdū dat̄ appellātibus annus ſiue appellant iu
dicialiter ſiue extraiudicialiter. et ita hunc tex. declarat

in cle. ſicut. eo. ti. Nō etiā ex tex. ibi neceſſaria et eui
dēti. ſm Bal. hic ꝙ ad hoc ꝙ det̄ biēniuꝫ ad ꝓſequē
dū appellationē duo requirūt̄. ꝙ habuerit neceſſariū
impedimētū. ſecūdo ꝙ ſit euidēs. ita hic Panoꝛ. etiāꝫ
Nō ēt ex tex. ibi. niſi forte. ꝙ iudex po eſt terminuꝫ
aſſignatū ad ꝓſequēdū appellationē ex cauſa modera
ri. ⁊ dicā i glo. Subicit tñ hic Bal. ꝙ iſtud nō ꝓcedēret i
termino aſſignato iuriſdictioni ipſius iudicis. quia ta
lem terminū ex cauſa etiā nō poterit iudex ꝓꝛogare.
Adducit caſū nō. i. l. ſi i lege. in p̂ncipio. ⁊ ibi Bar. ff.
loca. quē tex. pōderat ad hoc etiā Ludo. i. l. ij. ff. de re
iud. Nō ēt ex tex. ibidē. niſi forte iudex. ſm Panoꝛ
ꝙ nō ſolū iudex poteſt aſſignare terminū appellāti qñ
ipſe appellās ſibi aſſignaſſet immoderatum. c. ꝓxime
pꝛecedēti. ſꝫ etiāꝫ abſque alia aſſignatione facta ab ap
pellāte. Nō ex tex. ibi. audiet̄ appellās. ⁊c. ſm Bal.
ꝙ deſerta appellatiōe iudex a quo pōt exequi pꝛimā ſē
tentiā parte nō citata. qḋ pꝫ ex quo iſti appellāti dene
gat̄ audiētia. Nā vbi claꝝ eſt ꝙ pars nō poſſit allegare
nō uenit ꝑs citāda. ut hoc tex. i fine. et ibi dicā. igit̄ ⁊c.
Nō tex. ibi. audiet̄ appellās. ꝙ deſerēs appellationē
a diffinitiua cenſetur uer⁹ ꝯtumax. ideo ampli⁹ ñ audi
tur. facit. c. ꝑſonas. ſupꝛa ꝓxime pꝛecedēs. in īterlocu
toꝛia aūt bene auditur ſi de nouo grauetur lꝫ pꝛimam
appellationē deſeruerit. Ita. D. Anto. hic ⁊ Imo. et
ſic deſerēs appellationeꝫ ex toto nō equiparatur uero
ꝯtumaci. utraqꝫ ex p̄dictiſ. quia nequaꝙ̄ poſſet appella
re. cle. i. de dolo et ꝯtu. D. An. in. c. ſe. et de his in. c.
directe. j. e. Nō ex tex. nr̄o i tertia parte ibi. audietur
appellās. ſm intellectū Panoꝛ. hic ꝙ ubi quis appellat
a grauamine extiudiciali deſerta appellatione nō audit̄
ampli⁹ i uiā appellationī. tñ ſi grauat̄ dicit tex. ñ audiat̄
ampli⁹ ut includat. ſ. uia cepta appellatiōis. quaſi inu
at ꝙ bene audiet̄ in uiaꝫ querele. uel alia uia quecūque
cōpeteret ad reuocādū grauamē excepta appellatione.
et de hoc eſt tex. in. c. cōcertationi. eo. ti. li. vj. D. Phi.
hic ipugnat hoc dicēs ꝙ licet pars a pꝛīcipio qñ graua
tur extraiudicialit̄ habet duo remedia. vnū appellatio
nis. aliud querele uel alteri⁹ iuris. et poſſit ipſe eligere
ex iſtis qḋ uelit. d. c. cōcertatiōi. tñ poſtꝙ̄ elegit uiaꝫ ap
pellationis nō debet poſſe recurrer̄ ad aliā uiaꝫ ſi appel
lationē quā elegit nō ꝓſequat̄. quia ñ ꝓſequēdō uidet̄
ratū haber̄. c. quo ad ꝯſultationem. š. ti. i. l. ab eo. C.
quō et qñ iud. Iſta ipugnatio eſt pꝛimo ꝯ tex. nr̄m dū
excludit ſolū iſtū in uiā appellationis. et vnius excluſio
alterius eſt incluſio. c. nōne cū vulgaribus. ſup̄ de pꝛe
ſūp. Preterea eſt cōtra tex. iuncta glo. ibi in. c. licet. de
ſent. exco. li. vj. et faciunt que dixi in. c. i. circa fineꝫ naꝫ
cōtra ſentētiā nullā ꝯſultuꝫ ē etiā i viā appellationis et
nullitatis. ⁊ tñ deſertio appellationis nō excludit a nul
litate. d. c. lꝫ. ergo ita in ſimili. cū ēt extraiudicialia nun
quā trāſeāt i rem iudicatā. d. c. ꝯcertationi. per ďſertio
nē appellationis non magis ꝯualidabunt̄ ꝙ̄ ſentētia
nulla. nec itellect⁹ datus ad. c. ꝯcertatiōi. per. d. Phi.
cōuenit illi litter̄. Sꝫ circa hoc quero. quid ſi appella
tio extraiudicialis i cauſa bñficiali i partib⁹ iterpoſita
⁊ legitime itimata ſit deſerta an poſt lapſū fataliū pote
rit pars appellationis cauſaꝫ facere cōmitti ⁊ i negotio
p̄ncipali ꝓceder̄ i audiētia. Et vr̄ p̄mo dicēdum ꝙ ſic.
quia negotiū iā eſt ad curiā deuolutū p̄ appellationeꝫ.
⁊ a lege videnť omnes citati ad curiaꝫ quoꝛū intereſt.
c. i. de elec. li. vj. iuncta cle. cauſā. de elec. nec īferioꝛ aīm
mō de iſta cauſa poteſt ſe itromittere. c. vt noſtrū co.
ti. c. quāuis. de elec. li. vj. in ꝯtrariū facit. nā deſerta ap
pelatione ceſſat effectus ipſius appellationis ſalteꝫ de
uolutiōis. vt vidbim⁹ i. c. ex rōne. j. e. ⁊ fac cle. ſi appel
lationē. e. ti. ⁊ q̄. nō i. c. ex pte š. ď ſcrip. vbi lꝫ ďſta ap
pel. poſſit de attētatiſ cognoſci tñ iudex ad quē ď nego
tio pꝛīcipali vl̄ appellatiōis ñ pōt ſe itromitter̄. Rota
in decif. cxxv. q̄ icipit. Itē maioꝛ pars dñoꝝ. diſtiguē

UVA. BHSC. IyR_025

do ſoluit. aut querim⁹ an in audiētia poſſit ꝓcedi per
modū querele. et dicēdū eſt ꝙ ſic. nō obſtāte deſertione
ut ꝓxime nōui ex tex. et. d. c. ↄcertationi. et vult Pau.
de elleozaris. et Jmo. in cle. ↄſtitutionē. de elec. ⁊ faciūt
nōta in. c. ſepe. et in. c. Nicolao. j. eo. et in. c. veniēs. de
renūc. Aut querim⁹ an in viam appellationis poſſit
ꝓcedi in cā. et dicēdū eſt ꝙ nō. Et ita ꝓcedāt ↄria. et
ſic videt. hec deciſ. ē ↄ. d. Phi. relata. Nota ex tex. ibi.
huiuſmodi dici appellationes. ꝙ appellatio extraiudi
cialis ꝓprie nō eſt appellatio. ſed eſt ꝓuocatio ad iudi
ciuȝ. qđ nōte ad ſtatuta maxime odioſa. quia in eis no
mine appellationis nō uenit appellatio extiudicialis lȝ i
fauorabilib⁹ ſecus. ita hic Panor. nā lato modo loquē
do poteſt tamen dici appellatio. ut dixi in Rica. et ibi
an ab interpoſitione ↄſilij poſſit appellari ex quo non
eſt act⁹ iudicis. Et iō ſicut appellatio iudicialis debet i
terponi corā iudice a quo. c. ſuggeſtū. et ibi videbim⁹.
j. eo. de. i. eo. ti. ita appellatio extraiudicialis interpoſi
ta a grauamine extiudiciū illatū per iudicē debet inter
poni corā ipſo īferēte. glo. ē nō. in. c. appellatio. eo. ti.
li. vj. Nō ex tex. in quarta pte. ꝙ deſerta appellatio
ne appellās remittit ad iudicē a quo. facit in ſimili. c. ut
debit⁹. j. eo. Nō ex tex. ibi. uiolēt. etce. ꝙ in crimina
libus admittit appellatio. facit tex in. l. qui ultimo. et
ibi Bar. ff. de pen. in. l. nō tm̄. ff. co. Nō ex tex. ibi.
manifeſt⁹. etce. ꝙ notorie criminoſ⁹ nō pōt appellare:
et eſt tex. in. l. ↄſtitutiōes. ſm unū intellectū. et ibi Bar.
ff. co. Et ideo ſit uobis cautela ne pmittatꝭ ꝓcedi ↄ cri
minoſū tanꝙ notorie criminoſū niſi pri⁹ diſcuſſo no
torietate. quia ſi ꝓcedet et ꝓnūcietur ↄ cū tanꝙ noto
rie criminoſū nō poterit appellare. Jta eſt tex. in. d. l.
ↄſtitutiōes. ſm unū intellectū. et ē tex. hic. ⁊ faciūt q̄ ui
debim⁹ i. c. ꝓpoſuit. j. eo. et i. c. cū ſpecialis. §. porro.
. j. eo. Nō ex tex. ibi. abſētē ⁊ irrequiſitū. ſm Panor.
ꝙ ubi clap̄ ē ꝙ pti nulla ōfēſio ↄperit ul' ꝙ aliq̄d i ↄriū
allegare nō poteſt nō venit citād⁹ vl' citāda pars. ita ē
tex. ⁊ ibi Bar. in. l. ij. §. ꝙ ſi de frumentaria. ff. de ad
mini. re. ad ciuita. pti. bon⁹ tex a ↄrio ſēſu in. c. licet
epūs. ō pben. li. vj. Bar. i. l. ictus fuſtiū. ff. de his qui
nō. īfa. i. l. theopomp⁹. ff. de dote p̄lega. Eſt glo. ⁊ ibi
Panor. i. c. cū olim. ē. ti. i. i. c. ueniam. xxxv. q. ix. i. c.
pe. ē. de offi. vic. voluit Jnno. et Hoſt. in. c. q̄to. ē. de
trāſl. p̄l. i. c. ex inſinuatiōe. j. eo. in. c. ex pte. lo' pmo.
j. ō ver. ſig. Archi. i. c. q̄ lothari⁹. ij. q. i. Panor. licet
ibi Jmo. dicat requiri ſaltē vnā citationē i. c. cāȝ que.
ē. de reſcrip. Jmo. i. c. debitores. in. vij col. ſup̄ de iure
iu. ⁊ etiā i. c. iij. ſup̄ de teſti. cog. Bal. tn̄ hic videt velle
requirere vnaȝ ſaltē citationē. et ō hoc de vna citatiōe
dicā i glo. nō tn̄ per hanc ſētentiam excludet ↄdemna
tus quin ſi poſtea aliquas exceptiones afferat audiat.
Bar. i. l. ſācimus. C. ad trebel. Bal. i. l. ob maritorū.
C. ne vxor pro marito. i. l. i. §. ſi abſēs. ff. ſi ex noxa
li cauſa agat. Glo. in verbo. reciſius tēp⁹. ibi de tem
pore i iteg. reſt. pet. l. fi. habetꝭ articulū formatū in glo.
an iudex poſſit abbreuiare dilatiōes iuris ul' ꝓrogat
⁊ firmat glo. ꝙ ſic niſi i certꝭ caſib⁹. i. x. dieb⁹ datꝭ ad ap
pellāduȝ. et i tēpore in integruȝ reſtitutionis petende.

Circa tēp⁹. x. dieꝝ. Ang. in. l. ij. ff. de re iudi. et etiā
Cardinalis in cle. ꝙdiu eo. ti. tenet cū glo. noſtra. et
pro hac opi. allegāt glo. i autētica. offeratur. C. de lit.
ↄte. ubi glo. uoluit ꝙ etiā de ↄſēſu partiū n̄ poſſit tale
temp⁹ remitti. Panor. tenet hic ↄriū. quia ſubſiſtēti iu
ſta cā pōt iudex hos. x. dies abbreuiare. Et ꝓ hac opi
niōe adducūt tex. i. l. ſiquis filio exheredato. §. hi qui.
circa fi. ff. ō iniuſto rup. teſt. ubi iminēte graui ſcanda
lo iudex pōt ſtatiȝ ſuā ſententiā exequi. ergo multoma
gis abbreuiare hos. x. dies. nec glo. in. d. auten. offe
ratur dicit ad qđ allegatur per Jmo. Panor. hic alle
gat eam ꝙ loquatur de iudice non de partibus. ⁊ glo.
illa idifferēter loquitur nec ſe apit. ſȝ dato ꝙ loqueret

de ptib⁹ n̄ videt vſquequaqȝ vera. quia eſt ↄ tex. in. l.
fi. §. fi. C. de temp. appel. vbi tex. vult ꝙ per pactū fie
ri poteſt vt partes nullū fatale obſeruēt. g° ⁊ circa. x. di
es poterūt ptes paciſci. ⁊ ad hoc facit tex. quē ibi pōde
rat Bal. i extuag. pace ↄſtā. i v̄bo. i cāis. vbi dixit Bal.
ꝙ qn̄ ſtatuit terminus huiuſmōi et ſic ꝑ lapſū eius ſē
tētia habet trāſire i rem iudicatā hoc vr̄ factū i fauorem
ptium. Et ideo dicit ꝙ ſup hoc pnt paciſci. Et ita Pa
nor. hic i iij. columna. ibi aduerte. mihi placet. Nec ob
ſtat rō Ang. dū dicit ꝙ ꝓpterea iudex a quo n̄ pōt ab
breuiare hos. x. dies q: tractat ō iudicio ſuperioris ad
quem cā deuolueret ꝑ appellationē. q: cū reuerentia
ante hos. x. dies et appellationeȝ iterpoſitā nihil gerit
cū ipſo iudice ad quē. nec illi. x. dies dant ad gerēdum
aliquid ſecū pricipaliter. ſȝ ſolū ad gerēdū cū iudice a
quo cū ſufficiat inter illos. x. dies adire iudicē a quo co
ram quo eſt appellan̄. d. c. ſuggeſtū. j. eo. Tamē nega
ri nō pōt quin ſit itereſſe iudicis ad quē ut nō abbreuiē
tur dicti. x. dies dari ad appellādū. et ſic nō minoretur
temp⁹ quo oppreſſi pro iuſtitia ad eum cū fugiūt. Et
nō ꝙ tn̄ dicti. x. dies poſſint ꝑ ſtatutū uel ↄſuetudinem
abbreuiari uel ꝓrogari ut eſt glo. nō. in. l. preſcriptiōe.
C. ſi ↄ ius uel util. pub. Et uoluit Ang. i. d. l. ij. . ⁊ etiā
Panor. hic. Dum aūt vult glo. ꝙ iudex ex cauſa poſſit
ꝓrogare uel abbreuiare dilationē iuris et excipit duos
caſ⁹. glo. ſequitur Jo. An. hic addens ꝙ idē eſt in ſe
meſtri qđ datur ad ↄferēdū. c. ij. j. de ↄceſ. preb. c. licet.
ē. ō ſuppl. negl. p̄l. q: nec illud poteſt iudex abbreuiat.
Jdē ō termino. vj. mēſiū ad reddibitoriā. l. cū ſer. ff.
de edil. edic. Jdē de termino. lx. dieꝝ ad accuſādū iura
mariti. c. aliqn̄. iiij. q. iiij. Et ſic ſūt quiqȝ fallacie ſm ip
ſum Jo. An. Panor. hic dicit ſe nō videt rōnē nec iure
ꝓbari ꝙ his quiqȝ caſib⁹ nō poſſit abbreuiari dilatio.

Glo. iudicio meo in. c. indultū. et ibi Di. j. de reg.
iur. li. vj. Et etiaȝ Ci. in. l. i. C. de dila. Bal. i autētica.
offeratur. C. de lit. ↄt. et ibi eſt glo. ↄ nrām. Ci. autem
in auten. qui ſemel. C. quō et qn̄ iud. Bal. i autētica. ci
qui in fina. columna. C. de temp. appel. Jmo. hic dicēs
hāc eſſe comunē ſentētiā ita diſtiguit. Aut dilatio non
aſſignatur a iure ſiue miniſterio hominis tacito ſiue ex
preſſo. puta q: iudex ad hoc ut ōtur dilatio iuris habȝ
cognoſcere de cā licet dilatio detur a iure. ut in. c. ultra
tertiā. ⁊ ibi hētur. ſup̄. ō teſti. et in. l. i. C. de dila. uel ex
preſſo miniſterio iudicis. puta quia iudex habet dare
ipſas dilatiōes. Et illo cāu pōt has dilatiōes abbreuiat
⁊ ꝓrogat ex cā. Aut uero dilatiōes dāt ſine miſterio
iudicis tacito vel expreſſo ⁊ tūc nō poſſit iudex illas ab
breuiare. ⁊ hoc voluit glo. i. d. auten. offeratur. Jta
loquitur glo. i. c. pia. de excep. li. vj. in glo. in verbo.
viij. dierum. vbi dixit Gemi. per illam glo. ꝙ vbicūqȝ
tractatur de p̄iudicio etiaȝ leui partis iudex nō poſſit
abbreuiare dilationē q̄ dat a iure ſine miniſterio ſuo. ⁊
hoc eſt qđ voluit glo. in. d. c. idultū. i. fi. ⁊ hoc ē qđ vo
luit glo. que ↄcludit totā iſtā opi. i. c. cupiētes. §. quod
ſi ꝑ. xx. i v̄bo. xv. ō elec. li. vj. que dixit ꝙ nunꝙ termi
nus iuris abbreuiatur a iudice niſi. l. vlterius ꝓcedat
diſponēdo. quia tūc vr̄ iudex facet ex ꝑmiſſiōe legis. et
hoc ſentit ēt glo. . i. d. c. idultuȝ. ⁊ hāc glo. pōderat hic
Jmo. et pro hac opinione facit glo. in. l. ꝓperādum.
in pricipio in verbo. triēnij. C. de iudic. que vult ꝙ etiā
per partes nō poſſit iſtāria triēnij ꝓrogari. facit etiaȝ
qđ voluit Jo. An. in addi. ad Spec. in Rica in ti. de
cler. nō reſid. dū vult ꝙ forma aſſignata ꝑ. c. ex tue. j.
de clerico nō reſidēte. ſ. trine citatiōis ⁊ expectato ꝑ vj.
mēſes n̄ poſſit ꝑ iudicē tolli. ⁊ ita vult. D. Anto. i. d. c.
ex tue. qui refert ⁊ ſequit Jo. An. Cōtrariā ſētētiā
tenuit glo. i. §. ſācim⁹. i glo. in verbo. xx. in auten. ō ex
hi. ⁊ itrod. re. col. v. vbi voluit glo. idiſtīcte ꝙ ex cauſa
poſſint abbreuiari ⁊ ꝓrogari dilationes iuris. ⁊ hanc
opi. tāgit glo. i. d. c. idultū. ⁊ ēt ſequuntur hic. D. Ant.

UVA. BHSC. IyR_025

⁊ Panoꝛ: ſequitur Bar. et Ang. in. d. l. ij. ff. ꝺ re iud.
ſequiť Panoꝛ. i. c. i. ſuꝑ de dila. licet Bar. incidēter di
cat ꝙ non abbreuiatur i. l. ſiquis ita iſtituatur. in prin
cipio. ff. de here. inſti. Et pꝛo hac opinione adducitur
nā in iure terminus agēdi eſt latiſſimꝰ. vt in rubꝛo ⁊ ni
gro. C. vt nemo inuitꝰ. ⁊ tñ poteſt iudex aſſignare tē
pus agēdi ⁊ ſic abbꝛeuiare dūmō ex cā faciat. l. iſtia.
ff. ꝺ accuſa. l. ea quidē. qui accuſa. ñ poſſūt. l. diffamari
C. ꝺ igen. ⁊ manu. c. ij. ſ. qui matri. accuſ. poſſūt. l. mā
cipioꝝ. ⁊ ibi habeť. ff. de opt. leg. Simile videmꝰ in ex
ceptione quia iudex vltra terminū iuris poteſt except̄.
dilatoriā admittere. c. paſtoꝛalis. ſuꝑ de excep. c. iſinuā
te. ſupꝛa de offi. ꝺleg. l. ij. C. de ꝯſoꝛ. eiuſdē lic. l. Pom
ponius. §. rati. ⁊ ibi habetur. ff. de pꝛocu. Item tēpus
i itegrū reſtitutionis peteñ. ꝓrogatur ꝑ iudicē. l. intra
vtile. vbi tex. ſm vnū intellectū. ff. de minoꝛ. Ita etiaꝫ
tempꝰ qȯ datur iudicatis a iure. ſ. ſemeſtre in ꝑſonali
iuxta nōta in. l. debitoꝛibꝰ. ff. de re iud. tñ abbreuiatur
⁊ ꝓrogať ꝑ iudicē iuſta ſubſiſtēte cā ⁊ cū cauſe cognitio
ne. l. ij. ff. ꝺ re iud. Sed in hoc articulo poſſumꝰ illud
vſurpare. quis iuſtus iduit arma ſcire nephas. ſed ſecū
dū glo. in. d. §. ꝙ ſi per. xx. in verbo. xv. ⁊ ꝑ ea que ꝑ
dixi apparet ſolutio ad argumenta Bar. tamen tene
menti ꝙ vbi iudex abbꝛeuiat uel ꝓrogat dilationē cuꝫ
nō debeat facere niſi cū cā debet ipſā cauſā expꝛimere i
ꝓrogatione. Ita panoꝛ. in. d. c. i. ſ. de dila. Eſt etiā
aduertēdū ꝙ licet regulariter pꝛeſumatur pꝛo iudice. l.
i. C. de offi. iud. milit. c. in pñtia. de renūciatiōe. maxie
in his que pendēt ex arbitrio ſuo. ut ē tex. nō. in. c. niſi
eſſent. et ibi Imo. ſ. ꝺ pꝛeb. voluit Inno. i. c. inotuit.
ꝺ eo qui furti. ſuſcep. oꝛdi. tamen ſi dilationē iuris ꝓro
get uel abbꝛeuiet iniuſte uel magis uel minus ꝙ̄ cauſa
mereatur ob quā ꝓrogat licitū ē appellaꝛ. Ita Inno.
in. c. ad petitionē. ſ. de accuſa. ita Panoꝛ. hic. et faciūt
nōta in. c. quia nos. ſ. e. quia a ſētētia lata ſm arbitriū
iudicis bene appellatur ſi inique arbitrať. ita Io. An.
i. d. c. quia nos. faciūt que dixi i. c. ad noſtrā. poſt Bal.
ſ. eo. ⁊ iuſta cā diciť ꝯſuetudo foꝛi. ut nōt Bar. i auten.
qui ſemel. C. quō et qñ iudex. l. iij. in fine. ff. de teſti. ſi
iuriſdictio eſt modico tēpoꝛe duratura. c. ꝯſuluit. ꝺ offi.
deleg. ſi cā modice quātitatꝭ. auten. niſi bꝛeuioꝛes. C. ꝺ
ſen. ex ꝑiculo recit. ſi inſtātia bꝛeuis. glo. in. c. ꝺ cauſis.
de offi. deleg. res ꝑitura eſt. c. fi. ꝺ iudicijs. cā alimētoꝝ.
l. ij. ff. de ferijs. Spec. de citatꝭ. §. ſequiť. verbo. qñque
citatio. Ita doc. hic. et an ſi cā eſt ꝯmiſſa decidenda. ſ.
certū tempꝰ ut in. c. ſuper eo. il. ij. ſ. eo. c. de cauſis. ſ. ꝺ
offi. del. ut iuſta cā abbꝛeuiandi dilationem. et an pars
poſſit dilationē petere iuridicā que abſoꝛbeat totū tem
ꝑus. Io. An. in addi. ad Spec. in ti. de leg. §. reſtat. i
vij. columna. Bar. i. l. ſi cū ipſe. ff. de execu. Sali. in. l.
ſi docueris. C. de falſis. Bal. i. l. ſi qñ. C. ꝺ teſti. Imo.
in cle. i. de in integrum reſtitꝭ. D. Anto. in. c. licet. in. xij.
columna. de pꝛoba. Imo. in. l. quādiu. la tertia. ff. de
acqui. here. Panor. in. c. ij. de eo qui mit. in po. Et po
nam poſt alios in. d. c. ſuper eo. il. ij. ſ. e. In glo. i. c.
cū cā. habes nōte ꝙ iudex a quo licet habet abbꝛeuiať
terminū ad ꝓſequēdum appellationē. illa abbꝛeuiatio
nō ꝯpꝛehedit ut teneať itra illud tēpus finiꝛ appellatio
nem. et ſic ponit illud qȯ dixi in. c. ꝑſonas. ſ. eo. ꝙ tē
pus aſſignatū ad ꝓſequēdū qȯ verificať uel ꝑ itineris
arreptionē uel ꝑ pꝛeſētationē factā de ipſo appellante
iudici ad queꝫ nō ꝯpꝛehēdit tēpus ad finiēduꝫ. et ratio
nē dic ut ibi. Aliud habes ex glo. ꝙ per lapſū termi
ni aſſignati ab homine trāſit ſentētia in rē iudicataꝫ nō
expectato lapſu tempoꝛis aſſignato de iure. dixi ſuꝑ. c.
ꝓrimo. Sed quero. vos ſcitꝭ ꝙ in appellatione iter
poſita in beneficialibꝰ ius aſſignat certa tempoꝛa. puta
menſis ad iter arripiēdū. c. i. de elec. li. vj. nūquid per
lapſū huiꝰ tēpoꝛis appellatio hētur pꝛo deſerta. Lap. i
cle. i. eo. ti. tenet ꝙ nō. motꝰ ꝙ quis duplici pena non ē
afficieñ. c. at ſi clerici. ſuꝑ. de iud. ſed tex. in. d. c. i. aſſi
gnat aliaꝫ penā. ergo videť ꝙ nō debeat poſtea dici ꝺ
ſerta appellatio. ponderat etiaꝫ tex. d. c. i. ex quo vult
ꝙ illo ñ ueniēte itra tēpꝰ ꝓcedať ꝯ ꝯtumacē. Quid
ſi ab homie aſſignatur tale tēpus qȯ a iure eſt aſſigna
tuꝫ. et dicit Lap. in. d. cle. i. et cū Lap. trāſit Gemi. i. c.
i. §. i. ꝺ elec. li. vj. Oldra. laudēſis i ꝯſi. ij. icip. ubi due.
ſequiť hanc ꝑtem ꝯcludēdo ꝙ idem. quia ſuccedit loco
tempoꝛis aſſignati a iure. facit glo. ſingularis. in. l. iiij.
§. ſiquis cōdemnatꝰ. ff. de re iudi. quā ad hoc allegat
et ſequiť Ang. in. l. i. §. ſocius. ff. de uſuris. dū vult ꝙ
ubi dilatio legalis ab homie aſſignať nō deſinit eſſe di
latio legalis. Baꝛ. i. l. ij. ff. de lega. pꝛimo. Anch. in. d.
cle. i. tenet contrarium. ut illa aſſignatio aliquid opere
tur. Cardi. in cle. cōſtitutus. ꝺ elec. Cardi. et Imo.
poſt. D. Ant. in. d. cle. i. diſtingunt. aut tale tempus
aſſignať a iudice de ꝯſēſu partiū et tūc cā taciti ꝯſenſus
partiū multū oꝑeť ad ꝯualidandū rē iudicatā i iudicia
libꝰ. vt vult glo. in. c. i. ſ. de ꝯceſ. pꝛebē. ponit. D. Ant.
in. c. ad audiētiā. ſuꝑ ꝺ reſcrip. iō illo caſu aſſignatio ter
mini oꝑetur ꝺſertionē appellationiſ. aut vero aſſigna
tur a iudice ſine ꝯſēſu partiū. ⁊ tūc ꝓcedit opi. Lap. in
d. cle. i. ꝙ appellatio nō ſit deſerta. ⁊ faciūt que heri di
cebā: quia iudex circa terminū iuris nō habꝫ poteſtatē.
⁊ videť potius aſſignare in executionem iuris ꝙ̄ aliter
In ca. i fi. nōte ꝙ vbi nō eſt aſſignatū tempꝰ ab ho
mine qȯ trāſit ꝑ lapſū tēpoꝛis iuris ſētētia i reꝫ iudica
taꝫ. Glo. i verbo. añ litꝭ ingreſſū. in fi. glo. in ſe bñ lo
quitur. ſed quantū attinet ad tex. noſtrū dū vult itelli
gere verſiculuꝫ. ſi vero a grauamine. de appellatione
iudiciali. dicite ſm Panoꝛ. ꝙ ꝯmodius poteſt intelligi
de appellatione extraiudiciali. ⁊ melius ꝯueniet rō tex. ſub
ſequētis ibi. qm̄ ſacri canones. ⁊ erit itellectus illiꝰ vſi.
ut dixi in tex. Glo. in uerbo. poſſum. in fine. nōte ex
glo. ꝙ hodie ab interlocutoꝛia nō pōt appellari niſi ex
pꝛeſſa cā. et hoc dixit glo. ꝑſeuerādo i itellectu ꝙ uerſi.
ſi uero. intelligať de appellatione iudiciali. ſed tenen
do itellectū Panoꝛ. ꝙ loquať de extraiudiciali. nūquid
tūc requiriť expꝛeſſio cauſe. voluit hic Hoſt. ꝙ ſi appel
latur a grauamine ꝑtis nō requiratur expꝛeſſio cauſe.
ſi aūt appellatur a grauamine iudicis licet extraiudicia
li ꝙ requiritur expꝛeſſio cauſe. et pꝛo eo facit tex. in. c. i.
eo. ti. li. vj. qui tñ loquiť de appellatione extraiudicia
li iterpoſita a iudice. et ſimiliter iducitur tex. in cle. ap
pellanti. eo. ti. Sꝫ in ꝯtrium ē glo. in. c. ꝯſiderauimꝰ. ſ.
de elec. in. d. c. in pꝛīcipio. in uerbo. iterlocutoꝛia. nōtať
in. c. ut debitꝰ. in pꝛīcipio. et in. c. cū cauſā. in fi. ſ. e. ubi
diciť indiſtincte ꝙ requiriť expꝛeſſio cauſe. Panoꝛ.
hic ita diſtinguit. aut nos loquimur cāu quo appellatio
extraiudicialis habet uim citationis. puta quia i a iure
ita diſponiť ut i appellāte ꝯ foꝛmā electionis uel ꝑſonā
electi. c. i. c. ut circa. de elec. li. vj. et tūc dꝫ expꝛimi cauſa
d. c. ut circa. aut ius aliud nō diſponit. et tūc aut loqui
mur quo ad ualiditateꝫ appellationis. et tunc cum etiā
ñ habeat ui citationis ut vult glo. ſequēs i verbo. ſolēt.
et ſic oꝑetur modicuꝫ effectū. ⁊ tūc nō requiriť expꝛeſſio
cāe. aut loquimur quo ad effectū ſuſpēſiuū. ⁊ ſic quo
ad retractationē attētatoꝛū. et tūc vt reuoceť attētata
poſt ipſā appellationē extraiudicialē requiriť ꝙ appel
latio fuerit iterpoſita cū cā. c. bone. ſ. eo. Glo. in ver
bo. ne ſolēt. i. fi. notate ꝑpetuo iſtā glo. que ponit du
as pꝛaticas iterponēdi appellationē extraiudicialeꝫ ſi
cut ēt circa duo verti poteſt iſpa appellatio extraiudicia
lis. pꝛima pꝛatica eſt circa grauamen ꝺ pterito. ſecun
da circa grauamē de futuro. Sed aliud magis elegās
habens ex glo. ꝙ appellatio extraiudicialis non habet
viꝫ citationis. nec appellatus tenetur venire niſi aliter
citeť. et ſequuntur omēs. ⁊ voluit Inno. i. c. dilecti. ſuꝑ
de maioꝛ. ⁊ obe. voluit Bar. in. l. de pupillo. §. ſiquis
ipi pꝛetoꝛi. ff. ꝺ op. no. nūci. Reliqua ꝑtinentia ad ap

UVA. BHSC. IyR_025

ꝑellationē extraiudicialē dicaʒ .i.c.bone.ĩ.e. qd̄ intelli
gitῦ niſi ĩ beneficialibus. iuxta.c.i.de elec.li.vj.de.cau
ſam.de elec. Glo.in ver.manifeſtꝰ. in fi.glo.bene
declarat tex. nā manifeſte d̄linquēs bene appellat licet
nō notorius.iij.q.v.c.quia ſuſpecti.⁊ ibi ēt glo.⁊ ideo
neceſſe fuit exponere manifeſtꝰ.i.notorius. De hoc ta
mē an notorius delinquēs appellet dicā in.c.cū ſpeciali.
§.porro.ĩ.eo. Glo.fi.in fine.ꝑmā ſo.glo.tenet Pa
nor.⁊ tenēt hic communiter ſcribentes.ſ.ꝙ notorius cri
minoſꝰ nō poſſit excomunicari niſi ꝑmiſſa aliqua cita
tiōe.tm̄ nō requirat peremptoria. quia in notorijs nō
attēdit ordo iuris.c.ad noſtrā lo tertio. ſuꝑ de iureiu.
c.de manifeſta.ij.q.i. Aliud habet ex glo.in.ij.ſo.ꝙ
ad excomunicationē ferēdā bn̄ reqrat trina citatio.c.ſa
cro.ĩ.de ſen.excō.c.cōſtitutionē.⁊ ibi de forma citatio
nis.de ſen.excom.li.vj.tamē ſi ſemel citatꝰ fuit inobe
diēs et ꝯtumax certe nō requiret alia citatio.⁊ ad hoc
corroborādū addunt Panor.qui ſūme cōmēdat glo.
noſtrā pro limitatione.d.c.ſacro.dictū Inno.in.c.ex
ꝑte.lo primo.ĩ.de ver.ſig.ubi dixit ꝙ ex quo ſuperior
precipit aliquid ſubdito de his de quibꝰ tenetur pare
re.iuxta nōta in.c.ad aures.ſuꝑ d̄ temp.ordi.ꝙ ſi ille
nō paruerit poteſt ſubditū excōmunicare ſine alia mo
nitione.quia ſatꝫ ꝯſtat de ſua ꝯtumacia.et ēt excomuni
catio fertur ex ꝯtumacia.c.nullus.c.quicunqʒ.et.c.
certū.xj.q.iij.imo aliter ferri non poteſt niſi ꝑcedente
ꝯtumacia.glo.eſt nō.in.c.epiſcopi.xi.q.iij.⁊ pro opi.
glo.nr̄e adducit tex.in.c.i.ſuꝑ de iudic.et hāc opi.tenēt
dn̄i de rota.in deciſ.ſua.ccclxxxvij.que incipit.item ſi
quis.vbi etiā ponūt quid de ītruſione in excomunica
tionem.et hāc oppi.tenet Lap.in allegatiōe ſua.lxxiij.
Et ibi ponit quatuor falētias ad.d.c.ſacro. Habetꝫ
tertio nōre tertiam ſo.ex qua nōre ꝙ iudex pōt citare
ꝑ famulū ſuū.imo etiā dūmō d̄ ꝯmiſſione appereat poſ
ſet citare per famulū partis vel etiaʒ ꝑtem.tex.eſt.nō.
et ibi Bar.in.l.cū.§.ſi epl'a.ff.de furt.Bar.in.l.iuſte
poſſidet.in pͥcipio.ff.de acquir.poſſ.Nōtur per cāo
niſtas i.c.cū dilecti.ĩ.de dol.et ꝯtu.et voluit Panor.

Sed quia glo.vr̄ velle ꝙ dato ꝙ crimē ſit notoriuʒ
tamē aliqua citatio requirit q̄ qn̄qʒ precesserit.reuoco
in dubiū.nūquid in notorijs requirat citatio.Et dicite
aut loquimur quo ad cēſuras inferendas.et tūc qꝛ nō
ſolū ꝑꝑ crimē ferūtur ſʒ ꝑꝑ ꝯtūaciaʒ.d.c.epi.vbi glo.
Ideo requirit citatio.et ita ꝓcedāt ſo.glo.nr̄e.aut lo
quimur quo ad alias ſētētias.aut tūc eſt notoriū ꝙ nul
lam exuſationē habet.et tūc nō requirit citatio.et tūc
ꝓcedunt nōta in.c.cū olim.ſuꝑ.ti.i.et que dixi in tex.
aut vero lʒ crimē ſit notoriū.tamē ñ eſt notoriū ꝙ nul
am habeat excuſationē.⁊ tūc debet citari.⁊ ita ꝓcedat
qd̄ hic voluit Hoſt.dū dixit ꝙ mlta videntur notoria q̄
nō ſūt uel excuſāt.et ita faciūt nōta in.c.fi.de offi.del.
li.vj.et ita ꝓcedat Bal.dū dicit requiri vnicā citationē
ſaltem.et faciūt nōta in.c.ad noſtrā.lo.iij.ſuꝑ.de iure
iur.et illa eſt theorica hic.et in.d.c.cum olim.ſuꝑ.ti.i.
nō tamē requirit ſolennitas perēptorij ſecūdū Anto.
et Imo.hic per nō.i ſimili in cle.ſepe.circa fi.de ver.
ſig.Archi.in.c.indigne.xij.q.ij.glo.xxiiij.q.iij.c.ecce.

Sed pro ꝯplemēto reuoco in dubiū.vtruʒ abſens
poſſit excomunicari.et habetis hic tex.qui ſēper allega
tur ꝙ ſic.Uos dicite.aut loqmur an poſſit excōunicari
per ſētētiā ꝑticularē.⁊ tūc dūmō ſit ſubditꝰ dicite ꝙ ſic.
ita ꝓcedat tex.nr̄ quem generaliter ita ītelligit Gemi.
in.c.ij.de ꝯſtitu.li.vj.D.tm̄ Anto.i.c.a nobis.lo.ij.ĩ.
de ſen.exco.videt reſtringer ꝙ ꝓcedat caſu quo factū
hoc ꝑꝑ qd̄ excomunicatio fertur ꝯmitteret in territorio
ſuꝑioris alſ ſecus.aut loquimur de excomunicatione
que fert generaliter per ſtatutū uel edictū generale.et
tunc regulariter abſens non pōt excomunicari.c.ij.vbi
tex.de ꝯſtitu.li.vj.d.c.a nobis.niſi factum ꝑꝑ qd̄ eſſet
excomunicādus uel excomunicatꝰ per ſtatutū negatiu.

ꝯmitteret i abſētia et eiꝰ ꝯtriū affirmatiuū qd̄ vēit faciē
dum eſſet faciēdū in loco iudicis ſtatuentis.puta i caſu
capituli.ex tue.de cler.nō reſid.quia iſto cāu bene poſ
ſet excomunicari abſēs.Ita Gemi.in.d.c.ij.⁊ intelligi
te hūc articulum.ſ.extra dioceſiʒ ꝯſtituto.

**P hec ſi.** Coram iudice a quo i
vna cā appellaui.poſſū
a in alia ꝯueniri.niſi cū recuſem ut ſuſpectuʒ.
nō diuidit. Nō primo ex tex.illo.ibi.nō
fuerit appellatū.ꝙ corā iudice a quo pōt appellās con
ueniri in alia cā.Et eſt ratio quia appellatio ſolū oꝑat
circa illā cauſā non circa aliam.hoc bene uerꝫ eſt ꝙ ſi in
terpoſita eſſet ab vno tm̄ articulo operaretur i tota cā.
quia ſuſpenderet iuriſdictionem iudicis a quo in totuʒ.
c.ſuꝑ eo.lo ſecūdo.⁊ ibi vid̄bimꝰ.ĩ.eo.c.ſi a iudice.e.
ti.li.vj.Et volūt.d.d̄ rota i deciſ.ſua.clxxxvij q̄ icipit.
Iteʒ ſi ab excōmunicatione.tamē ipemet iudex a quo
ſuꝑ deſertione appellationis ab eo iterpoſite poteſt iu
dex delegari.Ita rota in deciſ.ſua.lviij.que icipit.itē
ꝙ auditor.licet regulariter cā ſuper qua eſt appellatū
nō poſſit ei delegari.c.accepta.ĩ.c.niſi ex certa ſcientia
ꝑncipis ⁊ hoc exꝑſſo.textus eſt in.l.eos i'principio.Et
ibi glo.et Bal.C.e.ti. Nō ex textu ibi ſuſpectꝰ.⁊c.
ꝙ iudex qui grauauit me a qꝰ appellaui.poſſʒ ſuſpectꝰ
recuſari in alia cā.Ita hic ſm intellectū Io.An.facit
glo.que ad hoc pōderat hunc tex.i.c.diſpendia.in ver
bo.ſuꝑ omnibꝰ.de reſcrip.li.vj. Nō vltimo ibi.ma
xime.⁊c.ꝙ nō ſolū ordinariꝰ ſed etiā delegatus a quo
ꝓpter grauamen mihi datū appellaui poteſt recuſari.

Glo.in verbo.ſuſpectū.in fi.habetꝫ nōre ex glo.cō
trariū formatū ꝯ tex.noſtrū de.l.vnica.ff.cū apud cū
a quo appel.eſt.vbi tex.videtur velle de directo ꝯ tex.
noſtrū.Soluit glo.ꝙ aliud eſt de iure ciuili.aliud de
iure canonico.⁊ hāc glo.ita declarat Hoſt.ꝙ ꝓpterea
aliud eſt de iure ciuili quia appellatio et recuſatio ꝓce
dunt a pari.l.nō diſtinguemꝰ.§.cū quidā.ff.de Arb.
l.fi.C.de ſen.⁊ interlo.o.iud.c.ſuꝑ eo.lo ſecūdo.ĩ.e.
⁊ iō ſic appellatio nō d̄ facili ꝑmittit a iur ciuili.ita etiā
⁊ recuſatio.Sed de iure canonico magis late ꝑmittit
appellare.⁊ iō etiā recuſare.Iſta ſolutio nō poteſt ꝓ
cedere.quia de iure ciuili delegatus pōt idiſticte recuſa
ri.l.apertiſſimi iūcta glo.C.d̄ iudicijs.⁊.d.l.vnica loqui
tur idiſtincte ꝓhibēdo tā in delegato q̄ꝑ in ordinario.
Io.An.hic queʒ ita declarat ⁊ ſequit Bar.in.d.l.vni
ca.dixit ꝙ aut appellās ꝯuentus poſtea coram iudice a
quo recuſat eū ut ſuſpectū.et pro cā recuſationis dicit ſi
militer ꝙ eſt appellatū nec iuſtificat appellationē ꝓbā
do grauamen.et tūc ne detur mā calumniādi qꝛ ſi ſuffi
ceret dicere.appellaui a tali iudice.de facili appellaret.
et recuſarentur iudices poſtea in alio iudicio.ideo non
admittatur talis recuſatio.imo cogatur coram ipſo iu
dice a quo rēſpondere in alia cauſa.et ita loquitur tex.
iu.d.l.vnica.Aut vero appellans dicit eſſe appellatū.
⁊ ꝓbat corā arbitris vel offert ſe ꝓbaturū grauamen
ꝓpter qd̄ fuit appellatū.⁊ tūc cū iudex i dubio inique
iudicādo videatur facere ex animo vt.ĩ.dicā ⁊ grauan
do partē ex animo dicat ei in iuriā facere.glo.in.l.i in
principio.ff.de iniuris.⁊ qui [illegible]riā fecit in vna cā nō
poſſit eſſe iudex in alia.l.ſiquis ꝓuocatione.ſm vnū
intellectū.C.eo.ti.et qui iniuriā fecit potuit idiſtincte
etiā ordinariꝰ recuſari de iure ciuili nō ſolū d̄ iure cano
nico.l.vnica.C.ſi quacū.pred.pot.ideo talis iudex
a quo ꝓbato vl' oblato ꝓbare grauamine poterit recu
ſari.Ita loquat tex.noſter.Panor.hic reprobat Bar.
pr̄o per tex.in.d.l.ſiquis ꝓuocatione.ſed ille hʒ duos
intellectus.⁊ Bar.loquit ſm alium intellectum.Secū
do dicit Panor.ꝙ.d.l.vnica.C.ſi quacū.ꝑd.pot.lo
quitur in cāu ſpeciali.ergo nō extendēdus ad ꝯſequen
tias.Sed dato ꝙ generaliter loquatur.certe nō poſſu
mꝰ dicere ꝙ iudex inique iudicando faciat iniuriā ꝑti

UVA. BHSC. IyR_025

quia cū hoc faciat iudicialiter agēdo non videt̃ in dubio
de facto agere. et ſic nec iniuriā facere nec ſpoliare. ita
glo. in. c. preſētiū. vij. q. i. Unde ipſe Panoꝛ. ſʒ fuit
oꝛiginaria Jo. de Jmo. ita diſtinguit pro ſo. hoꝝ ꝯtrario
rum. et ſic declarāt ſo. glo. quia aut loquimur de iure
ciuili. et tūc cū ante iura autēticoꝝ nō licet oꝛdinarium
recuſare ſuſpectum. l. cū ſpeciali. C. de iudi. Jdeo nec
etiā ex quo eſt appellatum ab oꝛdinario poſſit ſuſpectꝰ
recuſari. ita loquit̃. d. l. vnica. allegata in glo. Aut lo
quimur d̓ iur̃ canonico. ⁊ tūc cū indifferēter tā oꝛdinarij
ꝙ̄ delegati poſſint recuſari dummō legitima cā recuſa
tionis ꝓponatur. d. c. cū ſpeciali. j. eo. ideo et iudex a
quo ꝓbata iuſta cauſa appellādi poterit recuſari ſiue
delegatus ſiue oꝛdinariꝰ. Et ita loquit̃ tex. noſter. et
ſic vult ꝙ cū hodie per iura autēticoꝝ in autentica. Si
vero ꝯtigerit. C. de iudic poſſit oꝛdinarius recuſari de
iure ciuili ad finem vt det̃ ei adiūctꝰ. ꝙ. d. l. vnica. non
ꝓcedat hodie quinimo poſſit recuſari ſuſpectus quo ad
hoc ut detur adiūctus. Jmo. dedit aliū intellectum ad
tex. noſtrum. quia dixit ipſe ꝙ Jmo. ſimpliciter ex quo
appellaui ab vno iudice poſſū eū in alia cauſa recuſare
ſuſpectum. nec requirat̃ ꝙ ꝓbetur grauamen. Moue
tur. nā appellādo fit iniuria iudici. l. fi. C. qñ ꝓuoc. c. ut
debitꝰ. j. eo. Sʒ dici ſolet. chi offēde non ꝑdona. Jdeo
pars ſciens ſe offēdiſſe iudicē poteſt veriſimiliter dubi
tare ne iudex eū ledat. Et ideo veriſimiliter habet eū
ſuſpectū. ꝓpterea poterit ſemper eum recuſare ex quo
appellauit. et ſufficiet ꝓbare appellatū eſſe. quia ex hoc
naſcitur iniuria. et per ꝯſequēs ſuſpitio. Nec obſtat rō
Jo. An. ꝙ daretur mā calumniandi. quia nō eſt veriſi
mile ꝙ pars calumnioſe appellet cū puniatur. vt vidi
mus in. c. ij. ſ. eo. et in dubio quilibet preſumitur bonꝰ.
c. fi. ſ. de preſump. c. i. de ſeruit. Preterea ſi friuola eſſʒ
non eſt veriſimile ꝙ iudex ad quē eam recepiſſet. quia
preſumitur ꝓfecto i quo interuenit auctoꝛitas iudicis.
l. i. ubi tex. nō. C. de pred. cur. et ibi Bar. l. fi. ubi etiā
Bar. C. de magrā. ꝯueni. et iō ceſſat preſūptio calūnie
de qua per Jo. An. et facit itellectus Hoſt. hic. qui dixit
ꝙ decre. iſta loquitur poſt receptā per iudicē ad quem
appellationē ꝯtrariū loquitur ante receptā appellationē.
Uel nō obſtat tex. in. d. l. vnica. quia loquitur in oꝛdi
nario. et de iure ciuili. et ita declarat ut. ſ. ꝓxime. iſte
tñ intellectus eſt cōtra comunē opi. Jo. An. D. Anto.
et Panoꝛ. qui volūt ꝙ nō ſufficiat dicere appellatū niſi
et ꝓbet̃ grauamen in ipſa recuſatione. Sed quero
quid debeat ꝓbari in iſta ꝓbatione grauaminis. et cō
cluſio eſt ſꝫm omnes ꝙ non ſufficiat ꝓbare grauamen
de ipſa niſi uel ꝓbet̃ animꝰ iudicis. uel alio mō ꝯſtet d̓
iniquitate ex animo iudicis ꝓueniēte. et in dubio niſi iu
dex aliter ſe excuſet uidet̃ iniquitas ꝓueniſ ex animo iu
dicis. ēt ſi nō ꝓbet. Jta uoluit hic Jmo. et ita Panoꝛ.
et ita debet declarari Jo. An. nā in his que ſūt de gene
re maloꝝ preſumit̃ malꝰ animꝰ. c. i. j. de preſūp. c. ſicut
dignū. j. d̓ homi. l. i. C. ad. l. coꝛ. de ſicc. ſʒ inique ꝓnū
ciare eſt de genere maloꝝ. igit̃ etce. Succedit et alia
queſtio nūquid deſerta appellatiōe poterit iudex a quo
ſuſpectus recuſari. et uoluit hic Jnno. ꝙ nō. Nam per
dſertionē appellationis uidet̃ tacite ratificata ſentētia.
c. quo ad ꝯſul. ſuꝑ de re iud. l. ab eo. C. quō ⁊ qñ iud.
ergo et iniquitas ſiue ſuſpitio uidet̃ purgata. ſic habet̃
in ſimili in. c. i. ſuꝑ de his que vi uel met. cā. fi. in. l. ij.
C. ꝙ met. cā i. l. ſi ob turpē. ff. de ꝯd. ob turp. cām. D.
Anto. hic Panoꝛ. et Jmo. tenēt ꝯtrariū. nā deſtio appel
latiōis lʒ ꝯfirmet ſniā. ⁊ ānullet oēʒ effectū appellatiōis
tñ non dʒ ānullare recuſationē tenēdo itellectū cōem.
Nā in appellatione ad aliud agitur. ſ. ut pꝛioꝛ ſentētia
refoꝛmet̃. glo. lʒ deſerat̃ non faciet preiudiciū recuſatio
ni ex quo ad aliū finē tēdit. l. cuʒ queritur. ff. de excep.
re. iud. et faciūt que dixi ſupra in Rica circa caſuʒ appel
lationis. Et hoc deduco alio fūdamēto. nam recuſatio
nō naſcit̃ eo quia appellatū. ſed eo quia iniuſte factuʒ.
Et qꝛ iudex me grauauit. ſed deſertio appellationis lʒ
tollat appellationē nō tñ tollit iniquitatem iudicis nec
grauamē. ergo per deſertionē appellatiōis nō exclude
tur recuſatio. Si tamen teneremꝰ itellectū Jmole. foꝛ
te poſſet dici opi. Jnno. eſſe verā. nā ſꝫm eum recuſatio
naſcit̃ eo quia appellatū. cū ex appellatione naſcat̃ in
iuria. modo d̓ſertio appellatiōis remittit appellationē.
ergo et iniuriā. Ex intellectu tamen Jmole nōte vnū
ꝙ ēt ex leui iniuria pōt iudex recuſari. ita ꝯducitur. naʒ
appellatio nō ē magna iniuria iudici. imo vix ē iniuria.
l. et in maioꝛibꝰ. C. eo. et tñ ꝓpter eam iudex recuſat̃.
Et ideo dixit ipſe ꝯſiderādū eē qualitatē iudicis a quo
an ſit talis qui ſoleat ꝑturbari vel inimicari ꝯ appellan
tes. an vero non. iuxta nōta per Bar. in. l. de pupillo.
§. ſiquis ipſi. ff. de oper. no. nūc. et in. l. i. C. ſiquis im
pera. maled. per Ci. et ſic hētis ꝙ minoꝛ et maioꝛ iniu
ria reddit quem ſuſpectū ꝯſiderato animo recipiētis in
iuriā et qualitate eius. et facit qd̓ voluit Jo. An. et ibi
videbimꝰ in. c. poſtremo. et i. c. cū ſpeciali. i pꝛincipio.
vbi glo. et doc. j. e. vbi firmat iſtas ſuſpectiōes eſſe arbi
trarias iudici pꝛopter varias affectiones varia odia et
varietates perſonarum.

J duobus. Superioꝛ ad quē reus appellat ſi
ignorat te ſuꝑ eadem cā ad ſe appellaſſe co
ram eo te ꝯparet̃ uolētē poterit excomuni
care. et a ciuili iudice qui nō eſt de iuriſdictione eccleſie
non appellatur ad papam. hoc. d. Diuiditur in duas
partes. pꝛout duo dicta ponit. ſecunda ibi denique.

Nota pꝛimo ex illo tex. ibi duobus. et cetera. ꝙ poſ
ſunt ambe partes appellare a ſententia. intelligite ſꝫm
Jnno. hic qñ vtraqʒ pars grauaret̃. alias aūt ille qui
nō eſſet grauatus nō poſſet appellare. ij. q. vj. c. nō ſo
lent. ⁊. l. fi. C. qñ prouoc. vbi bonus tex. intelligendo
grauatum ſiue ex pꝛopoſito ſiue re ipſa vt dixi i Rica.

Nō ex tex. ibi. alter ad nr̃aʒ. alter ad ſui iudicis̃. ꝙ ap
pellātes poſſūt appellare ad diuerſos iudices. licet ſuꝑ
eodē negotio appellēt. tñ ipſa appellatio ſecūdo loco i
terpoſita nō oꝑabit̃ effectū deuolutiuū. cū ſit fruſtra
toꝛia. vt patebit ex infradicēdis. Et ideo ſꝫm vnum itel
lectū illa fuit ratio in tex. noſtro decidēi. ⁊ dubitañ. nā
ex quo appellatio ab vna parte fuerat ſuꝑ eodē nego
tio interpoſita ad vnū iudicē deuolutū eſt negotiū ad
ipm iudicē tam pꝛo appellante ꝙ̄ pꝛo appellato. l. am
plioꝛē. i pꝛincipio. vbi tex. C. e. l. fi. C. qñ pꝛouoc. ideo
ſecūda poſtea interpoſita appellatio per appellatū ad
alios iudices nō deuoluit aliquā iuriſdictionē ad eos.
quia iſta ſecūda eſt ſuꝑflua. d. l. fi. in fi. ubi. tex. cū ergo
non deuoluat et ipſi ꝓcederēt in cā ad inſtātiaʒ ſecūdo
appellanť ꝓbabiliter fuit dubitatū nūquid ꝓceſſꝰ eoꝝ
pꝛimitiuus ualeret. ſ. excomunicatio. et iſta fuit rō dubi
tandi. fuit poſtea rō decidēdi nā ex quo veriſimilr̃ iſti iu
dices tāꝙ̄ oꝛdinarij in cā appellationis potuerunt per
appellationē exiſtimar̃ iuriſdictionē ad ſe deuolutā cuʒ
ignoꝛaret appellationē ad aliū iterpoſitā. certe potue
rūt citare et ꝯtumacē nō uenietē punir̃. per ea que ha
bentur in. l. ij. ff. ſiquis in ius uoc. non recit. in. c. ſuꝑ
litteris. ſuꝑ de reſcrip. in. c. preterea. ſuꝑ. de dila. in. l.
ſiquis ex aliena. ff. de iudici. faciūt que dixi ſuꝑ in Rica
in tertia carta. Et hāc rōnē ſenſerūt dñi de rota dātes
hunc intellectū ad hūc tex. in decis. cclxij. que incipit.
Jtē ſi a ſentētia. et etiā. D. Anto. hic. Nota ex tex.
ibi. ad ſui iudicis etce. ſecūdū Panoꝛ. hic poſt Jnno. ꝙ
qñ unus litigātiū appellauit ad papā. alius appellauit
ad immediatum ſuperioꝛem. ꝙ licet mero iure utereqʒ
iudex habeat iuriſdictionē. tñ inferioꝛ habet eam elidi
bilem ope exceptionis. et illa fuit ratio dubitandi. quia
dubitabatur ꝙ inferioꝛ qui eſt ipſe ſolus qui habet eli
dibilem iuriſdictionem ope exceptionis non poſſet pꝛo

UVA. BHSC. IyR_025

cedere ɔ̃ ɔtumacẽ. Sed rō fuit decidẽdi quia ex quo ſi
opponebatur uidebatur ꝙ haberet iuriſdictionẽ. et iō
potuit excomunicare ɔtumacẽ. per nōta in. d. l. ij. cum
alijs. ſ. allegatis. Et ſic habes colligere ex illo intellec
tu ꝙ ubi appellať ad ſuperiorẽ. ſ. papã. et alter appel
lat ad inferiorẽ. ſ. archiepiſcopũ ꝙ inferior pōt ꝓceder̃
i cã puniẽdo ɔtumacẽ ſi ignorauit appellatũ ad ſupio
rem. Sed quid de alijs ſuperiorib⁹. j. papã nũquid
habebit locũ tex. nr̃ ſi primũ appellatũ fuit ad eos poſt
ea appelleť ad imediatũ ſupiorez. Et dicit hic Panor.
poſt Hoſt. ꝙ ſic. et uoluit Spec. e. ti. §. nũc tractem⁹.
uerſi. Quid ſi a ſentẽtia. dũmō iſti alij ſupiores ſint ta
les qui potuiſſẽt adiri omiſſis medijs. puta quia ſunt
legati. iuxta nōta in. c. i. ſ. de offi. leg. Nō ex tex. ibi.
niſi iudex. etce. ſm̄ itellectum panor. et Inno. ꝙ ubi iu
dex habet iuriſdictiōez elidibilẽ ope exceptionis. ita de
mum pōt pũire ɔtumacem ſi hoc ignorat. ſ. ꝙ ſua iuriſ
dictio ſit elidibilis. et ſic a ɔ̃rio ubi ſcit nō poterit puniř
ɔtumacẽ. quia ex quo ɔſtat ſibi de defectu ſue iuriſdic
tionis nō pōt dici ꝓcedere ut iudex. et iō nō puniet cō
tumacẽ. qđ itelligite niſi ſit talis defect⁹ qui tacito ɔſen
ſu partis pōt remitti. quia tũc pars nō opponẽdo uide
tur ꝓrogare. c. cũ olim. lo primo. ſ. de offi. del. et. d. c.
ſup litteris. ubi nōtur. ſ. de reſcrip. Et iō ꝓceſſ⁹ iudicis
ɔ̃ ɔtumacẽ bene ualeret. caſu quo haberet iuriſdictionẽ
quã pars poſſet elidere. quia ſatis eſt ꝙ non eſt eliſa. ⁊
de hoc eſt glo. nō. in cle. ij. in verbo. ɔpetẽtez. ut lit. pẽ.
Nō etiã ex tex. ibi. ſi a ciuili iudice. ꝙ a ciuili iudice ñ
pōt appellari ad eccleſiaſticũ etiã papam. et hoc etiam
uoluit glo. x. di. c. qm̄. et faciũt que dixi in Rica. tamen
ſi eſſet priceps nō recognoſcens ſuperiorẽ poſſz appel
lari ad papam ut dixi in Rica. et ſic habeť īferre ex illo
tex. illud vulgare. Que ſunt ceſaris ceſari. ⁊ que ſũt dei
deo. quia papa nō ſe impedit de foro ciuili. tamẽ in cau
ſis ualde arduis ⁊ ſcãdaloſis exercet iuriſdictionẽ inter
laicos. c. pro humani. de homic. li. vj. Itẽ ubi eſſet du
bius articul⁹ inter legiſtas recurriť ad deciſionẽ pape.
c. per uenerabilem. j. qui fil. ſint legi. et ita hic Panor.
Nota ex tex. ibi. ante iudiciũ uel poſt. ſm̄ omnes ꝙ
ubi cã tractať in foro ciuili ðbet ſeruari ordo ꝓcedendi
ſm̄ ius ciuile. ubi tractať i foro canonico ſeruať ordo iu
ris canonici. dato ꝙ ꝓcedat inter laicos. et iō in terris
eccleſie idifferẽter appellaretur ab omni iterlocutoria
dũmodo adſit cã etiã inter laicos. Ita hic eſt tex. a cō
trario ſenſu. Et uoluit Archi. ij. q. vj. c. non ita. et faci
unt notata in. c. ꝙ clericis. ſup̃. de for. comp. et ita hic
Panor. ultra alios. Nō ex tex. ibi. ſm̄ iuris rigorez.
etce. iũctis predictis ſm̄ Bal. ꝙ licet papa habeat ple
nitudinẽ poteſtatꝭ qua poſſet uti tamẽ debet iuris rigo
rem ſeruare. et faciunt que uoluit ipſe Bal. ſup̃ in pro
hemio Gregoriano. in. iij. et. iiij. columna. in. c. cum
adeo. in. c. cũ dilecta. in fi. ſup̃. de reſcrip. et etiã Bal. i.
l. ij. C. de ſerui. et a qua in. l. ſi non ſpeciali. et i. l. om
niũ. C. de teſta. Jo. An. et. D. Anto in. c. dudũ. j. de
deci. Ultimo nō ꝙ ualet ɔſuetudo ðuoluẽs cauſas
appellationis de foro ſeculari ad eccleſiaſticũ. eſt tex. i.
c. Romana. §. i. eo. ti. li. vj. et etiã que habentur in. c.
ſi clericus laicum. ſ. de for. cōp. Glo. in uerbo. ſui
iudicis. in fi. nōte ex glo. relata ad tex. ꝙ a ſentẽtia lata
per epiſcopum pōt utraque pars appellare. ita ut una
appellet ad papã alia ad archiepiſcopũ. Pro clariori
tñ intelligẽtia reuoco in dubium. nũquid utraque pars
poſſit appellare a ſentẽtia. et dicite ꝙ aut querimus an
poſſit appellari ab eodẽ capitulo. et tũc ɔcludite ꝙ nō
quo ad hoc vt ſecũda appellatio teneat. Ille eſt tex. i
. l. ampliorẽ. in principio. C. eo. in. l. fi. C. qñ prouoc.
Glo. i. c. ſignificauerũt. ſup̃ ð excep. ⁊ ibi ſcribẽtes. Et
ita tenẽt dñi de rota i deciſ. cclxij. q̃ icipit. itẽ ſi a ſẽtẽtia
⁊ ita Dñs Anto. hic et Panor. lz Inno. ⁊ mal. volue
re ɔ̃riũ. Et eſt rō. tũc quia pma appellatio ðuoluit ad

ſuperiorẽ cauſã. ⁊ iō abeo ampli⁹ audiri nō poteſt nec
ſecũda appellatio ãpli⁹ habet quid operetur. per ea que
dixi ſup̃ i Rica. i articulo. an appellatio poſſit geminari.
tum quia ne iudex grauetur ſupfluis appellationibus.
et hãc rationẽ ſenſit tex. in. l. fi. i fi. C. qñ ꝓuoc. Et ita
ɔcludit Bal. in. d. l. ampliorẽ. in pricipio. et ibi etiã glo.
et ita Bal. in. d. l. fi. et Bar. Aut ſecũdo caſu ſenten
tia ɔtinet diuerſa capitula ſz ɔnexa. et tunc interpoſita
vna appellatione ſup vno capitulo cũ de ɔnexis idez
ſit iudicium. c. trãſlato. ſup̃ de ɔſti. cũ vulgarib⁹ talꝭ ap
pellatio ɔpřhẽdet omnia capitula ɔnexa. et iō eadem
ratione qua in precedẽti mẽbro aduerſarius volẽs ſe
cundo appellare nō admittetur ꝓpter deuolutionem
iam factã per primã appellationẽ et ſuperfluitatẽ ſecun
de. Itẽ ne fiat iniuria iudici totiẽs ab eo ꝓuocãdo. et
ita glo. nō in. d. l. ampliorez. in pricipio. et ibi ſcribẽtes
ſequnť. Et ita eſt tex. in. l. etiam. §. i. ff. de minor. et ita
nōtur in. d. c. ſignificauerũt. et in. c. Rainuti⁹. ⁊ in. c.
Rainaldus. j. de teſta. Aut et tertio caſu appellať
a ſentẽtia ɔtinẽte plura capitula. ſed diuerſa. Et tunc
aut appellať ſimpliciter a ſentẽtia. et illo caſu alia parſ
ſup diuerſo capitulo appellare nō poterit. nam appel
latio ſimpliciter iterpoſita a ſẽtẽtia operať effectũ deuo
lutiuũ nō ſolum reſpectu eius capituli in quo appellãs
eſt grauat⁹ ꝓpter qđ veriſimiliter uideť appellare. ſed
etiã quo ad omnia alia capitula etiaz diuerſa ɔtenta in
ſentẽtia. et operať hunc effectũ tam ad vtilitatez appel
lantis q̃ ad vtilitatem appellati. et cō. uſqz adeo ꝙ
appellat⁹ nō poſſit ampli⁹ ab ea ſentẽtia appellare. ſz
vigore prime appellationis pōt ſua grauamina deduce
re. Ita ex tex. ſm̄ vnũ itellectũ. et ibi voluit Bar. in. d.
l. fi. Panor. in ɔſi. ij. incipi. chriſti. etce. Cōſilium qđ iu
dex. D. Anto. in. c. cũ iohannes. de fid. inſtr. Et ita vo
luerũt dñi de rota i deciſ. ſua prealleg ata. Et etiaz dñi
de rota in deciſ. ſua. ccel. que incipit. item ſi auditor. vbi
ſequnť itellectũ datũ per Bar. ſecũdo loco ad illã. l. fi.
ſ. ꝙ illa. l. fi. loquať qñ iudex a quo nihil ꝓnũciauit de
expẽſis. et ſic grauauit victorẽ i expenſis iſto caſu victo
appellãte a ſentẽtia deuoluitur nō ſolũ pricipalis cauſa
ſz etiã cã expenſaꝝ ad iudicem ad quẽ qui ſup illis pote
rit ɔdemnare. Et ideo victor nō poſſet appellare. ſec⁹
dicũt ſi victus nō appellaſſet. quia ne remaneat graua
tus victor pōt appellať ꝓpter omiſſaz ɔdemnationem
expenſaꝝ. et ita intelligũt illũ tex. l. fi. Et ita Ang. ɔſi.
ccij. qđ incipit. in dei etce. viſa petitione. tñ illa. l. fi. quo
ad hoc membrum nō ita generaliter ſatiſfacit. quia ap
pellatũ fuerat a principali. et expẽſe ſũt ut acceſſorium.
Aut pars appellat a ſententia ſed nō ſimpliciter ſed
cũ ꝓteſtatione appello in pũctis et paſſib⁹ faciẽtibus ɔ̃
me. Et illo caſu appellat⁹ etiam reſpectu diuerſi capi
tuli nō pōt ipſe ampli⁹ appellare. ita Panor. hic in fi.
Mouet quia ɔtinẽtia cauſe diuidi nō debz. l. nulli. C.
de iudic. et ideo poſtq̃ per appellationẽ primã vno cō
textu eſt appellatum nō debebit poſſe diuidi illa ɔtinẽ
tia cauſe Et iō appellat⁹ nō dz poſſe ampli⁹ appellať.
qr tota cã videť deuoluta. ideo Bal. in addi. ad Spec.
o. ti. columna. xxxij. in addi. q̃ incipit. Officiũ. tenet
ꝙ non obſtante hac proteſtatione appellatio deuoluet
totũ. i ɔ̃riũ ẽ tex. i. c. Rainald⁹. et ibi nōt Panor. circa
mediũ. j. ð teſta. vbi fuit appellatum ab vna parte cuz
dicta ꝓteſtatione. ⁊ tamẽ illa pars appellans fuit audi
ta. et iſta opi. videtur tutior ꝑ fundamẽta que deducã i
ſequẽti membro. Aut ſentẽtia ɔtinet diuerſa capitu
la. ⁊ appellatũ eſt ab vno capitulo tm̄. et tũc alia pars
poteſt ab alio capitulo appellare ⁊ ad diuerſos iudices
vna ad papã. alia ad archiepiſcopum ſm̄. D. Anto. ⁊ Pa
nor. ⁊ de hac multiplicatione appellationũ ſup diuerſiſ
articulis Idẽ tenet glo. i. d. l. ãpliorẽ. in pncipio. et ibi
Bal. ⁊ facit tex. in. l. quid tñ. i pncipio. ff. de arb. i. c. cũ
tẽpore. ⁊ ibi nōtur ſup̃ de arb. ⁊ eſt rō. nã tot ſũt ſenten

UVA. BHSC. IyR_025

tie quot ſūt capitula diuerſa ī ſentētia.l. ēt.ff.ꝺ minoꝛ. l.carmelia pia.ff.de iurepatro.l. quedaȝ mulier.ff.fa mil.hercíſ.ꝺ.c.cū tpe.c. Rainuciꝰ.c. Raināldꝰ.ĵ.ꝺ te ſta. Si gͦ tot ſūt ſētetie quot capitula appellaț.ab vno capitulo nō dicetur appellare niſi ab vna ſententia.er go nō deuolueť reſpectu alterius capituli.ergo appella tus debet poſſe appellare cuȝ p̄ma appellatio circa di uerſum capitulū nichil opetur. Et ita hic.D.Anto.et Panoꝛ.⁊ ita Jmo.D.Anto.et Panoꝛ.i.ꝺ.c.ſignifi cauerūt.⁊ ibi tex. Jta Jmo.in.c. Rainuciꝰ.in textuali bus.in.iij.carta.et Jta Jo.An.in.ꝺ.c. Rainaldus.

Sȝ pro cōplemēto nūquid vbi appellatus poteſt et ipſe appellare poterit appellatio iterponi ad diuerſos iudices.⁊ ꝯcludit hic.D.Anto.et Panoꝛ.ꝙ vbi appel lant reſpectu diuerſoꝝ capituloꝝ poterūt appellare ad diuerſos iudices ipſe p̄mo appellās ⁊ appellatus.quia cenſētur diuerſa capitula diuerſe ſentētie.ergo ⁊ diuer ſe cauſe appellationuȝ.nec obſtat tex.in.c.diſpendia. de reſcrip.li.vj.in.c.fi.ſupꝛa de reſcrip.quia non ꝓce dunt in cā appellationis.ita Gemi.et Jo.An.in.ꝺ.c. diſpēdia.et ita hic.D.Phil.peruſinus. Glo.in ver bo.tenebit.in fi.habetis ex glo.duo ꝯ̄ria.pꝛimū.ꝺ.c.ꝑ tuas.ĵ.ꝺ.ſent.exco.glo.bene nō ſoluit. Unde dicite ꝙ ille tex.loquiť de iudice a quo.quia excomunicatio la ta poſt appellationē a iudice a quo nō tenet.nos loqui mur in excomunicatione lata ꝑ iudicē ad quē. Quo ad ſecūdū ꝯ̄riū ꝙ ex quo non eſt iudex iſte archiepiſco pus nō potuerit excomunicare.glo.bene ſoluit.quia ꝯ̄ riū ꝓcedit vbi non tractať de ꝓceſſu ꝯtumacie puniti uo.Nos vero loquimur quādo tractatur de punienda ꝯtumacia non ꝯparentis.et ipſe iudex ignoꝛat ſe eſſe iudicē vel non eſſe.vnde cū reſpectu habitꝰ iuriſdictio nis quam hȝ quia eſt iudex in cā appellationū ipſe ar chiep̄s potuit veriſimiliter credere ſe iudicē.et citatꝰ de buit ꝯparere ad allegādū ſuā exceptionē.per iura alle gata in glo.al's potuit de ꝯtumacia puniri ⁊ ſic excomu nicari.naȝ excomunicatio eſt pena ꝯtumacie.c.qm̄ fre quenter.in.fi.et in.c.tuc.ȝ̄.ut lit.nō ꝯt.c.nullus.c.ne mo.c.quicūqȝ.c.certum.xj.q.iij.imo excomunicatio non eſt ferenda ab homine niſi pro ꝯtumacia.c.epi.et ibi glo.xj.q.iij. Et quo minoꝛ eſt cā ꝯtūacie eo maior eſt ꝯtumacia.glo.nō.in.c.duo.lxxxvj.di. Et iō maiꝰ diciť eſſe peccatū carnalitas ꝯmiſſa cum turpi ꝙ̄ cū pul cra.glo.ē i.c.fi.xiiij.q.ultima. Et ex p̄dictis habes colligere ƀm pꝛimū intellectū tex.nr̄i ꝙ hic iſte archie piſcopꝰ nō haberet iuriſdictioneȝ ipſo iure.et ꝙ iudex qui al's habȝ habitū iuriſdictionis in ſimilibꝰ cauſis licȝ in vna cauſa nullā habeat iuriſdictionē ſi tm̄ veriſimili ter exiſtimat ſe iuriſdictionem habere pōt facere ꝓceſſū ꝯtumacie punitiuū.et excomunicare ꝯtumacē. Et pro hac opi.facit tex in cle.i.in fi.de reſcrip.et glo.in.c.fi. ȝ̄.de reſcrip.vbi iudex qui nullo mō habȝ iuriſdictionē bene mulctat in expenſis.ergo ⁊ ita puniet ꝯtumacē in caſu nr̄o. Sȝ ꝯ̄ ꝯcluſ.glo.nr̄e ⁊ tex.opponit Jnno. et poſt eum comuniter ſcribētes videť ꝙ iſte ꝓceſſꝰ ꝯtu macie punitiuus nō valuerit per tex.in.l.ſi pꝛetoꝛ.§. marcellus.ff.de iudicijs.in.c.cum bertoldus.et ibi hē tur.ȝ̄.de re iudicata.vbi obtētū ꝯ̄ abſētem per falſas allegationes nihil valet.ergo nec iſta excomunicatio valebit.quia obtēta ꝯ̄ abſēteȝ.⁊ per falſas allegatiōes. qͦ pȝ.quia pars adiuit archiepiſcopū tacito ꝙ appella tum eſſet ad papaȝ.ꝙ ſi expꝛeſſiſſet archiepiſcopꝰ nō ꝓceſſiſſet ad vlterioꝛa nec potuiſſet ꝓcedere.per tex. ibi.niſi iudex. Soluit Jnno.ꝙ excomunicatio hic nō annullať quia hic non fuit falſitas expꝛeſſa ſed veritas tacita.in ꝯ̄rijs fuit falſitas expꝛeſſa. Et per hoc ꝯcludit nōbiliter ⁊ ꝯmēdat Bal.hic ꝙ aduerſariꝰ ēt exceptiōeȝ annullatiuā iuriſdictionis iudicis nō teneť expꝛimere. quia pars nō tenetur expꝛimere facta aduerſarij.c.i.ȝ̄. de ꝓba.hoc tm̄ limitatur nō ꝓcedere caſu quo dolo ta ceret ius aduerſarij.quia illo caſu nō valeret ꝓceſſus inde obtentꝰ nec ſētētia.ita Jnno.in.c.fi.ȝ̄.de accuſa. in vna opi.quē hic allegant et ſequntur.D.Anto.et Panoꝛ.ſed Jmo.hic tenet ꝯ̄riū dicēs pꝛimo ꝙ illa non fuit opi.Jnno.quia licet referat opi.ī ca non perſiſtit. ſȝ poſtea dat aliā opi.Mō in dictis Jnno.illa eſt regu la ꝙ in ea opi.cenſetur reſideť quā vltimo loco ponit. ita Jo.An.in.c.i.in nouella de pen.li.vj.ita Bal.i au tētica.ex teſtamēto.C.de colla.et de iure.Dic̄ Jmo.hāc opi.nō poſſe pꝛocedere per talē rōnem.nam hoc ꝯce dit Jnno.et alij ꝙ nō tenetur aduerſariꝰ allegare defē ſiones partis aduerſe.ergo per hoc non dicetur eſſe in dolo lȝ non faciat. Sed dato ꝙ ſit in dolo poterit dice re.quis tulit gracchos de ſeditione querētes.dicet eniȝ pars.ſi ego fui in dolo non dicēdo defēſiōes tuas.et tu es in maioꝛi dolo qui citatus ad hoc a iudice nō ꝯparui ſti.vnde dolus cum dolo ꝯpenſetur.c.pe.ĵ.de adult.

D.Benedictꝰ hic et latiꝰ perusi.fede.diſtictīcis iſtaſ ꝯ̄rietates ꝯcoꝛdāt. Quia aut pars tacet talem defenſio nem aduerſarij per quā declaratur nullū ius penitꝰ cē vel i agēte vel in iudice.⁊ illo cāu ꝓcedat dictū Jnno. in.ꝺ.c.fi.quia pars nō ſolū eſt in dolo tacēdo.ſed etiā eſt in dolo vtendo actis geſtis per iudicē quem ſciebat n̄ eſſe iudicem.et iō talis ꝓceſſus ſit nullus.nec pars poſ ſit eo vti. Et ad hoc aducūt dictū Jo.cald.et comūiter doc.in.c.ad ꝓbañ.ȝ̄.ti.i.vbi ſi pars ꝯparet coꝛā iudi ce tollerato.quem ſit excomunicatuȝ eſſe licet regulari ter ꝓceſſus iudicis excomunicati et tollerati valeat.tm̄ hoc caſu in odium iſtius ſcientis non valebit. Jta er go in ꝓpoſito in odium ꝯparentis coꝛam iudice non habente iuriſdictionē nō debet valere ꝓceſſus. Aut vero ꝯparet coꝛā iudice qui habet iuriſdictionē ſed eaȝ pars aduerſa poteſt elidere opponēdo exceptionem.⁊ tunc ꝓcedat dictū Jnnocētij hic et ſequaciū.quia non teneť allegare defenſionem partis.nec iſte eſt i dolo cō parendo coꝛaȝ iſto iudice.ex quo eſt iudex donec oppo nať. Et nōte ꝙ dato ꝙ pars citata fuerit contumax ſi veniat poſt pꝛimū actū.qui ſolȝ geri poſt lit.ꝯſt.i cauſis in quibus ꝓcediť lite non ꝯteſtata nō poterit amplius opponere declinatoꝛiam aliquā ne ſit melioꝛis ꝯditiōis ꝯtumax ꝙ̄ veniens. Jta glo.in.c.i.in glo.in verbo. abſentia.de elec.li.vj.Bar.in.l.nulla.et in.l.nihil.C. de ꝓcur.et ita.D.Anto.in repetitiōe circa pꝛimā glo. i.c.cū.M.ferrarieñ.ꝺ ꝯſti.⁊ ita Panoꝛ.hic ⁊ Jmo. tm̄ ꝯtumax lȝ a declinatoꝛijs opponendis poſtea exclu dať.tm̄ non videť ꝓrogare iuriſdictionem eius iudicis qui nullam in eo haberet iuriſdictionē.ita Jnno.nō.i c.innotuit.ĵ.de eo qui fur.oꝛd.ſuſ.quē allegat et ſequiť Bal.i.l.ſi qui ex ꝯſēſu.C.ꝺ ep̄a.aud.⁊ ēt Ang.i.l.ij.i fi.ff.ſiquis in ius voc.nō ier.vbi allegat ēt Jnno.idē velle.in.c.p̄ſenti.qͦ hodie icipit. Statutū.de reſcrip. li.vj. Glo.i verbo.cognouerit.in fi.nōbitis ex glo. ꝙ ſi iudex cognoſcit ſe nō habere iuriſdictionem citādi quia elidibilis ſit exceptione ƀm intellectū Panoꝛ.ſup̄ relatā vel quia nullā habeat iuriſdictionē ip̄o iure ƀm intellectū.D.Anto.nō poteſt citare.et ſi citet pars nō teneť cōparere.facit i ſimili glo.nō.in.c.ſi epiſcopꝰ iij. q.ij.⁊ in.c.veniēs.in glo.fi.ĵ de accuſa.dum volunt ꝙ vbi notoꝛiū eſt ꝙ citatio nō arctat citatū citatꝰ nō teneť cōparere.glo tm̄ videť ꝯtraria in.c.cū oꝛdinē.in fi.ſup̄ ꝺ reſcrip.licet Hoſt.ibi ſequatur iſtas glo.⁊ ad glo.illā r̄ndet ibi Jmo.et Panoꝛ. Et i ꝯ̄riū etiā facit glo.i cle. appellanti.de appel.dū vult ꝙ notoꝛiū ſaltē debeat ꝓponi.i ſimili ēt facit glo. pꝛo opi.glo.noſtre i cle.pa ſtoꝛalis.§.piſana in verbo.notoꝛio.de ſen.⁊ re iud. vbi citatꝰ ad locū notorie nō tutū nō teneť cōparere. Et hāc glo.ſequntur comuniter hic ſcribētes. Sed retēto qͦ dicit glo.ƀm itellectū Panoꝛ.ꝙ vbi iudex ſcit iuriſdictionē ſuā elidibilē exceptione nō poteſt ad vlte rioꝛa ꝓcedere.limitabiť ƀm Jmolā hoc nō ꝓcedere

UVA. BHSC. IyR_025

tali exceptione que eſſet remiſſibilis ꝑ partes. ꝓuta ſuſ
pitionis. nã licet ſciat ſe ſuſpectũ parte nõ opponẽte po
terit ꝓcedere. Ita glo.. in cle. ij. in ṽbo. competẽtẽ. vt
lit. pen. ⁊ ſic iſta glo. reſtringitur ꝙ non ꝓcedat niſi in
exceptionẽ que non põt per partes remitti. et facit in ſi
mili glo. in. c. clericũ nullꝰ. xj. q. i. dũ vult ꝙ clericꝰ cita
tus corã laico licet nõ opponat exceptionẽ declinatoriã.
poſſit tñ eam poſtea qñcũqꝫ opponere. et ita Bal. hic ĩ
fi. per ea que hñtur in. c. ſi diligẽti. et ĩ. c. ſignificaſti. ſ̃.
de for. cͦp. in. c. at ſi clerici. ſ̃. de iudici. Et ille eſt ꝓprie
intellectꝰ tex. nr̃i. nam ꝙ archiepiſcopus nõ haberet iu
riſdictionem ſm̃ ĩtellectũ Panor. et Inno. hoc ꝓueie
bat ope exceptionis. nõ ipſo iure. verũ exceptio illa nõ
reſpiciebat ſolũ comodum partis. ſed honorẽ etiã iudi
cis ſupꝛioris cui inferior ſi ↄcurrat in eadẽ cã ut hic tene
tur cedere. c. per hoc. de here. li. vj. non miꝝ ergo ſi ẽt
parte nõ opponẽte, ex quo archiepꝰ ſcit appellatũ ad
papã tenetur cedere ſuperiori. ⁊ iõ ꝓcedere nõ poteſt
Sed vt habeatꝫ materiã dicite quatuor mẽbra eſſe ĩ
ↄſideratione. Aut eñi iudex nullã habet iuriſdictionẽ
ĩpo iure. et tũc ſi hoc ſcit. ipſe iudex non poteſt ꝓcedere
nec ad ↄtumaciã puniẽdũ nec ĩ p̃ncipali cã. ⁊ ita loqui
tur tex. nr̃ ibi. niſi iudex. ſꝫ p̃mũ intellectũ. Si vero iu
dex ignorauit defectuꝫ iuriſdictiõis ꝓbabili ignorãtia ⁊
tũc quo ad iudicẽ valet ꝓceſſꝰ contumacie punitiuꝰ ex
quo veriſimiliter credebat ſe iudicẽ. ⁊ ita vult glo. pñs
in verbo. tenebit. ⁊ ibi dixi. In p̃ncipali aũt non vale
bit ꝓceſſꝰ. quia ↄtumacia partis nõ facit iudicẽ eũ qui
non eſt ĩpo iure. Inno. in. c. innotuit. ĩ. de eo qui furt.
ord. ſuſ. et in. c. ij. de dila. Et iõ cautela eſt ſm̃ Panor.
⁊ alios ꝙ ante omnia ꝓnũciet ſe iudicẽ. nã tunc parte
nõ appellante vt poteſt vt eſt glo. nõ. in autẽtica. habi
ta. circa fi. C. ne fil. pro pat. tranſibit talis ſẽtẽtia in reꝫ
iudicataꝫ. c. ſignificantibꝰ. vbi tex. ſ̃. de offi. del. c. cum
dilecti. in fi. ſ̃. de elec. c. ex parte. M. ĩ. eo. cũ ergo tran
ſiuerit in rem iudicatã talis ſentẽtia faciet ius. l. igeniũ.
cũ ſimilibus. ff. de ſta. ho. et ideo habebiť pro vero iu
dice. et ſic valeret ꝓceſſus ẽt in principali. et ita Inno.
in. d. c. ij. ſ̃. de dil. ita. D. Anto. et Imo. in. c. ſuꝑ litte
ris. et ibi. D. Anto. in pe. car. ſ̃. de reſcrip. voluit Bar.
et Ang. in. l. ij. ff. ſiquis in ius voc. non ier. nec ſuffice
ret ꝓcedere ad vlteriora niſi expreſſe interloquereť. ita
doc. vbi. ſ̃. Quo ãt ad partẽ que obtinuit ſentẽtiaꝫ uľ
etiã ꝓceſſũ ↄtumacie punitiuũ nũꝙ ſi ĩpa ſciuit defectũ
iuriſdictionis valebit ſentẽtia nec ꝓceſſus ↄtumacie pu
nitiuꝰ. et ideo non ꝓdeſſet ei ſi miſſus eſſet ĩ poſſeſſio
nem ex primo vel ſecũdo decreto. quia videť ĩ dolo ver
ſari litigãdo coram iudice quem ſcit non eſſe iudiceꝫ. ita
Panor. hic per ea que voluit Io. An. in. c. dilectꝰ lo ſe
cũdo. ĩ. de prebẽ. que voluit Io. cal. ut heri dixi ĩ. c. ad
ꝓbañ. ſ̃. de re iud. Et ſic cũ pena ↄtumacie ſit ꝓpter
ↄtemptam maieſtatem iudicis. l. j. in principio. ff. ſiquiſ
iuſdi. non obtemp. hoc reſpectu valebit ꝓceſſus. nam
reſpicit culpam ↄtumacie que quo ad iudicem nõ debꝫ
dolo ꝑtis excuſari. licet aduerſariꝰ ſit ĩ dolo. ſed Imo.
hic tenet ꝙ ĩmo per hũc pretenſum doluꝫ partis nõ dꝫ
ꝓceſſus etiã quo ad eam vitiari. quia non eſt in dolo
pars ſi non allegat ius aduerſario ↄpetẽs. ſed aduerſa
rius in dolo eſt ex quo non venit citatus. per nõta ꝑ
glo. in verbo. abſentia. l. c. i. de elec. li. vj. et per Inno.
hic. Precedens tñ opi. Imo. diſtingui põt per ea que
ipſe ponit hic in. iiij. columna. quia aut iudicis iuriſdic
tio eſt nulla. et ſi defectum ignoret iudex. puta quia ab
excomunicato ĩpetratũ reſcriptũ per qͦd datꝰ ẽ iudex ⁊
nullus ſit ꝓceſſus niſi quo ad ↄtumaciam puniendã.
per nõta in. c. i. ꝺ reſcrip. li. vj. aut iudicis iuriſdictio nõ
eſt nulla niſi demum iudice ſciẽte. et valeť ꝓceſſus etiã
in pricipali. Sed tenẽdo predictã ↄcluſionẽ ↄ Imo.
que fuit. D. An. et Panor. habetis inferre ꝙ ſi ĩ caſibꝰ
in quibꝰ non põt appellari ad inferiorem a papa puta
in. c. quẽuis. ꝺ. elec. li. vj. et videbimus in. c. ut debitus.
ĩ. eo. talis inferior ꝓcederet in cã huiuſmõi appellatiõis
quaſi iudex ad quem nullo pacto valeret ꝓceſſus nec
ſentẽtia. quia nõ eſt tollerabilis ignorãtia in ipſo iudice
cũ ignoret ius. ita Panor. hic. et ideo ſi quis adiret ar
chiepiſcopuꝫ tanꝙ ad eum eſſet appellatũ cũ in verita
te non eſſet. vel etiam ſi eſt appellatũ fuit renũciatum
appellationi cũ potuerit hic archiepiſcopus iſte ꝓbabili
ter decipi. quia tractať de facto aliẽo. c. ab excomunica
to. ſ̃. ꝺ reſcrip. ideo ſi ꝓcedat in cã quaſi iudex ad quẽ
valebit ꝓceſſꝰ ↄtumacie punitiuꝰ. ita Inno. hic. Sed
tñ quia pars in dolo verſatur utendo falſis appellatio
nibꝰ. uel iam per renũciationẽ ſopitꝭ in odiũ doloſi da
biť reſtitutio aduerſus iſtuꝫ ꝓceſſũ. ita hic Inno. ⁊ ſe
quntur comuniter in hoc doc. licet Io. An. hic referẽs
Cõpoſto. in. d. c. ſuper litteris. videať velle ꝙ indiſticte
ualeat ꝓceſſus. et male ſm̃. D. Anto. et Imo. licet ali
quo caſu poſſit ſaluari. Et ideo retẽto dicto themate di
cit hic. D. Anto. et Imo. ꝙ ẽt reſpectu ꝓceſſus cauſe
principalis ualebit ipſe ꝓceſſus et ſententia ſi iudex ꝓ
nũciauit prius ſe iudicẽ. et ita ſaluãt Io. An. per ſupra
dicta. Et infertur ad aliam queſtionẽ ꝙ ſi pars nul
liter appellauit quo caſu appellatio nõ deuoluitur ſi tñ
iudex ad quem ꝓnũciauerit ſe iudicẽ ualebit ꝓceſſus ⁊
ſentẽtia et que inde ſequnť. ita Io. An. et Gemi. in. c.
i. §. poſt hec. eo. ti. li. vj. Et iõ dicit hic. D. Anto. et ſe
quitur Imo. ꝙ ſi iudex in curia ꝓnũciaret appellatio
nẽ deuolutã ad curiã que in ueritate nõ erat deuoluta.
habeť pro deuoluta. et põt ꝓcedere et iudicare. lꝫ dicat
ꝙ de ſtilo curie hoc non ſeruetur. allegans. D. de rota
in deciſ. ſua. cxiiij. Sꝫ tñ dicit hic Imo. dictuꝫ rote ꝓce
dere qñ errore iuř. apparebit ꝓnũciatuꝫ deuolutã eſſe
cauſam que nõ eſſet deuoluta. alś ſtat cum primo dicto
D. Anto. et ad hoc late per. D. Anto. et Bal. in. d. c.
ſuꝑ litteris. per Imo. in cle. ſi appellationem. c. Bal.
in. c. ſua. et glo. in. c. dilecti. ĩ. eo. ſ. terzo. Archi. in. c.
romana. §. ſi uero. ꝺ appel. li. vj. Federi. ↄſi. cxxj. qͦd
ĩcipit. audiui. Et iõ dixit rota deciſ. cliij. ꝙ auditor ĩ cã
appellationis deputarꝰ ſi opponať appellationẽ deſer
tã poteſt ꝓnunciare ſuper hoc. quia habet in ſe cogno
ſcere an ſua ſit iuriſdictio. et faciũt que dicã in. c. ex ra
tione. ĩ. eo. et talis exceptio ꝙ deſerta ſit appellatio po
teſt opponi. cũ omnes ſint lites finite. qꝛ p̃ſupponit ſen
tẽtiã trãſiuiſſe in rẽ iudicatã. ita et ꝙ nõ eſt appellatuꝫ
vel minꝰ legitime ↄ iudiceꝫ a quo in viã declinatorie. et
hoc comperto ĩpe iudex abdicabit a ſe cauſã et condem
nabit appellantẽ in expẽſis. c. reprehenſibilis. c. ſepe.
ĩ. c. ita Federi. ↄſi. lxiiij. incipi. in xp̃i nomine ⁊c. Caſꝰ
talis eſt. quidã a ſentẽtia. ⁊ ſic dupliciter poteſt oponi.
in viã dilatorie. Itẽ ĩ uiã perẽptorie. Iõ dixit Petrꝰ ꝺ
Ancha. ↄſi. cclxj. ĩcipi. in. xp̃i ⁊c. ꝓ declaratiõe triũ q̃
ſitorũ. in. ij. ⁊ iij. col. ꝙ ſi opponitur deſertione appella
tionis in viã ꝺclinatorie. ⁊ ſic ad ꝓceſſũ iudex nõ poteſt
ꝓnunciare ꝓcedendũ ad vlteriora ſaluo iure deſertio
nis in viã declinatorie opponẽde. quia eſſet nulla ſen
tentia. c. exhibita. de iudicis. ſed bene poſſet ꝓnũciare
ſaluo iure deſertionis in uiã peremtorie opponẽde. ⁊ ĩ
dubio uidetur potius ꝓnunciare ſaluo iure ꝺſertionis.
ſ. in uiã peremptorie. ita poterit ſuſtineri dicta ſẽtẽtia. ⁊
nõte quia ſepe hec practicãtur. Et iõ ſi deſerta appel
latione iudex ad quẽ ꝓnũciaret ſentẽtiã ĩfirmãdo nul
la eſſet ſentẽtia niſi prius ꝓnunciet appellationẽ nõ eẽ
deſertã. ⁊ ſe cõpetentẽ iudicẽ. ⁊ appellatio nõ ſit fruſtra
toria nec friuola. ita. D. Ant. in. c. ꝓxime. ſ̃. in. viij. q̃
ſtione. ⁊ faciũt ſupradicta. Secũdũ membrũ eſt quã
do iudex habꝫ iuriſdictiõeꝫ ſꝫ elidibilẽ exceptionẽ. ⁊ illo
caſu iudice ignorãte ualet ꝓceſſus ↄtumacie punitiuꝰ.
et etiã ſentẽtia ſuper p̃ncipali. quia eſt quid ĩputeť par
ti que nõ opponit ſuã exceptionẽ. ⁊ aduerſarius etiã ſi
ſciat hãc exceptionẽ ↄpetere parti ideo nõ teneť illã op

c

UVA. BHSC. IyR_025

ponere.ita Jnno. hic.ꝛ heri dixi.ꝛ ſic ſm̄ Panoꝛ.poſ
ſet ualere ꝓceſſus coꝛā utroqꝫ.in ꝯriū nō Jnno.in.c.
cū.M.de ꝯſti.dū ibi uult ꝙ ſi eodē inſtanti ꝓcedit co
rā ſuperioꝛe ꝛ iferioꝛe nō ualet ꝓceſſus iferioꝛis. Sed
dicit D.Anto.et Jmo.cōriuꝫ ꝓcedit inchoato ꝓceſ
ſu pꝛiꝰ coꝛā ſuperioꝛe.quaſi cauſā tūc ad ſe aduocaue
rit.c.ut noſtrū.j.e.tex.iſte non dū inchoato coꝛā ſupe
rioꝛe ꝓceſſu.vel cōtra ꝓcedit qn̄ iudex hoc ſciuit.ꝛ ſic
diſtinguit vt hic.ꝛ iō ēt ſciente aduerſario hanc excep
tionē cōpetere valebit tamen ſentētia ēt ſuper pncipa
li.tn̄ ſi iudex ſciret defectū nō ualeret ꝓceſſus per eum
agitatꝰ ēt ꝯtumacie punitiuꝰ.ut uult glo.i.declarañ.ut
pꝛedixi. Tertiū eſt mēbꝛū qn̄ iudici cōpetebat iuriſ
dictio ꝛ nō erat elidibilis exceptione ꝛ parti nulluꝫ ius
cōpetebat agendi de pn̄ti ꝛ illo caſu iudice ignoꝛāte ua
let ꝓceſſus ꝛ ſentētia.ſciente aūt nō ualet.ꝛ ita poteſt
iudici tex.noſter ſm̄ pmū intellectū pſupponēdo ꝙ ſe
cūda appellatio ſit nulla ꝛ ſuperflua.et faciūt que ha
bentur per glo.et doc.in.c.i.ſup̄ de offi.uic.ꝛ in.l.ubi
pactum.ꝛ ibi glo.et doc.C.de tranſ.in.l.i.ff.de offi.
aſſeſſ. Quartū eſt mēbꝛū qn̄ iudici competebat iuriſ
dictio parti competebat ius agendi aduerſario cōpete
bat exceptio contra acta parti. Et illo caſu iudice igno
rante ualent omnia.ſciente autē exceptionē parti com
petere nō ualet ſentētia.ita Panoꝛ.hic qui nihil boni
allegat.et iudicio meo hoc eſt fl̄m.et ꝯ regulas.quia iu
dex non poteſt ſuplere in facto.c.bone lo pꝛimo.et ibi
habet.ſ.de poſtul.l.i.C.ut que deſunt aduoc.l.iiij.
§.hoc autē in dum.et ibi per Bar.ff.de danno.infect.
Niſi ſaluādo Panoꝛ.dicamus dictum ſuū ꝓcedere i cā
appellationis quo caſu iudex bene pōt ſuplere pꝛo ab
ſente.l.fi.§.illud.C.de tēp.appel. Et dicunt hic doc.
gn̄aliter.ꝙ pars exceptiōeꝫ hāc de appellatiōe iterpoſi
ta ad maioꝛem nō poterit opponere niſi ueniat itra tē
poꝛa dilatoꝛiarū opponēdaꝝ.ꝛ faciūt q̄ ſupdixi.

e **X ratione.** Pꝛo euidētia pꝛemit
to ꝙ uarijs modis
deſerit appellatio in iure noſtro. qn̄qꝫ ex
pꝛeſſe.qn̄qꝫ tacite.expꝛeſſe puta renūcian
do appellationi per pactum uel ſimpliciter renūciādo.
de quo uidebimꝰ i.c.iterpoſita.§.illa deniqꝫ.j.ea.ha
bet in.l.ſic pactum.§.qui ꝓuocauit.ff.de pac.tacite.
puta trāſigēdo ſuper iudicat.D.§.qui ꝓuocauit.uel
adeūdo aliter ꝙ̄ ſuper reuocatione.grauaminis iudicē
a quo.c.ſi a iudice.eo.ti.li.vj.l.ad ſolutionē.C.de re
iud.c.gratū.ꝛ ibi habet ſupꝛa de offi.del.c.cū veniſſet
ſupꝛa de eo.qui mitt.in poſſ.c.quo ad ꝯſulta.et ibi ha
betur ſupꝛa de re iud.uidebimꝰ in.c.ſolicitudinē.j.e.
uel per moꝛ ē appellatoꝛis ꝛ qn̄qꝫ appellati.de quo tn̄
i.l.i.ff ſi pen.appel.moꝛs interue.ꝛ toto ti.C.ſi.pen.
appel.moꝛ.iter.ꝛ toto ti.C.ſi reus uł accidētia pend.
appel moꝛ.fu.uel per lapſum tempis. Et iſtud eſt qd̄
manibꝰ palpaturi ſumꝰ. Secundo pmitto ꝙ uaria
fatalia inuēta erāt de iure antiquo.l.ij.C.de temp.ap
pel.hodie duo pꝛopꝛie ſunt fatalia. pmū et ſecūdum
ſilicet pꝛimꝰ annꝰ ad ꝓſequēdū adpellationē ꝛ ſecūdꝰ.
§.i.ubi glo.i uerbo annū.i auten.d his qui igred.ad
appel.col.ſ.poteſt et addi.tertius ānus ex reſtitutiōe
ut hoc tex.noſtro. Tertio pmitto ꝙ fatalia ꝓpꝛie
dicūt tpa que inniciūt moꝛ ē appellationi. Et ideo ille
annꝰ et biēniū fatalia dicūtur.glo.eſt i.d.§.i.in vbo.
annū.et ita Bal.i.d.l.fi.in pꝛicipio i fi.col.C.de tēp.
appel. Et hoc attento omia tempoꝛa p que extinguit
appellatio poterūt dici fatalia.faciūt que dixi in.c.per
ſonas.ſ.eo.vbi ipſa tempoꝛa enumeraui. Quarto
pmitto ꝙ deſertio tacita operat ꝯfirmationem ſenten
tie dic.ſicut.eo.ti.et ita Bal.hic dicēs ꝙ multū differt
ꝯfirmatio que fit ex tacita deſertione appellationis et
ꝯfirmatio expꝛeſſa ſentētie. Pꝛimo quia deſerta appel
latiōe exequit pmā ſētētiā iudex a quo.l.ſi ꝯ.C.eo.ꝛ

dicā.j.in finali queſtiōe: Sed ꝯfirmata ſentētia expꝛeſ
ſe iudex ad quē exequit illā ꝯfirmationē.c.paſtoꝛalis.
§.pꝛeterea.ſ.d offi.del.glo.nōbilis.in.l.ſiquis pꝛioꝛ.
ff.ad treb.et dicā.j.in finali queſtione. Jtem alius ē
effectꝰ.quia deſertio appellationis nō ꝯfirmat ſenten
tiā nullā.c.licet.vbi tex.et glo.de ſent.exco.li.vj. dixi
in.c.pſonas.ſ.eo.et tn̄ ꝯfirmatoꝛia expꝛeſſa ſentētie
nulle habet facere ius ſi nō eſt ab ea appellatū ꝛ naſce
tur actio nō obſtañ.nullitate pꝛime ſentētie. quia agit
ex ꝯfirmāte nō ex ꝯfirmato.d.§.pꝛeterea. vbi glo.et.
d.l.ſiquis pꝛioꝛe.habet in.l.eos.in pꝛicipio.et i.l.pꝛe
cipimꝰ.§.officijs.C.eo.dicā.j.i finali qſtiōe. Jtem
opatur aliū effectū.nam ſententia ꝯfirmatoꝛia pꝛime
pōt et debet ꝯtinere ꝯdemnationē expenſaꝝ.l.eos.§.
ne temere.C.eo.quia appellatꝰ ſi ſuccūbat ſemp ꝯdē
natur in expēſis.ut ibi.et eſt rō de qua p Bar.in.l.tu
toꝛes qui poſt.§.tutoꝛ.ff.de admini.tut. Sed deſerta
appellatione.l.nō facit ꝯdēnationē expēſaꝝ.ita Bal.
hic. Quinto pꝛemitto ꝙ ſicut tempoꝛa iſta anni biē
nij ꝛ ex reſtitutiōe triēnij gradatiꝫ ꝯcedūtur ut hoc tex.
noſtro ita debet appellās gradatiꝫ eſſe diligēs. Jn pꝛi
ma debet adhibere bonā diligētiam.ſ.in anno.in biē
nio melioꝛē diligentiā.in teriēnio optimā.et eſt tex.in.
l.fi.§.fi.C.de temp.appel. Sexto pꝛemitto ꝙ cum
cauſa appellationis ſit mixti iperij vt voluit Bar.in.l.
i.§.ſolēt.ff.qn̄ appel.ſit.dixi.ſ.in Rica.circa cauſam
appellationis.ideo omnis cā appellationis dicit cā ar
dua.ita Bal.hic. Septimo pꝛemitto ꝙ qn̄qꝫ ex ipedi
mento dat ſm̄ fatale.qd̄ eſt regulariter niſi aliud repe
riatur in iure.vt hic in biēnio qn̄qꝫ ipedimētum ipedit
curſū fataliuꝫ ipſo iure.de ꝙ̄ diu.c.Qn̄qꝫ opus eſt re
ſtitutione ut hic in triēnio.et iter iſta eſt dr̄a.qꝛ qn̄ dat
ſm̄ fatale a iure dat annꝰ iteger.qn̄ reſtituit tūc ſolum
tn̄ tempꝰ reſtituit quātū abſtulit ipedimētū.ita.D.An
to.hic. Ultimo pꝛemitto ꝙ i duꝰ iudex dꝫ fauere ad
ꝯſeruationē iſtāte appellatiōis.et ideo i dubio vbi du
bitat.an ſit deſerta vel nō deſerta appellatio iudex dꝫ
ꝓnūciare nō deſertā qn̄ aliter nō apparet.ita Paulꝰ d
caſtro in.l.i.ff.ſiquis caut. Et ita voluit i ſimili Bal.
in.l.ꝓperañ.§.ſi autē reus.C.de iudic.Nō in.c.ad
noſtrā.vbi allegaui ꝯcoꝛ.ſ.eo.et facit rō.nā longe fa
uoꝛabilioꝛ ē appellatio poſtꝙ̄ eſt iterpoſita vt ꝯſeruet
ꝙ̄ vt de nouo appellet.de.ſicut.eo.ti.iūcta auten.ho
die.C.eo.naꝫ appellatio dꝫ iterponi.j.x.dies.et cur
runt tēpoꝛa d momēto ad momētū. Jta vt dies termini
ꝯpetet i termino.d.auten.hodie.l.ij.§.biduū.ff.qn̄
appel.ſit. Uoluit Bar.l.i.ff.ſiquis caut. Gemi.i.c.i.
de reſt.ſpoli.li.vj.et glo.i.d.de.ſic.i vbo.die.et tn̄ in
anno ad ꝓſequēdū dies termini n̄ ꝯputat i termino.
d.de.ſic i glo. Sꝫ iudex i dubio dꝫ deferre appellatiōi
et eā recipere.ita Bal.i.d.§.ſi autē reꝰ.gº multo ma
gis poſt iterpoſitā appellationē illi fauebit.ꝛ ſic i dubio
ꝓnūciabit nō deſertā.et fac illud vulgare capituli.quē
admodū.ſ.de iur iurā.et ēt illud vulgare.l.pꝛe.furio
ſo.ff.de his qui ſunt ſui vel alie iur. Unde dixit Ra
phael.cuma.et poſt cū Ang.d aretio i.d.§.dies ꝙ ap
pellās dꝫ qn̄ appellat vltima die.ſ.itra.x.dies nō in ſe
rē hoꝛā.nā cū hoc tēpꝰ currat de momēto in momētū.dꝫ
ꝙ ꝯſtet ꝙ itra tēpꝰ debitū appellauit.p regulam que
tradit p Bar.in.l.nō ſolū.§.ſꝫ ut repꝛobaui.ff.d opiſ
noui nūtiati.per.nō.p glo.et Jmo i de.fi.de reſcripti.
nā ēt d ꝯſenſu ptis poſt vltimū momētū. appellatio in
terpoſita n̄ valꝫ.glo.i de.ſi appellationē.e.i.l.pꝛeſes.
ff.de re iudicata. Jta Angelꝰ.i d.l.i.§.dies.ff.qn̄ ap
pel.ſit. Etiā poſt biēniū audit appellās qui pꝛiꝰ ꝓ
ſequi n̄ potuit appellationē.h.d. Nō pꝛio ex tex.ibi
ex ſētētia.ſm̄ Jmo.ꝙ āꝰ ad ꝓſequēdū appellatiōeꝫ
ſiue biēniū currūt a die ſētētie. Jta vr ꝓbat illo tex.d
quo varie diſputat glo.i.l.fi.C.de tēp.appel.hodie ē
deciſū i de.ſic.eo.ti.ꝙ currat a die appellatiōis iterpo

UVA. BHSC. IyR_025

ſire niſi caſu quo appellat̃ a grauaie' ꝺ futuro q₂ tũc cur
rit a die illati grauamis. d. cle. ſicut tñ ꝭ₃ panoꝛ. hic tex.
nihil ꝓbat ad qꝺ allegat̃ q₂ v̓ba illa a ſmã nõ referũt̃ ad
v̓bũ elapſo ſ₃ ad v̓bũ magis ꝓximũ iterpoſitã. Nõ ſe
cũdo ex tex. ibi biẽnio iũcta deciſione ꝙ ñ ſolũ appellanti
dat̃ ann⁹ et ex cã biẽniu₃ ſ₃ ẽt qñ₃ triẽniũ ⁊ ſic habes ꝭm
Bal. i. l. ij. i pꝛĩcipio. C. de tẽ. ap. ꝙ l₃ termini aſſigna
ti a. l. videãtur eſſe i dubio fatales ⁊ pẽptoꝛie tamẽ nõ pe
nit⁹ ſũt fatales qñ. l. vnũ terminũ ſucceſſiue aſſignat poſt
aliũ nã poſt pꝛimũ terminũ aſſignãdo ꝭ₃ ⁊ ſucceſſiue ter
tiũ vt i cãu nr̃o vı̃ ſentire. l. ꝙ termini ſucceſſiue aſſignati
ſint loco purgatio moꝛe ꝯmiſſe in pꝛimo nõta ꝭm. bal.
ibi ad ſtatuta. Nõ ẽt ex tex. ibi. ꝑ ipotẽtiã. qꝺ cũ duplex
ſit ipotentia iuris ⁊ facti. c. ſciſitat⁹ ꝺ reſcrip. ⁊ decret. nrã
vtrat̃ generaliter v̓bo ipotẽtia verificat̃ tamẽ i ipotẽtia tã
ꝙ̃ facti ⁊ iõ ad cõcedẽdũ biẽniũ vl' triẽniũ ſufficeret ipotẽ
tia tã iuris ꝙ̃ facti. Nõ. ẽt ex tex. ibidẽ ipotentia ꝙ l₃ ter
min⁹ aſſignat⁹ ad purgatõe₃ moꝛe ſit ꝯtinu⁹ adeo vt nõ
ꝺducãtur ex eo ipedimẽta vt ẽ tex. nõ. i. l. ſancim⁹. §. fi.
C. ꝺ fideiuſ. tamẽ hoc ñ h₃ locũ i termino aſſignato a iu
re miſeratiõis cã ⁊ ſubſiſtẽte aliq̃ cã iuſta nõ ãt ſine cã' cõ
ceſſo. q₂ tũc' termin⁹ aſſignat⁹ a iure miſerationis cã. ad
purgañ. moꝛã. l₃ ſit ꝯtiuu⁹ tñ de eo deducunt̃ iuſta ipedi
mẽta. vt hic ⁊. Bar. meli⁹ nõt i auten. ei qui. C. ꝺ tẽp. ap
pel. ⁊ cle. ſic̃ eo. ti. nã tẽp⁹ ad ꝓſequẽdũ appellationẽ eſt
q̃ſi termin⁹ deſẽſionis. ⁊ poſt pꝛimũ dat̃ biẽniũ. Et iſtud
biẽniũ vt p̃dixi ẽ q̃ſi termin⁹ purgationis' moꝛe ꝯmiſſe i
pꝛimo ãno vt voluit. Bal. i. d. l. ij. ⁊ tamẽ iuſto ſubſiſten
te ipedimẽto itra hũc terminũ biẽnij dat̃ reſtitutio i tertõ
ãno. ecce g° q̃liter determino purgatoꝛio moꝛe ſubduci
tur ſaltẽ ꝑ reſtitutionẽ ipedimẽtũ ⁊ ſic habet̃ ꝙ maioꝛi ex
iuſta cã dat̃ reſtitutio i itegrũ ꝯ̃ deſertione₃ appellatiõis
lapſu biẽnij iductã ⁊ ſic aduerſus rẽ iudicatã qm̃ imo ge
neraliter dico vobis ꝙ aduerſus rẽ iudicatã reſtituit̃ ma
ioꝛ ex cl'a generali ſi q̃ mihi iuſta cã fuerit viſa. Panoꝛ. i.
c. ſignificãtib⁹ de purgatiõe vulgari t₃ aliter ſ₃ hoc t₃ ibi.
Hoſt. ⁊ alij. Nõ. ex tex. ibi. nolum⁹ ⁊ce. ꝭ₃. Panoꝛ. ꝙ
poſt biẽniũ qnicquid aſſignat̃ de tertio ãno ñ venit ex iu
ris diſpoſitione quia' det̃ a iure ſ₃ aſſignat̃ ab hoĩe ⁊ hoc
ẽ ex noua ꝓuiſione hui⁹ decretal'. qꝺ p₃ ꝑ v̓bu₃ nolum⁹.
Nã illa v̓ba nolum⁹ vl' volum⁹ ſunt noui iuris conſtituti
ua. ita. Panoꝛ. qui et ſimilẽ iductionẽ fac̃ i. c. ſedes. ꝯ̃. ꝺ
reſcrip. ⁊ ẽ gl. i cle. j. ꝺ offi. vic. ⁊ ẽt i cle. vnica ꝺ re. ꝑmu.
q₂ v̓bũ volum⁹ ipoꝛtat nouã ꝓuiſionẽ. l. l₃. ſec⁹ ſit ꝺ v̓bo
declaram⁹. ut gl. i. d. cle. idẽ qꝺ de uõ. uolum⁹ dicimus ꝺ
v̓bo ſtatuim⁹ l₃ ſec⁹ ꝺ v̓bo. inouam⁹. gl. ẽ nõ. i. c. ut litigã
tes ꝺ offi. oꝛdi. li. vj. i cle. fi. de reſcrip. ide₃ qꝺ de v̓bo uo
lumus dicimus de v̓bo. decernim⁹ glo. i cle. ꝑ lrãs de pb.
Et ſic iſtud triẽniũ dat̃ ope. reſtitutionis ab homine. biẽ
niũ aũt a iure. ut. j. latius ꝺclarabo. Et ſic hẽtis iferre hic
eſſe caſu₃ ꝙ donec parti poteſt eẽ ſuccurſũ uia appella
tionis iterponẽde vl' ꝓſequẽꝺ nõ dat̃ reſtitutõ i itegrũ ẽt
ſi eſſet tal' uel in tali caſu i quo daret̃ reſtitutõ. ita rota ꝺ
cis. ccxxiiij. que icipit. itẽ ſi ꝯ̃ abẽtẽ. Gl. i v̓bo ipotẽtiã
i fine ꝓ melioꝛi itelligẽtia mãe ante oĩa querẽdũ ẽ q̃ ſint
ipedimẽta iuſta in cã appellationis ⁊ dicite ꝙ. x. ſpẽs aſſi
gnãtur ipedimẽtoꝛũ. Pꝛimũ ipedimẽtũ ex ꝑte appel
lãtis puta q₂ iſirm⁹ fuit ĩpe appellãs. l. ꝙ̃tũ. ff. de re. iud.
uel q₂ i carcerat⁹. l. ij. §. fi. et ibi Bar. ff. ſiquis caut. nõt̃
i. l. i. ff. de cuſto. ⁊ exhi. co. Itẽ q₂ paup nã₃ paupꝑtas ex
cuſat appellãtẽ a ꝓſecutione. tex. ẽ i. §. i. i aut°. ꝺ his qui
igred. ad appel. ⁊ ita. Inno. hic i. l. ſi ꝓcuratoꝛẽ. §. ſi in
gnoꝛantes. ff. man. bal. i. l. acceptã in fi. col. C. de uſur.
allegãs gl. in. l. eos. C' co. bal. in. l. fi. C. ꝺ condic. inſer.
Allegãs bonã gl. i. l. minoꝛib⁹. C. de his quib. ut indig.
et ita. Inno. hic et poſt eũ alij. Scꝺa ſpẽs ipedimẽti
ẽ ex ꝑte appellati et illa põt eſſe duxit aut q₂ appellatus
ipediat de facto appellantẽ ꝓut ẽ glo. i. l. a. §. dolo. ff. ꝺ
dol. aut q₂ ipediat ꝺ iure' ſ₃ petẽdo dilatiões ad ꝓbandũ
lõgas uel opponẽdo multas exceptiones ita ꝙ iteri ipe

ditur appellãs ne ꝓſequat̃. ⁊ de hoc ẽ bon⁹ tex. in. l. perẽ
dic. C. de temp. in integ. reſt. per. nõt. bal. in. l. ꝯ̃ maio
res. C. de inoff. teſta. in auten. ei qui. C. de tẽp. appel. ⁊
dicã. j. latius in effectib⁹. Tertia ſpẽs impedimẽtoꝛũ
ẽ mixta. ſ. ꝓueniẽs ex facto utriuſq₃. puta cõpꝛomiſſo fa
cto ꝑ ꝑtes aũt. ſi tñ. C. de tẽp. appel. allegata in glo. nrã
cle. ꝙ̃ diu. eo. ti. Quarta ſpẽs facto ꝓcuratoꝛis de q̃
per. bal. in. d. l. contra maioꝛes ⁊ per. Car. in cle. ſicut
eo. ti. ⁊ ẽ bon⁹ tex. i. d. l. ſi ꝓcur. §. ſi ignoꝛãtes. Quita
ſpẽs facto iudicis. ⁊ de hac loquit̃ etiã gl. nrã circa finem
et ẽ tex. in. l. fi. §. illud. C. ꝺ temp. appel. §. i. in auten.
de his qui ingred. ad appel. Sexta ſpẽs facto tertij. ⁊
de hac loquitur tex. in. d. §. dolo. ⁊ glo. hic. Septima
ſpecies caſus foꝛtuiti. ⁊ ꝺ hac põt generaliter itelligi tex.
noſter ⁊ ẽ tex. in. l. ij. §. ſed ⁊ ſiquis. ff. ſiquis tanti puta
ꝑꝑ inũdationẽ aquarũ ⁊ce. Octaua ſpẽs ꝑꝑ impedi
mẽtum i perſona teſtiũ ita. Bal. hic. Nona ſpẽs ꝓpter i
iſtrumẽta amiſſa uel que de facili nõ poſſunt haberi. ita
Inno. hic ⁊ alij. Decima et ultima ſpẽs propter diffi
cultatẽ pꝛobationũ. Uiſis ipedimẽtis ſuccedit ſecũda
queſtio an ſola impedimenta ſufficiant ⁊ dicite ſecũdũ.
Imolã hic ꝙ non ſed requirit̃ ꝙ cõſtet ꝙ ſi impedimẽtũ
non fuiſſet al's fuiſſet ꝓſecutur⁹ ⁊ de hoc ẽ tex. ⁊ ibi. bar.
in. l. qui commeatu₃ ⁊ in. l. iij. §. ſi ad diẽ. ff. de re. milit.
⁊ ita. bar. i. l. i. §. dies. ff. qñ appel. ſit ⁊. Bar. ⁊. Aug.
in. l. ij. §. ꝙ diximus al'ẽ. §. ꝙ ſiquis. ff. ſiquis caut. faci
unt notata per. Panoꝛ. et. Innocẽ. in. c. i. j. de cle. ergo
Sed nũquid requiret̃ pꝛoteſtatio ad hoc ut conſtet ꝙ
erat pꝛoſecuturus niſi fuiſſet impedimẽtũ ⁊ glo. uidet̃ te
nere ꝙ ſic i. c. cupiẽtes. §. ꝙ ſi per. xx. in gl. in v̓bo ꝓpo
ſita ꝺ clec. li. vj. in. c. i. §. ſin aut. c. plerũq₃. ꝯ̃. ꝺ reſcrip.
et ſequitur hic. d. Anto. bar. in. d. §. qꝺ diximus et etiã
in. d. §. dies. ⁊ in. d. l. qui commeatum. tenet ꝙ bene ſit
utile ſed nõ dicit ꝙ ſit neceſſariũ pꝛoteſtari. In cõtra
riũ ꝙ ſufficiat ſolũ impedimẽtũ facit tex. nr̃ qui põderat
ſolã impotẽtia₃. in. d. auten. ei qui. ⁊ in. d. cle. ſicut ⁊ in
c. ſi iuſtus. j. eo. bal. hic uidetur tene₂ ꝙ requiratur pꝛo
teſtatio tamen loquitur de impedimẽto pꝛoueniente ex
facto iudicis. Giminianus. et. Ancha. in. d. §. qꝺ ſi
per. xx. ⁊ fuit. Imo. in. d. c. ſi iuſtus ita diſtingũt. Aut lo
quimur de impedimẽto pꝛoueniente ex facto iudicis ⁊
tunc tum propter cõſtituentẽ iudicẽ immoꝛa. d. §. illud.
tum q₂ non eſt ueriſimile quod iudex impediat uolentes
pꝛocedere cũ ꝓ̃ſumatur in dubio pꝛo iudice. l. i. C. ꝺ offi.
iud. milit. ⁊ tunc requiratur pꝛoteſtatio. Et ita pꝛoceda
tur glo. contrarie et ita ſignant loquitur. bal. hic. S₃ i
hoc paulus in cõſi. xxi. incip. in ꝓ̃pi. ⁊ce. in caſu deſertio
nis. tenet contra per dictu₃. Inno. hic poſt pꝛimũ ibi im
mo plus dico et. bal. innuit hanc diſtinctionem cũ ratio
ne in l. properandũ. §. ſin aũt utraq₃. C. de iudic. aut lo
quimur in alia ſpecie impedimentoꝛũ ⁊ tunc ꝓcedat opi.
bar. ꝙ non ſit neceſſe pꝛoteſtari. tamen propter alleuia
men ꝓbationis ſit utile. quia non erit neceſſe poſtea pꝛo
bare ꝙ tu eſſes pꝛoſecuturus ſed ſola pꝛoteſtatio ſuffici
et. et ita debet declarari tex. noſter cũ iuribus in contra
rium allegatis. Et ad pꝛedicta faciunt notata in. l. ꝺ pu
pillo. §. ſiquis ipſi. ff. de oper. no. nũci. Sed retento ꝙ
ſit neceſſaria uel utilis pꝛoteſtatio nũquid ſufficiet ſemel
pꝛoteſtari Bal. hic uidetur uelle ꝙ non. per tex. nota. i.
d. l. fi. §. illud ibi ſumma ope. nam pꝛoteſtans ſel'. nõ di
citur ſumma ope. niti. Et ita. Bal. in aute. Itẽ ſi appel.
C. de temp. appel. ubi dicit ꝙ debet pꝛoteſtari inſtari in
ſtanter ſicut apl'i debent peti. Et ideo ſicut in petitioñ.
apl'oꝛũ ſufficit unica pꝛoteſtatio dũmodo dicatur inſtãter
et inſtantiſſime ut notatur in. cle. ij. eo. ti. ideo uidetur
velle ibi bal. ad hoc vt ſufficiat illa pꝛoteſtatio requirat̃
ꝙ in ea demonſtretur de magna inſtantia. alias requi
ratur plures pꝛoteſtationes. voluit tñ hic bal. ꝙ ſi iudex
expꝛeſſe denegaſſet ſe nõ auditurũ pꝛocedentem ꝙ illo ca
ſu ſufficiat vnica pꝛoteſtatio. faciunt que habentur in. c.



UVA. BHSC. IyR_025

ij.de dol. et contu. li. vj. i. c. uenerabilib⁹. §. ſec⁹ ꝺſētētia
excomunicatiōiſ li. vi. In cōtrarium tenet hic. Imo.
ꝛ. Bar. i. l. moꝛa. in pꝛincipio. ff. de uſur. in. l. titia ſeio.
§. vſuras. et ibi. Imo. de leg. ij. et lapp. alſaꝗ. ſua. xxx
viiij. tenet: Bal. in. d. §. ſinaū̃t vtraq̨. vbi tenent ꝙ vni
ca pꝛoteſtatio ſufficiat. quia ſatis eſt quod conſtitutus ſit
iudex in moꝛa uel alius impediens per vnicam interpel
latiouem. Item ſatis conſtat de animo meo ꝙ pꝛoſeque
rer ſi poſſem ex illa pꝛoteſtatione. nec aliquid boni in cō
trarium allegatur quia illud ſumma opę. niti. debet de
quo in. d. §. illud reſoluitur niſi ipediatur vt in hoc no
ſtro cum ſimilibus. Et ita videtur uelle. d. Anto. i. c. ple
runq̨ de reſcrip. ubi ſi ceſſaret cauſa impedimenti ne per
eum uideatur ſtare ꝺbet iterare pꝛoteſtationeꝫ et calda.
Rica ca. conſi. iiij. ꝛ ſic poſſet temperari premiſſa opi. et
ita. Imo. hic in viij. col. licet. d. Anto. uelit ꝙ etiā ſi nō
conſtet ceſſare impedimentum ſit iteranda pꝛoteſtatio
uel aliter pꝛobare debet ꝙ per eū non ſtetit. Mihi ui
detur ꝙ in pꝛimo anno, ſufficiat unica pꝛoteſtatio in ſe
cundo autem cum debeat eſſe diligentioꝛ pꝛocedat opi.
Bal. hic. ꝛ ſic pluries debet pꝛoteſtari: per ea que dixi in
euidentialibus ꝛ habentur in. l. fi. §. pe. C. de temp. ap
pel. et facit diſtinctio. Imo. in ipedimēto iudicis. Ter
tia pꝛincipalis eſt queſtio circa pꝛobationes ipedimētoꝝ
et in hac tres cadunt queſtiones. pꝛimo quis debeat pꝛo
bare ipedimentū ſcꝺo quid debeat pꝛobari. Tertio qua
liter. Circa pꝛimā dicite ꝙ cū ſit regula ꝙ qui dicit pꝛo
bare debet. l. ij. ff. de pꝛob. et in exceptione qui excipit ꝓ
bare debet cū ſit actoꝛ. l. j. ff. de excep. ꝙ ipſe qui dixerit
ſe impeditum pꝛobare debet ꝛ hoc pꝛobatur ex textu
noſtro ibi in uerbo. conſtiterit ꝛ ſic appellans debet pꝛo
bare. Circa ſecundam queſtionē dicite quod duo de
bent pꝛobari impedimētū. et ꝙ ſi non fuiſſet impedimē
tum appellās fuiſſet ꝓſecutur⁹. d. l. qui cōmeatū ibi dixi
in. ij. queſtioue pꝛincipali. Circa tertiā qualiter debeat
pꝛobari. Spec. eo. ti. §. nūc bꝛeuiter vſ° quid ergo tenet
ꝙ pꝛobetur per ſolū iuramētū. et ita tenet. Feder. de ſe
nis conſi. c. viij. quod incipit ſuper pūcto facit tex. in. c.
quia pꝛopter ſupꝛa de elec. Dominus. Anto tenet con
trarium pꝛimo quia impedimentum debet pꝛobari per
euidētes pꝛobationes. c. cū ſit romana. ibi. euidēti cā. ſ.
eo. d. §. illud ibi euidētiſſimus ꝓbationib⁹ ꝛc. ſꝫ iuramē
tū non eſt euidens pꝛobatio glo. eſt in. l. fi. in pꝛincipio.
ff. met. cā. in. l. cū de indebito. ff. de pꝛoba ꝛ uoluit bal.
in. l. fi. C. de ſecund. nup. ꝛ in. l. in bonefidei. C. ꝺ reb.
cre. ymo pꝛopꝛie non eſt pꝛobatio iuramentum ut uolu
it bal. i Rica. ſ. de pꝛob. ꝛ facit tex. cū nō. i. c. ij. ſ. ꝺ pꝛo
ba. faciunt nōta per. Gemy. in. c. i. ꝺ elec. li. vj. pꝛeterea
cū in arduis iuramētum non admittatur etiaꝫ in ſupple
mentum pꝛobationis ut nō. in. l. admonendi. ff. de iur.
in. d. l. in bonefidei. in. c. fi. ſ. de iur. ergo cuꝫ appellatio
ſit de arduis ut dixi in euidentialib⁹ multomin⁹ admit
tetur ad pꝛobandum per iuramentum. ꝛ facit glo. nota
in. c. tū litteris in pꝛincipio. ſ. ꝺ teſti. vbi in criminalibus
ciuiliter motis pꝛopter grauitatem pꝛeiudicij non admit
tur iuramētum in ſupplementum pꝛobationis. Panoꝛ.
hic et. Bal. in. l. ſcire opoꝛtet. §. ſufficit. ff. de excuſ. tu. ꝛ
ibi ponit aliquid. Bar. qui videtur tenere cum. Spec. te
nent quod relinquatur arbitrio iudicis ꝛ ita etiam Bar.
in. l. ij. §. quod diximus. ff. ſiquis caut. quia inſpecta q̃li
tate perſone appellantis et cāe ꝛ difficultate pꝛobationū
et alijs huiuſmodi circunſtantijs admittet iudex pꝛo ar
bitrio ſuo et non admittet uolentem pꝛopare impedimē
tum per iuramentuꝫ facit. c. ex litteris cū his que ibi. Pa
noꝛ. de integ. reſti. Ioan. in addi. ad. Spec. i dicto vſi.
Quid ergo e uidetur cū eo trāſire. Imo. hic. federe. di
ſtinctio. ita concoꝛdat. quia aut loquimur ꝺ ipedimento
pꝛobando in curia per eum qui eſt de longinquis parti
bus et illo caſu pꝛopter difficultateꝫ pꝛobationū. ꝛ ne co
geretur facere nouū pꝛoceſſum ſuper ipedimento admi
tatur pꝛobatio per iuramentū aut loquimur ꝺ impdimē
to pꝛobando in curia uel etiam extra per eum qui nō
eſt de longinquis partibus. ꝛ tunc non admittatur ꝓba
tio per iuramentum. Et ita pꝛocedat opi. cōtraria ꝛ hāc
diſtinctionem refert et ſequitur. Cardinalis in cle. ſicut.
eo. ti. ꝛ tenendo ſiue opi. panoꝛ. ꝙ ſtetur arbitrio iudicis
ſiue opi. Io. An. non obſtat quod dicitur de euidentiſ
ſimis pꝛobationis quia dicit. d. Phi. ꝙ ex quo ex diſpo
ſitione iuris ſtatur arbitrio iudicis vel etiam tenendo cū.
Ioan. an. ſtatur iuramento certe dicitur euidentiſſima
pꝛobatio quia non ſolum iuramentuꝫ ex diſpoſitione iu
ris facit euidentiſſimam pꝛobationem. c. fi. ubi tex. ſ. q̃ꝺ
met cā. quē ad hoc pꝛo ſe allegat ſpec. vbi. ſ. ſed etiā pꝛe
ſumptio ſola ex diſpoſitione iuris eſt euidentiſſima ꝓba
tio glo. eſt in. l. ſi tutoꝛ petitus. C. de pic. et cōmo. tu. bo
nus tex. et ibi. Bar. et alij in. l. lutius. ff. de ꝯd. et de glo.
ꝛ ibi. Bal. et. Ludo. in. l. i. C. de teſta. mil. habetur i. l.
licet impꝛ. ff. de leg. i. non ergo mirū ſi i caſu noſtro ſuf
ficit pꝛobatio per iuramentū arbitrio iudicis ſꝫ Panoꝛ.
vel quando pars eſt de longīquis partibus ſꝫ. Io. an.

Quarta pꝛincipalis eſt queſtio quis ſit effect⁹ pꝛe
dictoꝝum impedimētoꝝ et circa pꝛimū effectus ipedimē
ti eſt in perſona appellantis ſm communiter doc. ſi icidat
in pꝛimo anno ipſo iure currit pꝛimus annus et datur ſe
cundus et hoc voluit glo. noſtra dum dicit quod ipſo iu
re appellans ſeruatur illeſus. ſi auteꝫ incidit in ſecundo
anno dicā. ſ. et per hoc habetis colligere ſm. Bal. quod
appellans in cauſa appellationis impeditus nō cogitur
conſtituere pꝛocuratoꝛem. nam ſi cogeretur curreret ſibi
impedito tempus. c. querelā. ſ. de pꝛocur. et pōt eſſe ra
tio quā hic vult. Bal. et dixi in euidentialibus. quia i ar
duis nemo cogitur mittere pꝛocur. d. c. querelaꝫ. ſꝫ iſta
ſunt de arduis ergo in appellatione nō cogetur mittere
pꝛocu. Circa ſecundam ſpeciem impedimenti. ſ. illati
ab appellato capiendo diſtinctionem. Imo. ꝛ tunc ſi im
pedit de facto ipſo exiſtente ſoluendo agitur contra eum
de dolo. ꝛ ideo currūt tempoꝛa ſi nō ē ſoluēdo bene cur
runt tpꝛa ſed reſtituuntur ita glo. ꝛ poſt eam. bar. in. d.
l. arbitrio. §. dolo. ff. de dolo. ꝛ ita. Bar in auten. Itē ſi
appellatio. C. de temp. appel. Iſtud pꝛimum mēbꝛuꝫ
non uidetur abſurde eſſe limitandum ut pꝛocedat in ſe
cundo anno in quo pꝛopter ipedimentuꝫ recurritur ad
reſtitutionem in integrum ſed i pꝛimo cū detur mero iu
re foꝛte poſſet dici ꝙ cum detur mero iure ꝙ etiam hoc
pꝛimo membꝛo dabitur ſecūdus annus ꝛ faciūt que hic
Bal. Circa impedimentuꝫ pꝛoueniens facto tertij. ut. ſ.
in vj. impedimento dicā. Quoddā eſt impedimentum il
latum ab appellato non de facto ſed de iure quia iudicia
liter pꝛocedendo grauauit longis dilationibus appellan
tem et illo caſu appellanti impedito non currunt tempo
ra et ideo facite regulā quod de tempoꝛe appellationis
pꝛoſequende ſubducuntur omnia tempoꝛa emergentis
uel incidentis cuiuſcūq̨ articuli, moti ab appellato intra
que iſte articulus ē examinatus ſi appellatus ſuccubuit
quia licet iudicialiter impedierit appellantem tamen ex
quo ſuccubuit pꝛeſumitur in iuſte feciſſe et ideo appellan
ti non currunt tempoꝛa interea. ita. Bal. nō. in. d. autē.
ei. qui ꝛ ideo ſi appellatus aliquid attemptauit uel fecit
per iudicem attentari et appellās recurrit ut faciat reuo
cari attentata donec pendet iudicium ſuper attentatis ſi
appellās obtinuit ſuper eis nunꝗ currūt tempoꝛa pꝛoſe
quende appellationis ſed illa tempoꝛa iudicij attentato
rum de medio ſubducuntur ſecus ſi appellatus obtinuiſ
ſet in iudicio attentatoꝛum quia illo caſu non dicitur ipe
ditus ab appellato ſed a ſe ipſo quia in iuſte ipetijt reuo
cari attentata. ita uoiūt. d. de rota. decíſ. ſua. ciij. que ici
pit. Item ꝙ reuocatio attentatoꝝ. D. Anto. dicit. idiſti
ete ꝙ cōmunis opi. habet ꝙ aduerſario exiſtete ſoluēdo
detur actio de dolo ſicut i tertio. ſed ipo nō exiſtēte ſoluē
do detur reſtitutio i itegrū. et ita intelligit que habētur.

UVA. BHSC. IyR_025

in.d.§.dolo. Panoꝛ.dicit ꝙ neſcit unde ſumat. D. Anto.
to.hanc eſſe coēʒ opi. tenet ipſe ꝙ debet habere ſecūdū
annū uel cū rota. Et per predicta infertur ad aliā de
ciſionē ꝙ ſi appellatus opponit de ineptitudine libelli et
ſuccubuit in cā cum uideatur impediſſe appellantem: illa
tempoꝛa intra que diſputatum eſt de ineptitudine libelli
ſubducuntur. ſecus ſi appellatus obtinuiſſet: quia tūc ap
pellans uidetur impediſſe ſe ipſum. ita. Bal.in.d.autē.
ei qui. Idem dicite ſi appellatus opponeret exceptiones
contra pꝛocuratoꝛem appellātis ita.bal.i.l.contra ma
ioꝛes.C.de inoff.teſt. idē ſi diſputatur de nullitate ſentē
tie uel alia nullitate pꝛoceſſus oppoſita contra appellan
tem ita.bal.in.d.l.contra maioꝛes et ita. Paulus cōſi.
xxij.incip.in xpi.⁊ce.i caſu. deſertionis.et conſi.xxv.in
fi.col.icip.in xpi.⁊ce.ſuper pꝛimo dubio. Et ideo ſuc
cedit qō nūquid ſi appellans negat non fuiſſe appellatū
puta quia iudex uelit ſibi aſſignare terminum uel etiam
pars beneficio appellantis uelit petere ſententiam infir
mari in alio capitulo quod pōt vt dixi in Rica ⁊ in.c.ſi
duobus.ſ̄.eo. nunquid tēpoꝛa huius diſputationis ſub
ducantur. et dicite ꝙ non immo appellans qui ſemel ne
gauit appellatū non pōt amplius pꝛoſequi appellationē
ita. Spec.eo.ti.§.nunc bꝛeuiter.vſ°.ſʒ pone.ita. Car.
in cle.ſicut eo.ti.faciunt notata in.c.g.perpetu⁹.ſ̄.d fid.
inſtru. Circa tertiam ſpeciem.ſ.mixtaʒ que pꝛouenit
tam ab appellante quam ab appellato dicite ꝙ tpa hui⁹
impedimenti ſubducuntur ita vt medio tempoꝛe nō cur
rant ſiue loquamur de tempoꝛe iuris ſiue de tempoꝛe ſta
tuti vł hominis aſſignati loco termini iuris. D. Anto. ⁊
Imo.hic per notata per. Jo.an.in addi.ad. Spec.§.
nunc bꝛeuiter. vſi.licet aūt.et cū eis tranſit. Panoꝛ.licet
aliqualiter arguat. ⁊ ſic iſtud habet locum in diſtincte nō
quia pꝛoꝛogetur tempus pꝛoſequendi appellationis a
partibus.ſed quia differtur tale tempus et iterea donec
partes conſentiunt doꝛmit ſiue hoc ſit tempus aſſignatū
ab homine ſiue a iure. et ille eſt tex.in cle.quam diu.eo.
ti.in glo.in verbo.curreret ī auten.ſi tamen. C.d temp.
appel.et ideo pendēte compꝛomiſſo nō curreret tale tē
pus. Et ideo ſi ambe partes expꝛeſſe conſentirent pen
dēte appellatione ire vtraqʒ puta ad ſantū. Jacobū pē
dente tempoꝛe huius itinerationis non curreret tempus
ad pꝛoſequendum ita voluit glo.et ibi. Car.in cle.quā
diu.in vbo expꝛeſſo dicens eſſe tex.ibi.et ſic habetis ꝙ d
conſenſu vtriuſqʒ partis pōt inſtātia appellationis ſuſpē
di. et tamen non poterit pꝛoꝛogari. Ci.et.bar.in.d.au
ten.ei.qui. C.eo. Jo.an.in addi.ad. Spec.in ti.e.§.
nunc bꝛeuiter et eſt ratio nam pendente tempoꝛe cōpꝛo
miſſi vel ſuſpenſionis non poteſt pꝛocedi. quia facto par
tium ſuſpenditur poteſtas pꝛocedendi ſed ſi pꝛo rogare
tur inſtantia appellationis non fieret ſuſpenſio ſed inte
rea poſſet pꝛocedi. et ideo nulla equitas ſubē vt tempo
ra pꝛoꝛogentur. ita. Mathesilanus in ſingularibus ſu
is ſingulari.xxj.quod incipit. Nota ꝙ tēpus inſtantie.
Petrus de anca. conſilio .cclxxvij. quod incipit. Jo.
an.tenet ꝙ ſolo conſenſu partiuʒ non ſuſpenditur appel
latio niſi in caſibus a iure expꝛeſſis. Et ideo dicit ꝙ licʒ
per conpꝛomiſſum in arbitrum ſuſpendatur tempus in
ſtantie appellationis. tamen non ſuſpenditur per cōpꝛo
miſſum in arbitratoꝛem quia hoc non reperitur iure ca
utū. Sed pꝛedicta pꝛimo loco magis placēt et cōtra. An
cha.faciūt que dicaʒ ī pꝛoxima queſtiōe et ī vltimis vbis
huius tertij impedimenti. Sed non quid habeat hoc
locū in cōpꝛomiſſo ſcō pendente appellatione de cauſa
pꝛincipali quia ſit compꝛomiſſum de cā pꝛincipali nō de
cā appellationis. Et videtur ꝙ non. nā tex.in.d.cle.quā
diu loquitur de compꝛomiſſo cauſe appellationis et meli
us pꝛobatur ex tex.in auten.ſi tamen ibi cauſa appella
tionis reuertatur. C.de temp.appel.et in coꝛpoꝛe vnde
ſumitur tamen. Bal.in auten.ſi tamen.ſed melius in.l.
cos.§.apoſtolos. C.eo.cōclud.ꝙ hʒ locum etiam ī cō
pꝛomiſſo de cauſa pꝛincipali.et facit tex.d.cle.ibi expꝛeſ
ſo conſenſu.puta appellatio licet fiat ſuper incidenti vel
emergenti ſit tamen ad finem pꝛincipalis cauſe. ergo cō
pꝛomiſſum de pꝛincipali cauſa debet ſuſpendere curſum
tempoꝛis ſuper ipſa appellatione pꝛoſequenda. Sed
quid de tempoꝛe ad dandos aplos dicite ꝙ ſuſpenditur
etiam per compꝛomiſſuʒ.ita.bal.in.d.§.aplos Quid
de tempoꝛe.x.dierum ad appellandum dicit. Car.ī cle.
quam diu.quod non ſuſpenditur per compꝛomiſſum. ⁊
aſſignat rationem differentie nam compꝛomittens ni
hil agit commune cum ipſa interpoſitione appellationis
quia appellatio īterponitur ad extiguendū pnunciatū.
Compꝛomiſſū fit quaſi ad pꝛoſequendum. Et ideo cuʒ
maioꝛem ſimilitudinem habeat compꝛomiſſum cum
ipa pꝛoſecutionī appellationis quā cum interpoſitione n̄
mirum ſi magis ſuſpendit temp⁹ pꝛoſecutionis quam tē
pus ad interponendum appellationem. puta temp⁹ ad
appellandū daẗ niſi vni. ad pꝛoſequēdum aſſignaẗ utri
que. quia pꝛoſecutio eſt cōmuniſ.c.ſepe et.c.oblate. ⁊ ibi
uidebimus.j.eo. Sed quid ſi ante pꝛonunciationem
facto compꝛomiſſo appellans uult pꝛoſequi appellatio
nem coꝛam iudice ad quem omiſſo compꝛomiſſo uel eti
am poſt laudum arbitri uult pꝛoſequi. et dicite ꝙ ſic. ſo
luta pena compꝛomiſſi. Ita glo.nota.et ibi card.in cle.
quam diu.in uerbo.compꝛomiſſo.niſi adeſſet clā in con
pꝛomiſſo rato manente pacto. ꝙ tociens quotiens ꝯtra
factum fuerit committatur pena.iuẍ notata in.l.pe.ff.d
tranſ. quia illo caſu nō poſſet pꝛoſequi appellationeʒ.
ita. Card.i.d.cle.quam diu. ⁊ faciunt notata per Ang.
in.d.l.pe.et glo.et doc.in.c.dilecti.ſ̄.de arb. Item niſi
emologatum eſſet laudum vel eſſemus in caſu ī quo ex
ſmā arbitri naſcitur actio de quibus in.l.pꝛima et pe. C.
de arb.in.c.ij.in.c.cum dilectus.in.c.expoſita.in.c.cum
dilectus et in.c.per tuas vbi melius.ſ̄.de arb.quia tunc
poſt laudum non poſſet pꝛoſequi. item niſi eſſet compꝛo
miſſum ut in arbitratoꝛem quia tunc nec pōt pendente
compꝛomiſſo nec etiam lato laudo pꝛoſequi ita.bal.in.
d.§.aplos. ⁊ faciunt notata in.l.ſiquis maioꝛ et i.l.fris
maxime per.bal.C.de tranſac.licet Pe.de.Ancha.i cō
ſi.pꝛealłto tenet contrarium. Quarta ſpecies eſt ipedi
menti ex facto pꝛocuratoꝛis et in hoc dicite ſecundū.bal.
in.c.ex parte s.ſ̄.de reſcrip.ꝙ aut pꝛocuꝛ.cogitur pꝛoſe
qui .puta quia habet mandatum ad pꝛoſequendum et ī
alijs caſibus de quibus in.c.non iuſte.ſ̄.d pꝛocur.et i.l.
inuitus.C.de pꝛocur.et iſto caſu negligentia pꝛocurato
ris bene nocet dnō.l.ſi pꝛocuratoꝛem.§.ſi ignoꝛantes.
ff.man.et ideo ex negligentia eius inducetur deſertio ap
pellationis. nec dabitur ſecundus annus dnō vel etiā tri
ennium. quia imputandum eſt domino qui malum pꝛo
curatoꝛem elegit.l.cum mandato.ff.de minoꝛ.tamen ſi
pꝛocur.non eſſet ſoluēdo poſſet dominus reſtitui aduer
ſus lapſum tempoꝛis. ita. Card.in.cle.ſicut eo.ti. ſicut
diximus in impedimento facto tertij vt ſtatim dicam ⁊ fa
ciunt que habenẗ in.c.ij.in.c.ex litteris.ſ̄.de in integ.re
ſti. et que dicam.j.circa impedimentum tertij et ad pꝛedi
cta faciunt que notat.bal.in.l.contra maioꝛes.C.de in
offi.teſta.vbi videtur ipſe.bal.conſiderare an iuſtum fue
rit impedimentū ex parte pꝛocuratoꝛis quia diſputauit
circa aliqua circa que credebat ſe iuſ habere et pꝛopterea
non eſt pꝛoſecutus appellationis cām. et tunc detur ſecū
dus annus domino. et ex reſtitutione triennium. aut p
cuẍ.fuit in mera negligentia. et tunc eſt quid imputetur
domino. et pꝛocedant que pꝛedixi Et ex pꝛedictis hē
tis inferre ꝙ pꝛocuratoꝛ per tacitam deſertionem appel
lationis poteſt pꝛeiudicare domino. et ita. Oldra.conſi.
cvij.quod incipit. Caſus talis appellatur vbi firmat ꝙ
dominus reſtituetur in integrum ſi pꝛocur.nō eſt ſoluen
do.l.fi.cum ibi ſcriptis.ff.de eo.per quē.factu.c.nō.i.c.
ij.ſ̄.de integ.reſti. Sed quid de expꝛeſſa.nūquid pcur.
expꝛeſſe poſſit renūciare appellationi.et.bal.in.l.fi.§.



UVA. BHSC. IyR_025

fi. C. de temp. appel. tenet ꝙ expreſſe renũciare nõ poſ
ſit quia procur. nõ habet poteſtatẽ donãdi niſi ſit expreſ
ſe mandata. l. cõtra iuris ciuilis regulas. §. fi. ff. de pac.
cum ſimilibus. Di. ⁊. Rai. in. l. cũ procur. ĩ pricipio. ff. d
oper. no. nũti. tenent ꝙ immo poſſit. quia par. ẽ veritas
taciti et expreſſi. ergo ⁊c. et etiam per illum tex. nõ. ibi.
bal. in. d. c. ex parte. s. ĩ fi. federe. diſtictionis cõcordat
opi. aut procurator vult enũciarẽ appellationi ſine no
ua cauſa. ⁊ tunc non poſſit. et ita procedit prima opi. ꝙ
etiam tenent Ang. et Jmo. in. l. ab executore in princi
pio fi. ff. co. ti. aut vult renunciare ex noua cauſa. et ma
gna tali qd veriſimiliter dominus renunciaſſet. et tunc
poſſit procur. renunciare. facit quod notat glo. in. l. tale
pactum. §. fi. ff. de pac. Et pro hac diſtinctione Bal. fa
cit caſus ſingularis in. l. ſi hominem. ff mandati tamen
ꝙ pacto nec compromiſſo renunciare appellationi vel
econtra prorogare fatalia non poſſit procurator. tenet
Calde. in Rica de appel. conſi. iiij. et in Rica de procu
ratoribus conſi. iij. vbi dixit qd licet procurator poſt li
tem conteſtatam ſit effectus dominus litis. l. neque. C.
de procur. tamen non poterit ex pacto inſtantiam pro
rogare appellationis. Sed opere precium eſſet vide
re quid de prelatis cũ ſint. ut procuratores. c. ij. j. de don.
nunquid facto corũ ĩpediatur tempus. eccleſie. ad proſe
quendum appellationem aſſignatum. et certe dicite qd
cẽſẽt ut principales pſone q̃ ſũt neceſſarij adminiſtra
tores. c. edoceri. et. c. cum dilecta. s̃. de reſcrip. et ideo di
cite qd erit in optione eccleſie vel pari ꝙ appellatio ſit de
certa ex negligentia prelati vel impedimento ab eo illa
to et agere contra prelatum vel velle petere in integrũ
reſtitutionem aduerſus deſertionem. et ſic effectualiter
facto prelati deſeritur appellatio licet petatur in integrũ
reſtitutio. vel agatur contra ipſum prelatum. Jſta fuit de
ciſio Panor. et Jmole. in ſimilibus terminis in. c. ij. s̃.
d ĩ ĩteg. reſti. facit. c. auditis. s̃. de in integ. reſti. et. c. fi.
eo. ti. vbi melius de in intg. reſti. Et habetis glo. nõ. in.
c. ex preſentium. j. de pig. in verbo neceſſitate. et faciunt
notata per Bar. in. l. cum mandato. ff. de minor. tamẽ
prelatus apbellationi renunciare non poterit expreſſe
niſi ſicut dixi de procur. quia ad donañ. non eſt plus ꝙ
procur. d. c. ij. de don. Et faciunt notata per Jo. An. ⁊
omnes in. c. peruenit. s̃. de arb. vbi nec de re eccleſie po
teſt prelatus compromittere. niſi cuʒ ſolemnitate que re
quiritur in alienatione. faciunt notata in. c. veniens. et
in. c. de cetero. s̃. de tranſ. vbi idem dicitur de tanſactio
ne. et notata per Bal. maxime in. l. preſes. C. de trans.

Sed quid de impedimento illato a tutore. quia tutor
fuit negligens. et Albri. in. d. autentica. ci qui. videtur
firmare ꝙ tale ĩpedimentuʒ noceat pupillo vſque adeo
quod non detur ſecundus nec tertius annus. p ea que
habentur in. l. et ſi ſine. §. fi. ff. de minor. in. §. ſi pupil
lus. in autentico de hẽre. et falc. tamen licet ipſe non dicat
cuʒ ſit adminiſtrator neceſſarius tutor dicendum erit ꝙ
ſit in optione pupilli poſt deſertam appellationeʒ vel age
re contra tutorem ex ſua negligentia. vel in integrum re
ſtitutionem petere aduerſus deſertionem. p ea que ha
bentur per Bar. in. d. l. cum mandato. et ibi glo. et eſt
tex. in. l. etiam. C. ſi tut. vel. cur. inter: et voluit Panor.
et. Jmo. in. c. ij. s̃. de in integ. reſti. Quinta ſpecies ĩ
pedimenti eſt quod prouenit ex facto iudicis. et iſto caſu
quot capita tot ſententie. primo loco glo. videtur hic in
clinare ꝙ ipſo iure non currat tempus impedito facto
iudicis. et de hoc Paulus de caſtro conſi. xxj. incipit. in
criſti ⁊c. in caſu deſertionis. vbi nihil firmat. et ꝙ ipſo iu
re non currat tenet Paulus conſi. xxv. in fi. columne: in
cip. in criſti ⁊c. ſuper primo dubio. et ita tenet glo. in. c.
anteriorum in glo. magna. ij. q. vj. tenet glo. in. §. et h
quoqʒ ſancimus. in autentico de colla. coll. viij. tenet
glo. in. §. hoc quoqʒ. verſi. illud in autentico de his qui
ingred. ad appel. in. l. ſed et ſi per pretoreʒ. in principio.
ff. ex quibus cauſis maior. Contrariam opi. ꝙ imo
ipſo iure currat tempus. ſed detur in integ. reſtitutio. te
net glo. in. §. hoc quoqʒ ſancim⁹. in autentico. vt ſpõſ.
larg. in autentica. Jtem ſi appellationem. C. de temp.
appel. et hanc partem ſequitur Bar. dicens ꝙ iſta reſti
tutio incidenter per ipſum iudicem ad quem concedeť.
et Bal. in. d. autentica. ci qui. primam opi tenet Jac. de
are. Ci. et Bal. in. d. autentica: Jtem ſi appellationeʒ.
tenet Jmo. in. c. vltra tertiam. s̃. de teſti. tenet hic. D.
Anto. tamen fatetur ꝙ poteſt eligi media via. ſ. qd pro
pter iudicis impedimentum interim non currat temp⁹.
ſed non detur biennium. nec opus ſit reſtitutione. Et
ita Ja. ⁊ Bal. ĩ. d. §. hoc quoqʒ. per tex. ibi qui corrigit.
§. i. in autentico. de his qui ingred. ad appel. Panor.
tenet quod detur ſecund⁹ ann⁹. et ſic temp⁹ currat. ad.
§. hoc quoqʒ. reſpondet quod non ſit preiudicium ve
rum in effectu tamen currit tempus Jmmo quod mod⁹
erit differens alius ſeruandus in primo fatali. ꝙ in ſecũ
do. quia in primo anno non requiritur impedito. facto
iudicis. aliud quaʒ ut proteſtetur. et illo caſu dabitur ſe
cundus annus a iure. et ita debet intelligi prima glo. ꝙ
ipſo iure ſeruabitur illeſus. i. quia per impedimentum
iudicis bene curret primus annus. ſed dabitur a iure ſe
cundus. Et ideo ipſo iure ſeruatur illeſus. nec indiget
reſtitutione. et in hoc. D. Anto. tenet contra eum. quia
vult ꝙ immo ipſo iure non currat tempus primi anni.
Jn ſecundo autem fatali. ſ. ſecundo anno nõ ſufficit p
teſtari de impedimento iudicis. ſed etiam debet implo
rari auxilium ſuperioris ut cogat iudicem impedientem
ne impediat. puta quia nolit procedere iudex tunc ſupe
rior deberet cogere eum ad procedendum. et hoc in ſe
cundo fatali neceſſe eſt ut pars petat. et ita ipſo iure po
ſtea non curret ſecundus annus. et ita ſaluat opi. Jo.
An. in Rica in addi. ad Spec. in quarta parte. co. ti.
hoc autem non petito a ſuperiore curret ſecundus an
nus. et ita loquitur tex. in. d. l. fi. §. illud. qui ſentit diſtic
tionem Jmole. Dicit tñ Jmo. ꝙ añ factum optimũ erit
ſeruare ĩ differẽter iſtã cautelã ut iploreť auxiliũ ſupioris
contra iudicẽ ĩpedientẽ. tã in primo fatali. ꝙ in ſecũdo.
tñ ſi non fuerit factũ dabitur a iure ſecundus ann⁹. ſed
effect⁹ ⁊ neceſſitas illi⁹ cautele ẽ ĩ ſecũdo fatali. q̃ ſi ñ vult
ꝙ currat ſibi tẽp⁹ ipſo iure dʒ ĩplorare ſuperiorẽ. et facit
qd dixi in euidentialibus. quia in primo fatali debet eſſe
diligens in ſecundo diligentior. et eſt vnus notabilis ef
fectus hui⁹ differentie vltime. ſ. ꝙ exigatur reſtitutio ho
minis. nam ſi ipſo iure tempus per impedimentum da
tur. certe ſolo iuris miniſterio impedito etiam vna die
ſolum in primo anno dabitur ſecund⁹ ann⁹. Secus ſi iu
ris miniſterio non daretur ſʒ facto hominis. naʒ tũc ſo
lum tãtũ temp⁹ dareť quãtũ ĩpedimẽtum abſtulit. glo.
in. c. ſi electio. de elec. li. vj. Jo. An. hic ĩ fi. col. recte põ
derãdo. ⁊ Jmo. Paul. ĩ. d. cõſi. xxv. ĩ fi. col. Sciatis
qʒ ꝙ ſi iudex vellet ſuſpẽdeť p ſuã pnũciationẽ hũc lap
ſũ fatal tẽporis ñ põt. et ĩputet ſibi pars appellãs. ſi tali
pnunciatiõi tacẽs acquieuit. Jta Calde. ĩ Rica de ap
pel. cõſi. iiij. Et profecto predicta opi. Jmo. mihi ut me
dia magis placet. Dixit tñ hic Panor. ꝙ ſi facto pricipiſ
ĩteruenirεt ĩpedimẽtum ad quẽ fuiſſet appellatum ipſo
iure appellãs ſeruať illeſus. nec currit ei tẽp⁹. etiã ſi per
mille annos duraſſet pendentia appellationis. c. ex inſi
nuatione. j. eo. autentica. ſed cum lis. C. de temp. ap
pel. et facit glo. in. d. auten. Jtẽ ſi appellationẽ. et ſic ha
bet nouũ itellectũ in. c. cũ litteris. s̃. de in iteg. reſt. qui
tex. poterit ita ĩtelligi. licet quo ad illũ tex. poſſet morde
ri. Sed opere preciũ ẽ ſcire. nunquid iudice nolente
pcedere poſſit ab hac tarditate appellari. et videť dicẽ
ꝙ ſic. quia iudex requiſitus nolens aliquid facere dicitur
iuſticiam denegare licet non reſpondeat. Jta Bal. in. c.
i. de milit. vaſa. qui cõtu. eſt. et pro hac parte facit glo. ĩ
c. ſi religioſus. de elec. li. vj. glo. in terminis in. c. legitia.

UVA. BHSC. IyR_025

in fi. co. ti. li. vj. glo. ĩ. c. ut ꝯſtituerẽt. et ĩ. c. dño ſancto.
l. di. ĩ. c. bone. lo. ĩ. s̃. de poſtul. p̃l. faciũt nõta per Bar.
in. l. i. §. permittiẽ. ff. de aqua. quot. et eſti. in ꝯ̃riũ facit
tex. et ibi Bal. ĩ. d. §. illud. dũ dicit implorarĩ. auxilium
ſupiorꝭ. et etiam uoluit Bal. in. l. ij. C. ut lit. pen. Ci.
in. l. ĩ criminali. C. ꝺ̃ iuriſd. om. iud. et ponã aliquid ĩ. c.
ut debitꝰ. ĩ. eo. tñ maiores ſunt auctoritates p̃cedẽtes. ⁊
etiam maiori nituntẽ ratione. quia ex quo facit iniuſticiã
dꝫ poſſe appellari maẽ de iure canonico. c. ꝯcertationi.
eo. ti. li. vi. tamen notate ꝙ dato ꝙ poſſit appellari a ta
li tarditate nunꝙ̃ tñ tranſit in rem iudicatã ſi nõ appel
letur quiꝫ ſemper poſſit querelari ꝯ̃ talem actuꝫ ſiue tar
ditatem. ita Bal. in terminis ĩ. c. ꝑ tuas. licet ibi Jmo.
teneat ꝯ̃riũ. s̃. de teſti. Sextum ĩpedimentuꝫ illatum
facto tertij. ⁊ illo caſu currit primus annus et ſecundus.
et ſic diſtincte currunt tempora nõ obſtate ĩpedimento
tertij. ſed ꝯ̃ tertiũ agitur de dolo. et tertio ñ exiſtente ſol
uendo petiẽ in integrum reſtitutio ut totidem temporis
reſtituitur quantum facto tertij ẽ ablatum. ita glo. in. l.
arbitrio. §. dolo. et ibi Bar. ff. de dol. in auten. item ſi
appellationem. et ibi doc. C. de temp. appel. et in hoc cõ
cordat communiter doc. hic. et etiam uoluit glo. noſtra
dum allegat. d. §. dolo. et uoluit glo in. l. fi. ff. de eo per
quem fac. erit. Sed Bal. hic in. ĩ. col. ita diſtinguit.
aut loquimur de ĩpedimẽto tertij ĩteruenieute in primo
fatali. et tunc ex quo ĩpedito daẽ generaliter ſecundus
annus. d. autẽtica. ei qui. iõ iſto caſu ꝑꝑ impedimẽtum
tertij ĩtelligitur a iure datus ſecundus annus. aut inter
uenit in ſecundo fatali ĩpedimentum tertij. et tunc quia
lapſo ſecundo fatali a iure ulteriꝰ tempus non daẽ. ſed
ſententia tranſit in reꝫ iudicatam. ideo hoc caſu neceſſa
ria eſt reſtitutio aduerſus hũc lapſum temporis et tacitã
ꝯfirmationem ſentẽtie. et ideo donec habet aliquã actio
nem ꝯ̃ priuatuꝫ. ſ. ꝯ̃ hunc tertiũ ĩpediẽtem ex dolo ſuo.
et tempora ultra bienniũ dantur ex reſtitutione. ideo ĩ
pedito facto tertij nõ denẽ illa tẽpora. qꝛ habet aliud re
mediũ. ſ. agendi ad ĩtereſſe ꝯ̃ tertiũ. et ideo bene ꝯcediẽ
per glo. noſtrã. et alios ſup̃ allegatos ꝙ tertio nõ exiſtẽ
te ſoluendo dabiẽ ĩ integrũ reſtitutio ad tẽpus tñ ꝙ̃tuꝫ
fuit ĩpeditꝰ. et ꝑ Bal. faciũt nõta ĩ. c. ij. et ĩ. c. audiṫ. et ĩ.
c. ex litteris. s̃. de ĩ integ. reſti. dum ibi uolunt ꝙ ita de
mũ detur in integrũ reſtitutio ſi ꝯ̃ aliũ nõ ꝯpetit aliud re
mediũ actionis. uel dato ꝙ ꝯpetat aliud remediũ actio
nis. ille ꝯ̃ quẽ agiẽ nõ eſt ſoluẽdo. uł rñã ſuꝑ qua agitur
nõ recipit eſtimationẽ. et facit. l. in cãe la. ij. ff. de minor.
et que habenẽ in. l. ĩ ꝓuĩciali. ff. ꝺ̃ oꝑ. no. nũci. Cir
ca ſeptimũ de ĩpedimẽto caſus fortuiti. dicite ꝙ ſi accidat
ĩ p̃rio anno daẽ ſecũdꝰ. d. autẽtica. ei qui. ſi accidit in ſe
cũdo ꝑ reſtitutionẽ reſtituiẽ totidẽ tẽporis ꝙ̃tuꝫ abſtulit
caſus. ut tex. nr̃o. et ſic caſꝰ fortuitꝰ nõ habet ĩpedire cur
ſum fataliũ. et ĩtelligite hoc v̑uꝫ nõ ſolũ ſi interueniat in
ꝑſona principalis. ſꝫ etiam in ꝑſona ſuorum nunciorum
uel ꝓcuratorũ. tex. eſt nõ. et ibi doc. in. l. preſes. C. eo.
et ideo tempus feriarum ſi ſunt repentine cum preuideri
non poterit. l. ĩ. C. de fer. et ſic ſapiunt nãꝫ caſus fortui
ti. alc tẽpus dat iuſtã cauſam habendi ſecundũ annum
ſi ĩcidant in primo. ⁊ etiã reſtituendi aliquid de tertio ſi
incidant in ſecundo. ſecus in ferij ſſolemnibus que proui
deri potuerunt. quia ille nõ preſtãt iuſtum impedimen
tum. tex. eſt. et ibi Bal. in. l. ij. §. fi. C. de temp. appel.
Et ideo etiam ſi per labilitatẽ memorie quis erraſſet in
die. quia crederet ſupeſſe ſibi longiora tempora ad pro
ſequendum non diciẽ hoc iuſtũ impedimẽtũ. nec habeẽ
ſecundũ annũ nec ultra. d. l. ij. §. fi. l. fi. §. pe. C. ꝺ̃ tẽp.
appel. c. cũ ſit romana. ibi. neceſſaria. s̃. co. tñ de tẽpoẽ
feriarum repentinarum ĩtelligit bal. vbi proxime proce
dere. caſu quo fuiſſent tam longe ꝙ impediſſent proſe
cutionem negocij. alias autem non. et facit ꝙ vult hic ẽt
Panor. in. v. columna. vbi vult ꝙ quis non debet ſe ita
artare ꝙ modicum tempus poſſit ſibi preiudicare ꝺ̃ cuiꝰ

ueritate dicam: ĩ. proxima queſtione principali. Circa
Octauũ nonũ et decimum impedimentum dicite ſecun
dum Jnno. et Bal. hic ꝙ preſtant iuſtuꝫ impedimentũ.
et ideo taliter impeditus hẽbit annum ſecundum ſi im
pedimentum interuenit in primo. et etiam reſtituetur
poſt ſecundum annum propter aliud de iſtis impedimẽ
tis ĩteruẽtibus in ſecundo. Et ita uoluit hic bal. dicens
v̑erum caſu quo non poſſet habere intra predicta tẽpo
ra teſtes alios. probationes alias. uel alia inſtrumenta
quam que ſibi retinentur. uel occultarentur que ſuffice
rent ad uictoriam. ſed ſi haberet tot quot ſufficiant ad
uictoriam. non eſt neceſſe expectare alias probationes.
uel inſtrumenta. uel teſtes. et ideo non habebit ſecũduꝫ
annum. nec reſtituetur ad tertium. quia impedimentũ
debet eſſe neceſſarium. d. §. illud. c. cum ſit romana.
ibi. neceſſaria. s̃. eo. Quinta principalis eſt queſtio
quale debet eſſe impedimentum hoc. ad hoc ut pariat
effectus premiſſos. et quanti temporis. bar. in autenti
ca: Jtem ſi appellationem. ſe expedit unico uerbo quod
ubi tempus impedimenti durauit tanto tempore quod
potuiſſet cauſam expedire datur ſecundus annus. Uos
autem dicite quod debet eſſe tanti temporis. per quod
iſte potuiſſet proſequi et finire. uel ſolum finire appella
tionem. et tale ꝙ preuideri ex ordinario curſu tẽpoꝝ nõ
potuerit. ⁊ ꝙ poſt illud tẽpus ĩpedimenti non arguatur
de tali negligentia ipſe appellans quod potuiſſet finire
cauſam. Jta colligitur ex ꝯplexe dict̃ Jo. An. D. An.
Jmo. et Panor. Tamẽ ut magis diſtincte materiaꝫ ha
beatis. dicite ſm. D. Anto. ita eſſe diſtinguẽdũ. Aut ap
pellans fuit diligens in toto anno. ⁊ tunc dato ꝙ ĩterue
niret impedimẽtum unius diei tñ ꝙ ĩpediuit ne cauſa fi
niretur debet dari a iure ſecũdus annꝰ. ⁊ ita debet ĩtelli
gi glo. nõ. in. c. ſi elec. circa fi. de elec. li. vj. ⁊ etiam volu
it hic Jnno. ⁊ communiter doc. ⁊ Bal. in. d. auten. ei q̂.
⁊ Bar. in. d. auten. itẽ ſi appellationem. Et generalr̃ ex
quo ipſe fecit quicquid potuit debet ſibi dari ſecundꝰ an
nus a iure. d. l. fi. §. illud. d. auten. ei qui. ⁊ ita glo. nr̃a
hic in fi. etiam ſi nõ fuit impeditꝰ ita. D. Anto. hic poſt
Jo. An. niſi per dic̃. Qñqꝫ ⁊ ſecũdo caſu toto anno
nihil egit quia toto anno fuit impedimẽtum ⁊ tunc daẽ
ſecundus annus a iure. d. auten. ei qui. ⁊. d. c. cũ ſit ro
mana. immo. etiã ſi circa finẽ anni ceſſauit ĩpedimẽtum
dũmodo nõ fuerit tñ temporis intra quod potuerit cãꝫ
finire, tamen dabitur ſibi ſecundꝰ annus nõ obſtãte hac
negligentia. quia ex quo nõ potuit finire cauſã intra hoc
tempꝰ non eſt ĩ conſideratione tale tempus. ita. D. An
to. hic poſt Jnno. et ĩ dubio tempꝰ ad proſequẽdum et
finiendum cauſam ſufficiẽs uidetur eſſe tempꝰ menſis.
Auten. Jtem ſi appellationẽ. ⁊ ibi bar. C. de temp. ap
pel. et ſequuntur hic doc. Jac. tamẽ de bel. in. §. et hoc.
v̑ſi. ſancimus in auten° ut ſponſ. larg. et Jmo. hic uideẽ
uelle ꝙ intra illud ultimũ modicũ tempꝰ pars appellanſ
ne ꝯuincatur de negligẽtia debet faceẽ ꝙ poteſt. ⁊ licet
non poſſit finire incipiat proſequi. per tex. in. d. §. illud
ibi. ſumma ope. dicit tamen Jmo. ꝙ equior eſt opi. D.
Anto. nõ obſtat tex. in. d. §. illud. quia intelligitur caſu
quo poſſet finire. ſed poſtquam certum eſt quod nõ po
teſt finire ad quid debet artari ad proſequendũ. Qñ
que ⁊ tertio caſu fuit a principio diligens quia cepit cãm
agere et interuenit poſtea impedimentum. ⁊ tũc ſi impe
dimentum fuit tanti temporis ĩtra ꝙ potuiſſet finire cau
ſam licet poſtea ceſſet impedimentum tamen dabitur ſi
bi ſecundus annus. non obſtante ꝙ poſt ceſſans impe
dimentum ſuper eſſet tantum temporis intra ꝙ potuiſ
ſet finire cauſam. ita Jnno. hic. licet ĩ fi. uideatur muta
re ſententiam. Jta Jo. An. in addi. ad Spec. eo: ti. in.
iiij. parte. et ita bar in. d. autentica. iteꝫ ſi appellationẽ
D. Anto. Panor. Jmo. et nouiſſimi in hoc tenent
contrariũ. qꝛ lꝫ appareat primo de diligẽtia appellãtis
poſtea de impedimento poſt hec tamen apparet de ne



UVA. BHSC. IyR_025

gligētia. vñ vltima mora dꝫ nocere ꝑ ea que habentur
in. l. mora in pricipio. et in. l. ſꝫ ſi interpellatꝰ. ff. ď vſur.
in. l. ſi ſeruū. ff. de ver. ob. puta iura ꝓpterea dederunt
longum tēpꝰ ad ꝓſequēdū. ut ſi aliquo tēpore īterueni
ret īpedimētū poſſet illud emēdare alio tempore. Et
ideo ex quo non emendauit et fuit ī negligētia nō dꝫ ſibi
dari ſecūdus ānus. et ꝓ hac opi. adducūt tex. in. d. §. il
lud. ibi. ſūma ope niti. qꝛ illud ſūma ē ſuplatiuū. vtī Ri
ca. ſ. de ſūma trini. et fid. catho. adducūt etiam tex. ī. c.
cū ſit romana. ſ. co. ibi. neceſſaria. nam ſi poſt īpedim̄
tum potuit ꝓſequi. nō ergo de neceſſitate dꝫ dari ſecūdꝰ
annus. qꝛ non eſt neceſſaria cauſa. ſimiliter ponderant.
§. et hoc quoqꝫ. in auten. ut ſponſ. larg. et etiam. §. pri
muꝫ in auten. de his qui īgred. ad appel. ꝛ. §. ꝛ hoc quo
qꝫ. in autētico. de appel. que iura potius faciūt ꝯ eos.
et pro Bar. dū ponderant ſolū īpedimentum īteruenīſ
ſe in primo anno. Quādoqꝫ ꝛ quarto caſu a pricipio
fuit negligens poſtea fuiſſet diligens et finiſſet cauſam. ſꝫ
interuenit īpedimētū in fine anni. et in hoc ꝯcordāt omneſ
Inno. et alij. ꝙ debeat dari ſecūdus annꝰ. naꝫ pars ap
pellās nō arta᷑ ad ꝓſequēdum appellationem ī princi
pio anni. ſed ſatis eſt ꝙ ītra annum ꝓſequatur. et fini
at. de. ſicut. eo. ti. nec poteſt cogi ad īcipiēdū in princi
pio anni. c. oblate. et. c. ſepe. et ibi videbimꝰ. ī. eo. d. §.
et hoc quoqꝫ. in autentico. vt ſponſ. larg. ergo licet fue
rit negligēs in prima parte anni. cū tunc nō tenere᷑ pro
ſequi nō ē ei īputāduꝫ. et iō ſatis ē ꝙ fuit poſtea diligēs.
et incepit tali tēpore ꝙ finiſſet poſtea cauſā niſi fuiſſet īpe
ditꝰ. et fa᷑ rō regule. ī dubiū. de reg. iur. li. vj. Panor.
hic ſequi᷑ alios cū grano ſalis. ſ. dūmō iſte ſe nō ſe arta
uerit nimiū ad īcipiēdū. qꝛ dato ꝙ ſatꝭ ſit īcipere ꝓpe fi
nem anni tm̄ ꝙ cauſa poſſet finiri. tm̄ nō dꝫ ſe etiam tm̄
artare ut omne modicū īpedimētum poſſet ei nocere. qꝛ
vir prudens ꝓuidet īpedimēta que de futuro poſſūt ꝯtin
gere. et illis ꝓſpicit. et pro eo facit tex. in. d. §. illud. ibi
ſūma ope. et faciūt que dixi ī euidētialibꝰ ꝙ ī primo an
no dꝫ eſſe diligēs. tamen communis opi. eſt ī ꝯtrariū. qꝛ in
diſtincte loquū᷑. ita Paulꝰ in. ſ. allegato ꝯſi. xxj. et ꝯſi.
xxv. Quādoqꝫ ꝛ vltimo caſu fuit diligēs in principio.
vel etiaꝫ negligēs. et poſtea dū ꝓſequere᷑ īteruenit īpe
dimētū. poſt īpedimētū ꝓpe finē anni fuit aliquo tēpor᷑
negligens. tñ nō erat tm̄ tempꝰ iſtiꝰ negligentie vltime
ꝙ potuiſſet finire cauſam. et dicite vt dixi proxime in ſe
cundo membro. quia contrarietas eſt inter. D. Anto.
et Imolam. et opi. Imole tenet Poſt. ꝙ ſaltem hoc vl
timo tempore debet eſſe diligens licet ſciat ſe non poſſe
finire ad hoc ut detur ſecūdꝰ annus. et Ang. late diſpu
tādo ꝯcludit ꝙ nō datur ſecūdus annꝰ. per nō. per Ci.
in autētica. Itē ſi appellationē. C. de temp. appel. Ibi
Bar. per tex. ī. d. c. cū ſit. ibi. neceſſaria cā. per Ci. in au
tētica. ei qui. ſ. allegata. Ia. de beluiſo. qui hoc diſputat
et firmat in. §. i. ī autentico. ď his qui ingred. ad appel.
Ita Ang. in ꝯſi. clxxxviij. ꝙ incipit in criſti xpe. in propo
ſita queſtiōe. aliter tamē dicit Calď. ꝯſi. nolēs ꝙ ſufficit
ꝙ erat paratus proſequi. et ſupererat tantaꝫ tempus ꝙ
poterat finire. ſed aliquo modico fuit īpeditus. illud mo
dicum eſt ſufficiens ut de᷑ bienniuꝫ. et ita Inno. ꝛ Io.
An. hic. tamen tenere menti ꝙ vbicūqꝫ dictum eſt qď
propter impedimentum in primo anno non datur ſecū
dus annus ut ſecundum opi. Imole. tenui in ſecundo
membro. et in hoc quinto. et etiam tenui in tertio ſecun
dum communem opi. quia vltima negligentia nocet. tñ
licet non habeat ſecundum annum poteſt petere in inte
grum reſti. ad tempora ſublata ſibi per impedimentuꝫ
vigore clauſule generalis edicti pretoris. Si q̄ mihi iuſta
cauſa. ꝛc. de qua habetur in. c. ex litteris. ſ. de in integ.
reſti. in. c. cum bertoldus. ſ. de re iud. in. l. i. ff. ex quibꝰ
cau. ma. et toto illo ti. et facit. l. ſi ab hoſtibus. §. fi. et. l.
ſed et ſi per pretorem. §. ſi ferie. ff. ex quib. cau. ma. et
ita tenent. D. Anto. et Imola. hic. et hec procedunt in
impedimento currente in primo fatali. In ſecundo aūt

fatali reſpectu qualitatis impedimenti. et etiaꝫ quantita
tis. Idem eſt dicendum ꝙ de primo. licet exēpla ꝓmiſ
ſa ſint poſita in primo fatali. Et ex predictis infertur
ſecundum Imolam. ꝙ ſi impedimentum fuit tanti tem
poris intra ꝙ non potuerit finiri cauſa nec ſi illud reſti
tuatur poſſit finiri. cū ars et natura nihil opera᷑ fruſtra
l. quibus ideꝫ. ff. de ver. ob. Illo caſu non eſt danda in
integrum reſtitutio ad tale impedimentuꝫ. Infertur
etiam ex predictis ſecundum Card. in cle. ſicut. in tertia
queſtione. eo. ti: ꝙ licet appellans fuerit ꝯtumax nō di
co in aliquo ex terminis fatalibus de quibus in. c. perſo
nas. ſ. eo. ut hic. ſed in aliquali citatione. puta quia cita
tus ut compareat lꝫ fuerit ꝯtumax poterit tm̄ poſtea ve
nire et velle proſequi appellationem. et erit audiendus.
quia vt predixi negligentia appellantꝭ nō noceat ei quo
minus ſi tempora largiantur. poſſit poſtea proſequi. gͦ
iſte ꝯtumax audietur. quia de natura ꝯtumacie non eſt
excludere quem a cauſa. c. cū olim. in fi. ſ. de teſti. c. cuꝫ
dilecti. ſ. de dol. et ꝯtu. glo. nō. in. c. ij. de dol. et ꝯtu. li.
vj. Sexta eſt principalis queſtio quantum tempus ď
tur impedito. et dicite aut nos loquimur in impedito ta
li impedimento per quod non currunt tempora ipſo iu
re imo dormiunt. puta quando lis pendꝫ in auditorio
principis qui eaꝫ non expedit. tunc non currunt tempo
ra. auten. ſed cum lis. C. de temp. appel. c. ex inſinuatio
ne. in ratione ſui. ī. eo. vel puta quia pendente appella
tione factum eſt compromiſſum. vel in alijs caſibꝰ quos
poteſtis diſcurrere. ſ. circa effectus impedimentorum. ꝛ
illo caſu cum nulla ſit leſio quia non currunt tempora.
non eſt danda reſtitutio temporis noui. Aut loqui
mur. caſu quo nō obſtaṅ impedimento currunt tēpora
ut patet. ſ. in effectibus impedimentorum. et illo caſu.
aut loquimur in primo fatali. et eſt dandus annus ſecū
dus integer. c. cum ſit romana. vbi tex. ſ. co. ꝛ. d. autē.
ei qui. niſi caſu quo ex ſubſequēte negligētia ſua poſt im
pedimētū denegare᷑ ſibi ſecūdꝰ annꝰ. ut dixi ī precedēti
queſtione ꝓncipali. etiam ſi vellet venire ex reſtitutione
ꝑ clauſulā generaleꝫ. ſi q̄ mihi iuſta cā. vt reſtituere᷑ ſibi
tēpꝰ ablatū ꝑ īpedimētū. nā illo caſu nō da᷑ ſibi ſecūdus
ānus. ſꝫ ſolū totidē tēporis ꝙtū abſtulit īpedimētum. ita
voluit Imo. et fa᷑. l. qď ſi minor. §. reſtitutio. ſ. de mi
nor. l. ſꝫ ꝛ ſi ꝑ ꝓtoreꝫ. §. ſed ſi ferie. ff. ex quib. cau. ma.
Aut loquimur ī ſͦ fatali qꝛ īteruenit īpedimētū ī ſecun
do anno. et illo caſu glo. ī. c. cū ſit romana. ſ. eo: in pri
cipio. ꝛ glo. hic referēdo cā ad tex. ꝛ glo. in. d. auten. ei
qui. tenēt ꝙ de᷑ tertiꝰ ānꝰ īteger ſic īpedito ī primo da᷑
ſecūdꝰ. Imo. hic ꝛ cōmuniter doc. et ēt Ci. et communiter
doc. in. d. auten. ei qui. tenēt ꝯtrariū. qꝛ īmo de᷑ ſolū tātuꝫ
tempus quantum abſtulit. mouentur quia hoc tempus
poſt ſecundū fatale datur ex reſtitutione in integrum. ut
videbimus in ꝓxima ſequenti principali queſtione. ſed
reſtitutio ī integrū non da᷑ ī plus ꝙ ſit leſio. d. l. ꝙ ſi mi
nor. §. reſtitu. ergo non reſtituetur plus temporis ꝙ ab
ſtulit īpedimētū. et illa eſt communis ſentētia. ſi tñ impedi
mentum nō fuiſſet tāti temporis intra ꝙ poſſet cauſa fi
niri nulla ēt dabi᷑ reſtitutio. ne fruſtra detur. ita Imo.
hic ī. xiij. col. Sed quid ſi in hoc tempore reſtituto ꝙ
ſapit quandam naturam tertij fatalis interuenit impe
dimētum. dicite ꝙ dabi᷑. et quartū tempus ex reſtitutio
ne. quia illa equitas pretoris ſi qua mihi iuſta cauſa vi
ſa fuerit ī integrū reſtituā. l. i. ff. ex qui. cau. ma. ita hēt
locū ī tertio fatali ſic in ſͦo. cū eadē ſit rō. et eadē ſit cā ī
pedimēti. ꝛ hoc voluit glo. ꝛ ibi Alber. ī. d. auten. ei qui
fa᷑ vulga᷑ vbi eadē ē rō eadē ē iuris diſpoſitio. l. libertū
§. ſenatꝰ. ff. ď ritu. nup. c. iter corꝑalia. cū ſimilibꝰ. ſ. ď
trāſ. ꝑl. ꝛ pēdꝫ ex his q̄ hēn᷑ ī. l. ij. §. ſi ſepiꝰ ī īteg. reſti.
ꝛ in. c. fi. ſ. de ī integ. reſti. Septima pricipal' ē qď an ipe
ſo iu᷑ noua tēpora den᷑ īpedito. an vo requira᷑ ſētētia.
ꝛ dicite ſꝫ Inno. Imo. ꝛ alios. ꝙ aut loquimur de īpe
dimēto ī prio fatali. aut loquimur de īpedimēto in. ſͦ. Et

UVA. BHSC. IyR_025

vltra ſi loquimur de impedito ĩ pͥo fatali. et tūc ſecūd⁹
annu⁹ daẜ ipo iure. d. auten. ei qui. ⁊. §. i. i autē. ꝺ his
qui igred. ad appel. ⁊. c. cū ſit. ſ. co. Calde. i Rica. eo.
ꝯſi. x. Sȝ pūct⁹ eſt nūquid requiraẜ ſaltē ſentētia decla
ratoria ipedimti. ⁊ vr̄ dicēdū ꝙ ſic. p tex. i. c. cū ſm. de
hſe. li. vj. vbi dato ꝙ bona hereticoꝝ ſint ꝯfiſcata ipſo
iure. tn̄ requiriẜ ſentētia declaratoria facti. ⁊ fac tex. queȝ
ibi nōt Jo. An. et Archi. i. c. i. i fi. de homici. li. vj. ⁊ vo
luit Gemi. i. c. fi. de ꝯfeſ. eo. li. Panoꝛ. i. c. ceteꝝ. ꝺ iura.
cal. ſ. et i. c. cū nō ab homine. ſ. de iudic. voluit Bar. i.
l. ei⁹ qui delatorē. i pͥcipio. ff. de iuꝛ fiſ. voluit Bal. i. l.
iubem⁹. §. ſane. C. de ſacro ſāt. eccle. i. l. ſiquis maior.
C. de trāſ. i. l. gn̄aliter. §. i. C. de reb. cre. i auten. hoc
ampli⁹. C. de fideiuſ. i. col. i. l. i. C. ꝺ pena iud. qui mal.
iud. et late p Jmo. poſt Card. ⁊ ibi Panoꝛ. i repetione
c. extirpāde. §. qꝛ vo. j. de pb. ſi g° vbi. l. irrogat penaȝ
ipo iuꝛ requiriẜ tn̄ ſentētia declaratoria facti ut ēt voluit
Card. i cle. i pleriſqȝ. i viiij. col. ꝺ elec. g° i ꝓpoſito nr̄o
bn̄ requireẜ ſentētia declaratoria ipedimti. Jn ꝯtriuȝ
ē vitas. ⁊ ita tenet Jo. An. i addi. ad Spec. i Rica. eo.
ti. i qrta pte. et ita Jmo. hic. xij. col. l app. allegaſ. cxxv.
dicēres ꝙ ſat erit appellāti ꝓſequi appellationē ēt poſt
pͥmū annū. ⁊ ſi opponeẜ de deſ̄tiōe appellatiōis p lap
ſuȝ pͥmi āni dȝ replicaꝛ de ipedimto. ⁊ ita ꝓcedere ad
vlterioꝛa. ⁊ ad hoc facit. tex. i. d. c. cū ſit. cū nō requiriẜ
ibi aliq̄ ſentētia. ⁊ i. d. §. i. nō obſtat tex. i. d. c. cū ſȝ. cuȝ
alijs ſ i ꝯtriū. ſ. allegatꝭ. qꝛ illa iura loquūtur i iuꝛ ꝺ nouo
īducēdo vel aliquid de nouo q̄rendo. nos loquimur in
iuꝛ iducto ꝯſuādo. ſ. i ꝓceſſu appellatiōis īchoato ꝯſer
uādo ⁊ iura magis fauēt ad ꝯſeruādū i⁹ iā i cē ꝓductū
ꝙ ꝺ nouo iducēdo. l. pͥe furioſo. ff. ꝺ his q̄ ſūt ſui vl̄ ali
eni iuris. c. quē admodū. ſ. ꝺ iuꝛ iu. et ita Jmo. ꝙ. nōte
ꝓlimitatione pdictorū. Aut loquimur de impedimē
to interueniēte in ſ° fatali an temp⁹ quod datur deẜ ipo
iure. ⁊ dicite ꝙ. glo. noſtra hic videẜ teneꝛ ꝙ ſic. ⁊ glo.
i. in. c. cū ſit. ſ. eo. in ꝯtriuȝ eſt veritas. quia daẜ per i ite
grum reſtitutionē ab homine ⁊ nō a. l. ita glo. in. d. au
ten. ei qui quā ibi ſequunẜ omnes. Jta Jnno. hic. ⁊ cō
muniter doc. excepto Hoſt. et pro hac opi. facit tex. in. c.
cū ſit. ſ. eo. iuncto. tex. noſtro. nā clarū eſt ꝙ poſt bienni
um tranſactū appellatio habeẜ pro ꝺſerta. ⁊ ſic iſte effec
tus eſt iā i cē ꝓductus trāſacto biēnio. ⁊ tn̄ tex. nr̄ dicit
ꝙ iuſto ſubſiſtente impedimēto nō vult pͥeiudiciū gene
rari per curſū biēnij. ⁊ ſic in effectu mero iure currit biē
niū. ⁊ inde cauſaẜ leſio. ſed ad reſcindeꝛ leſionē requiriẜ
officiū iudicis ⁊ remediū reſcindēs. l. ꝙ ſi minoꝛ. §. fi. ff.
ꝺ minoꝛ. faciūt nōta in. c. ij. ſ. ꝺ offi. iud. i. c. tū ex literiſ.
ſ. de i integ. reſti. in. l. fi. per Bar. C. ex quib. cau. ma. p
eundē in. l. ab hoſtib⁹. §. ſed quod ſimiliter. ff. ex quib.
cau. ma. Si ergo ad reſcindendū leſionē requiriẜ offici
um iudicis ⁊ remediū reſcidēs hic a utē curſu biēnij erat
cauſata leſio. ⁊ papa determinat ꝙ nō vult illā leſioneȝ
ꝑiudicaꝛ ergo de neceſſitate itelligiẜ p remediū reſcindēſ
⁊ ſic per in iteg. reſtitutiōnē. ⁊ hoc modo poteſt induci.
d. §. illō. ⁊. §. i. i aut° ꝺ his qui īgred. ad appel. Aut
loquimur in tempoꝛe ꝯcedēdo vltra hoc tertiū fatale. et
tunc cū illud ꝯcedaẜ per edictū ꝑtoꝛis ſi qua mihi iuſta
cā vt. ſ. dixi iō ꝺ neceſſitate itelligiẜ i integrū reſtitutiōeȝ
ꝯceſſā ab homine. Octaua eſt ꝑncipalis qō a quo iu
dice daẜ iſta reſtitutio tēpoꝛis an a iudice ad quē an a iu
dice a quo ⁊ an a ꝺlegato an ab oꝛdinario. Et dicite ſm
Bal. in addi. ad Spec. co. ti. in. xiij. col. ꝙ aut appella
tio erat iā itroducta corā iudice ad quē et illo caſu cū co
rā eo ſit cāta. leſio ipſe dabit in iteg. reſtitutionē. l. ꝑſes
vbi tex. ⁊ ibi Bar. Bal. ⁊ Ang. C. eo. Aut appellatio nū
dū erat itroducta corā iudice ad quē. ⁊ illo caſu cū nūꝙ
ſit adit⁹ ⁊ leſio p ꝯñs nō eſt cauſata corā eo. ꝺbet reſtitui
a iudice a quo. d. l. ꝑſes. vbi Bar. ⁊ Bal. ⁊ facit rō. nā
ille iudex dat in itegrū reſtitutionē qui eſt iudex cōpetēs
in actu ex quo cauſata eſt leſio. Jta Bar et ibi caſus in.

l. ij. C. vbi ⁊ apud quē. ſȝ tn̄ cā nō eſt introducta corā iu
dice ad quē in actu appellationis nō dū efficaciter ē effec
tus iudex. ergo nec ꝯ ꝺſertionē poterit ipſe reſtituere vt
nō ꝑiudicet. quia nō ē iudex ꝺſertionis. tn̄ ſi pars velſȝ
adire corā iudice ad quē nō tāquā cauſa appelationis eſ
ſet ad eum deuoluta. ſed tāquam ſupioꝛē iudcis a quo
poſſȝ corā eo peti i itegrū reſtitutio aduerſus talē lapſuȝ
tēpoꝛis. caſ⁹ eſt de bꝛocha. i. l. i. et ibi Bar. C. ſi ſep in in
teg. reſti. ſu poſtu. Circa qōneȝ ꝺ delegato. dicite ꝙ taȝ
corā delegato ꝙ corā oꝛdinario pōt peti illa i integꝛ reſti.
nā lȝ pͥcipaliꝛ corā delegato n̄ ſit tractāda cā i iteg. reſti.
p. c. pe. ſ. de i iteg. reſti. l. fi. C. vbi ⁊ apud quē. tn̄ icidē
ter pōt tractari. d. iurib⁹. ſȝ illa i itegꝛ reſti. petiẜ icidēter
n̄ aūt pͥcipaliꝛ. ut voluit Bar. nō. i. d. autē. itē ſi appel
lationē. ⁊ Jo. An. ſup. d. Rica. ⁊. D. Anto. hic. g° bn̄
pōt peti tā corā delegato ꝙ corā oꝛdinario. ⁊ faciūt que
dicā. j. i. xv. q. pͥcipali i articulo an delegat⁹ poſſit eē iu
dex in cā deſ̄tionis. Nona pͥcipaẜ eſt queſtio q̄liter il
la i integ. reſtitutio peti debeat. ⁊ dicite ꝙ cū petaẜ iciden
ter petiẜ ſine libello ſine lit. ꝯt. ⁊ ſimilib⁹ ſolēnitatib⁹. tn̄
requiriẜ citatio ptis. qꝛ negari nō pōt qui de ei⁹ ꝑiudicio
tracteẜ. ⁊ iō citari dȝ. c. iter q̄tuoꝛ. ⁊ ibi p Jnno. ⁊ alios.
ſ. de maioꝛ. et obed. ⁊ ita voluit Bar. i. d. auten. item
ſi appellationē. et ita Jo. An. i. d. Rica. ⁊ faciūt nōta i.
c. prudētia. §. ſexta. ſ. de offi. del. ⁊ in ꝓpoſito faciūt nō
ta p Bar. i. l. ab hoſtib⁹. §. ſȝ ꝙ ſimpliꝛ. ff. ex quib. cau.
ma. i. l. nec quicꝙ. §. vbi decretū. ff. de offi. ꝓcō. p cano
niſtas maꝛ Panoꝛ. i. c. tū ex litteris. ſ. de i integ. reſti. p
Jmo. late i repetitiōe. c. ij. ſ. de offi. ind. Decia ē qō
pͥcipaẜ. an poſt ꝯcluſionē i cā currāt fatalia ipis ptib⁹.
⁊ dubiū inde naſcitur poſt ꝯcluſū i cā clauſū ē os pti ut
nihil poſſit faceꝛ. c. paſtoraẜ. ſ. de cā poſ. ⁊ ꝓpꝛie. c. cum
dilect⁹. ⁊ ibi habeẜ. ſ. de fid. iſtru. auten. iubemus. et ibi
aliquid Bal: C. de iudic. ſi os g° eſt clauſū pti. g° ei non
currēt fatalia. qꝛ nō valēti ageꝛ nō currit tēp⁹ ēt ꝯtinuū.
l. i. C. de anna. excep. g° i ꝓpoſito ex quo iſte nihil po
teſt ageꝛ n̄ currēt ſibi fatalia. ꝑterea ipedito facto iudicis
nō currit tēp⁹. ſaltē ſm fatale. d. §. illud. et dixi de vita
te huiuſ i quarta pͥcipali queſtione i quinto ipedimen
to. hoc tn̄ nō obſtañ Bal. i. d. auten. Jtem ſi appellatio
nem. in pͥncipio. C. de appel. tenet contrarium. quia ē
quid imputetur iſti quare non petit ſententiam ferri a iu
dice. ⁊ ideo ſatis eſt in culpa. nam iudex non tenetur fer
re ſententiam niſi petatur etiam contra contumacem.
l. properañ. §. et ſi quidem. vbi tex. et ibi Bar. et alij.
C. de iud. l. ad peremptoriuȝ. vbi tex. et etiam ibi Bar.
ff de iud. bar. in. l. ſi finita. §. iuſ. ff. de da° infec. in: v.
col. in. l. cum ſentaneum. C. quō. et quando. iud. D.
Anto. in. c. i. et ibi Panoꝛ. ſ. de iudic. Si g° nō tenetur
iudex iudicaꝛ niſi petaẜ a pte. g° pars nō ipediẜ facto iu
dicis ſed ſuo. et dum dicitur pars non poteſt agere poſt
ꝯcluſū i cauſa verum eſt reſpectu pꝛobationum inducen
daꝝ. poteſt tn̄ petere ſentētiā ferij a iudice immo debet
niſi velit imputari de negligētia. ⁊ hoc voluit etiā bar. i
quodam ſuo ꝯſi. ut allegat hic. d. Phil immo etiaȝ per
moꝛtē iudicis quandocūqȝ iteruenientem etiam poſt cō
cluſuȝ in cā nō excuſareẜ pars a curſu fataliū. quia teneẜ
adire ſucceſſoꝛē ⁊ corā eo de nouo vocare partē. l. moꝛ
tuo. ⁊ melius in. l. edictū. vbi bar. ⁊ Ang. ff. de iud. im
mo etiā vacāte ſede nō excuſareẜ a pꝛoſecutione. tex. eſt
nō. i cle. ne romani. i fi. C. ꝺ tēp. queȝ ad h pōderat Al
ber. i fi. C. ꝺ tēp. appel. ꝙ itelligite verū qn̄ vacāte ſede
adeſſȝ tn̄ qui adminiſtraret cās loco moꝛtui. ita loquiẜ.
ꝺ. cle. ne romāi. ⁊ faciūt q̄ hēnẜ i. c. cū oli. ſ. ꝺ maioꝛ. et
obe. ⁊ i. c. i°. de ma. ⁊ obe. li. vj. Undecia ē qō nūquid
q̄ dicta ſūt ꝺ termio iuris hēant locū i fatali hominis de
quo fatali i. c. pſōas. ſ. eo. ⁊ tȝ hic Jnno. ꝙ ſic. moueẜ
qꝛ tēp⁹ fatale aſſignatū ab homie aſſignaẜ loco fataliuȝ
iuris. c. cū ſit. ſ. eo. ſȝ ſubꝛogatū dȝ ſapeꝛ nāȝ ſubꝛogati.
c. eccleſia. lo ſecundo. ſupꝛa. ut lit. pend. l. ſi enim. §.

UVA. BHSC. IyR_025

qui iniuriaꝝ. ff. ſiquis cau. ergo idez dicemꝰ de termino hominis ꝙ de termino iuris. ſ°. fac̃ nã quo ad deſertionem iducenð. ita iducit deſertionem tẽpus aſſignatum ab homine ſicut a iure. c. ꝑſonas. ſ̃. eo. ꝙ tamen intelligite veꝝ niſi homo ĩ aſſignatione termini aliter declarꝫ. puta quia declaret ĩ aſſignatione termini non velle. tñ per eiꝰ lapſum iduci deſertionem. quia tunc non iduceretur deſertio nec diceref̃ tẽpus fatale. tex. eſt nõ. quem ponderat ibi Gemi. in. c. i. §. i. de elec. li. vj. ſi ergo tẽpꝰ aſſignatũ ab homine, ita ĩducit deſertionẽ ſicut aſſignatum a iure. ergo medella ꝺ̃ſertionis que adhibef̃ circa tẽpus a iure aſſignatũ ĩtelligef̃ adhibita. et circa tenpꝰ hominis. et ita tenet hic. D. Anto. et Jmo. Panoꝛ. tamẽ dicit in iudicãdo non eſſe recedendũ ab hac opi. ſꝫ tamẽ ꝙ de iure veritas eſt ꝯ̃ria. mouef̃ nam pꝛimo non ſunt paria terminus iuris. et terminꝰ hominus. ſi ergo non parificãt. ergo dictum de vno non ĩtelligef̃ dictũ de alio. quia ad tolẽdã ꝯtumaciã ſufficit dari iſtãtiã. c. ſicut vrgeri. i. q. i. . glo. eſt in. l. creditoꝛi. ff. de op. no. nunci. qð ñ parificẽtur deducif̃. nã tẽpꝰ aſſignatũ ab homine non ẽ ad ꝓſequẽdũ et finiẽdũ. ſed ſolũ ad ichoandũ. ut dixi in. c. perſonas. ſ̃. eo. ſed tẽpꝰ aſſignatũ a iure eſt ad pꝛoſequẽduꝫ et finiẽdũ. cle. ſicut eo. ti. cũ ergo ĩ hoc differãt nõ miꝝ ſi. l. voluit daf̃ longiꝰ tẽpꝰ ĩpedito ĩ termino. l. qꝛ plꝰ ſupereſt ei ad agendũ in tali termino ꝙ̃ ĩpedito ĩ termino hominis ꝙ ſolũ vnũ actũ habet expedire. Secundo deducit Panoꝛ. naꝫ tẽpꝰ aſſignatum ab homine habꝫ vĩ citatiõis. c. ſepe. ĩ. e. et. d. c. ꝑſõas. c. i. eo. ti. li. vi. imo maioꝛem penã ĩfeꝛt ꝙ̃ ſimplex citatio. quia ſimplex citatio ĩfert tñ penã ꝯtumacie que. eſt refectionis expenſaꝝ. c. finem litibꝰ de dol. et ꝯtu. l. ſancimꝰ. C. de iudic. illa citatio ĩfert penã amiſſionis cãe ꝯtumaci. qꝛ appellatio habetur ꝓ deſerta. c. ꝑſonas et. c. cũ ſit. ſ̃. eo. ſed in citatione ĩeſt duplex iuſſus. vnus ut ueniat. alius ut certo die ueniat uſqꝫ adeo ut ĩpeditꝰ illa certa die ſi vult uitare illã penã citationis et ꝯtumacie debet uenire ꝙ̃ pꝛimuꝫ poteſt. c. cũ dilect. ſ̃. de dol. ꝛ ꝯtu. modo ubi maiꝰ periculũ ibi cautius eſt agẽñ. c. ubi ꝑiculũ. in pꝛincipio ð elec. li. vj. ſi ergo ubi eſt tãtũ pena ꝯtumacie tenef̃ uenif̃ ꝙ̃ pꝛimũ poteſt. ergo multo magis ubi eſt maius periculum. ſ. amiſſionis cauſe. et pꝛo Panoꝛ. facit. l. celſꝰ. ff. ð arb. quia mitius agif̃ cũ. l. ꝙ̃ cum homine. ergo nõ miꝝ ſi tẽpoꝛa. l. duplicanf̃ non tempoꝛa hominis. ꝓterea ꝓuiſio hominis tollit ꝓuiſionẽ. le. l. fi. C. de pac. ꝯuẽ. gᵒ ex quo per aſſignationem hominis recedif̃ a termino. legis recedef̃ et a ꝓuiſione ſua ut tẽpꝰ duplicetur. et ad hoc faciunt que uoluit Jo. An. in. c. ꝯſtitutus. et ibi Panoꝛ. ſ̃. de in integ. reſti. et Bal. in. l. fi. C. in quib. cau. in ĩte. reſti. nõ eſt nec. ubi ꝯcludunt quod licet pꝛeſcriptio iuris non currat contra minoꝛem tamen pꝛeſcriptio cõuentionalis bñ currit ꝯ̃ minoꝛẽ ꝛ ſic ꝑſcriptio homis. faciunt que habẽtur ĩ. l. emiliꝰ. ff. de minoꝛ. ĩ. l. cũ filius. §. i hac. ff. de ver. ob. et ꝓpterea ꝯcludit Panoꝛ. diſputatiue loquẽdo ꝙ impedito in termino aſſignato ab homine nõ duplicabif̃ pꝛimũ fatale. ſed tenebif̃ ſe expedire quãpꝛimũ poterit. vel tñ exequitate ꝓ̃toꝛia reſtituef̃ tẽpus impedimẽti. Duodecima eſt qð nũquid negligẽte appellãte intra fatalia pꝛoſequi appellationẽ ꝓſequef̃ appellatus. ꝛ an imputabif̃ ei ſi nõ ꝓſequatur. ꝛ de illa dicã in. c. oblate vbi ponũt doc. ĩ. eo. ponit hic Jmo. et. D Anto. Tertiadecima eſt qð. nũquid vtroqꝫ negligẽte ꝛ appellante ꝛ appellato current fatalia. ꝛ dicite ꝙ ſic ꝛ ita ꝯcludit Bal. ĩ. l. eos. §. fi. . C. co. circa principiũ nã licet dicaf̃. ꝙ paria delicta mutua ꝯpenſatione tollunf̃ c. pe. ĩ. de adult. l. viro atqꝫ vxoꝛe. ff. ſolᵒ. maᵒ. tñ hic nõ ſunt delicta paria. quia magis peccat appellãs. qui ꝓuocauit nõ ꝓſequẽdo quã appellatꝰ. c. i in fi. eo. ti. li. vj. et pꝛo hoc adduco vobis tex. in. §. i. vſiᵒ. ſin vo in autᵒ. de his qui ĩgred. ad appel. et eſt glo. ĩ cle. quã diu. ĩ uerbo expꝛeſſo co. ti. et facit glo. in. c. i. ĩ vbo defecerit. de elec. li. vj. Quartadecĩa eſt qð nũcquid utroqꝫ conſentiente tã appellato quã appellãte poſſit pꝛoꝛogari tempoꝛa fatalia data ad ꝓſequẽdũ. ꝛ Jo. An. ĩ addi. ad Spec. ĩ §. nunc bꝛeueuiter. vſiᵒ. lꝫ. in additione magna. eo. ti ꝛꝫ ꝙ ſic. et eandẽ opi. tenet Bal. ĩ. i. fi. §. fi. ꝛ ibi Alber. C. de temp. appel. Baldus. in. d. autentica. ei qui. circa. ij. col. et pꝛo hac opi. adduc̃ tex. baldus. in. d. §. fi. dũ tex. dicit qð ꝑtes poſſunt per pactum renunciare appellationi. et paciſci ut nullum fatale obſeruetur. aſſignat rationem. quia aſperitas legum pactis partium temperari poteſt. ecce ergo ꝙ ille tex. generalꝛ dicit nullũ gᵒ generaliter ĩtelligef̃. c. ſi romãoꝝ. xviiij. Di. l. pꝛĩa. §. generalꝛ ff. de leg. pꝛio. Ecce ꝙ ſẽtit tex. ibi rationẽ. quia per pactũ poteſt aſperitas legis mitigari. ergo per pactũ ſẽtit ille tex. de pꝛoꝛogatione fataliũ poſſe agi. nõ aũt de abbꝛeuiatione. qꝛ ſi loqueref̃ de abbꝛeuiatione nõ mitigaref̃ aſperitas legalis. imo augeref̃. ꝛ ſic nõ eſt bona ſo. quã dant canoniſte ad illũ tex. qui dicũt illũ loqui de pacto de abbꝛeuiãdo fatali. ego ĩtelligo. l. fi. §. fi. qñ per pactũ renũciaf̃ appellationi interponẽde: ꝛ dũ dicit nullũ fatale obſeruẽt ĩtelligo quo ad executionẽ ſentẽtie ſuſpendendã nullũ fatale eſſe obſeruãdũ. quod alias ꝑ pendẽtiã fataliũ ſuſpẽdif̃ executio. niſi ſit appellationi renũciatũ. gl. ĩ Rꝫica. ff. nil. no. ap. pẽdẽte. Secũdo adducit Bal. ĩ. d. auten. ei. qui. tex. ĩ. l. ꝙ ſi nolit. §. ſi quid ita. ff. ð edil. edic. ubi. lx. dies qui danf̃ ad redhibendũ rẽ moꝛboſam a iure pñt pacto partiũ ꝓꝛogari. nõ loquif̃ ĩ tẽpoꝛe iſtãtie aſſignato ſꝫ redhibitione. Tertio adducif̃ tex. ut ĩ. c. de cauſis. ſ̃. de offi. del. ibi niſi dies ꝑfixus de cõi. ꝯce. a foꝛtioꝛi arguendo ſeu iducẽdo. nã tempꝰ aſſignatũ iudici ð legato ex fõ. reſcripti nõ repif̃ a iure ꝓꝛogatuꝫ ullomõ. et tñ illud poſſũt ꝑtes ꝓꝛogare. d. c. de cauſis. et tñ de ꝯſẽſu ptiũ põt ꝓꝛogari. ſꝫ tẽpꝰ appellationis ꝓſequendõ repif̃ a iure ꝓꝛogatũ ð anno ĩ biẽniũ. c. cũ ſit. ſ̃. e. mõ ſemel alienabile magis de facili alienabilẽ. l. cũ pꝛ. §. quindeci. ff. de leg. ij. ſemel delegabile magis de facili delegabile. Bar. in. d: §. quideci. nõ. in. l. a iudice. C. de iud. in. l. unica. C. qui ꝓ ſua iuriſð. debuiſtis uidiſſe. ĩ. l. i. in pꝛĩcipio. ff. de offi. eiꝰ cui man. eſt iuriſ. ubi ponif̃ ita. in ꝓpoſito ſemel ꝓꝛogabile magis de facili ꝓꝛogabile: ſi ergo tẽpꝰ ꝙ nũquã ꝓꝛogatũ a iure repif̃. põt ꝓꝛogari de ꝯſenſu ptiũ. ergo multo magis hoc tẽpꝰ ꝙ quãdoqꝫ fuit pꝛoꝛogatũ a iure poterit ð ꝯſẽſu ptiũ ꝓꝛogari. ꝛ per hoc tolitur q̃dã ſo. ꝙ̃ dãt doc. ad illũ tex. c. de cauſis. in. l. ij. ff. de re. iud. ſpeciale ẽ ĩ tẽpoꝛe aſſignato iſtãtie ꝑꝑ lites minuẽdas. Quarto ꝛ ultimo adduc̃ Albe. tex. ĩ cle. ꝙ̃ diu eo. ti. ibi expꝛeſſo ꝯſẽſu. ſꝫ ille tex. loquitur de ſuſpẽſione nõ ꝓꝛogatiõe. ꝛ hoc ĩ eo. adiuuat per tex. ĩ. l. ſi ꝯſtãte. ĩ pꝛin. C. de dona. ante nupt. ĩ. l. pc. C. de arb.

In ꝯ̃riũ tenẽt hic communiter canõiſte. et tenet Ludo. ĩ. d. l. ij. ff. de re iud. ꝛ Bar. ĩ auten. ſi tñ. C. de tẽp. appel. mouef̃ ꝑ tex. ĩ. l. nemo ĩ pꝛin. C. de tẽp. appel. facit tex. ĩ. c. oblate circa mediũ. ibi ſꝫ ne ualeat ꝓꝛogari. ĩ. eo. ꝛ fac̃ qꝛ iſtãtia appellationis nõ ſolũ reſpicit fauoꝛem ꝑ̃uatũ. ſꝫ ẽt publicũ ne lites ſint ꝑennes. l. ij. ĩ pꝛin. C. ð tẽp. appel. ſꝫ ꝑ pactũ ptiũ nõ põt renũciari fauoꝛi publico. c. ſi diligẽti cũ uulgaribꝰ. ſ̃. de foꝛ. ꝯp. l. ſiquis. ĩ ꝯſcribeñ. C. ð pac. gᵒ ꝯce. ꝓ̃terea ꝛ ultra adduc̃ hic Panoꝛ. l. nemo poteſt. ff. de leg. i. In hoc articulo libet dicere iſtis doc. non noſtrum inter uos tantas ꝯponere lites. ꝛ uitula. tu dignus. et tu. Quintadecima ẽ queſtio de concernentibus ipſam ſententiam deſertionis. et dicite circa iſtam. ſeptem queſtiones eſſe in conſideratione.

Pꝛima an ſit neceſſaria ſententia per quam pꝛonuncietur appellatio deſerta. Secunda an ſit diffinitiua. an vero interlocutoꝛia. Tertia qualiter ad eam pꝛocedi debet Quarta an poſſit appellari ab ea Quinta an poſſit reuocari. Sexta quis iudex eã pꝛoferet

Septia qualem iuriſdictionem debeat habere iſte iudex. Circa pꝛimam an neceſſe ſit pꝛonunciari appel

UVA. BHSC. IyR_025

lationez deſertam. Bar. in. l. eos in principio in. ij. col.
C. co. videtur tenere ꝙ ſic. dū dicit ꝙ debet pronuncia
re. et abſoluere partes ab obſeruatione iudicij. et ꝓ hac
opi. facit. naʒ licet ex curſu temporis inducatur a iure de
ſertio. vt in. c. cū ſit. ſ. eo. in. d. autentica ei qui. ⁊ voluit
Bal. in auten. ſi quis vero litigantium. C. de ep̄a. aud.
tamen ex quo deſertio nō eſt notoria de natura ſui. quia
multe excuſatiōes poſſūt īduci ne videatur appellatio d
ſerta vt vidiſtis. ſ. in effectu impedimentorū. ideo debet
requiri ſententia ſaltez declaratoria: c. cū. ſm. de hre. li.
vj. cum his que heri allegaui. Preterea dato ꝙ ſit noto
rium de deſertione appellationis. tamē ex quo parti po
teſt competere aliqua defenſio circa deſertionem. certe
debet requiri ſententia declaratoria. c. cū ſit romana. et
ibi dixi in fi. materie. ſ. eo. et pro hac parte faciunt que
ſenſit hic Panor in fi. In ꝯtrariū eſt communis opi.
doc. et primo eſt tex in. l. quoniam non nulli. C eo. ibi
mox ⁊c. nam vult ibi tex. ꝙ ſtatim lapſo tempore mitta
tur executioni ſentētia. ⁊ vtitur verbo mox quod impor
tat canonē late ſententie nō ferende glo. eſt in principio
in autᵒ. d inceſt. nupt. in. c. cupientes. §. ceterū. de elec.
li. vj. in. c. in penis de reg. iur. li. vj. Si ergo eſt canon la
te ſententie ergo alia ſentētia non requiritur. et pro hac
opi. eſt tex. et ibi tenet Ang. in. l. ſi contra. C. eo. vbi ēt
lapſo tempore ſtati fit executio. et ad hoc facit quod vo
luit Bal. in. d. auten. ſi quis vero litigantium. vbi dicit
ꝙ ipſo iur̄ inducitur deſertio. quod voluit Bal. in. l. eos
in principio in. iij. col. C. eo. vbi dixit vtile eſſe pronun
ciari deſertaʒ appellationē. non tamen ſenſit eſſe neceſ
ſariū. et magis expreſſe idem Bal. in. d. l. eos in princi
pio in quarta col. vbi dixit ꝙ ſi tempora proſequendi ap
pellationis ex ſtatuto ſunt vtilia. cum circa tempus vtile
multa veniant diſcutienda. et multa tēpora deducant.
requiritur ꝙ de neceſſitate antequā ad vlteriora ꝓceda
tur pronūcietur appellatio deſerta. allegat. l. iij. §. ſi ad
diem. ff. de re. mili. ſi ergo hoc requiritur tantum quan
do tempora ad proſequendū ſunt ex ſtatuto vtilia. ergo
in contrariū eſt in tempore aſſignato a iure comuni qd
eſt continuū. Et pro hac opi. adducitur quod volūt. D
de rota deciſ. ſua. cclviij que incipit item fuit dubitatū.
vbi videntur velle vtile eſſe pronunciari appellationem
deſertam. ergo nō eſt neceſſarium. Eſt quoqʒ vtile pro
nuntiare ex aduerſo appellationem non eſſe deſertam.
nam tunc etiam ſi ſit deſerta. ſi pars nō appellet poterit
iudex ad quem procedere in cauſa appellationis. ⁊ infir
mare ſententiam que per deſertionem fuit confirmata.
quod nō poſſet ſi non pronunciaſſet non eſſe deſertā.
Ita. D. Anto. hic in. viij. q. Imo in cle. ſi appellatio
nem eo. ti. et faciunt que dicta ſūt in. c. ſi duobus prope
fi. ſ. eo. Circa ſecundam queſtionem an ſententia
deſertionis ſit diffinitiua uel interlocutoria. videtur pri
mo dicendum ꝙ ſit interlocutoria per tex. i. c. ſua nobis
ſ. eo. ibi īterlocut. ⁊c. et etiam per tex. in. c. cū dilecti. ſ.
de elec. per ea que habentur in. c. ſignificantibus. ſ. de
offi. del. per glo. in cle. fi. eo. ti. ubi illa dicitur ſententia
interlocutoria. que concernit proceſſum. ſed illa eſt hu
iuſmodi gᵒ ⁊c. Et hoc uoluit Bal. i. l. ſi preſes. C. quō
et quando iudex in autentico. Si quis uero litigantiuʒ.
C. de ep̄a. aud. faciens aliud fundamentum. quia diffini
tiua dicitur illa per quam pronunciatur abſolutorie uel
condemnatorie circa aliquid dandum uel faciendū. ſʒ
illa non eſt huiuſmodi ergo non eſt diffinitiua. et ita ui
detur tenere Bal. in. l. ante ſententie. C. quorū appel.
non recip. in fine. In contrarium ꝙ ſit diffinitiua ad
ducitur. naʒ tunc dicitur negocium finitum quotiens ni
hil ſupereſt ad agendum. c. piſanis. ſ. de reſti. ſpol. et il
la dicitur diffinitiua ſententia que finit negociuʒ. l. diem
in principio. ff. de arb. Sed per ſententiam deſertionis
appellationis efficitur ut nihil aliud reſtet ad agendum
ſed ſola executio ſupereſt. l. contra ubi tex. et. l. quoni
am nōnulli. C. eo. et uoluit hic Inno. ut latius dicaʒ.
ſ. in fi. queſtionis. ergo talis ſententia erit diffinitiua. et
pro hac parte adducitur etiam quod uoluit Bal. in. l.
minoribus. C. de his quib. ut ind. ubi dixi. ꝙ aut ſenten
tia ſit diffinitiua uel interlocutoria. nos non inſpicimus
nomen ſed effectum. ſed illa parit effectum diffinitiue
ergo erit diffinitiua. ꝙ patet quia ea lata ſtatim ꝓcedit
ad executionē ut ꝑdixi. Mediā opi. tenet Bal. i. l. ij.
C. d ep̄a. aud. ubi dix hāc eē mixtā. ſ. iterlocutoriā habē
tē ui diffinitiue ⁊ hāc opi. tʒ Ludo. i Rica. ff. d re iud. i.
vj. q̄ſtione. Sed pro ꝯcordia harū opinionū dicite ex
mente dn̄orum de rota in deciſ. ſua. ccccxij. que incipit
item fuit dubitatū. Qd aut fertur ſuper appellatione in
terpoſita ab interlocutoria. que nō erat ſup exceptione
peremptoria. et tunc cū prima ſententia ſit mere interl.
et appellatio pendeat ſub interlocutoria. ſententia deſer
tionis ſit mere interlocutoria. quia per talem ſententiaʒ
non tamen finitur negociuʒ pri cipale cū adhuc aliquid
ſuperſit ad agendū. c. cū dilecta in ar. ſ. de reſcrip. Aut
appellatio pendebat ſuper diffinitiua uel ſuper interlo
cutoria lata ſuper exceptiōe peremptoria uel litis finite.
et illo caſu cū prima ſententia ſit diffinitiua uel pariat ef
fectum diffinitiue quando eſt ſuper perēptoria. cle. fi. et
ibi nōtur eo. ti. Appellatio pendet ergo ſuper diffinitiua
uel quaſi. ſententia qua pronunciatur appellationem d
ſertam in neceſſariam cōtumatiam confirmat primam
ſententiam. d. auten. ei. qui et. d. c. cū ſit. ergo tunc ta
lis ſententia bene erit diffinitiua ex quo imponit finē ne
gocio. Tertia eſt queſtio quis ordo debeat in iſta ſen
tentia ſeruari. et dicite ꝙ cum cauſe cognitione ferenda
eſt. et ideo parte citata. non tamen plena cauſe cognitio
requiritur. ſ. nouᵘ libellus noua lit. ꝯt. ⁊c. quia inciden
ter mouetur. et ita uolunt doc. in ſimili in. c. prudentiaʒ
§. ſexta. ſ. de offi. et pot. iud. del. in. c. ij. ſ. de offi. iud.
Et hoc ꝙ requirat citatio et cauſe cognitio uoluit Bal.
in. l. eos in principio. iij. col. et etiaʒ in. l. qui contra. C.
eo. in. l. ſi preſes. C. quomodo et quando. iud. faciunt
nōta per Bar. i. d. l. ſi ꝯtra et in. l. unica ff. nil. no. ap
pel. pen. Et hoc uolūt. d. de rota. deciſ. ſua. ccccxv. que
incipit item ſi appelletur. et etiā in deciſ. ubi latius. ccccx.
que incipit item ſi a diffinitiua. licet in contrariuʒ uidea
tur facere tex. queʒ ibi ponderat Bal. i. l. ij. in principio.
C. de temp. appel. Sʒ recte ꝯſiderāti Bal. ibi ſentit ſe.
q2 loquit ille tex. i tēpore aſſignato quod currit ſine alia
excuſatiōe unde cuʒ certum ſit preʒ n̄ habere excuſatio
neʒ nō mix ſi nō citat ꝑ tex in. c. cū ſit romana i fi. ſ. eo.
nos loquimur in deſertione aduerſus q̄ multe ꝯpetūt
excuſationes. In ꝯ̄rium etiā uidebat facere dictū Inno.
in. c. audit. ſ. de ꝓcur. ubi ad iterlocutoriā pars nō ue
nit citanda. Sed prīo poſſumᵘ dicere ꝙ illud dictū non
ꝓcedit īdiſtincte. per ea que nōnt ibi doc. et habentur
in. c. inter quatuor. ſ. de maio. et obe. uel aliter poſſu
mus reſpōdere in. d. deciſ. ccccxx. et Bal. i. d. l. ſi preſes
ꝙ dictū Inno. ꝓcedit i mere iterlocutoria. que reſpicit
tm̄ ꝓceſſū. nos uero i tali ſentētia que reſpicit principa
le negociū. l. in deſertione appellationis iterpoſite ab
alio actu. q̄ ꝓceſſu tm̄. Sed iſtud eſt nimis reſtringere
predictā ꝯcluſioneʒ. quia ex hoc habet limitationē ad il
lā ꝙ pars uenit citāda i ſētētia deſertiōis. hoc eſt nec
quādo appellatio que ꝓnunciat deſerta non eſſet inter
poſita a mere interlocutoria que ſi eſſet interpoſita in
mere interlocutoria non deberet citari. Quarta
eſt queſtio nunquid a tali ſententia poſſit appellari.
et dicite ꝙ. etiaʒ de iure ciuili. Ita Bal. i. l. ij. C. d ep̄a.
aud. et ita ēt uoluit. d. de rota deciſ. ſua. lxxxviij. que in
cipit itē ſi ab renunciatione. et deciſ. lxxvj. que incipit iteʒ
ſi auditor. Sʒ ope p̄ciū eſt ſcire que forma ſit ſeruanda
i hac appellatiōe aū forma iterlocutorie aū forma diffinitiue.
⁊ uolūt dn̄i de rota i ꝑdicta deciſ. lxxxviij. ⁊ ēt. lxxvj. ꝙ dʒ
ſeruari forma diffinitiue non interlocutorie. Et ideo di

UVA. BHSC. IyR_025

cunt ꝙ n̄ haberet locum ſoma. cle. appellanti. Et ita dꝫ
intelligi ꝙ voluit bal. qui uiſus eſt tenere contrarium.
in. l. ari ſententie in fine. C. quorum appel. nō recip. eſſꝫ
tamen in hoc attendenda qualitas prime ſententie. an
ſit mere interlocutoria an non. propter ea que dixi pro
xime in ſecunda queſtione. Quinta eſt queſtio nun
quid poſſit reuocari talis ſententia ſuper deſertione ap
pellationis lata. et dicite ſecundum bal. in. l. ſi preſes.
C. quomodo et quando iud. ꝙ aut loquimur in ordina
rio aut in delegato. ſi loquimur in ordinario et tunc licet
pronunciet ſe non iudicem. non tamen amittit habitum
iuriſdictionis. quia remanet iudex et interlocutoria talis
nunquam tranſit in rem iudicatam quo ad iudicem. c.
cum dilecti. ſ. de elec. in glo. in uerbo dicen̄. quia pronun
ciando appellationem deſertam. quo ad iudicem nihil
aliud eſt quam interloqui ſe non eſſe iudicem. Et ideo
cum interlocutoria poſſit reuocari. c. cum ceſſante. j. eo.
talis ordinarius poterit hanc ſententiam reuocare.
Aut loquimur in delegato et tunc cum pronunciando d̄
ſertam appellationem uideatur ſe pronunciare nō eſſe
iudicem et nullum alium habitum iuriſdictionis habeat.
finitur eius iuriſdictio ipſo iure. c. ſignificantibꝰ vbi tex.
ſ. de offi. del. Ideo reuocare amplius non poterit talē
ſententiam. Hoc tamen limitābitis vno caſu non proce
dere. quando ille contra quem pronunciatum eſt appel
lationem deſertam appellaſſet a tali pronunciatione.
nam tunc iudex quātumcūqꝫ delegatus. poteſt hanc ſē
tentiam reuocare. Ita in terminis volunt. d. de rota de
ciſ. ſua. lxxxviij. que incipit item ſi a pronūciatione. ⁊ fa
cit. nam licet iudex delegatus quando pronūciet ſe non
eſſe iudicem videatur totaliter abdicare a ſe et actum et
habitum iuriſdictionis. d. c. ſignificantibus hoc eſt uerū
niſi a tali ſententia fuerit appellatum quia ex quo appel
latio ſuſpendit effectum ſententie ideo talis ſētētia n̄ ex
cludet i totum ipſum iudicem. et ideo poterit hanc iterlo
cutoriam reuocare. tex. eſt ſing. quē ibi pōderat Imo.
i. c. dilectꝰ lo. iij. de preb. faciūt que dicam poſt Panor.
vbi hoc uoluit in. d. c. cum ceſſante. j. eo. Sexta eſt
queſtio quis iudex poſſit ferre hanc ſententiam appella
tionis an iudex ad quē an iudex a quo. et dicite ꝙ aut
appellatio non eſt introducta coram iudice ad quem ſꝫ
eſt ſimpliciter appellatum nec vlterius proceſſit. et illo
caſu debet pronunciare iudex a quo appellationē eſſe
deſertam. quia non dum appellatio eſt ad aliū d̄uoluta
Ang. ꝯſilio. ccxvij. incipiente viſis omnibus hoc tenet.
et Ita eſt tex. in. l. ſi contra. C. eo. et in. l. quoniam. ſe
cundū vnum intellectum. j. eo. Ita poteſt intelligi glo.
in. l. eos. in principio. C. eo. Aut cauſa eſt introducta. ⁊
illo caſu poteſt etiam pronuciare ipſe iudex ad quem. l.
preſes. et ibi Bal. C. eo. faciunt que videbimus in. c. re
prehenſibilis. j. eo. tamen etiam quando cauſa non eſt
introducta coram iudice ad quem. Voluit Jo. An. in.
c. i. in fi. eo. ti. li. vj. ꝙ illo caſu poſſit pronunciare etiam
ipſe appellationem deſertam. Bal. in. d. l. eos. in princi
pio uidetur ipſe uelle conſiderare. qd aut notorium eſt
appellationem eſſe deſertam. ita qd nulla excuſatio cū
petit. puta ex confeſſione partis in actis poſita. et illo ca
ſu cum iudex ad quem ſolum habet poteſtatem pronun
ciandi deſertam ſuper caſu dubio non autem in claro. c.
ſuper litteris cum nō. ſup̄. de reſcrip. et. c. preterea per
Inno. ſ. de dil. ideo illo caſu pronunciet iudex a quo n̄
iudex ad quem. et illo caſu intelligit glo. ibi. Aut non eſt
notorium et tunc non faciendo differentiam an ſit intro
ducta. uel non. cum de natura appellationis ſit deuolue
re. ut dixi in effectibus in Rica. negari non poterit quin
iſte ſit iudex. ſi eſt iudex et dubitatur deſertā eſſe appella
tionem. ergo in caſu dubij ipſe erit iudex ad cognoſcen
dum an ſit ſua iuriſdictio uel ne. ita Bal. in. d. l. eos. in
principio. et eſt magni effectus illa diſputatio. qꝛ ſi ſpec
tat ad iudicem ad quem etiam caſu quo ſit d̄ſerta. ⁊ ipſe

in dubio cognoſceret et pronunciaret non deſertam. iſto
caſu parte non appellante poſſit iudex ad quem proced̄
re ad ulteriora iu appellatione. ita Imo. in terminis i.
c. ex parte. ſ. de reſcrip. et faciunt que uoluit Jo. An.
et Archi. in. c. romana. §. i. eo. ti. li. vj. et etiam que di
xi poſt. D. Anto. et Imo. in. c. ſi duobus. ſ. eo. et ad
hanc queſtionem faciunt que dixi. ſ. i. viij. q. Septi
ma et ultima eſt queſtio qualē iuriſdictionem debet ha
bere iudex. et dicite ꝙ ſi eſt ordinarius poteſt pronuncia
re. d. l. ſi preſes. C. quomodo et quando iud. d. l. ſi. ꝯ̄.
et. d. l. ſi quonaꝫ. Immo etiam ſi eſt delegatus. ſiue p̄n
cipaliter ad hoc ad pronunciandum ſuper deſertione
fuerit delegatꝰ. ſiue fuerit delegatus ad cauſam appella
tionis. Ita. d. de rota. deciſ. ſua. lxxxviiij. que incipit itē
ſi a pronunciatione. et deciſ. cliij. que incipit item ſi audi
tor. faciunt etiam notata in deciſ. xj. quicquid conſulat
Calde. i Rica. C. conſi. viiij. qui uiſꝰ eſt tenere ꝯtrariū
Reſtaret alia queſtio quomodo deducatur i iudiciuꝫ
iſta deſertio. dicite ꝙ dupliciter. uel principaliter implo
rando officium iudicis uel incidenter. ſ. uia exceptionis.
et eſt peremptoria litis finite. ut dixi in. c. ſi duobus circa
finem ſupra. eo. Sextadecima queſtio principalis eſt
an poſſit pronunciare ille iudex qui pronunciat deſertā
ſuper alio incidenti uel emergenti. et dicite ꝙ ſic. et p̄io
poteſt pronunciaꝛ circa attentata. quia iudex qui pronū
ciat deſertam appellationem poteſt reuocare attentata
pendente appellatiōe. c. ex parte. s. in fi. ſecundū vnū
intellectum quem ibi ſequitur Imo. licet Card. ibi tene
at contrarium. ſ. de reſcrip. et hoc ſequitur Card. ſibi
contrarius in cle. ſi appellationem eo. ti. D. Anto. in. d.
c. ex parte. dicit hoc procedere i iudice impetrato an̄ ap
pellationem deſertam. ſecus ſi eſſet impetratus poſt ap
pellationem deſertam. et pro eo facit tex. in. l. ediles. §.
ſcien̄. ff. de edil. edic. quia de his que accidunt ante cauſā
ceptam iudex non poteſt ſe impedire niſi petente parte.
ergo ita de attentatis pendente appellatione ante ꝯmiſ
ſionem. iudex delegatus ſe non impediet niſi fuerint ſibi
ꝯmiſſa. videte latius per. D. Anto. et Imolaꝫ. Deci
moſeptimo quero nunquid poterit punire deſertorem
appellationis in expenſis. et dicite ꝙ ſi loquimur de iudi
ce a quo ille poteſt punire. c. reprenſibilis. et ibi hunc ar
ticulum examinat Panor. j. eo. Si loquimur de iudice
ad quem et tunc ſiue poſt introductam appellationem.
et in hoc nemo dubitat. ſiue etiam ante introductam po
terit ꝯdemnare in expenſis. Ita glo. nō. in. c. i. §. fi. in
uerbo ꝯdemnan̄. ibi Jo. An. et Gemi. eo. ti. in. vj.
Ita Bal in. d. l. eos. §. fi. in principio. et ita Imo. in. d.
c. ex parte. s. quicquid voluerit ibi Card. et ita Card. li
cet Ancha. voluerit contrarium in clementina ſi. appel
lationē eo. ti. contrarium tamen viſus eſt tenere Spec.
in ti. de expen. §. iuxta verſi. vij. et in contrarium facit
ꝙ notat Bal. in. d. l. eos in principio. iij. col. dum gene
raliter vult ꝙ iudex ad quem non habeat pronunciare
niſi ſuper dubio deſertionis. ergo non ſuper expenſ. tn̄
magis comunis eſt precedens opi. pro qua facit tex. in.
c. cum appellationibus eo. ti. li. vj. v̄ iudex uidens appe
latum friuole. licet per appellationem friuolam nullam
ſuſcipiat iuriſdictionem in cauſa appellationis tamē po
teſt condemnare appellantem friuole in expenſis. ergo
ita appellantem et deſerentem appellationem. et facit i
ſimili in cle. i. de. reſrip. ꝙ nōtur in. c. fi. ſ. de reſcrip.
Sed quid ſi ommiſit condēnare in expenſis tempoꝛ
quo pronunciauit deſertam appellationem nunꝙ̄ pote
rit poſtea iſte iudex ad quem condemnare in expenſis.
Et uidebatur dicendum ꝙ non per. l. iiij. C. de poſſ. in
contrarium tamen tenent Gofre. Jo. An. D. Anto. et
comuniter ſcribentes. in. d. c. ex parte. s. mouentur tali
fundamēto. naꝫ expē ſe ad quas tenetꝛ appellās qui d̄ſerit
appellatiōeꝫ n̄ ſūt ꝓprie expēſē cāe ſꝫ ꝯtumacie. ut ēt uo
luit Car. i. d. cle. ſi appellationē eo. ti. ⁊ iō lꝫ cauſa prin

UVA. BHSC. IyR_025

cipalis et appellationis tranſierit ad iudicem a quo per
deſertionem. et maxime iam pronunciato ſuper eo. d. l.
eos in principio ubi glo. nã cũ ꝯtumacia deſertionis fue
rit ꝯmiſſa coram iudice ad quem et iſte, expenſe ſint po
tius pena ꝯtumacie. ideo non obſtante deſertione debꝫ
hanc contumaciam poſſe punire. quia nihil cõe habet cũ
pricipali cã. nec iſte expẽſe debent ut acceſſorie pricipalis
cãe. ⁊ faciũt nõta. i. l. i. §. i. ff. ſiquis iuriſdic. nõ obtẽp. ⁊ i
l. ſancim⁹. C. de iudic. Secũdo adducũt. nã ubi expenſe
debẽtur in uiam actionis. poſſũt qñcũqꝫ peti. etiã princi
paliter nec inſpicit an ꝓnunciatum ſit ſuper principali
cã uel ne glo. eſt et ibi Ang. in. l. nõ ſolum. ff. de rei. uẽ.
ubi dixit. ꝙ ubi expenſe debent per ſtatutum. puta ſtan
te ſtatuto ꝙ temere litigans ꝯdemnet in expenſis iura
mento aduerſarij probãdis. tunc tales expenſe poſſunt
qñcũqꝫ peti. cum debeantur iure actionis. i. ꝯditione ex
ſtatuto. et ſimilis eſt glo. nõ. et ibi Bar. in. l. iij. §. ſi rez.
ff. de legat. iij. alia glo. in. §. i. in ṽbo cauſã. et ibi Ang. i
aute°. de exib. et introd. re. licet. Bal. i. l. terminato. C.
de furc. et lit. exp. uoluerit ꝯtrarium. et ponit Bal. in. l.
ꝓperañ. §. ſin autem utraque. et ibi Salice. ſequit illas
glo. C. de iudic. uoluit. D. Anto. in. c. finez. litib⁹ uerſi.
uenio ad tertiũ et ibi ponit Panor. ſ. de dol. et ꝯtu. uo
luit Imo. in. d. c. ex parte. ſ. Sꝫ appellans deſerens ap
pellationem ubi in ea ſuccũbens tenetur ad expenſas ⁊
ꝯuenitur ꝯditione ex canone. reprehẽſibilis. et ibi uide
bimus. j. eo. ergo qñcũqꝫ etiaꝫ poſt pronũciatum ſuper
deſertione poterũt iſte expẽſe peti et facit ꝙ uoluit glo.
quã ibi ponderat Ang. i. §. oꝫ. in auten. de iudici. ubi
ꝯcludit ꝙ expẽſe que debent ex ꝯuent. puta quia i inſtru
mẽto quis promittit tibi. x. annua cũ omni refectione ex
penſaꝝ et litis et alteri⁹ cauſe q̃ inde patieris. tũc cuꝫ de
beant uia actionis poſſunt qñcũqꝫ peti. et ita uoluit Sa
lice. et Bal. in. d. §. ſin autẽ utraque. et ẽt. D. Anto. i.
d. c. finẽ litibus. lꝫ Bal. in his duabus dict glo. uidetur
uelle ꝯriũ in. l. eos. §. fi. in principio. C. eo. ti. Penul
timo nũq̃ iudex qui ꝓnũciauit ſuper deſertione poſſit
primã ſeutẽtiaꝫ ꝯfirmare. et dicite ꝙ ſic. Ita. d. de rota
deciſ. ſua. lxxxxviiij. que incipit itẽ lꝫ. allegãt Inno. in.
c. i. j. ti. ij. Bal. uidetur tenere ꝯrium in. l. ante ſen en
tie in fi. C. quoꝝ appel. nõ recip. ꝯfirmare autẽ primam
ſentẽtiaꝫ ñ poteſt. ita Imo. hic. lꝫ Inno. ꝯ. et male. ⁊ cũ
Hoſt. tenꝫ Bal. in. d. auten. ei qui. ubi dixit. ꝙ nec quo
ad exceptionem producendam ꝯ ſententiam nec quo
ad aliud valebit talis infirmatio. immo nec de nullitate
ſententie. caſu quo appellet a ſententia nulla. et pronũ
ciet appellatio dſerta. poterit cognoſcer ita Car. i. d. cle.
ſi appellationẽ. niſi iſte iudex ad quẽ cẽt tal iudex q̃ p ſ
ſet p q̃relã addiri. nã tũc deſ'ta appellatione lꝫ ipſe ꝓnũ
ciauerit deſertã poterit ſuper nullitate ſententie principa
liter addiri. ita Bard. in cle. i. in. xiij. col. de ſententia et
re iud. Et iõ dat cautelam ꝙ pars que obtinuit pronũ
ciari appellationeꝫ deſertam a ſuperiore. puta a papa.
ne cora eo poſſit ꝯueniri principaliter de nullitate ſentẽ
tie. ꝙ cito recedat et reuocet omnes ꝓcuratores quos
ibi ꝯſtituit. Succedit decimaoctaua ſeu vltima queſtio
que eſt de executione ſententie appellatione deſerta. Et
anteq̃ itrẽ mãm hui⁹ principalis queſtionis tenete ppe
tuo menti vnam ꝯpendioſã viã, vt ſententia habeat faci
lem executionem. que via eſt. ꝙ iudex i ſua ſententia ap
ponat penã ſi nõ fuerit ſatiſfactuꝫ iudicato ifra terminũ
ꝙ poteſt iudex facere. ita Ang. in. l. debitoribus. ff. d re
iud. et ibi Inno. vbi pſumit de ꝯtumacia ꝯdemnati in ñ
parendo iudicato. Spec. in ti. de ſen. §. ij. ṽſi. Sed nũ
quid iudex qui precepit. Io. An. in. c. Rainaldus. ad fi
nem de teſtamentis. ponit. Imo. in. l. ſiltuſſa. §. diui.
ff. de leg. primo. nam tunc metu pene pebit ꝯdemnat⁹
citius iudicato. ⁊ facit rõ poſita i. c. qm frequẽter. §. fi. ut
lit. ñ ꝯt. circa g° hanc queſtionẽ pricipalẽ dexecutione ſẽ
entie appellatione deſerta. dicit hic Inno. ꝙ appellãs

lapſo anno debet eſſe cautus ut ꝓteſtetur coram iudice
ad quem ꝙ licet lapſus ſit annus iuſtum tamen habuit
impedimẽtum. et ꝙ nõ procedat ad vlteriora in exequẽ
do. et ſi proceſſerit appellat tanq̃ a futuro grauamine.
ꝙ ſi appellans hoc modo non fuerit proteſtatus lapſo
anno poterit mitti ſententia ei executioni abſque alia cita
tione. et tenebit executio. bene fatetur ꝙ ꝓbato poſtea
impedimento. cũ a iure detur ſecundus annus. iſta exe
cutio veniet retractanda i viam attentati tanq̃ pendẽte
appellatione. Iſta uerba Inno. ſunt multũ i ſenſu ſuo
pregnantia et ſeptem pariunt filias. Prima eſt nun
quid de neceſſitate debeat expectari lapſus anni ad exe
cutionem ſentententie. an uero ſufficiat certum eſſe qd
iſte appellans non poterit finire cauſam intra annum.
et ꝯcludire ex uerbis ꝙ requiritur pũctualiter lapſus an
ni nec ante poteſt exequi. nam iſte terminus anni ad ꝓ
ſequenduꝫ eſt legalis terminus non hominis. ſed termi
ni legales debent eſſe. uſque ad ultimum punctum com
pleti. l. ſempronius ſchalus. ff. de vſufru. leg. notatur i
l. iiij. §. minorem. ff. de minor. nec ſufficit in iſtis termi
nis certuꝫ eſſe ꝙ pars intra terminum non poteſt finire
negociũ. c. ꝯmiſſa. de elec. li. vj. nõt: Bar. i. l. cuꝫ ſtipula
tus ſim michi a ꝓculo. ff. de ver. ob. et predicta conclu
ſio firmatur a Cardinale. in cle. ſicut eo. ti. in. iij. q. et a
Gemi. in. d. c. ꝯmiſſa. faciunt que habentur p dñicuꝫ i.
c. ab. eo. et. c. ut ſuper eo. ti. li. vj. Secũda eſt queſtio
et ſic filia. nũquid ſufficiat ipſe lapſ⁹ ãni ad hoc ut iudex
poſſit ipaꝫ ſentententiã exequi. et ex ṽbis Inno. videtis
colligi ꝙ ſic. Et ita vult. D. Anto. hic et Imo. i fi. et fa
cit. naꝫ lapſu anni deſerta eſt appellatio. d. cle. ſicut. ſed
deſerta appellatione iudex exequitur. l. ij. verſi. qd ſi ar
bitro. C. de temp. appel. l. qm nõ nulli. ibi mox ⁊ce. C.
eo. ergo ſolo lapſu ann' poterit exequi. facit etiam. nam
ſecundus annus non datur niſi ex neceſſaria et euidenti
cauſa. Et ſic aliquo ſubſiſtente impedimento. c. cum ſit.
ſ. eo. ſed facta in dubio non preſumuntur. ergo impedi
mentum in dubio non preſumetur. ſi in du° non preſu
mitur impedimentum iudex habet fundatam intentio
nem ſuam per lapſum anni. ergo poterit ſententiaꝫ exe
qui. et hoc ſenſit glo. in autentica. C. de tẽp. appel. hãc
primam partem tenet Ang. in conſi. cxxvj. icipẽte in dei
⁊ce. viſis omnibus actis. In contrarium tenet Io.
An. et Hoſt. in. c. in preſentia. ſ. de renũ. quos allegat
hic Bal. in pe. columna. et etiaꝫ allegat et ſequit. Bal.
in. l. eos in principio iij. columne. et ibi Bar. ideꝫ tenet.
C. eo. voluit Bar. in. d. autentica. ei qui circa fi. Ang.
in. l. preſes et ibi Imo. ff. de re iud. Panor. hic in fi. vo
luit Bar. in. l. i. C. nil noua appel. pen. vbi firmant ꝙ
requiritur lapſus biennij ad hoc ut iudex poſſit exequi.
et facit tex. in. d. autentica. ei qui. licet glo. ibi circa fi. vi
detur velle contrarium. et etiam facit tex. in autentica ſi
tñ. C. de temp. appel. vbi iura ponderant biennium. ꝓp
terea ex quo biennium datur a iure ſine facto hominis
ergo ante illud biennũ iudex ñ poterit exequi. Ter
tia eſt queſtio nunquid lapſo anno ſine biennio cum iu
dex poſſit exequi. debeat aſſignari condemnato temp⁹
quadrimeſtre ꝙ datur iudicatis ad ſoluendum in actiõe
perſonali iuxta ea que habentur in. l. iiij: §. ſiquis con
demnat⁹ in. l. debitoribus. ff. de re iud. et ꝯcludit Bal.
in. l. ij. circa principium. C. de temp. appel. qd nõ. et ibi
glo. et ꝓ eo ẽ tex. in. l. qm nunnulli. C. eo. ibi mox ⁊ce.
In contrarium. eſt tex. in. l. ij. C. de vſur. re. iud. vbi
tex. uidetur uelle ꝙ immo aſſignetur quadrimeſtre. et
ibi Bal. et facit ꝙ notat. D. Anto. poſt Hoſt. in. c. perſo
nas ſ. eo. Sed in quantum elici poteſt ex his que nõt
Bal. in locis preallegatis illa concordat Feder. diſtin
guens quia aut deſerta eſt appellatio lapſu temporis uel
alia deſertione. ⁊ tunc non datur quadrimeſtre. ſed ſtatĩ
exequatur. et ita ꝓcedat tex. in. d. l. qm. et oppi. Bal.
prima Aut appellãs nõ deſeruit appellationeꝫ. ſed ſue

UVA. BHSC. IyR_025

cubuit in cauſa appellationis quia pronunciatur male
appellatum uel alio modo confirmatur pria ſentētia.
per iudicem ad quem. et tunc debet habere quadrime
ſtre. et ita loquit̄ tex. i. d. l. ij. et procedat opi. Bal. ſecun
do allegata. Et ꝓ hac diſtictiōe fac̄ tex. i. l. furti in princi
pio. ff. de his qui not. infa. Quarta eſt queſtio. quid
ſi non eſt appellatuꝫ quando dꝫ iudex exequi. ⁊ dicite ꝙ
regulariter. ĩ. x. dies' ad appellādū n̄ pōt exequi. c. n̄ ſo
luꝫ. eo. ti. li. vj. glo. ē in Rᷓica. ff. nil. noua. appel. pen.
voluit Bar. i. l: qui vltimo. ff de pen. nōt. i. l. n̄ tm̄. ff.
co. voluit Bar. i. d. l. furti i pricipio. ⁊ ibi Ang. ⁊ in pre
dicꝗ locis ponūtur. tres limitatiōes quas videte poſt.
x. dies ſtati pōt exequi. ꝓut volunt' dn̄i de rota i deciſ.
ſua. dcxxvij. que icipit Itē lꝫ. et itelligite ſtatiꝫ. aſſigna
to tm̄ tempore ꝙ dat̄ iudicatꝗ de quo i. d. l. debitoribus
in pſonali. ⁊ de tēpore i reali i. l. qui reſtituere. ff. ō rei
ven. vt i. c. querēti de offi. del. Quita ē quō nūquid
in executiōe ſentētie debeat ps citari. ⁊ videtꝗ ꝙ Inno.
hic gn̄alr̄ fac̄ regulā. ꝙ i executiōe ſentētie ps n̄ venit ci
tāda. Vos dicite iſtā quōnē bicipiteꝫ. primū habet ca
put nūquid deſtra appellatiōe i executiōe ſentētie pars
ſit citāda. Secūdū eſt caput nūquid ſi n̄ eſt appellatū in
executiōe ſētētie ps ſit citāda: Et circa primū. voluit
hic Inno. ꝙ ps nō debeat citari. et ēt. D. Anto. hic et
Imo. qꝛ nihil eſt diſcutiēdū corā. iº executore ex quo ps
deſeruit appellationē. gº pars nō ē citāda. et facit glo. i
cle. i. de offi. del. et ꝙ voluit' Inno. i. c. ſi. ſ. de preſūp.
Sꝫ illa glo. ⁊ dictū Inno. loqunt̄ i mero executor̄ Nos
loquimur i mixto. vt. ex. ĩ. dicen̄. patebit. Et iter hos bn̄
eſt dr̄a. ⁊ nōtur i. c. de cetero. ſ. ti. i. Et ipemet Inno.
hic ſētit. dū vult ꝙ iſte executor de quo i tex. nr̄o teneat̄
admittere exceptiōes ptis ⁊ defēſiōes cāu quo pars veni
ret ad opponēdū. gº nō ē nud⁹ executor. In ↄriū
tenet hic Panor. cardi. i cle. ſicut in iⁱ. q. de appel. et te
net Bar. i. l. i. ff. nil. noua. in. l. ſi ↄ maiorē. ⁊ ibi tex. C.
eo. dū vult ꝙ iudici ↄſtet deſertaꝫ appellatiōeꝫ. ſi debet
iudici ↄſtare gº vocata pte. l. i cauſe. §. cā cognita. ff. de
minor ⁊ voluit Bal. i. d. l. eos in pricipio in ſi. iij. col. et
voluit Bal. ⁊ ibi tex. i. l. ij. §. ſi. C. de temp. appel. et vl
tra ꝑdicta fac̄ rō. nam ēt i notorijs qn̄ certū nō eſt ꝙ ps
nullā hēt defenſionē. dꝫ ps citari. c. cū ſi ⁊ dixi. ſ. eo. Sꝫ
ↄ deſertioneꝫ appellatiōis multe excuſatiōes poſſūt ↄpe
tere. gº appellās ē citand⁹. pro hoc eſt tex. in. c. lꝫ cꝑus.
de preb. i. vj. et i. c. ordinarij. de offi. ord. eo. li. vbi licet
ex diſpoſitiōe iuris pſumat̄ ↄ pluralitatē i beneficijs ma
xime icōpatibilib⁹ tm̄ ad aliquā executionē nō venit̄ pte
nō citata. Bal. hic relatꝗ oppinionib⁹ ↄrijs dicit ita eſſe
diſtinguēdū. qꝛ aut loquimur qn̄ ſentētia ↄfirmat̄ ꝑ deſ
tionē appellatiōis ex curſu tēporis. et tūc ps nō eſt citan
da. qꝛ lapſu biēnij ſatꝗ ↄſtat de ↄfirmatiōe ſentētie. ergo
vlteri⁹ n̄ ē diſcutiēdū. allegat Jo. An. ⁊ Hoſt. i. c. pſētia.
ſ. de renūciatio. vbi ↄcludūt ꝙ lꝫ regulariter dicat̄ ꝙ pē
dēte appellatiōe nō pſumit̄ nec ꝓ ſentētia. nec ꝓ proceſ
ſu. c. cuꝫ ad ſedē. ſ. de reſti. ſpol. tm̄ lapſo biēnio pſūit̄
et ꝓ ſentētia ⁊ ꝓ proceſſu. aut vo deſerit̄ appellatio alio
mō vl' aliter ↄfirmat̄ pma ſentētia. ⁊ tūc requirat̄ citatio
. tm̄ lꝫ ipe n̄ ibi dicat. ſm diſtictiōeꝫ ꝙ̄ faciaꝫ. ĩ. i ij. capite.

Secūdū caput eſt. ſi nō eſt appellatū i executiōe ſen
tētie. vtrū ps debeat citari. vel ēt ſi ē appellatū ⁊ ↄfirma
ta eſt ꝑ ſecūdā ſentētiā. prima ſentētia. ⁊ Inno. hic quo
tidie allegat̄. ꝙ nulla requirit̄ citatio. ſꝫ ↄriū tenuit ipſe
i. c. cū ſup. ſ. ti. i. vbi. videt̄ diſtiguere. Qō aut fit execu
tio' circa eaꝫ reꝫ ſup qua eſt iudicatū. et tūc nō dꝫ pars ci
tari. qꝛ videt̄ hoc diſcuſſuꝫ i negotio pricipali. Aut vero
fit executio ſup alia re ſm formā. l. a diuo pio. §. in vēdi
tiōe. et. §. ſi ſup reb⁹. ff. de re iudicata. et tūc ps dꝫ citari
cū aliquid veniat de nouo diſcutiēdū. ⁊ illa ſentētia ē co
munis qꝛ eam ſequnt̄ comuniter doc. i. d. c. cum ſuper.
ſequit̄ Bar. i. d. §. i vēditiōe. ſequit̄ Bal. i. l. ab execu
torē. ij. col. C. quoꝝ appel. ſequit̄ Ang. i. l. hr̄e licē. ff. de
euic. Allegat de hoc glo. Ang. ⁊ Bal. i. l. i. i glo: magna
C. de iudic. Allegat tex i. l. minor. xxv. an. cui fideius.
ff. ō minor. ibi paratū ⁊ce. et voluit Bal. i. l. i. C. de iur.
⁊ fac igº. Et ēt Panor. hic. ſubijciēs ꝙ ſi iudex ubi requi
rit̄ citatio in executiōe. ꝓceſſerit ſine citatiōe. ꝙ ſic̄ de fac
to egit ita de facto reuocare dꝫ. et ꝓ hoc facit glo. i. l. mi
nor. xxv. an. i pricipio. ff. de euic. ⁊ ēt per illā glo. voluit
hoc Bal. i Rᷓica. C. de ſucceſ. edic. et faciūt nōta. i. c. cū
cā. ſ. de offi. delg. facit tex. i. l. i. §. i. cū ibi nōt. per Bar.
ff. ſi vētri ſuo. quē ad hoc pōderat Bal. i. c. ij. ſ. de reſ
crip. et eſt tex. de broca. quē ibi pōderat' Bal. i. c. ab ex
comunicato. ſ. de reſcrip. ⁊ voluit Inno. in. c. querellā.
ſ. de elec. quē ad hoc pōderat Bal. i. l. ſi pacto. quo pe
nā i pricipio. C. de pac. tamē i predicto articulo. Imo.
i. d. §. in vēditiōe. et Ci. i. d. l. ab executore tenēt i diſtin
cte ꝙ pars debeat citari. mouētur per tex. i. l. i. ibi ↄuei
ri ceperis. C. de iur. et fac. igno. mouētur per. l. qui de in
officioſo. ff. de ioff. teſta. vbi glo. voluit ꝙ ↄdēnato debe
ant dari dilationes ad ſe defendēduꝫ lꝫ breues ſi aliquid
opponat ↄ iudicata. et faciūt nōta. i. l. iiij. §. ↄdemnatū.
ff. de re iudi. et in. d. l. i. C. de iur. et fac. igno. et hoc bn̄
fatet̄ hic Inno. ꝙ ſi veniret deberet audiri nō tm̄ de ne
ceſſitate citari. Bar. i. l. pe. ff. de auc. tu. dat duas prati
cas i executiōe ſentētie multuꝫ tutas. vna eſt ꝙ fiat pcep
tū i ↄdemnatū ut ſatiſfaciat ſentētie ex officio iudicis cuꝫ
cl'a iuſtificatiua ſi ſenſerit ſe grauatū ↄ veniat. ⁊ce. naꝫ illo
cāu tale pceptū parte nō veniēte ſortiet̄ executionē. veni
ente reſoluet̄ i ſimplicē citationē. de hoc eſt glo: nō. i. c.
ex pte lo. i. i glo. ſi. ĩ. de ver. ſig. ⁊ voluit. Cardi. i cle. diſ
pēdioſaꝫ i. xxiij. qōne i. xij. col. de iudic. voluit Panor.
in. c. prio. ſ. de cā poſſi. et ꝓprie. Bar. et ibi Ang. ⁊ alij
i. l. de pupil. §. meminiſſe. ff. de oper. no. nuc. i. l. i. C. de
exce. re. iudi. Bal. i. l. ij. C. de epa. au' i Rᷓica. C. ↄmu
nati. vel ep. i. ij. col. Bal. i. l. nec quicꝙ̄. §. vbi decretuꝫ.
ff. de offitio ꝓ con. i. l. i. ff. de iure. delib. aliū dat modū
exequēdi ut fiat pmiſſa citatiōe. qꝛ iudex citet ptē ex offi
cio iplorato a pte ſi velit aliquid oppōere i executiōe. et
iſte vie ſūt tute ad euitationē ꝑdicti articuli. tm̄ ad execu
tionē i capturā pſōe nō dꝫ ꝑueniri niſi pri⁹ citata pte ſu
per executiōe. Ita Bal. i. d. l. ſi pacto quo penam. poſt
prin. nā ad talē capturā pſone n̄ fit executio niſi pri⁹ fac
ta excuſſiōe i bonis qn̄ cā eſt ciuilis. glo. eſt i. l. iij. §. tuto
res. et ibi Bar. i vſi. vincul'. ff. de ſuſpec. tut. quā ad hoc
allegat Bal. i. l. aptiſſimi ad ſi. C. de iudic. lꝫ Imo. i. d.
§. i vēditiōe teneat ↄriū. Sexta eſt qō. nunquid ōbe
at citari terti⁹ i executiōe. et eſt aureū dictū Inno. ꝙ ſiue
ſit ſucceſſor pticularis ſiue vniuerſal' ēt heres ꝙ dꝫ ſēper
citari. Ita Inno. i. c. qꝛ. v. quē ibi ↄmēdat Bal. ſ. de iu
dic. ⁊ ad ꝑdicta maxie quo ad ſucceſſorē pticularē voluit
ēt Bal. i. l. pe. C. ō excp. re. iud. ⁊ i. l. vnica. C. de. alie.
iud. mut: cā. fac. i. l. ꝑ diuerſas. ⁊ ibi ēt de ſucceſſore vni⁹
ſali. § mā. faciūt nōta ꝑ Bar. i. l. creditores. i repetione:
C. ō pig. ⁊ eſt bon⁹ tex. quem ibi pōderat bar. l. ſi is qui.
§. qui poſſeſioneꝫ. ff. ut i poſſ. leg. ⁊ ꝙ terti⁹ debeat cita
ri deducit̄ ꝑ ſimile. nā dilatorie excludūtur ꝑ lit. ↄt. c. in
ter monaſteriū. ſ. de ſen. et re iud. l. ſi. C. de excep. et tm̄
iſte dilatorie poterūt opponi a tertio. qꝛ illa excluſio opa
tur ſolū quo ad partes nō quo ad tertiū. l. ſi quis liberta
tē. et ibi caſ⁹ quē nōt Ang. ff. de. pet. her̄. c. cū ſuper. et
ibi tex. ſ. de offi. del. fac̄. nōta ꝑ Inno. i. c. ex litteris. ſ.
de offi. del. vbi dixit ꝙ lꝫ ↄ ſecūdas litteras n̄ opponat̄ ō
primis nō reuocātꝗ a pte ſed litiget̄ corā iudice. poterit tm̄
tertius oppōere. facit qꝛ excluſa appellatiōe nō uidetur
excluſa niſi quo ad ptes nō quo ad tertiū. c. ſup eo. ⁊ ibi
comuniter doc. ſ. de offi. del. bar. in. l. i. §. iterdum. ff.
a quib. appel. non licet. tex. eſt in. l. a: ſententia. §. ideꝫ
reſcripſerūt. et ibi. cu. ff. eo. ti. facit quia verba enunciati
ua prolata in ſententia non preiudicant niſi quo ad par
tes bal. in autentica ſi quis i alquo documēto. C. de eo.
Cardi. ⁊. Aucha. i cle. i. ō pb. ⁊ ē caſ⁹. nō. i. c. illud. ⁊ ibi

UVA. BHSC. IyR_025

Jmo. poſt alios. ſ. de preſump. Et ideo nec ſtatutum
ꝙ īſtrumēta gnarātigiata hēant executionē paratā ꝑiu
dicabūt tercio q2 talia īſtrumēta nō habebūt executiōez
parataz. ꝯ terciū. Jta Panoꝛ. i. d. c. ſup eo. Jta Bal.
in. l. ſi pro re. C. de dot. ꝓmiſ. Jta Jmo. i de. i. ȯ ſer.
et re iud. facit ēt q2 appellationis pēdētia vel dilatiōis
ſolū ꝑiudicat ꝑtib⁹ et īpedit partes nō terciū. glo. ⁊ nō
i. l. creditoꝛ. i pꝛīcipio. ff. nā. ꝙ ad hoc allegāt ⁊ ſequnt
Bal. et Jmo. i. l. ſiquis filio exheredato. §. hij qui. ff.
de iniuſt. iu. cxxij. q3 teſt. et ad ꝑdicta faciunt nōta. per
Bar. in. l. titia. ff. ſol. ma°. ꝑ cano. in. d. c. ſup. eo. per
Jnno. et alios in. c. cū ſup ſed melius in. c. pe. ſ. ti. i.

Jn iſtis tñ executiōis nō eſt īſtātia. nā nō fiat liti ꝯte
ſtatio ſup illis. Jtē cum ſup eis ſimpliciter iploret offi
ciū iudicis. nō eſt dare īſtātiā. Ang. de aretio in. l. ab
executiōe. i iiij. col. ff. e. Bal. i. l. tale pactū. §. qui pro
uocauit. ff. de pact. in. l. ij. C. de executione rei iudi.
Bar. i. l. litibus. C. de agricolis et cēſit. li. xi. quid quid
dixerūt Bal. in. l. ij. i pꝛīcipio. C. de iuramēto calūnie:

Septima ⁊ vltīa ē queſtio. quis iudex d3 ſentētiam
exequi appellatione deſerta. et dicite ita eſſe diſtiguen
dū. Aut loquimur in deſerta appellatiōe per deſertio
nē expꝛeſſā q2 partes renūciauerūt appellatiōi. aut per
tacitā. ſ. trāſigendo ſup ſentētia. aut per tacitā. ſ. lapſu
tēpoꝛis: Circa pꝛimū dicite ꝙ cū per deſertionē expꝛeſ
ſā tota iuriſdictio reuertat ad iudicē a quo. ut nōtur ꝑ
glo. i: l. eos. in pꝛincipio. C. eo. i. c. i. in fi. eo. ti. li. vj.
nec ipſe iudex ad quē. ꝯfirmauerit ſentētiā pꝛimā. quia
de iuſticia cognouerit. ſ3 ſentētia eſt ꝯfirmata per renū
ciationē appellatiōis. iſto caſu nō mirꝫ ſi exequit iudex
a quo. cū iudex ad quē nihil habeat iuriſdictionis am
pli⁹. Jta Jmo. in. c. paſtoꝛalis. §. preterea. ſ. de offi.
del. et facit tex. cū his que ibi voluit Bar. i. l. ꝑcipim⁹.
§. officijs. C. eo ⁊ que habētur per Bar. in. l. a diuo
pio. i pꝛīcipio circa finē pꝛīcipij. ff. de re iud. Aut deſta
eſt appellatio tacite per pactū vel trāſactionē ſup ipſa
ſentētia iterpoſitū. et tūc aut iudex a quo erat delegat⁹
īferioꝛis. et iudex ad quē erat ſu⁹ oꝛdinari⁹. et tūc cum
iudex a quo nō poſſit exequi exequat iudex ad quē. l.
tale pactū. §. qui ꝓuocavit: ⁊ ibi caſ⁹ ſm vnū itellectū.
ff. de pac. quē ita ītelligit Bar. in. d. §. officijs. et refert
Jmo. i. d. §. ꝑterea. ſicut in ſimili ſi iudex ad quē eſſet
quātūcūq3 maxime. dignitat. Et nō haberet poteſtatē
exequi. q2 nō habet tātā adminiſtrationē vel nō hab3
familiā armatā. remittit executionem ad iudicē a quo.
Jmmo iudex a quo iure ita diſponēte illo cāu exequit.
tex. eſt i. l. epiſcopale. quē nōt Bal. i autētica ſiquis v°
litigātiū. C. de epa. aud. nōt Bar. i. d. §. officijs. aut
vterq3 eſt oꝛdinari⁹ uel iudex a quo erat delegatus pꝛi
cipis et tūc pōt vterq3 tā iudex a quo ꝙ iudex ad que3
ſentētiā exequi. Judex a quo q2 ȯſerta appellatio. per
ea que dixi i pꝛīo mēbꝛo. Judex ad quē q2 coꝛā eo fac
ta eſt talis ꝯuētio pēdēte cā apud ſe. et voluit Bar. in.
d. l. a diuo pio. in fi. pꝛin. qui ita ītelligit tex. in. d. §.
qui ꝓuocauit. et ita declarat. D. Anto. in. d. §. ꝑte
rea. hec ꝓcedūt qn̄ petit executio ſentētie. ſ3 poſſ3 pars
ſi vellet qn̄ trāſactū eſt vel ꝯuētū ſuper ſentētia petere
executionem alio mō. petendo exequi tacitā ꝯfeſſionez
que reſultat ex illa trāſactione. vel ꝯuētione facta ſup
ſentētia. quaſi pars videat ꝯfeſſa ſe teneri ad deducta
i ſentētia. et illo cāu poterit peti executio coꝛā iudice ad
quē. quia coꝛā eo eſt facta ꝯfeſſio nō coꝛā iudice a quo.
et iſte ꝓpꝛie eſt ītellect⁹ i. d. §. qui ꝓuocauit. Et voluit
Jmo. i. d. §. ꝑterea. et faciūt nōta per Bar. i. d. §. qui
ꝓuocauit. aut et tercio caſu deſerit appellatio tacite. ſ.
per lapſū tēpoꝛis. et illo caſu poſito ꝙ iudex ꝓnuncia
uerit deſertā. aut loquimur de executione ipſius ſentē
tie ſup deſertione. Et tūc cū illa fiat a iure quia ius exe
quit ȯſertionē pꝛimā ſētētiā ꝯfirmādo. vt voluit Bal.
in. . autentica ſi quis vero litigātiū. et ibi allegata. l.
eos. ⁊ Card. i. d. cle. ſicut. et i ſentētijs iuris. ſ. q̄ a iure
ſoꝛtiunt executionē nulla alia executio expectat. c. pa
ſtoꝛalis. ⁊ ibi videbim⁹. j. eodē. l. qui vltīo. et ibi Bar.
ff. de pe. et Bar. i. d. l. furti. ideo fruſtra tractam⁹ hic
de executione per quē debeat fieri. q2 fit a. l. et facit tex.
in. l. ij. ver. ꝙ ſi arbitrio. C. de temp. appel. in. §. i. in
auten. ȯ his qui īgred. ad appel. Sed pūct⁹ ſtat qn̄
iudex ꝓnūciauit deſertā et ꝯdemnauit appellātē in ex
pēn̄. quis d3 exequi ſup expēſis. et tenet Spec. i ti. de
exec. ſent. §. ij. vſi. quid igit ꝙ exequit iudex a quo. cū
quo trāſit Bar. in. d. l. a diuo pio in fi. pꝛin. et voluit.
D. Anto. et Panoꝛ. in. d. §. preterea. Jmo. ibide3 te
net ꝯriū. allegās Jo. An. et egid. ita ſentire. mouetur
q2 iudex eſt i ꝓnūciādo ꝙ pl⁹ eſt ipe iudex ad quē. ut
eſt tex. in. c. cū appellatiōe. eo. ti. in. vj. mlto magis d3
eſſe iudex in exequēdo. aut loquimur de executiōe pꝛīe
ſentētie et tūc aut fuit īterlocutoꝛia aut. diffinitiua. ſi fu
erit īterlocutoꝛia ius exequit et diſponit quid agēdū. q2
ſtatī eſt recurrēdū ad iudice3 a quo qui ꝓcedet i cā ad
vlterioꝛa. nec de alia executiōe hui⁹ īterlocutoꝛie ē trac
tādū. q2 cā nō eſt finita. c. cū ſit vbi tex. ibi. Si autē an
te ſentētiā. ſ. eo. niſi foꝛte quo ad expēſas illi⁹ appella
tionis. vt i ſimili ꝓxie dictū. ē Aut loquimur i diffiniti
ua et tūc aut iudex a quo erat delegat⁹ īferioꝛis et tunc
cū appellatū ſit ad delegātē ipe delegās exequet. non
tāꝙ ſit appellatū ad eū ſ3 q̄ſi ſupioꝛ delegati qui n̄ pōt
ipe exequi. ſ. a diuo pio. §. i. et ibi ꝑ Bar. ff. de re iud.
c. cū ab eccleſiaꝝ rectoꝛib⁹. et ibi habet. ſ. de offi. oꝛd.
c. ſiquis ꝯ clericū. et ibi ꝑ doc. ſ. de foꝛ. ꝯp. hec tñ depē
det ex eo vtrū delegat⁹ īferioꝛis a pꝛīcipe poſſit ſuā ſen
tētiā exequi. de quo videte in. d. locis. aut loquimur in
diffinitiua lata ab oꝛdinario vel ēt delegato pꝛīcipis ⁊
illo cāu ſi iudex ad que3 n̄ ꝓnūciauit ſup ȯſertiōe3 n̄ ē
dubiū qȯ ēt exequi n̄ poterit. S3 exequet iudex a quo.
Jta Bar. i. d. §. officijs. ⁊ in. d. l. a diuo pio. i fi. pꝛin:
⁊ cano. cōīt i. d. §. ꝑterea. ſi vo ꝓnūciauit ȯſertā alio n̄
ꝓnūciato. ex quo ſua ꝓnūciatio nihil addit. noui pꝛīe
ſētētie: nec robur ꝙ ſuſcipit pꝛīa ſn̄ia ſuſcipit ex hac ꝓ
nūciatiōe. ſ3 a iur ꝑꝑ lapſū tēpoꝛis vt milies dixi. ⁊ ex
ꝑſſio coꝝ que tacite īſūt nihil opat. l. iij. ff. ȯ leg. i. c. ij.
ſ. ȯ reſcrip. Jdeo tal iudex ad quē nō poterit pꝛīa3 ſē
tētiā exequi. ex quo i nullo illā adiuuat. Et fac q2 qui
ȯclarat nil dat. l. heredes palā. §. ſ3 ſi notā. ff. ȯ teſta.
l. a ſe toto. ff. de her. īſti. Si vo ꝓnūciat deſertā ⁊ ꝯfir
mat pꝛimā ſentētiā. tenet Bal. i. l. ante ſi. C. quoꝛum
appel. non recip. ꝙ illa confirmatio ſit fruſtratoꝛia nec
poſſit exequi ſic ſi nihil ꝓnūciaſſ3 reſpectu ꝯfirmatio
nis. S3 ſi teneremus opi. dn̄oꝛum de rota. deciſ. ſua.
lxxxxviiij. que icipit itē l3. et Jnno. i. c. i. ſ. de ꝯfirma.
vtil. uel i vtil. ꝙ poſſit iudex ad quē. ꝓnūciādo deſta3
appellationē. ꝯfirmat pꝛīa3 ſentētiā. vr magis dubiu3.
ſe tñ ex quo declarat ſolū que iur īſunt et exꝑſſio coꝝ
que tacite īſūt nihil opat et qui declarat nihil dat certe
tal iudex per hāc ꝓnūciationē n̄ recipiet poteſtate3 exe
quēdi pꝛīa3 ſētētiā ꝙ nullaten⁹ hēbat. ꝑ nōta in. d. §.
officijs. niſi dicat qȯ cū dicat: l. oīa nr̄a facim⁹ quibus
auctoꝛitatē nr̄a3 ipartimur. l. i. §. ſ3 neq3 ex mltitudie.
C. ȯ iur veteri enucleādo. iudex ꝯfirmādo ſentētiā adij
ciat h pl⁹ roboꝛis. iō ꝑinde poſſit exequi ſentētiā pꝛīa3
h mō ꝯfirmatā hac ſuā ꝓpꝛīā. q2 pur aliquid addēdo
noui roboꝛis ſua dicit. Bar. i. l. ⁊ q2. ff. de iuriſdi. o. iu
di. Jmo. et Panoꝛ. i. c. iter dilectos de fide. īſtr. vbi cō
firmās actū n̄ dū ꝑfectū vr illū ꝯfirmat ⁊ ſibi attribuit.
ita hic ꝑꝑ ambiguū deſertiōis tal ꝯfirmatoꝛia ſētētia
dr actū pꝛīe ſētētie ꝯſūat ⁊ ꝑficet. cū mlta potuiſſēt alle
gari ad deſtionē excuſādā ⁊ meli⁹ fac ꝙ nōt Bar. i ſi
n iiij. l. i. in pꝛīcipio. ff. ad. l. falcid. ꝙ nōt. d. mi. poſt
glo. in. c. i: de ꝯſtitu. li. vj. facit q' nōtur i. l. actoꝛ. C. ȯ
reb. cre. ⁊ iur iura. i. l. iiij. §. ſi ex ꝯuētiōe. ff. ȯ re iud. i.
c. ꝯſtitut⁹. ȯ reſcrip. glo. i de. dudū. i vbo pacta. ȯſ

UVA. BHSC. IyR_025

pulturis quo ad reliq̄. ſ. qn̄ non eſt deſerta appellatio
ſed iudex ad quē ꝓnunciat i cauſa appellationis quis
iudex exequatꝛ videre i locis ꝑallegatis. ⁊ in. d. l. cos in
pri. ꝑ Bal. ⁊ cano. i. c. paſtoral. §. puta. ē. ꝺ offi. ꝺleg.
Reſtat pro ꝯplemēto materie ut videamꝰ de duobꝰ
remedijs que ēt ſentētiā ipugnāt. Et prio. de reſtitutio
ne in integrū. ſecūdo poſtea de ſuplicatione. nā ſciendū
eſt. ꝙ ipugnari pōt ſentētia valida tribꝰ modis. primo
ꝑ appellationē. de qua ſatis vidimꝰ i Rica. et hec initiꝛ
mero iuri. vt dictū ē in Rica circa diffinitionē appella
tionis. qꝛ appellatio. ē iuris remediū. ⁊c. Aliud eſt re
mediū reſtitutiōis i integrum. et hoc ꝑtiꝫ initiꝛ gratie.
ꝑtim iuri cōi. Gratie qꝛ ſuꝑ ea iploratꝛ officiū iudicis. ut
reſcidat. et tollat leſiōem. nec ad hoc ꝯpetit aliq̄ actio.
l. ꝙ ſi minor. §. fi. ff. de mino. iuri initiꝛ. qꝛ ex equitate
in iur̄ ſcripta datꝛ. qn̄ ſubeſt iuſta cā. puta minoris etatꝭ.
l. i. ff. de mino. vel alia iuſta cā. l. i. ff. ex quibus cauſis
mai. c. ex litteris. et. c. auditꝭ. ē. de i iure. reſtitꝭ. Et ideo
i libello reſtitutionis. qn̄ pricipaliter vl̄ ꝓpoſitiōe eiꝰ. qn̄
incidētes deduciꝛ debet exprimi cā ſpecifica reſtitutiōis
et iuſta. l. minor autē magiſtratꝰ i fine primi reſpōſi. ff.
de min. et ibi Bal. notat illū tex. ad hᵒ. tertiū remediū
eſt ſuplicatio. et iſtud initiꝛ mere gr̄e pricipis. d. c. ex lit
teris. c. tā ex litteris. de in iure reſtitꝭ. autētica. que ſup
plicatio. C. de prec. ipera. offer. l. vnica. C. de ſent. pre
fec. pret. tn̄ cū fundari debeat ſupplicatio iſta ſuꝑ equita
te videlicet qꝛ a ſentētia principis n̄ appellatꝛ. et ſic de ſi
milibꝰ. reſpectu ꝓponētis dꝫ ſupplicari cū miſericordia
reſpectu pricipis admittēda eſt. et ſuꝑ illa reſcribi dꝫ.
d. autētica que ſupplicatio. et facꝛ i ſimili. ꝙ dicimus de
poſtulatione prelatoꝝ facta ꝑꝑ vtilitatē ſeu neceſſitatē
eccleſie a duabꝰ ꝑtibꝰ collegij. nā reſpectu ꝓponētium
debet pro gr̄a peti ꝯfirmatio eiꝰ. Sed ſupior ſine iniu
ria. nō pōt eam reicere. c. bone el. prio. ⁊ i glo. ſuꝑ ver
bo ex gr̄a. de poſtul. prel. c. cupiētes. §. deniqꝫ et i glo.
i v̄bo gr̄a. ꝺ elec. li. vj. Jo. An. i. c. cū ad monaſteriū.
et ibi ēt Hoſti. ē. ꝺ elec. Panor. et alij i. c. peᵒ. ꝺ poſtu.
prela. faciūt que nōt Bar. in. l. i. §. ꝑmittitꝛ i ſimili. ff. ꝺ
a qua. quo. ⁊ eſt. et i. l. ſi mihi ⁊ Titio. ff. ꝺ verb. obl.
facꝛ tex. in. c. titius. ſi de feudo fuerit ꝯtrouerſia. Ludo.
in Rica. de arb. i xviiij. col. et i ꝯſilio. xxij. qꝺ icipit pro
ꝓpoſite mihi ꝯſultationis habēda veritate. et i ꝯſilio.
lxx. ꝙ icipit. viſis themate et queſtiōe. Dū loquitur de
prelato qui teneꝛ renouare emphiteuſim. ⁊c. iſta ꝯſide
ratio eſt. mēte Panor. i. c. ſuſcitata. ē. de i iure reſtitꝭ.
et Bal. i. d. autē. que ſupplicatio. redēdo ad ꝑmū. di
cite. ꝙ reſtitutio in itegrū: eſt prioris. ſtatꝰ. uel iuris. ul̄
audiētie reitegratio. ij. q. iij. §. notādū. d. c. ex litteris.
d. l. ꝙ ſi minor. §. reſtitutio Spec. i ti. de reſti. in ite. §.
eſt autē. et talis reſtitutio nō datꝛ donec ſupeſt remediū
appellatꝭ. rota deciſiōe ccxxiij. incepit. Itē ſi ꝯ abſētē:
et dꝫ peti a ſuperiore uel eodē iudice. uel eodē tribuna
li. nō autē a pari iudice diuerſi tribunalis uel minori. l.
minor. āt magiſtratꝰ. et. prefecti. et i vtroqꝫ loco Bal.
ff. de mino. Et ſi ꝓponiꝛ principaliter dꝫ habeꝛ plenū
ordinē iuris. ſecus ſi icidēter. tex. i. c. ij. ē. de offi. iudi.
et qn̄ ꝓponiꝛ aduerſus deſertionē videꝛ icidēter peti.
ita rota deci. xiij. que icipit. Itē ſi petatꝛ. faciūt notata.
maxime ꝑ Panor. in. d. c. ſuſcitata. quin imo etiā i viā
replicationis deducatur reſtitutio in itegrū incidēter vꝫ
deducta. ita bella mera deciſiōe. cccccxx. que incipit cō
cluſio. et ita i reſtitutiōe. que petiꝛ ad appellādū. nā cū
ſit quaſi preparatoria iudicij futuri vꝫ appellatiōis ſub
ſecute nō requiriꝛ ꝙ ordo iuris ſeruetꝛ. ita rota in deci.
xliiij. que icipit. Itē ꝙ in reſtitutionem. nā qn̄ reſtituiꝛ
ad appellādū eſt effectꝰ talis reſtitutionis ꝙ ꝺbeat re
ſtitutꝰ itra tēpora debita appellare. et appellatiōem
ꝓſequi. glo. eſt nōbil. communiter approbata i. l. i. C.
ſiquis i integr. reſti. poſtu. fu. rota late ꝓſequiꝛ in deci
ſiōe. cccccxxxiiij. al's q̄tragesima q̄tragesia. iiij. icipit itē

lata. et his caſibꝰ qn̄ icidēter petiꝛ reſtitutio pōt peti ꝑ
procuratorē cāe nō habētē ſpeciale mādatū. ita rota ꝺ
ciſ. clj. que icipit. an lata ſentētia. licet non bene firmet
pedes tn̄ cōis ſentētia hoc haberi. d. c. ſuſcitata. et talis
reſtitutꝰ ad appellādū. pōt petere attētata reuocari. ita
bella mera deciſ. ccxvij. que icipit exceptio falſitatꝭ. et ta
lis ſentētia ſuꝑ reſtitutiōe ad appellādū eſt mixta. qꝛ
eſt iterlocutoria habens vim diff. ita. bella mera deciſ.
ccccxvij. que icipit de. appellāti. dicēs ꝙ tali cāu. nō hēt
locū de. appellāti. et libellꝰ ſuꝑ reſtitutiōe i integrū. ul̄
ꝓpoſitio eius uſqꝫ adeo dꝫ ſpecificā et iuſtā cām ꝯtine
re. ꝙ reſtitutio nō dabiꝛ niſi illa verificata ſaltē ſūma
rie. et ꝑ preſūptas ꝓbatiōes. qn̄ reſtitutio eſt prepara
toria uel icidēs. puta i reſtitutiōe ad appellādū uel ſimi
li. ita bella mera deciſ. ccccxviij. que icipit petēs ſe reſti
tui. Et iō petēs ſe reſtitui ad appellādū ꝑꝑ ipedimētū
nō ſolū dꝫ docere de ipedimēto ſꝫ etiam ſūmatim dꝫ do
cere de ſuo itereſſe. ita rota. deciſ. lxxvij. que icipit itē
nō ſufficit. Ubi tn̄ principaliter peteretꝛ reſtitutio in ite
grū nō autē preparatorie uel icidētes tūc requiriꝛ ple
nus ordo iuris. c. ij. ē. de offi. iudi. et plena ꝓbatio. c.
tā litteris. et ibi ꝑ ſcrib. ē. de i iure. reſtitꝭ. l. ab hoſtibꝰ.
§. ſꝫ qꝺ ſimpliciter. et ibi Bar. ff. ex. quis. cis. mai. l. fi.
⁊ ibi Bar. C. ex. quis. ca. maio. ⁊ iſta ſūt ꝺ mēte Imo.
poſt. D. Anto. i dicto. c. tn̄ ex litteris. et deciſ. xiij. ſupra
allegate. Et iō qn̄ petitur reſtitutio aduerſꝰ ſentētiam
ſatis erit i ꝑſona priuilegiata cui ꝯpetit reſtitutio. alle
gare ꝓ cā iniquitatē iudicis. ita Bal. ꝑ illū tex. in. d. l.
minor autē magiſtratꝰ. Sꝫ qn̄ petitur reſtitutio aduer
ſus tres ſētētias ꝯformes. tūc requiritur ꝙ deducatur
noua cā. et doceatur de ea ꝑꝑ quā ꝓcedēda ſit reſtitu
tio. ut bella mera deciſ. ccccviiij. que icipit petēs reſtitui
Ita rota decil. ij. in nouis. que icipit. fa ꝯcluſio. et i an
tiquis deciſ. ccccl v. que icipit nota ꝙ aduerſꝰ. Itē dicit
bella mera deciſ. ccccx. ſi petatꝛ reſtitutio aduerſus omiſ
ſam ꝓbationē et publicationē teſtiū ſecutā. faciūt que
habētur in: c. corā. et. c. auditis. ē. de in int. reſtitꝭ. ⁊ qn̄
petiꝛ reſtitutio aduerſus tres ſentētias uel ꝓbationes
omiſſas tp̄s quadriēnij currit a die tertie ſentētie. uel a
die rei iudicate quando ſententia tranſit in rem iudica
tam. Ita rota deciſ. clxv. que incipit itē latis tribꝰ ſniis
in ſentētia ēt ꝯditionali currit tēpꝰ reſtitutionis in ite
grū a die ſententie nō a die ꝯditionis implete. Bar. in.
d. §. ſꝫ ꝙ ſimpliciter. Ang. in in. l. i. §. biduū i. fi. col.
ff. qn̄. ap. ſit. Et ēt pro cā reſtitutiōis in itegrū ex elec
ta ſaltem generali ſiqua mihi iuſta cā ſufficit deducere
pauꝑtatē ꝑꝑ q̄ nō potuit venire ad ꝓſequēdā cauſā.
et illam uerificare. ita bella mera deciſ. xliiij. que incipit
allegatio. dixi. ē. co. in ipedimēto paupertati. Stāte gꝰ
ꝙ reſtitutio in itegrū ſit bene ꝓpoſita. illa pēdēte ipe
diciꝛ executio ſentētie. tex. eſt in. c. ſuſcitata. ē. ꝺ in iure.
reſtitꝭ. et in. l. vnica. C. etiā in itegr. reſti. pen. nil noua
ri debere. Et ſi pēdēte tali reſtitutiōe in itegrū aliquid
inouaretꝛ reuocādū cēt i viam attentati. ita rota deciſ.
cclxxvj. que incipit. Item ſi committatꝛ. ſi tn̄ eſſet ſuſpi
tio ꝯtra petētē reſtitutionē in itegrū ſi manifeſte appa
reret eū calumnioſe petere ad differēdū. tūc illa reiec
ta procedendum eſſet ad executionē. l. ij. C. de falſis
faciūt que notat Ci. i. l. ab execut. C. quoꝝ ap. n̄ recip.
Ang. ꝺ aretio in. l. ab execut. in. iij. col. ff. e. et hoc vult
Bal. in auten. que ſupplicatio prealiegata. Si autem
manifeſte nō appareret de calūnia tn̄ ſuſpitio vrgeret
ꝯ ꝓponētē. tūc executio deberet fieri preſtita cautione
ꝑ eū i cuiꝰ fauorē ſit executio de reſtituēdo rē cū fructi
bus i cauſa ſucūbētie in illo iudicio reſtitutionis in ite
grū. d. c. ſuſcitata. qui tex. venit ad hāc prouiſionē idu
cēdam. ſi tn̄ executio eſſet penetrabil' puta qꝛ. ageretur
de mente hominis. puta alia. uel incarceratio eſt. tunc
etiam cum cautione non fiat executio. ita Panor. poſt
alios in. d. c. ſuſcitata. Imo. in elec. i. in. iij. col. de re

UVA. BHSC. IyR_025

ſud. poſt Panoꝛ. Bal. in. l. cum qui duas. C. de adul.
Jmo. i. l. iij. §. ſi ſeru⁹ quē poſſidebā. ff. de acq. poſſ.
Ang. de aretio i. §. appellantur. i. iiij. carta iſq. de ex
cep. et i tractatu ſuo maleficioꝝ qui icipit Saio ſcio ap
pellante. Bal. tamē i. l. vnica. C. ne liceat. iii. ꝓuoc. ha
buit nouā fantaſiā. ꝙ ꝑſone priuilegiate vt ꝯperat eis
reſtitutio i integrum nō poſſit vti beneficio reſtitutionis
ad ipediendū executionē triū ſententiaꝝ ꝯformiū. ſꝫ priuſ
ſit fienda executio poſtea de reſtitutione i integrū diſpu
teť. allegat cle. primā. ď re iud. ſed Sali. in. d. l. vnica. ꝛ
bene reprobat Bal. qꝛ. d. cle. i. loquiť quando ꝯ tres ſē
tentias obiciť nullitas. nō autem quando petiť reſtitutio
in itegrum. et claꝝ eſt ꝙ nullitas non impedit executio
nem. ut uidebim⁹ i. c. dilecto. j. co. Ubi ponā latius. Et
ſit bene cautus procuř. petentis reſtitutionē ꝙ in articu
lo deducat ꝯcludenter leſionē vel cauſam reſtitutionis.
quia alioqui non admittetur. ita bella mera deciſ. xxxiij.
que incipit. valet articulus. Et excluditur autem hec
reſtitutio i minore longe difficilius ꝙ̄ in maiore. nam mi
nor non poteſt renūciare reſtitutiōi i integrū. l. ſi iudex
circunuento. ff. de min: niſi iuxta formam auten. ſacram̄
ta puberum. C. ſi aduer. vend maior autem bene pōt
renunciare reſtitutioni i integrū ſibi ꝯpetenti vel ꝯpeti
ture. l. pampinianus exuli. i fine. cū. l. ſequēti. ff. de mī.
Ang. ita tenet i ꝯſilio. clxxxvij. ꝙ incipit. a. et. b. exclu
ditur etiam reſtitutio i integrū. quia a. l. uel reſcripto.
ſit prohibita. l. auxiliū. ff. de min. l. i. C. ſi lepi. i ite. reſt.
pet. fu. tamen vbi reſtitutio i integrū ꝓhibetur in princi
pali in dubio non videtur ꝓhibita in emergenti. et ſic
ubi prohibetur in deciſiuis non uidetur prohibita in in
terlocutorijs. ita Bal i. l. ſi ex cā. §. nunc i minorib⁹. ff.
de mī n. facit ꝙ habetur i. c. ut inquiſitionis ꝑ Jo. An.
et alios de hře. li. vj. Bal. in. c. paſtoralis. in. ij. col. j. co.
et. ibi dicam. vnum non omitto i iſta materia. ꝙ ēt ſi pri
ceps ꝯfirmet actū ex certa ſcientia ꝙ nunquam videtur
ꝯualidare actum ꝯ enormeꝫ leſionem. nec tolere reſtitu
tionem in integrum que ex enormi leſione cauſatur.
bellamera deciſiōc. cccc. iij. que icipit. concluſio. fač ꝙ
ꝯſulit Paulus. ꝯſi. clvij. incipiente queſtio iſta. in ſi. bal.
in. l. ſi. C. ſen. reſcindi non poſſe. Quā cuꝫ attinet ad
ſecundū de quo dicendū ſupeſt. ſ. de remedio ſupplica
tionis. ſciendum eſt ꝙ ſupplicatio dupliciter in hac ma
teria capitur. primo pro qualibet gratioſa impetratione
ꝑ quā quis aduerſus ſententiam auditur ex ꝯceſſiōe pri
cipis licet alias audiri non deberet. c. tū ex litteris. c. ex
litteris. ſ. allegatis. Et iſta habet taꝫ latas habenas ꝙ̄
tum principi ꝯcedenti placet. Secundo capiť ſupplicatō
proprie et ſtricte. videlicet pro remedio ꝙ vbi ex priuile
gio ſiue ꝓrogatiua iudicanť non poteſt appellari. puta i
papa. i imperatoř. ꝛ alijs principib⁹. ac prefecto pretorio.
tunc per ſupplicationem ꝯſuliť parti ꝯ quem eſt lata ſē
tentia. l. ſiquis. et. d. auten. que ſupplicatio. C. de preci
bus. imp. off. Et hec ſupplicatio. non admittiť. vbi. de
iure cōi quis excludiť ab appellādo. puta qꝛ tertio nō lꝫ
appellare. tunc non licebit etiam ſupplicare. vt. d. l. vni
ca. C. ne liceat ter. ꝓuocare. uel quia renunciatū ſit ap
pellationi. uel ex qualitate cauſe quis ꝓhibeatur appel
lare. Pau. de ca. i. d. l. ſiquis. uel ēt quia fatalia nō ſup
ſint. l. unica. cū glo. ꝙ̄ ibi cōmendat Ang. C. ď ſenť. pf.
pto. ꝓponenda aūt eſt in ſcriptis huiuſmōi ſupplicatio.
ſicut de appellatione legim⁹. niſi in ꝯtinenti fiat. l. i. in ſi.
ff. eo. ita Salic. poſt glo. in. d. auten. que ſupplicatio. et
attendendū eſt in modo ꝓponendi. nam cū ꝑꝑ reuerē
tiam iudicantiū de iniquitate ſententie dici nō poſſit. l. i.
et per totum. ff. a quib⁹. appel. nō lꝫ. mediū ꝯducendi.
et ꝯludendi i ſupplicatione nō dꝫ eſſe iniquitas ei⁹ qui
iudicauit. ſꝫ imploratio uenie et miſericordie de erroř ꝓ
prio. l. prefecti. ff. de min. Salic. in. d. l. ſiquis. uel dol⁹
aduerſarij deducať. c. cū olim de re iud. ita Pau. in. d.
l. ſiquis. Spec. i ti. de ſupplicatione. §. ij. et huiuſmodi
ſupplicatio porrigi poteſt ipſimet principi uľ prefecto qui
iudicauit ul ſuis ꝯſiliarijs tabellionib⁹ ſiue refrendarijs
d. auten. que ſupplicatio et ibi Bal. facit tex. de refer. i
prin. et ep̄o etiaꝫ a ſententia ſui vicarij. Ang. de aretio i.
l. i. ff. nil. no. ap. pendente in. vj. col. Jnno. in. c. roma
na in prin. co. ti. li. vj. non tamen ꝙ ipſi conſiliarij uel
refrendarij iudicēt de ſupplicatione. Sꝫ proponunt et
referunt. princeps aūt ſiue prefect⁹ reſcribit uel iudicat.
ita glo. in. d. auten. que ſupplicatio et ibi Pau. de ca. et
hec cum ſit remedium gratioſum. et ſic extraordinarium ſe
mel tm̄ peti poteſt. ita Bal. in. d. l. ſiquis. nec inducit liti
pendentiaꝫ. nec reſcidit aut ſuſpēdit ſentētiaꝫ donec per
principem ſuper ea ſit reſponſum. ita Bal. in. d. autē.
que ſupplicatio. neque ēt aduerſus grauamen ſiue in
terlocutoriam iterponi poteſt. Sꝫ ſolum aduerſus diffi
nitiuā. l. ij. C. ut lite. pen. Spec. i ti. de ſupplicatiōe. §.
differt. ꝓponi aūt debet ſupplicatio. quādo ſupplicans.
vult impedire executionem ſententie ut non mittať exe
cutioni niſi preſtita cautione de reſtituendis habitis ꝓ
executione ſentētie. puta de fructib⁹ et expēſis itra. x. di
es a die ſententie. ꝙ ſi de executione impediendo et cau
tione habenda ſupplicans non curat. tunc uſque ad bi
ennium ꝓponi poteſt ſupplicatio a die ſententiē ſimiliť
ꝯputando. d. auten. que ſupplicatio. ꝙ̄ ita intelligūt cō
muniter doc. in. d. c. ex litteris. et i. d. auten. mař. Pau.
de caſt. et Spec. in ti. de ſupplicatione. §. ſupplicari.
Finiri aūt debet iſtātia ſupplicationis ſi coram prefecto.
intra bienniū. d. l. vnica. C. de ſent. prefec. pt. ſi coram
principe. cū hodie dū cauſa pendet i auditorio pricipis
nulla fatalia currāt. auten. ſed cum lis. C. de temp. ap
pel. c. ex iſinuatione. et ibi dicam aliquid. j. eo. ꝑpetuo
durabit tempus illam finiēdo. An aūt ꝯ ſententiam ar
bitrij uel arbitratoris poſſit ſupplicari. Bar. i. l. arbitro.
ff. qui ſatiſda. cog. tenet ꝙ ſic. Bal. ibidem ꝯ. per. l. dieꝫ
ꝓferre. §. ſtari. ff. de arbitris. Tu diſtingue. aut loqui
mur in arbitro et ꝓcedit opi. Bal. per. d. §. ſtari. qui
generaliter loquiť. aut loquimur in arbitratore. et ꝓce
dat opi. Bar. ꝙ poſſit ꝑ. c. expoſita. ſ. de arbi: et ita te
net Ang. de aretio in. l. ex ꝯſenſu. in prin. ff. de appella
tiōib⁹. et iō cum aduerſus ſententiam arbitri nō ſupſit
remedium ſꝫ illi ſtandum ſit. minor. ꝯpromittendo in ar
bitr. dicitur leſus. iō reſtitui poterit ꝯpromittendo aūt
in arbitratorem cū ſupſit remedium non dicitur leſ⁹. nā
ſupeſt ſibi remedium reductionis. ita Bar. in. l. minor.
xxv. an. cui fideicomiſſū. §. i. ff. co. Ang. de aretio i. d.
l. ex ꝯſenſu. in fi. principij. ff. eo. Sed nunquid a ſenten
tia ep̄i aſſumpti ex ꝓrogatione poterit ſupplicari. Ang.
de aretio ꝯcludit ꝙ non. nā a tali ſententia pōt appella
ri licet non niſi ſemel. tex. cū glo. in auten. ſi quis litigan
tiū. C. ď epi. audi. g°n pōt ſupplicari. qꝛ fruſtra p̄cib⁹ iplo
rať ꝙ a iuř cōi ꝯcediť. l. i. ff. ad municipaleſ cum vulg.

**Eminimus.** Si reus poſt ci
tationem uel no
ticiam litterarum iuit. ad curiam delegatus
in cauſa procedit. alś nō. h. d. cū ſuppletiōe
glo. diuiditur in duas partes. et duo dicta ponit. ſa. ibi.
ꝙ ſi ante. Nō primo ex tex. ibi poſt citationem ſecun
dum bal. et oēs ꝙ itineris arreptio poſt citationem fac
tā non hēt crimeť citatum. et ſupple uel etiaꝫ facta poſt
noticiam litteraꝝ. c. ſuggeſtum. j eo. et aſſignat bal. ra
tionem. qꝛ lꝫ abſens i curia nō uideať ſemꝑ dolo abeē.
tm̄ ex quo ſe abſentat poſt citationē ēt ſine dolo iputan
duꝫ eſt ei ſi non dimittit ꝓcuratorem. qꝛ lite cepta etiaꝫ
abſens ex iuſta cauſa tenetur dimittere ꝓcuř. tex. ē nō.
in. l. eundē. §. i. de legatio. et ibi bar. et bal. hic. et bar.
in. l. i. ff. de diuer. et tēp. preſcrip. faciūt nōta per bar. ꝛ
Ang. in. l. ſi. §. ſed. et ſi quis. al'. in. §. ꝙ diximus. ff. ſi
quis cau. nōta per glo. nō. ꝙ̄ ibi ponderat Ang. in. l. ſi
quis. ita iſtituať. circa fi. in vbo egritudinem. ff. de hře.
inſti. ꝑ Ang. et Jmo. i. l. queſitū. ff. de re iud. ꝑ Ci. i. l.



UVA. BHSC. IyR_025

i. ⁊ in. l. ignorare. ⁊ ibi ēt per Bald. C. de reſti. mil. ꝑ ca
no. in. c. querelā. ṡ. de procur. in. c. cū dilecti. ṡ. de dolo
⁊ ꝯtu. in. c. cupiētes. §. ꝙ ſi per. xx. ⁊ ibi gl. in v. ꝓcur.
de elec. li. vj. Nō. ex tex. ibi ante citatiōem ꝙ itineris
arreptio ſine dolo ⁊ ante citatōem factaȝ hȝ eximere cita
tum a ptāte inferioris iudicis. ſ. delegati impetrati. ⁊ ſic
habetis iūcto tex. in prin. ibi appellatione remota ꝙ ca
appel. re. nō hȝ impedire effectū qui reſultat ex itineris
arreptione. tm̄ ſm̄ cōiter docto. iſta cl'a app. re. quo ad
principalem deciſionē tex. noſter nō ponitur hic ut cōti
neat iuris miniſteriū: ſed potius facti accidentiam. nam
dato ꝙ in lr̄is nō eſſet cl'a ap. re. tm̄ itineris arreptō poſt
citationē vel lr̄arum noticiā facta nihil valeret. Glo.
in verbo poſt citat. in fi. dicite ꝙ glo. bene ſupplet tex. ⁊
ita ſummaui. Glo. in verbo ante citationem. ibi. §.
eius. Quo ad hoc de deſtinatione nūcij glo. bn̄ loquit̄
⁊ videbimus in. c. vt debitus. ĵ. eo. In ea. ibi. ipm̄ ꝑ
ueniſſe. lȝ qō glo. videatur de īdubitabili querere nun
quid itineris arreptio in ꝑſona ꝓpria habeat eximere iti
nerantē a ptāte inferioris iudicis qꝛ uidetur cāus decret.
nr̄e. tamen continuādo gl. ad precedentia magnū erat
dubiū. nam per. c. ut debitus. ĵ. c. ſola deſtinatio nuncij
nō eximit quē a iuriſdictōe delegati. vnde probabiliter
dubitabat̄ quid mō ſim ꝑſona propria vadat. qꝛ ſicut vi
debamus īmutatū circa nūciū idem poſſ3 dubitari quid
qn̄ in ꝑſona ꝓpria vadit. ſed ꝙtum attinet ad ſo. glo. di
cite vt ſtatim dicam. In ea. in fi. pro cōplemento ma
terie de effectu itineris arreptionis quo ad eximen̄ itine
rantē vel mittentē ponit oldra. cōſi. lx. vos dicite. aut lo
quimur de mittente nūciū. ⁊ tūc ſi preueniat̄ per pn̄tatō
nē lr̄arum iam īpetratarū anteꝙ littere portate ꝑ iſtum
nunciū iam reuerſū ꝑſentent̄ ⁊ tūc deſtinatio nūcij nullā
exemptōem īducit. c. vt debit⁹. ⁊ ibi bonus tex. ⁊ Inno.
⁊ alij. ĵ. e. Aut loquimur de itinerante in ꝑſona ꝓpria ⁊
tūc aut itinerat ꝓpter aliquod grauamē iam illatum vel
cōminatū: ⁊ tūc cū poſſet illo cāu appellare. c. cōcertati
oni. e. ti. li. vj. Videbimus in. c. bone. ĵ. c. itineris arrep
tio facta in perſona ꝓpria ſuccedit loco appellationis vſ
qȝ adeo ut eximat itinerantē a iuriſdictōe grauātis vl' cō
minantis dōec itineratio ſit expedita ſicut appellatio do
nec pendet. c. dilecti filij. ĵ. eo. ⁊ hoc ē quod voluit dicere
gl. hic in cā mora uel cōminata. Immo iſto cāu vꝛ ꝙ ſuf
ficeret deſtinatio nūcij pro appellatione ut loquitur ille
tex. in. c. dilecti. de quo tamē uidebimus ibi. ⁊ in. c. ut d̄
bitus qō itellige de itinerāte ad papam. nō aūt in itine
rante ad aliū ſuꝑiorē inferiorē a papa ita Archidi. in. c.
ſi cōs. xj. q. iij. de quo tamē ſe remittit ad nō. in. d. c. ut
debitus. Itē intelligit Archi. predicta nō ꝓcedere quan
do poſt latā diffinitiuā ꝑs ſine alia appellatōe arriperet
iter ad papam ſuper illa. nam nō habebitur quo ad dif
finitiuā ꝓ appellante. ſed ſnīa tranſibit in rem iudicatā
c. ad reprimēdā. ṡ. de offi. ord. Sed qua rōe nō dicem⁹
idem in eo qui poſt iterlocutoriā latā arripit iter ad curi
am ſine alia appellatione ut illa tranſeat in rem iudica
tā. nec itineris arreptio habeat in hoc vim appellatiōis
quo ad ſuſpendendos effectus dicte iterlocutorie a qua
nō ē appellatū ⁊ ſic tranſiuit in rē iudicatā qō nō ad ōda
rationē materie. nam ſignanter iura non loquūtur ꝙ ꝑ
iter arreptū ſuſpendat̄ vel īpediatur actus iudicialis iaȝ
factus imo vbiqȝ uolunt ꝙ poſt citationē non ꝓſit itine
ris arreptio multo magis ergo poſtꝙ iam ꝑs ē in iudi
cio. ⁊ predicta declara ut melius dixi poſt glo. in. c. dilecti
ĵ. e. per que reſtringūtur multū hec dicta Arch. aut itine
rat in ꝑſona ꝓpria nullo precedente grauamine vel cō
minatōne ⁊ tūc bene loquit̄ T āc re. hic in fi. qꝛ aut dolo
vel fraude iter arripit quod in du° poſt lr̄arū noticiā pre
ſumitur c. ſuggeſtum. ⁊. c. ad hoc. ſicut. ĵ. e. ⁊ tūc itinera
tio non hȝ eum eximere. Aut iter arripit ſine dolo. ſ. an
te noticiā lr̄arum uel anteꝙ ſit citatus ab ordinario uel
notitiā habuerit ꝙ uoluerit citare ⁊ tunc eximitur a po

teſtate iſtorū īferioruȝ donec ē in tali abſentia. non qꝛ iti
neris arreptio hȝ uim appellationis ſed ex priuilegio qō
ꝯceditur peregrināntibus in curia ut interea non poſſit
ab alio iudice moleſtari. c. i. ĵ. de peregri. Et hoc eſt ſin
gulare priuilegiū quod dat eccl'ia apoſtolica exiſtentibus
in ea uel ad eā itinerātib⁹. Quod priuilegiū nullo pacto
dant legiſte etiam abſentib⁹ cā rei publice ꝑ tex. i. l. igno
rare. C. de reſti. m. li. Ultimo pro ꝯplemēto queſiuit
hic Io. an. poſt abba. nūquid ordinarius in curia poſſit
citare ſuū ſubditū queȝ in curia īuenit. ⁊ uident̄ doc. hic
ꝯcludere ꝙ ſic. imo uoluit hic bal. ꝙ etiam poſſet euȝ in
carcerare. mouent̄ qꝛ Roma ē cōis patria. l. Roma. ff.
ad municip. c. fi. ṡ. de fo. compe. de hoc tamē ſe remittit
Io. an. ad nōta. per ſe. ⁊ poſt cū ſcribunt ibi alij in. c. ro
mana. §. contrahentes. de fo. compe. li. vj. Et panor.
ſe remittit ad nōta. per ſe. in. c. ſi. de fo. compet. nōr. in
c. e. paſtoralis. de ſnīa ⁊ re iud. in. l. i. per Bart. ff. de re
qui. reis.

**Super eo.** Superſedetur exceptiōi
a qua appellatum ē ⁊ eti
am principali que ſine illa terminari non po
terit. h. d. uſqȝ ad uerſi. ſi aūt. Ille autem
uerſi. ſin autē uarias hȝ lecturas. ⁊ ſm̄ unam lecturaȝ
glo. hic. h. d. vbi exceptio ꝓponitur non debito tēpore
⁊ ꝓpter hoc appellatur qꝛ non admittitur. procedi pōt
non obſtante appellatōe. vel aliter ſm̄ itellectū Io. an.
quē cōmendat Panor. hic. non obſtante appellatiōe ex
falſa cā interpoſita pōt iudex ad vlteriora ꝓcedere. h. d.
diuiditur in duas ſicut duas ꝯtinet deciſiones. Scōa ibi
ſi aūt aduerſa. Nō. primo ex tex. ibi de aliqua excepti
one. ꝙ appellatio īterpoſita ſuper negocio alicui⁹ excep
tionis ſuſpendit iuriſdictōem iudicis. a quo ſuper ipa ex
ceptōe. ⁊ de hoc ē tex. optimus. in. c. dilectus filius. ĵ. ſa
racenus. ṡ. d̄ reſcrip. Nō. ex tex. ibi. nihilominus ⁊c.
a ꝯrio ſenſu ſm̄ intellectū. d. Anto. ꝙ vbi exceptio ꝓpt̄
quā ē appellatum non ē connexa ita negocio principali
quin poſſit negociū principale expediri ſine ea. tunc ſola
appellatio lȝ ſuſpendat iuriſdictionē iudicis a quo ſuper
ipa exceptōe. tamen non ſuſpendit eius iuriſdictionē ſu
per negocio principali qui interea donec iuſtificata fue
rit appellatio ⁊ recepta quaſi ex cā probabili attentata
illo medio tp̄e valeant. nec veniūt reuocāda. lȝ attenta
ta poſtea poſt iuſtificationē appellationis ⁊ eius receptō
nem etiam ſuper negocio principali. cum appellatio ab i
terlocutoria iam recepta deuoluat iuriſdictionē ſuꝑ toto
c. vt debitus. ⁊ ibi videbimus. ĵ. e. Ideo talia poſt recep
tionem appellationis attentata nō valerent. ſi tamē ex
ceptioni negociū principale eēt cōnexū ſicut appellatio
ſuſpendit ptātem iudicis circa exceptionē ita etiaȝ ptātē
iudicis ſuſpendit circa negociū principale ei ꝯnexum ut
attentata poſt appellationē etiā nondū receptaȝ ſtent in
pēdenti. qꝛ verificata appellatōe. i. probato grauamine
ꝓpter quod ē appellatū reuocabūtur ipa attentata ⁊ iſte
ē intellectus ꝓprie ad tex. nr̄m ſm̄. d. Anto. quem poſt
multa nō tamen videtur īpugnare Imo. dicēdo ꝙ hic
nō valeret argumentū a ꝯrio ſenſu. Et nōte iſtum intel
lectū. qꝛ eſt pulcra limitatio ad. c. non ſoluȝ. §. i. e. ti. li.
vj. Nō. ex verſi. ſi aūt. ꝙ ꝓpter exceptionē non legiti
mo tp̄e oppoſitam non ē licitum appellare. lȝ nō admit
tatur exceptio. Glo. in uerbo appellationē in fi. iūcta gl.
ſeq. dicite ꝙ glo. iſte procedūt de iure canonico. quo iur̄
īdifferēter ante lit. ꝯte. ⁊ poſt. ⁊ ipꝛolatione ſnīe. ⁊ etiaȝ
poſt illam īdifferenter licitū ē appellare. c. ſuper eo. Sȝ
de iure ciuili ita īdiſtīcte non procederent. ut habetur i. l.
ij. ff. de ap. recep. in. l. ante ſnīe. C. de ap. recep. Sȝ ut
habeatꝭ exempla clarius quā ponāt iſte gl. quādo excep
tio ſit talis ꝙ negociū principale nō poſſit expediri ſine
ea. uel ēt econtra. dicite ut in exceptione ſurreptionis re
ſcripti. qꝛ ante oīa hoc clarificari dȝ. ⁊ ex ea pendet om
nis poteſtas iudicis circa negocium principale. vel in ex

UVA. BHSC. IyR_025

ceptione excōicationis oppoſita ꝯ partem. nam etiaʒ ſu
per negocio principali illa exceptione non clarificata nō
veniet audiendus. vl' puta qꝛ opponatur ꝙ ꝓcur. cōpa
rens non habeat mandatū. nam ꝛ iudiciuʒ ſuper princi
pali cum falſo procur. eēt nulluʒ. vel qꝛ opponatur d̄ fal
ſitate inſtroꝝ uel teſtiuʒ ad probationē negocij principa
lis productorū. qꝛ hac exceptione nō clarificata ſuper pri
cipali procederi non ē. Ita Inno. Io. an. d. Anto. ꝛ
Bal. hic. que tamen ꝯcluſio quo ad teſtes vel inſtra limi
tatur non procedere. quando ꝑs poſſet probare pricipa
le negociū per alias legitimas probationes quas habe
ret. nam tunc ꝓpter talem exceptionē non eēt ſuperſedē
dū in negocio principali. imo nec ſi appellaretur ꝓpter
talem exceptionem ſuſpēderetur negociū principale: ita
ſenſit hic Bal. in. ſ. ꝛ d. Anto. Alie etiā poſſent hic aſſi
gnari exceptiones ꝯnexe negocio principali. vel ei ꝑiudi
ciales. de quibus in. §. aliquādo. iij. q. xj. in. c. i. ꝛ i. c. tu
am. ſ̄. de ord. cog. in. l. i. ꝛ. ij. C. de ord. cog. in. c. i lris.
ſ̄. de reſti. ſpo. cū ſimilib⁹. Alie ſunt exceptiones que nō
ꝯcernūt negociū principale taliter quin poſſit negocium
expediri illa omiſſa. puta in exceptione ne cōueniatur i
plus quā facere pōt. de quo in. c. i. ſ̄. de depo. in. l. ſunt
qui in id. cū pluribus. ll. ſeq. ff. de re iud. puta in excepti
one ꝯpenſationis uel ſimili. Glo. in uerbo nō poterit. i
ſi. uult ergo glo. ꝙ ſiue appelletur ꝓpter exceptionē con
nexam negocio principali. ſiue ꝓpter non ꝯnexaʒ ꝙ ſēꝑ
appellatio ſuſpendat ptātem iudicis a quo non ſoluʒ cir
ca exceptionē. ſed etiam circa negociū principale. nec ob
ſtat tex. noſter ibi principalis ꝛc̄. qꝛ reſpondet hic non eſ
ſe ſumendū arg. a ꝯtrio ſenſu. ꝛ eſt ratio. nam reſultaret
abſonus itellectus. ꝛ ꝯ tex. in. c. ſi a iudice. in. c. non ſo
lum. §. i. in. c. romana. §. ſi vero. eo. ti. li. vj. ꝛ. ſ. decidu
cam. ꝛ ſi reſultat abſonus itellectus nō ē ſumendū arg.
a ꝯtrio ſenſu. c. vnico. ꝛ ibi gl. de eta. ꝛ qual. li. vj. c. ſigni
ficaſti. et ibi glo. ſ̄. de foꝛ. comp. l. ij. C. de condi. inſer. ꝛ
hanc opi. glo. tenet hic Hoſti. Ioan. Inno. ꝛ Panoꝛ. lʒ
Imo. non firmet pedes. ꝛ pro hac opinio. adducunt
Panoꝛ. tex. in. c. ſi a iudice. eo. ti. li. vj. ubi dicitur ꝙ ap
pellans non tenetur comparere coram iudice a quo ni
ſi caſu quo citet. qꝛ uelit grauamen reuocare. mō excep
tio firmat regulaʒ in caſibus non exceptuatis. c. ij. ſ. d̄ cō
iug. lepꝛoſ. Ex quo ergo unū tantū caſum excipit. ergo
quo ad alia omnia et ſic quo ad negociū principale iudex
a quo nullam hʒ iuriſdictionē. nec poterit ꝓcedere. qꝛ ſi
poſſet procedere citatus appellans teneretur uenire. ſʒ
ille tex. facit regulā limitatā. ſ. quādo appellans citat̄ ſuꝑ
negocio ſuꝑ quo eſt appellatū. unde exceptio poſtea ſub
ſequens cum debeat eē de regula ut per glo. in Rica de
reg. iur. li. vj. dʒ et limitate intelligi. Immo exceptio licʒ
firmet regulam. uel cā declaret. l. naʒ quid liquide. §. fi.
ff. de peni. leg. l. fi. §. cui dulcia. ff. de uino trit. ol. fru. qʒ
leg. tamen non auget regulā ultra nām regule. Ita colli
gitur ex his que notātur per Io. an. in mercu. in Rica.
de reg. iur. li. vj. Et ex his que notātur in. l. i. ff. ſi quis
iuſdic. non obtē. facit quod nōt Bart. in. l. generali. §.
uxoꝛi. ff. de uſufru. leg. Adducit ſecūdo tex. in. c. nō
ſolū. §. i. e. ti. li. vj. ponderando p̄io generalitatē eius
ſed fortiuſ ille tex. exp̄ſſe loquitur quādo appellatū erat
tantū ab iterlocutoꝛia. ꝛ negociū principale per iuſtifica
tionem appellationis erat deuolutū. et tamē ibi uult ꝙ
omni cāu et generaliter poſſit ihibere iudex ad quē iudi
ci a quo ne procedat. ergo et in principali ſuſpēſa ē iuriſ
dictio. et ſimiliter poteſt induci tex. in. c. romana. §. ſi ue
ro. eo. ti. li. vj. ſed illa iura loquūtur poſt iuſtificataʒ ap
pellationē unde nihil faciūt ꝯ opi. d. anto. qui hoc bene
fatet̄. ſed intelligit ip̄e tex. nr̄m ante appellationē iuſtifi
catā et receptā. Et dicit. d. anto. tex. nō ſoluʒ poſſe limi
tari ut iudex poſſit mittere ihibitoꝛiā ſtatiʒ poſt appella
tioneʒ ſuper ꝯnexis negocio ſuꝑ quo ē appellatum. ſuꝑ
alijs non poſſit niſi cepto cognoſcere ſuꝑ ueritate appel
lationis. Quarto adducit. l. ſi quis ex ꝓuocatōe. C. eo.
vbi iudicis iuriſdictio ex quo iſert iniuriā ſuſpendit̄. Et
quo ad alia. Sed illa lex hʒ uarios itellectus ꝛ ideo ſuꝑ
ea non poteſt fundari eius opi. per ea que voluit bar. in
l. iij. ff. de reb. dub. uel aliter. loquitur in caſu ſpāli ſicut
etiam. l. unica. C. ſi rectoꝛ prouincie. Quinto adducit
ea que habent̄ in. c. exhibita. ſ̄. de iudi. ubi papa man/
dat generaliter ruocari attētata ergo generaliter itelligi
tur ſiue ſint attentata ſiue ſuꝑ principali. ſiue ſuꝑ iterlo
cutoꝛia ſuꝑ qua pendet appellatio. c. ſi romanoꝝ. xviiij.
di. ſed ille tex. dʒ intelligi de indebite attentat̄. qꝛ ubi pa
pa mandat reuocari attentata itelligitur de idebite attē
tatis. c. audita ad fi. ſ̄. de reſti. ſpoli. Adducit quoqʒ
ſexto. c. ij. de dolo ꝛ ꝯtu. li. vj. ubi appellatione iterpoſi
ta ab iterlocutoꝛia nō tenet̄ iudex amplius citare appel
lantē. quaſi ſit in tota cā ꝯtumax. alˀs dixiſſet ꝙ in alijs
actibuſ dʒ appellantē citare. ſed ille tex. ꝓcedit quo ad ꝑ
tem. qꝛ quo ad ſe uidet̄ ſatis aſſerere appellationem iu/
ſtam. ideo ꝑ appellationem uidetur i totū quo ad ſe uel
le fugere iudicem. nos loquimur quo ad iudicē qui non
dʒ in totū ſuꝑſedere niſi appellatio apparuerit iuſta qd̄
in dubio non preſumitur. d. anto. hic tenet ꝯ glo. nr̄am
ꝙ imo appellatio ſuꝑ interlocutoꝛia a principio uſqʒ ad
tp̄s ſue receptionis ſuſpendit tantū ptātem iudicis a quo
circa iterlocutoꝛiā a qua ē appellatū. ꝛ alia negocia huic
ꝯnexa ſiue ſit negociū principale ſiue icidens ſiue emer/
gens. ſecus quo ad negocia nō ꝯnexa. qꝛ interim donec
nō fuerit recepta appellatio poterit iudex ꝓcedere in cā
principali. nec iſte proceſſus unꝗ̄ reuocabit̄ in uiam attē
ptati. poſt receptā aūt appellationē bene fatet̄ ꝙ tūc ſuſ/
penſa erit iuriſdictio iudicis a quo ad omnia. ꝓpter de
uolutionē iam factā. ꝛ ad hoc adducit tex. noſtꝝ ibi. ꝛ ſi
principalis ubi papa mādat poſt appellationē ab iterlo
cutoꝛia lata ſuper exceptione. Ita demū ſuſpēdi iuriſdi
ctionē iudicis a quo ſuper negocio principali. ſi principa
lis cā ſine illa exceptione terminari nō poterit. ergo ubi
terminari poſſet principalis cā ſine hac exceptōe ꝛ ſi cō
nexa non ſūt non erit ſuſpenſa iuriſdictio iudicis a quo
in negocio principali. per ſolam appellationē. nec ſubeſt
cā quare hic in tex. nō debeat ſūmi arg. a ꝯtrio. qꝛ ad fun
damēta ꝯtria ē. ſ̄. reſponſum. nec obſtat ſi quiſpiā oppo
neret ꝑut ꝛ hic panoꝛ. nonne hic reſultaret iniquitas re
tento illo itellectu. qꝛ pars diſtraheret̄ per uaria iudicia
ſ. ſuꝑ negocio appellationis corā iudice. ad quē ſuꝑ pri
cipali corā iudice a quo. qꝛ iſtud nͦ ē tā iniquū i cā appella
tōis. lʒ ꝓcederʒ i cā pricipali. qꝛ in cā appellatōiſ non hʒ
locum. c. diſpendia quādo ſunt diuerſi articuli. Ita Io.
an. ꝛ Gemi. in. d. c. diſpendia. de reſcript̄. li. vj. Et faci
unt nōta in. c. ſi duob⁹. ſ̄. eo. ꝛ ibi dixi. tamen hac ꝯcluſ.
retenta ſm̄. do. Anto. illo medio tp̄e donec appellatio
recipitur ſi iudex a quo ꝓcederet in principali poſſet re
cuſari ſuſpectus. ꝛ ita intelligitur tex. in. c. ad hec. ſ̄. eo.
et ita rn̄det ad ar. glo. nr̄e. ut tn̄ theoꝛice habeatis quā
do iudex a quo poſſit ꝓcedere. dicite ſm̄. d. Anto. hic ꝙ
aut iudex a quo detulit appellationi et tūc idiſtincte nō
poteſt ꝓcedere nec ſuper negocio principali nec ſuper ar
ticulo ſuper quo eſt appellatū. c. cū appellationibus. eo.
ti. li. vj. qui tex. ita generalr̄ intelligit̄ ſcd̄m. do. anto. et
Imo. hic. niſi per iudicē ad quē cā ad eū remittatur. uel
per ꝑtem appellantē appellatione nondum itroducta
recurrūt de nouo ad ip̄m iudicē a quo ut in. d. c. cū ap/
pellationibus. ibi glo. et doc. aut non detulit appellatio
ni. et tūc aut ē inhibitum per iudicē ad quē quod nō po
teſt facere niſi recepta appellatione tanꝗ̄ recepta ex rati
onabili cā. c. romana. §. ſi vō. et. §. ꝙ ſi obiciatur. eo. t.
li. vj. et. c. non ſolū. §. i. in. eo. et tūc ēt quo ad oīa ē ſuſ
pēſa iuriſdictio iudicis a quo. d. c. non ſolum. §. i. habe
tur maꝛ̄ per. d. anto. in. d. c. dilecti. ſ̄. de reſcrip. et. i. c.
paſtoꝛalis. §. preterea. ſ̄. de offi. deleg. ſiue negociū pri
cipale ſit ꝯnexū ſiue non cāc propter quam appellatur



UVA. BHSC. IyR_025

dñi tamen de rota uoluerunt ꝙ iudex non poſſit inhibere iudici a quo niſi vt nõ procedat ſuper articulo ſuper quo ē appellatū uel ↄnexis. Non aūt ſuꝑ non ↄnexis. ⁊ varie allatur illa deciſ. in quota ſʒ eaʒ reprobant cõiter hic ſcribētes. Aut vo non ē inhibitū ſed tm̄ appellatū. ⁊ tūc ſm cõem ſniam Jo. an. Inno. ⁊ aliorū. excepto. d. Anto. ſuſpenditur ptās iudicis a quo. quo ad oīa ⁊ connexa ⁊ nõ ↄnexa. ⁊ ipe procedente futurus iudicabit euētus. qꝛ ſi verificabitur appellatio īterpoſita ab īterlocutoria reuocabūtur oīa attentata. als nõ. d. c. nõ ſolum. ⁊ ꝓpterea lʒ dicatur ꝙ tempora ad appellandū. ſ. x. dieꝝ ⁊ tempora pendentiſ appellationis equiparantur. d. c. nõ ſolum. in prin. glo. in rubrica. ff. nil noua. tm̄ hoc non ꝓcedit in appellatione īterpoſita ab īterlocutoria. qꝛ tp̄us pendētis appellationis ab īterlocutoria ex futuro euētu bene. qñqʒ hʒ īducere retractationē attentatoꝝ. d. c. nõ ſolū. §. i. ⁊ tamē tēpus. x. dierum ad appellandū ab interlocutoria non īducit retractationē attentatorum illo medio tpe. qꝛ intra. x. dies ad appellandū ab interlocutoria. iudex rite procedet ad ulteriora. glo. eſt nõ. in. l. a procedēte. C. de dila. ⁊ ibi legitur glo. in. c. fi. in uerbo: appellatõe. eo. ti. li. vj. ⁊ ꝓpterea ſignāter ⁊ cuʒ miniſterio tex. in. d. c. non ſolum. in prin. dum equiparat tp̄us ad appellandū ⁊ tempus pendentꝭ appellationis. loquitur de appellatione a diffinitiua. nec ibi aliquid de interlocutoria. poſtea in. §. ſeq. ubi tractat de iterlocutoria nihil repetit equiparationē iam factā. quaſi ſentiat ī īterlocutoria equiparationē illā non ꝓcedere. ⁊ hec ꝓcedūt quando in uno iudicio plures cāe non deducunt. ſed una eſt tantū cā principalis. Et ad predicta videte que nõt bal. in. l. furti. §. i. ff. de his qui nõt. infa. ibi Ang. ⁊ in. l. ita demū. C. de procur. Sed quid ubi plures cāe in vno iudicio deducūtur. dicite ſm. d. Anto. ⁊ Imo. ꝙ cū tot videant libelli quot cāe in libello deducte. l. ſcire debemus in prin. ⁊ ibi Bar. ff. de ver. ob. tot videātur ſnie. quot cāe. l. quid tamē. ff. de arb. l. ēt. §. ſi ex cā. ff. de mino. l. carmelia. pia. ff. de iur. patro. c. cū tpe. ſ. de arb. c. raynutius. ⁊ c. raynaldus. ĵ. de teſta. tot videant appellationes quot ſnie. ⁊ quot cāe. l. ampliorē. in prin. ⁊. l. cos. ī prin. C. eo. ⁊ faciūt que dixi in. c. ſi duobus. ſ. eo. ⁊ ex ſeparat non īfertur. l. pāpinianus exuli. ff. de mino. Ideo cū illa ſint diuerſa. qꝛ diuerſe cāe pendentia appellatõis in vno non preiudicabit in alio. ⁊ iō appellatio ī vna cā non ſuſpenditur iuriſdictio iudicis a quo. quo ad aliam cām. multo minus appellato ab īterlocutoria ↄcernente vnam cām tm̄ ſuſpendetur iuriſdictio iudicis a quo. quo ad aliam cām. lʒ recuſari bene poſſet. per ea que vidimꝰ in. c. ad hec. ſ. eo. ⁊ ita. d. Anto. hic. ⁊ poſt eum Imo.

Ultimo pro cõplemēto īter has varietates opinionū bonū eſt ſequi ↄſilium traditū a Jo. an. in. c. conſuluit lo. ij. ĵ. eo. quē ibi refert ⁊ ſequitur. d. Anto. ⁊ Panor. ſ. ꝙ grauatus per aliquā īterlocutoriā appellʒ expreſſa cā grauaminis. ⁊ ut ſuſpendat oēm iuriſdictõem iudicis ēt circa negociū principale adiūgat illa vā. ꝙ ēt appellat ne vlterius in aliquo ſuper dicta cā grauetur. ⁊ illo cāu proderit appellatio ad ſuſpendendū articulū ⁊ ēt negocium pricipale. ⁊ ē tex. in. d. c. ↄſuluit. in fi. ſʒ Jo. an. Gl. in verbo ſuggeſtione. in fi. ĵ. ſo. data per glo. ꝙ hic cā ꝓpoſita non probaretur. lʒ ſit in ſe vera. tamē diuinat ad tex. nrm̄. Scđa autē ſolutio ꝙ hic opponeretur exceptio falſitatis ↄtra reſcriptū poſt lit. ↄte. ⁊ qꝛ non admittebatur ꝙ appelletur ē cõis. tenendo ꝙ illud de falſitate ītelligatur. ſ. ſurreptionis. qꝛ ſi ītelligeretur de exceptõe falſitatis. ſ. ꝙ reſcriptū eēt penitus falſum illa poſſet opponi ⁊ eēt admittenda ēt poſt ſniam. l. ij. ⁊ fi. C. de falſ. inſtr. l. ſi pretor. §. marcellus. ff. de iudi. c. cū uenerabilis. ſ. de excep. Alius datur ītellectus ad tex. noſtꝝ. per Jo. an: ꝙ hic appellatõ nihil opatur. qꝛ appellans ꝓrupit ad appellañ. i. nimis celeriter appellauit. ⁊ illo cāu ſit talis ſēſus ad tex. noſtrum. ꝙ ſi quis opponit exceptionē. ⁊ anteꝙ iudex rñdeat appellat ſi non admittatur ſua exceptio per iudicē illo cāu appellatio non valet. qꝛ illo cāu iudicialis appellatio non interponitur a grauamine de futuro ſed a grauamine iam illato. c. ut debitus. ĵ. eo. lʒ ſecus ſit in appellatione extraiudiciali. c. bone. ⁊ ibi dicam ĵ. eo. ⁊ ideo debuit excipiens priꝰ expectare an ſua exceptio admitteretur vel nõ admitteret per iudicē Et poſtea ſi in eo eēt grauatus appellare. ſʒ ante riſum iudicis nõ pōt appellare. Quartus ītellectus ē Jo. an. hic. queʒ ēt ſequitur Panor. hic. in illo ver. ſi aūt. ꝓpterea appellatio nihil valeat. qꝛ appellatuʒ ē ex falſa cā. ⁊ iō ante oīa ī appellatiõe ab īterlocutoria requiratur exꝑſſio cāe ⁊ ꝙ ca ſubſit. c. ut debitus. ĵ. eo. ēt de iure ciuili. l. intra vtile. vbi cāus ſm vnū intellectū. ⁊ nõ. bar. in. l. ait pretor. §. ꝑmittitur. ff. de mino. iō appellatio ſi īterponatur ⁊ falſa reperiatur cā. nihil valet appellatio. ⁊ hoc ē quod voluit tex. quare ⁊ iudex qui ſcit appellatū ex falſa cā nõ dʒ ſuperſedere. Quintus ē intellectus Imo. hic. ꝙ ꝓptēa hic non valeat appellatio qꝛ fuit nimis generalis appellando ꝓpter falſi ſuggeſtionē. debuit enim exprimeꝛ circa quod eēt illa falſi ſuggeſtio. ⁊ in quo ⁊ ſic habetis colligere ſcđm iſtum intellectum ꝙ in appellatione ab interlocutoria non ſolū dʒ exprimi cā ſed ſpecifice dʒ exprimi in quo ⁊ circa quod. de. appellanti. e.

# De appellationibus.

In quacūqʒ cā etiaʒ pro minimo licitū ē appellare. h. d. Nõ. primo ex tex. ibi ꝓ quacūqʒ leui. iūcto tex. ibi minimus. ꝙ in cauſis modici ꝑcij ⁊ pro leui ēt iniuſticia admittitur appellatio de iure cānonico. quod ſecus ē de iure ciuili. ij. q. vj. c. anteriorū. v. illud. nõr. in. l. ſi. ⁊ in autꝰ. niſi breuiores. C. de ſen. ex. pic. re. Sed quare taʒ varie. dicite ꝙ canoniſte ↄſiderauerunt appellationem īuentā eē ad corrigendū iniquitates. c. cum ſpāli. ĵ. eo. dixi. ſ. in rubrica ⁊ quelibʒ ēt minima iniquitas dʒ exulare a canonibus. §. crimis. xxv. di. ideo ꝓpter minimā ēt cām uel minimam īiuſticiā nõ mirum ſi canones permittūt appellationē. non tamen eaʒ iubet. qꝛ decet ſcđm etiam canones cum paruo incõmodo a ſtrepitu cāꝝ eſſe quietos. c. unico. ſ. de ſindico. ſed leges que nõ ↄſiderant bonum anime tantū quantum bonum publicum. ut nõr. in. l. i. ff. de vſucap. ↄſiderauerunt ipe ꝙ ex paruo grauamine ꝑs parum leditur. Et ideo noluerunt ꝓpter modicū grauamen vel ī minimis poſſe appellare. Nõ. ex tex. ibi. ſi pro maiorib9 ꝙ iudices ita debent deferre appellationibus in minimis cauſis ſicut etiam in maiorib9. Glo. in ver. minimis in fi. Notate primo ex glo. ꝙ ubi ualor cāe non ſufficit ad ſūptus litis. ꝙ illa cā dicitur minima. ⁊ ideo dixit not. bar. ꝙ ubi denegaretur iuſticia ab aliquo principe inferiore ī aliqua cā ꝙ illo caſu cum recurrendum ſit ad ſuperiorē ſi cauſa non eſt tanti valoris ꝙ iſte poſſit pati ſumptꝰ ad adeundū ſuperiorē illo caſu licite ſūt repreſalie qꝛ ipe oppreſſus poterit ↄtra ſubditos illius inferioris uel ēt ipm inferiorē facere repreſalias. ita Bar. in. l. mediterranee C. de anno. ⁊ trib. li. x. ⁊ remittit ſe ad tractatū ſuum repreſaliarū. ⁊ per predicta īfert ibidē Bar. ꝙ tutor vł prelatus non tenetur de negligentia ſi dimiſit ſollicitare cāʒ ad quam procurañ. requirebatur maior īpenſa quā eēt valor eius. qꝛ talem cauſam procurare non tenetur. Et ita etiam Panor. hic. ⁊ faciūt que habentur in. l. in fūdo ff. de rei ven. Secūdo habetis notare ex glo. ꝙ minima cauſa quo ad dandū actõeʒ de dolo dicitur cauſa duorum aureorū quod ītelligit Bal. hic idem eē etiam ī actione quod me. cā loquitur tamē ſub dubio forte. et facit rõ. nam in remedijs extraordinarijs de minimis non ē curandū. l. ſcio. ff. de in integ. reſti. nõt. Bar. in. l. ſi proprietarius. ff. de dam. infec. notant canoniſte in. c. ſi proponēte. ſ. de reſcrip. Sed actio de dolo. ꝙ me. cā ⁊ ſimilia ſunt remedia extraordinaria. vt pʒ per ſuos titulos.

UVA. BHSC. IyR_025

ergo pro minimis non dabitur. nec actio de dolo nec ꝙ
me. cauſa. Ultimo habetis ex glo. varias opi. que di
catur minima cauſa. vos dicite ꝙ relinquitur arbitrio iu
dicis qui ꝯſiderata qualitate ꝑſone arbitrabit̃ que ſit cã
mag. que ꝑua. Ita glo. in. c. fi. de ſen. ⁊ re. iud. li. vj. i. l.
illicitas. §. ne tenues. ff. de offi. p̃ſi. in. l. ſed ⁊ ſi ſuſcepit.
in prin. in uerbo modica. ff. de iud. faciũt notata ꝑ glo.
⁊ doc. in auten. preterea. C. vnde uir ⁊ vx. c. odoardus.
j. de ſolu. per Bar. in. l. ſi ꝯſtante in prin. iiij. col. ff. ſol.
ma. per Bar. ⁊ Bal. in auten. niſi breuiores. C. de ſen.
ex ꝑicu. re. Sed ab extra ꝯtra tex. opponit̃ de his q̃
habent̃ in. c. quintaualis. ſ. de iur. in. l. vnde ſi nerue. ⁊
in. l. ſi ſocietatẽ. §. arbitroꝝ. ff. pro ſocio vbi reductõ ad
arbitriũ boni viri non conceditur niſi ex magna leſione
ſed reductio ſapit appellatõem. l. non diſtinguemus. §.
cũ quidam. ff. de arb. ergo ⁊ pro minima cã nõ eſt licitũ
appellare. ſ3 requirit̃ magna leſio. vos dicite ꝙ in redu
ctione hoc facit ꝯſenſus ꝑtiũ. qui quodãmõ ex ſuo ꝯ̃ctu
vident̃ ſe ledere. ex quo cõpromiſerũt in iſtum. ⁊ iſte pro
nũciat ex ꝓ̃tate ſibi data a ꝑtibus. ⁊ eoꝝ ꝯſenſu. non ſic
ẽ in iudicijs. q2 iudices ꝓnunciãt ꝓ̃tate iuris. nec eoꝝ ſe
tentia ſuſcipit robur a ꝯſenſu partium. imo regl'r iudicia
reddũtur in iuitos. l. iter ſtipulantẽ. §. i. ff. de uerb. ob.
⁊ ꝓpterea dixit. nõ. Bar. in. d. §. arbitroꝝ. ꝙ ubi ꝑtes
ledũtur in ꝯtractu facto tertij ꝙ illo caſu requirit̃ leſio uſ
q3 ad ſextam. ⁊ tñ ſufficeret lic3 non eẽt ultra dimidiam
uel aliter non tamen requiritur ultra dimidiam. Lu
do. in. l. ſi quis cũ aliter. ff. de uerb. ob. tenet ꝯ̃rium. ⁊
ſic l3 petitio reductionis ad arbitriũ boni uiri equiperetur
appellationi. l. nõ diſtinguemꝰ. §. cũ quidam. ff. ꝺ arbi.
adeo ꝙ. l. cũ apud. ff. iud. ſol. diſponẽs ꝙ fideiuſſor de
iudicato ſoluẽdo in cã principali non tenet̃ de iudicio ad
pellat̃. h3 etia3 locũ in fideiuſſore pro obſeruatõe laudi.
ut nõ teneatur in iudicio reductionis. ita Pet. de anch.
ꝯſilio. xxxij. quod icipit. In xp̃i ⁊c. Apud itelligentes tñ
ut hic uidetis reductio ex toto nõ equipat̃ appellationi.
⁊ ideo ẽt dicimus ꝙ l3 a ſnĩa iudicis appellationiſ appel
letur dũmodo non pluſꝙ̃ tertio. c. ſua. j. eo. tamẽ a ſen
tentia reductionis nõ appellat̃. Inno. in. c. preſenti. al's
incip̃. ſtatutũ. de reſcrip. hodie li. vj. Bart. in. l. i. ⁊ ꝑ do
cto. ibi nõ. ff. de leg. i. Panor. in ꝯſilio. ij. incip̃. In xp̃i
⁊c. conſiliũ Sali. in. d. §. arbitroꝝ. Jo. an. in addi. eo.
§. in quibus. uerſ. quid ſi ꝯuenit. ꝯ̃. tenet bal. in. l. i. C.
de his qui. pene. nõ. in. l. i. C. ne lice. tertio ꝓuoc. bal. ĩ
l. ⁊ in maioribus. C. eo. bal. in. c. fi. quo temp. miles. in
uſibus feu. Ludo. de roma. ꝯſi. cclxj. Incip̃. in xp̃i ⁊c. ſu
per eo quod querit̃ per fundamentũ ſupradictũ in ꝓrio
ꝯ̃rium. ſequitur bal in. d. l. i. C. de his que pẽ. no. ꝙ ſi
reducẽs ledit modice nõ appelletur. ſecꝰ ſi ĩmoderate le
dit imo notabiliter dixit Panor. in. c. expoſita in princ.
de arb. per illũ tex. ꝙ ſi in laicũ ſit factũ cõpromiſſum ⁊
ꝑs uidet ſe notorie ledi quaſi ꝓpter manifeſtu3 peccatu3
põt recurri ⁊ reclamari ad iudicem eccleſiaſticum.

**vper eo.** Licet regulariter ſ3 leges
non audiatur appellans
ante ſnĩam. tamen canones illũ audiũt tam
ante lit. ꝯte. ꝙ̃ poſt. tam ante ſnĩam ꝙ̃ poſt.
et hoc primo. Et recuſatio equiparatur appellationi q2
in utraq3 iuſta cã requirit̃. hoc ſo. ⁊ tempus aſſignatũ
iudici ad finiendũ cãm incipit currere a tempore preſen
tatõis reſcripti nõ ante. hoc tertio. Diuidit̃ in tres ꝓut
tria dicta ponit. ſcda ibi in cãis. Tertia ibi ſi aũt. Not.
primo ex tex. ibi in ꝓlatione ſnĩe ſ3 Jo. an. bal. ⁊ Im.
ꝙ a diffinitiua licitũ ẽ appellari. ⁊ põt appellari ĩ ipſa ꝓ
latione ſnĩe. ſ. dum legitur nõdu3 tamen finita legi. Ita
tex. hic ibi. in prolatõe. Et ꝓpterea iferũt predicti doct.
ad qõem. nũquid ſi excõicatus appellauit in ipa prolati
one ſnĩe excõicationis reddatur ipa excõicatio nulla. ⁊
Jo. an. ſe remittit ad notata in. c. cũ ſit. de reg. iur. li. vj
i mercu ſuis. vos dicite poſt eũ ſecũdũ Imo. hic. ꝙ aut

prolatum ẽ iam uerbum excõico. ⁊ illo caſu ſi appellat ꝑ
inde ẽ ac ſi appellaret poſt ſnĩam excõicationis. ⁊ iõ ex/
cõicatio non redditur nulla. c. paſtoralis. ⁊ ibi uidebimꝰ
j. e. Aut nõdum prolatũ ẽ uerbũ excõico. ⁊ tũc appella/
tio dũmõ añ illõ uerbũ ꝓ̃ponatur reddat̃ excõicatio ꝯſub
ſequẽs nulla. tanꝙ̃ lata poſt appellationẽ. c. ꝑ tuas. j. ꝺ
ſen. exco. Et iõ ſint cauti appellantes ꝙ faciãt notar̃ pũ
ctualiter que v̾ba ſnĩe legerent̃ cum appellẽt ab huiuſ/
modi cenſura. In dubio aũt ſi non appeat an appella/
tio ꝓ̃ceſſerit uerbum excõico. uel non. tenet hic Imo. ꝙ
cum excõicatio iferat vinculũ iuriſ executõe. d. c. paſtora
lis. ⁊ uidebimus in. c. ꝓ̃terea. lo. ij. ⁊ ibi Inno. j. eo. iõo
illo caſu preſumit̃ excõicationẽ preceſſiſſe. Et pro Imo.
facit glo. in. c. uenerabilibꝰ. §. fi. in uerbo poſtꝙ̃ de hoc.
de ſentẽ. exco. li. vj. Bal. hic tenet ꝯ̃rium q2 uidet̃ ſentir̃
ꝙ ꝓ̃ceſſerit appellatio. allegat tex. in. l. ſi quis id quod.
uerſ. ꝙ ſi dũ ꝓponeret̃. ff. de iuriſdi. om. iud. Adducit
tex. in. l. arbethuſa. ibi icipiente naſci. ff. de ſta. ho. ubi
fauore libertatis actus iceptus habet̃ pro ꝯpleto. ſi ſpãle
fauore libertat' ergo in ꝯ̃rium ius cõe. ⁊ maxime in odio
ſis pro Bal. põt adduci dictũ Inno. in. c. cum tu. ſ. de
teſti. ⁊ forte ſecundum dictũ Inno. ibi poſſent opi. con
cordari. q2 aut loquimur in foro ꝯſcie ⁊ tũc cum i dubio
iudicemus excõicationẽ ualere ꝓcedat pria opi. Panor.
Aut in foro ꝯtentioſo ⁊ tũc cũ in dubio iudicemꝰ nõ excõi
catũ. ꝓcedat opi. Bal. ⁊ ſic hec ſeruãda. Nõ. ex tex.
ibi ſnĩe. ⁊c. ſcõm Panor. hic. ꝙ appellatione ſnĩe i dubio
itelligimus de diffinitiua. facit glo. i. c. cũ olim. ſ. ꝺ teſti.
tex. in. l. ij. ff. de appel. recip. dixi. ſ. in Rica in diffinitio
ne. No. ex tex. ibi. leges aut ſeculares. ꝙ l3 de iure ca
nonico ab oĩ grauamine appellet̃ tñ ſecus ẽ de iure ciui
li. q2 non appellat̃ niſi a diffinitiua. ⁊ quibꝰ caſibus ꝺ iu
re ciuili ab iterlocutoria appellet̃. Bal. in addi. c. in. ij. ⁊
iij. col. in. l. ante ſnĩe. C. quoꝝ ap. in. l. ij. C. de ep̃a. au
di. Et ẽ rõ dr̃e. q2 de iure ciuili ꝑ appellationẽ a diffiniti
ua emendant̃ ẽt oĩa grauamina illata in proceſſu. q2 l3
in aliquo in ꝓceſſu grauauerit. ſatis ẽ ꝙ per appellatio/
nẽ a diffinitiua non remanet ille uictor. ⁊ iõ cũ ius ciuile
iſpiciat ſolũ grauamen ⁊ ille in effectu non remanet gra
uata. q2 per diffinitiuã ſi ipſe obtinuit remanet paru3 le
ſus in iterlocutorijs ſi ſuccubuit ꝑ appellationẽ a diffini
tiua emẽdant̃ illa grauamina. ideo non miꝝ ſi ius ciuile
ab iterlocutoria non ꝑmittit appellari. ⁊ hãc rõe3 ſenſit
glo. ⁊ ibi Bal. in. l. ij. C. de ep̃a. aud. ſed ius canonicum
non tantũ reſpicit grauamen. ſed ẽt iiuſticiam cum circa
correctionẽ peccatoꝝ inuigilat. c. nouit. ſ. de iudi. undẽ l3
per appellationẽ a diffinitiua ſi ſuccubuit uel ꝑ ipam dif
finitiuã ſi obtinuit grauatus in iterlocutorijs non reſtat
multũ grauatus. tñ per hoc nõ tollit̃ quin ſit ei facta iiu
ſticia. ⁊ ſic peccatũ. non mirũ ergo ſi. l. canonica ꝑmittit
appellari a quocũq3 grauamine. Aliam rõem aſſignat
bal. in. d. l. ij. ⁊ in. l. ante ſnĩe. C. quoꝝ ap. ſ. q2 ius ciui
le magis iuigilat fini litiũ ⁊ inſtantie ꝙ̃3 ius canonicũ per
notata in. c. pe. ſ. de iudi. ⁊ ex hoc dũ dicitur in tex. ꝺ iu
re canonico idifferenter appellatur a quocũq3 grauami
ne nõ de iure ciuili ſcõm Panor. reſultat aliꝰ effectus ꝙ ꝺ
iure canonico cauſe non habent inſtantiam. ꝓpter ma
gnã facultatem appellandi conceſſa a iure canonico. d.
c. pe. ⁊ tamen de iure ciuili ſecus q2 habent inſtantiã trię
nij. l. ꝓperañ. in fi. C. de iud. ꝓpter reſtrictã facultatem
appellandi. ⁊ pro regula ſecũdũ leg. dicite ꝙ tũc demu3
appellatur ab interlocutoria qñ ipa iterlocutoria infert
grauamen irreꝑabile ꝑ diffinitiuã uel appellationem a
diffinitiua. tunc licitũ ẽ appellare. Illa ſũt uerba glo. in
de. i. in uer. ipſo iure. de heret. ⁊ hec regula ut videtis re
ſultat a rõne prima predicta ceſſante. ẽ ⁊ alia regula ſcõ3
leg. ꝙ vbi poſt iterlocutoriã non expectatur alia diffiniti
ua licitũ ẽ a tali iterlocutoria appellare. ita glo. in autẽ.
habita. C. ne fil. pro pa. dum dicit ꝙ a ſnĩa qua pronun
ciat ſe quis non eſſe iudicẽ vel etiam iudicem appellatur



UVA. BHSC. IyR_025

q2 ubi pronũciatur ſe nõ eſſe iudicem nõ expectatur alia diffinitiua. z facit tex. cũ nõ. in. c. ſignificantibus. ſ. ö offi. del. z has duas facit bart. recte intelligenti in. l. ij. z ibi Ang. ff. de ap. recip. facit Bal. i. d. l. ij. C. de eps. aud. z in. d. l. añ fnie. Et per predicta iferur φ ſi iudex ,pnũciat aliquẽ torquerĩ. φ a tali fnia bene appellatur. lʒ ſit i terlocutoria. z expectet diffinitiuã. q2 infert damnum irrepabile per diffinitiuam. l. ij. ff. de app. recip. cum iuribus. ſ. allegatis. z generaliter ab omni precepto de aliquo faciendo poteſt appellari. q2 facta pro infect; haberi non poſſunt. c. ferrum. l. di. etiam de iure ciuili. ita paulus de caſtro. pſi. xxiij. incip. In xpi zc. viſo puncto. Infertur etiam φ a fnia uel precepto ö icarcerando poteſt appellari de iure ciuili. q2 infert damnum irreparabile. z facit nam carcer dicitur mala manſio glo. eſt in de. i. in uerbo tormenẽ. de heret. in. l. ſi hoiem. ff. depoſi. imo dicitur tormentũ ſtare in duro carcere. glo. in. d. uer. tormentis. z eſt tex ibi duro carcere. imo magis tormentuʒ quam fodere in agro. glo. eſt in. l. ſeruorum. ff. de pen. z faciũt notata per Bar. in. l. i. §. dinus. ff. de queſtio. z ideo damnatus ad perpetuos carceres dicitur capite diminutus. ita Bald. in. l. ſi quis ſub conditione. in. ij. col. ff. de teſta. tu. Et tenete menti φ poſitus ſub cuſtodia. q2 tamen non tenetur diſtrictus. non dicitur incarceratus. glo. eſt nõ. z ibi Bar. in. l. fi. C. de curioſis. li. xij. lʒ in õriũ faciunt notata per ang. in. l. qui in carcerem ff. qð me. cã. z etiaʒ per Imo. in. l. qui a latronibus. ff. de teſta. z per Jo. an. in. c. ij. j. de fnia exco. z pendente appellatione a carceratione iudex a quo non dʒ incarceratuʒ dimittere. ſed dʒ retinere quouſqʒ iuſſerit iudex ad quem. Ita bar. per illum tex. in. l. eos. §. ſuper his. C. eo. z bal. in. l. ij. C. de epã. aud. in. l. ſed ſi. ff. de in ius uoc. dictum ẽ i. c. ad noſtram. ſ. eo. Nõ. ex tex. ibi. in cauſis quoqʒ φ cauſa appellationis z cauſa recuſatiõis equipantur. intelligite ſm glo. noſtram in verbo appellationi. que per hoc ſit expedita. φ equipantur quo ad hoc. ut ſicut appellatio non valet niſi expreſſa probabili cã. ita etiam non valeat recuſatio. c. cum ſpãli. z ibi vidẽbimus. j. e. Et infert hic Jo. an. per hunc tex. φ ſiue remoueatur appellatio a iure ſiue ab homine. ſ. per reſcriptuʒ φ illo caſu intelligiẽ ẽt rẽota recuſatio. quod intelligit Panor. eſſe verum ſi remoueatur ab homine. puta per reſcriptum reſpectu cãe. i. φ non admittat ſine cã q2 hoc intelligitur etiam in recuſatione. ſm gloſ. nrãm iuncto tex. quo aũt ad alia. maxime hodie. cum clã ap. re. remoueat ſolum appellationes que non ſunt expreſſe in iure. c. paſtoralis. z ibi videbimus. j. eo. remota appellatione. non intelligetur remota recuſatio ut non admittatur recuſatio niſi in caſibus a iure expreſſis. q2 immo admittetur in ſimilibus caſibus. nec excludetur per clauſulam ap. re. z eſt tex. in. c. poſtremo. ibi uel alia iuſta cã. j. eo. facit tex. lʒ glo. ibi cõiter reprobata teneat õrium. in. l. fi. C. de ſen. z interlo. om. iu. z glo. in. l. i. §. iterdum. ff. a quib. ap. nõ lʒ. vbi vult φ clauſula ap. re. non excludit recuſationem. z pro hoc facit ratio. nam ex ſeparatĩ non iſertur. l. pampinianus cruli. ff. de mino. cum uulgaribus. ſed appellatio z recuſatio ſunt diuerſa ergo uno remoto non intelligetur remotũ aliud. φ ſint diuerſa pʒ. nam ab executore non appellatur. c. quo ad conſultationem. z ibi habetur. ſ. de re iudi. l. ab executore. C. quoꝝ appel. z tamen recuſatur executor. c. nouit j. eo. c. ſuper qõum. §. uerum ſ. de offi. dele. Item diuerſitas apparet. qr non grauatus non appellat. c. ut ð bitus. j. eo. z tamen non grauatus recuſat. nec expectat grauamen. c. cũ ſpãli. j. eo. Item de conſenſu partiũ delegatus non recuſatur. d. §. uerũ z tamen ab eo appellatur. l. ex conſenſu. ff. eo. Iteʒ recuſatio proponitur de vicario ad epm. c. ſi contra vnũ. z ibi glo. ponit alias inſtantias. de offi. dele. li. vj. z tamen appellatio iterponitur ad maiorẽ. z non ad ipm epm. c. ij. de conſue. li. vj.

ecce. ergo qualiter ſunt diuerſa. Ultio nõ. φ vbi cauſa cõmittitur iudici delegato non currit ei tempus niſi a tpe preſentationis lrãrum quod intelligit Jo. an. niſi tẽpus eẽt aſſignatum nõ per enumeratõeʒ. ſed p certam z deſtinatam diem puta φ finiat cãm ad natale dñi. tunc enim curret tempus ipo iure z ante preſentationem. z iputet ſibi qui fuit negligens in preſentando lrãs. Et ſic habetis ex tex. φ in reſcriptiq lʒ quo ad ualiditatem eorũ z etiam capacitateʒ impetrantis attendatur tempus date reſcripti. c. cam te. ſ. de reſcriptis. c. tibi qui. de reſcrip. lib. vj. c. ei qui. de reſcrip. li. vj. habetur i de. ſi. de reſcrip. tamen quo ad hoc ut iudex hẽat iuriſdictionem attenditur tempus preſentationis lrãrum. ita hic tex. nã ſi iuriſdictionem prius haberet curreret ei tempꝰ. quod non currit ut hic. z ſic habetis φ ante preſentationeʒ litterarum iudex nullam habet iuriſdictionem. z hoc voluit gloſ. nõ. in ſimili de executore. in. d. c. ei qui. in uerbo ante Joan. an. in. c. cum plures. de offi. dele. li. vj. Archi. in. c. is qui. de procur. li. vj. voluit bar. in. l. multum intereſt. ff. de conditio. z demon. Baldus in. l. nec quicquam. §. ubi decretũ. ff. de offi. procon. vbi dicit proceſſum tamen iudicis ante preſentationem lrãrum valeẽ p te non opponẽte. quod uidetur falſum ex quo preſupponimus φ nondũ habeat iuriſdictionẽ. bal. in. l. eius. ff. ſi cer. pe. in. l. ſed z ſi de ſua. §. i. ff. de acqui. here. in. l. i. C. vt lit. pen. in. l. lʒ. C. de iudi. in. l. falſus. C. de fur. in. viij. oppõe in. l. eos. §. ſin autem. C. eo. Ang. in. l. p hanc. C. de temp. ap. z ita econtra. ad hoc ut reuocatio lrãrum reuocet iuriſdictionẽ a iudice requiritur φ ſint itimata z preſentata iudici. niſi in reuocatione adeſſʒ decretum ita bal. in. d. l. falſus. Arch. i. d. c. is qui. Inno. z alij in. c. ex conqueſtione. z panor. in. c. audita. vbi bonus tex. ſ. de reſti. ſpol. per Inno. in. c. i. de conceſ. preben. li. vj. in. c. cum contingat. de offi. dele. ibi docto. z i c. ceterum. ſ. ð reſcrip. bal. in. c. gratum. ſ. de offi. deleg. in. l. barbarius. philippus. ff. de offi. pre. z ideo concludit hic bal. per hunc tex. φ executori teſtamentario non currit tempus aſſignatum a teſtatore ignoranti quando illud quod eſt exequendum requirit magnam induſtriã executoris. als ſecus q2 ipo ignorante bene als curreret tempus z deuolueretur ad epʒ. allegat notata in. §. ſin autem ſacratiſſimis. in autꝰ de eccle. titu. concludit hic ẽt φ poteſtas uel officialis qui iurauit ſeruare ſtatuta ſi ſibi exhibeantur non ligatur tali iuramento niſi a die exhibitionis. Glo. in uerbo recepiſſe i fi. habetis ex gl. φ tempore aſſignato iudici ad procedendum dies termini ñ aſſignatur i termino. ſed eximitur ipa dies preſẽtationis lrãrum. z circa intellectũ tex. nr̃i glo. approbãt Inno. z Hoſti. z aliqui antiquiores. per iura in ea allegata contrarium tenuit hic Jo. an. z hij qui poſt eum ſcripſerunt. φ imo dies preſentationis computetur in termio de momento ad momentum moti per tex. noſtrum hic. φ utitur uerbo z tunc quod denotat ipo momento temporis poſt preſentationem lrãrum incipere terminum z currere tempus. glo. eſt in. c. quaʒ ſit. de elec. li. vi. in. c. perſonas. z ibi dixi. ſ. eo. Sed quantum attinet generaliter ad articulum. nũquid dies termini computetur in termino. dicite φ glo. hic concludit φ non. z glo. ſequiẽ Inno. z hoſti. ſequitur Imo. z Gemi. in. c. frequens. § i. z ibi glo. de reſti. ſpo. li. vi. Sequitur Bar. z Ange. in l. i. ff. ſi quis caut. per illum tex. in. l. i. §. dies. ff. quãdo appel. ſit. facit quod notat bar. in. l. pater. §. i. ff. de adultre. mouentur per iura allegata in glo. contrariam opinionem tenuit Jo. an. bal. Imo. z panor. dicentes φ i dubio tempus dilationum ſiue terminoꝛuʒ currit de momento ad momentum. ergo non ſubducetur dies termini. voluit glo. in rubrica. ff. de diuer. z tẽpo. pre. que facẽ regulaʒ φ in dubio tempora videntur eẽ continua. ergo nihil ſubducetur. uoluit glo. in. l. gallus. in fi. principii. quam ibi notat z ſequitur Ange. ff. de lib. z poſthu. ubi

UVA. BHSC. IyR_025

uult ꝙ in dubio dies termini computetur in termino:
⁊ etiam uoluit bal. in. l. eos. §. fin autem. C. eo. ii. col.
idem in. l. ſi quando. v. q. C. de teſti. mouentur maxi/
me Bald. hic. quia in dubio verba debent intelligi ſecū
dum curſum. l. i. ⁊. ij. ff. de uſufru. ea re que uſ. conſu.
ſed ex curſu nature tempora ſunt. uolatilia. iuxta illud la
bitur occulte fallit q̄ʒ uolatilis etas. ergo dilla° itelliget ꝯti
nua. non obſtant iura allegata in contrarium. quia illō
procedit quia ius proceſſit ulterius diſponendo. uel ali
ter dicite ut ex fallentijs. j. dicen̄. apparebit ſo. tranſeun°
ergo per cōmune carrotium docto. hic. facite uobis regu
lam ꝙ regulariter dies termini computatur in termino
generaliter. dicit Ange. conſilio ſuo. cclvij. incip. Pau/
lus contolini. quod ubi decurſu temporis inchoando ⁊
terminando queritur tempus incipit ⁊ finitur de momē
to ad momentum. ⁊ ibi notabiliter loquitur de termino
in compromiſſis aſſignatis faciens eandem regulam.
fallit primo illa regula niſi ius expreſſe aliter diſponat ut
eſt tex. in. c. frequens. s̄. allegato. ⁊ in. c. pia. allegato. in
glo. Et ita poteſt intelligi. d. l. i. ff. ſi quis cautō ita Jo.
an. ⁊ cōmuniter docto. hic. limitabitis. Secundo dictam
concluſi. non procedere. ubi tempus dilationis eſſet uti
le. quia tunc dies termini ſubducitur de termino. l. i. §.
quod dicimus. ff. de ſucceſ. edic. Ita Bald. hic intelligen
do de die. termini. ſ. initij non finis. Limitabitis tertio di
ctam concluſionem non procedere ubicunq̄ʒ. l. uteretur
aliqua dictione que temporis ſeparationem induceret.
puta quia uteretur dictione a uel ab ut eſt glo. in. l. ratio
§. fi. ff. de ac. emp. in cle. ſicut. in uerbo a die. eo. ti. naʒ
tunc tempus ſiue terminus excluſiue ab illo actu. die uel
hora cui addiciuntur ſimiles dictiones puta ſi dicatur a
tali die. tunc illa dies non computatur in termino. c. ſta
tutum ubi glo. de preb. li. vj. puta quia dicatur a tali ho
ra tunc ſola hora deducetur de termino. ita bal. hic. pu
ta quia dicatur a tali actu tunc nullum tempus deducit
niſi ſolum tempus celebrati actus. ⁊ hoc modo intelligit
l. i. §. biduuʒ. ff. quando appel. ſit auten. hodie. C. eo.
notata in cle. cauſam. de electio. ⁊ ita Gemini. in. d. c. fre
quens. ita cōmuniter doct. hic. ita bar. in. d. l. i. ita bal.
in locis preallegatis. Ange. in. d. conſi. i fi. Fallit ⁊ quar
to in dilatione expectatoria que datur parti ut ueniat uel
ſimile quid faciat. tunc dilationes expectatorie non idu
dunt diē termini. ita bal. hic intelligit. l. i. ff. ſi quis cau
tio. limitabis ⁊ hoc non procedere in omni dilatōne lega
li. ſ. aſſignata per. l. uel ſtatutum. naʒ illo cāu dies termi
ni non computatur in termino ex equitate quam papa
expreſſit. in. d. c. frequens. ⁊ in. d. c. pia. quia equitas be
ne extenditur de ſimilibus ad ſimilia. ideo bene extendi
tur ad omnes dilationes legales. ita bald. in. d. l. eos.
§. fin autem. Sexto limitabitis non procedere de conſu
etudine. quia de conſuetudine iudiciorum dies termini
non computatur in termino. ita Bald. in. d. §. fin autē
iij. col. ita Gemi. in. d. c. frequens. §. i. Sed unum tene
te menti. ꝙ ubi dicimus diem termini non computari i
termino illud intelligimus reſpectu icommodi illius cui
aſſignatur dilatio. ſed quo ad utilitatem ſuam bene di/
es termini computabitur in termio. ſ. quia ſi illa die ter
mini uoluerit aliquid facere ut ſe citius expediat poterit
facere. ⁊ dicetur factum intra terminum. Et ideo dixit
glo. ſingularis in cle. ſicut. in uerbo a die. eo. ti. ꝙ illa di
es termini que nō computatur in termino cedit lucro illi
us cui eſt aſſignata dilatio. ita bald. in. d. §. fin autem.
iij. col. ſed melius in. l. fi. iij. col. C. de tempo. appe. ⁊ al
legat illam glo. ad hoc. Et ut nihil omittatur quia dici/
tur hic ꝙ tempus aſſignatur iudici ad procedendum.
opere precium eſſet ſcire quot dierum intelligatur illud
tempus. ⁊ dicite ꝙ ſi aſſignatur per uim dierum eſt cla/
rum ꝙ tot dierum erit. puta. x. dierum ſi aſſignatur per
nomen collectiuum ⁊ certum puta. ſ. ſeptimanarum. tū.

adhuc certum eſt ꝙ ſeptem dierum eſt. ſed punctus ſtat
quando aſſignatur ſub uerbo menſis. ⁊ dicite ꝙ erit tot
dierum quot dies habet ille menſis in quo aſſignatur ip
ſa dilatio. ⁊ ſi quid lapſum eſt de illo menſe ſupplebitur
in menſe ſequenti. Et ideo ſi aſſignatur dilatio menſis
de menſe auguſti erunt. xxx. ⁊ unus dies ſi aſſignatur d̄
menſe ſeptembris erunt. xxx. ſed de menſe februarij. xx
viij. Ita glo. notat in. c. quam ſit. de electio. lib. vi. uolu
it Barto. in. l. cum biſextus. de uerbo. ſignifi. ff. voluit
bald. ⁊ Imo. in. l. de diuiſione. ff. ſoluto matrimonio.
bald. in. d. §. fin autem. ⁊ hic aliquid ponit. Queſiuit
hic Inno. nunquid ſi iudex cui eſt aſſignatus terminus
ad procedendum uult dare dilationes poterit illas ab
breuiare vltra ſolitum ſtilum iudiciorum vel ne. ⁊ reſpō
det ꝙ ſic. ex quo ei abbreuiata eſt inſtantia vel iuriſdic
tio poteſt abbreuiare dilationes. ⁊ eas conformare cum
termino ſibi aſſignato. ita vt infra terminum poſſit fini
re cauſam. glo. in. c. de cauſis. s̄. de offici. delega. ⁊ hoc
procedit ſecundum eum ſiue dilatio aſſignatur a iudice
delegante ſiue ipſe terminus procedendi aſſignetur ipſi
iudici a partibus de communi conſenſu. Sin autem de
conſenſu vnius tantum eſt aſſignatus terminus ad pro
cedendum quo ad eum bene poſſunt abbreuiari dilati
ones. non autem quo ad aduerſarium. quia exquo ad
uerſarius non conſenſit aſſignationi termini non eſt iu
ſta cauſa abbreuiandi ſibi ſuas dilationes. ⁊ ideo debēt
ſibi concedi ſolite dilationes. ⁊ iſto caſu ēt ultra t̄minuʒ
poterunt extendi tales dilationes ⁊ intra illud tempus
non ſolum ipſe ſed etiam aduerſarius qui conſenſerat
cum dilationes debeant eſſe communes poterit ſe iuua
re. l. peten̄. C. de in integr. reſtitutio. pet. Et Innocen:
ſequitur Baldum Imolaʒ ⁊ Panor. ⁊ facit quod notat
glo. in verbo defenſiones. in clemen. ſepe. de verbo. ſi
gnificatio. ⁊ dixi ſaltem remiſſiue in. c. cum ſit romana.
s̄. eo. Sed quid modo retento dicto themate ſi intra tē
pus ad procedendum nulla dilatio aſſignatur parti nū
quid procedet iudex ad ſententiam. ⁊ dicite ſecundum
Innocen. ꝙ ex quo terminus aſſignatur iudici uel ab
vtraq̄ʒ parte uel a delegante ꝙ illo caſu habet vim ter
mini peremptorij. Et ideo uidetur dicendum ꝙ iudex
ſine alio poſſit pronunciare. vbi erit in fine ſui temporis
⁊ ita ſimpliciter pertranſit hic Imol. ⁊ Panor. ⁊ ita vo
luit Barto in. l. ſi de meis. §. fi. ff. de arbit. ita Bartol.
in. l. admonendi. in. iiij. colum. ⁊ etiam Ludo. ibi. ff. de
iuriu. ⁊ eſt bonus tex. quē ibi ad hoc ponderat Bald.
in. l. ii C. de tempo. appel. Et ideo concludit Bart. ubi
proxime ꝙ in fine termini iudex poterit pronunciare ab
ſoluendo reum ſicut ſi actor habuiſſet dilationē ad pro
bandum ⁊ non probaſſʒ iura. l. qui accuſare. C. d̄ edē.
Contrarium tenet hic baldus recte intelligenti in fine.
etiam tenet' Ange. in. l. ait pretor. §. i. ff. de re. iudic. ubi
uult ꝙ iudex in fine ſui termini non debet abſoluere re
um a petitis. ⁊ ſic eo quia actor non probauerit. ſed de
bet abſoluere partes ab obſeruatione iudicij. ergo ille
terminus non eſt peremptorius parti ad probandum:
quia poſſet pronunciare contra partem non probanteʒ
ſi eſſet peremptorius abſoluendo partem a petitis. Et
hanc partem tenet Fulgo. in dicta. l. admonendi. ⁊ ꝓ
hac parte adducit hic balduʒ. quia eſt quid nouum ꝙ
tempus aſſignatur iudici ⁊ currit parti ad probandum
ex ſeparatis non infertur ⁊cetera. puta iudex non de
bet pronunciare aliquid iubendo: niſi inſtructus de
cauſa. l. ſi cum nulla. ff. de re iudica. l. hoc autem. §. fi.
ff. ex quib. cauſa in poſſeſſio. ea. l. iiij. C. communi:
uel cpl. Sed inſtructus non eſt iudex niſi quatenus
acta cantant. l. ne cauſas. C. eo. c. quoniam contra. ſu
pra de probationi. ergo abſoluendo reum a petitis nō
poterit pronunciare. quia illud eſt iubere ſilentium ac
tori. Sed quid modo ſi iudex intra finem ſui termini



UVA. BHSC. IyR_025

dubitet qualiter debet facere. Reſpondet hic Panor. ꝙ
debet inſtare pro prorogatione termini coram ſuperio-
re ſi ab eo aſſignatus eſt. vel partibus ſi a partibus. al's
non pronunciet ſed dimittat cauſam indeciſam ad ſupe
riorem. faciunt que notat. d. Anto. in. c. intimaſti. ĵ. eo.
Et pro eo facit. l. iudices. C. de iudi. c. iudicantem. xxx.
queſtio. v. Sed Panor. oblitus eſt eorum que ipſe no
tauit in. c. penul. ⁊ ibi. d. Anto. ṡ. de iudi. vbi dixit ꝙ il
lo caſu debet pronunciare condemnando ſi probatum
eſt. ⁊ ſi non eſt probatum abſoluendo. ⁊ ſic poterit pro
nunciare hoc modo. condemno reum ſi probatum eſt.
⁊ ſi non eſt probatum eum abſoluo. ⁊ ualebit t. lis ſen
tentia vt uoluit etiam Bartol. Angel. ⁊ alij. in. l. ait pre
tor. §. i. ff. de re iudica. ⁊ in. l. iudex. ubi Angel. ⁊ cum
eo uoluit Bald. in. l. cum iudex. C. de ſenten. ⁊ interlo.
om. iudi. ⁊ ibi Jaco. but. voluit Bald. in. l. i. C. qui ac
cuſa. non poſſunt. in. l. quid ergo. §. ex compromiſſo.
ff. de his qui not. infa. ⁊ ibi dixit ſtandum eſſe iuramen
to iudicis iurantis ſibi non liquere de cauſa ut non co
gatur aliter pronunciare qua. ṡ. ⁊ ſenſit hoc bartol. in
d. l. ſi de meis. §. fi. ff. de arb. ⁊ talis ratio ꝙ iudici non
liqueat de cauſa excuſat eum ſi nolit condemnare uel ab
ſoluere preciſe. ita baldus. in. l. ſi ideo. C. de his quibus
ut indignis. Aliam cautellã dat Ange. ⁊ magis pinguez
in. l. in hoc iure. ff. de euic. dicens ꝙ vbi iudici non liquet
⁊ eſt in fine termini ꝙ poteſt pronunciare condemno re
um ſi probatum eſt ⁊ abſoluo quatenus non eſt proba
tum ⁊ declarationem an probatum ſit vel ne. mihi reſer
uo hinc ad. xv. dies. ⁊ uos partes moneo. ꝙ tali die cõ
pareatis ad audiendum declarationem ſuper hoc. Et
pro hac cautella facit quod voluit bald. in. l. ad teſtium
§. fi. ⁊ melius in. l. heredes palam. §. ſed ⁊ ſi notã ⁊ ibi
etiam Jmo. ff. de teſta. Sed contra ange. faciunt nota
ta per bartolum in. l. ab executione. in principio. ii. col.
ff. eo. vbi delegatus poſtquam ſemel eſt functus officio
ſuo pronunciando non habet poteſtatem declarandi
ſuam ſententiam. ergo nec iſte poſt lapſum termini po
teſt reſeruare declarationem predictam. Tertia eſt cau
tella quam dat ang. in. d. l. ait pretor. §. primo. ut quan
do ſibi non liquet abſoluet partes ab obſeruatione iudi
cij. Querit ſucceſſiue Jnnocen. nunquid ſi aſſigna-
tum eſt tempus iudici intra quod ſe inſtruat de cauſa et
remittit ad ſuperiorem ſi intra tempus nihil ſe inſtruxit
tenebitur ne ad remittendum. Et voluit baldus hic ꝙ
non. quia nihil operatur remiſſio uacua ſine inſtructio
ne. l. ſi hine. in argumentum. ff. de iniuſt. rupt. Jtem
non dicitur remittere ex quo non eſt inſtructus. ſicut
non dicitur implere mandatum de adeundo qui non
eſt inſtructus de qualitate hereditat. l. eum qui duobus
§. filius. ff. de acquirenda hereditate. Alia etiam addu
cit fundamenta. que uidete per eum. Jn contrarium
determinat hic Jnnocen. ⁊ etiam Panor. nam ex quo
duo ſunt mandata ut inſtruat vnum aliud ut remittat.
ſi non poteſt obſeruare unum obſeruet aliud. quia ſal
tem remittat. c. cum dilecti. ſupra de dolo ⁊ contumacia
c. piſanis. ṡ. de reſtitutio. ſpoliato. Sed quid ſi iu-
dex cui eſt aſſignatum tempus ad procedendum poſt
datam litterarum eſt effectus excommunicatus uel ban
nitus vel ſimili modo impeditus ut non poſſit eſſe iu-
dex. nunquid ſi partes preſentent ei reſcriptum curret
interea tempus. Et uidebatur dicendum ꝙ ſic. licet par
tes poſſent reſtitui. quia impedito facto iudicis licet cur-
rat tempus datur in integrum reſtitutio. l. ſed ſi per pre
torem. in principio. ⁊ ibi notat. ff. ex quib. cau. ma. autẽ.
item ſi appellatione. C. de tempo. appel. de quo tamen
dic ut dixi. ṡ. in. c. ex ratione. in contrarium tamen de-
terminat Hoſti. ⁊ ſequitur panor. per ea que habentur
in. c. quia diuerſitatem. ĵ. de conceſ. preben. ⁊. l. i. in fi.
C. de anna. excep. in. c. ex tranſmiſſa. ṡ. de preſcript. et

pro hac opinio. facit quod uoluit nõ. bald. in. l. ſi quan-
do. iiij. queſtione. C. de teſt. ubi dixit ꝙ ſi iudex aſſignat
dilationem parti ⁊ intra eam pro maiori parte temporis
ſint ferie ꝙ licet regulariter dilationes ſint continue. l.
ſiue pars. C. de dila. illo caſu ſubducantur ferie de me
dio. ne pars nimis grauetur. ⁊ adducit Jo. an. ⁊ hoſti.
hoc uelle in. c. licet cauſam. ṡ. de probatio. ibi. d. anto.
in. xij. col. facit. c. conſultationibus. de offic. delega. glo.
in. c. puella. xx. queſtione. i. in. c. placita. xv. queſtio. iiij.
bal. in. l. i. C. de iuramento calum. imo fortius uult bal.
in. d. l. ſi quando. ꝙ ubi iudex eſt in fine inſtantie ne in
ſtantia pereat poſſit procedere die feriata ob neceſſitatẽ
hominum. de quo per canoniſtas. in. c. fina. ṡ. de iudi.
Ultimo queritur hic ſecundum panor. nunquid ſi ac
tor ⁊ reus impetrauerunt reſcriptum per quod aſſigna
tur tempus iudici ſi reus preuenit actorem in preſentan
do reſcriptum currat tempus a die preſentationis facte
per reum. Et reſpondet ꝙ ſic. niſi reus in dolo uerſatus
fuerit ⁊ dolo preuenerit actorem. dicite tamen ut latius
hic per eum.

**Eruenit.** Conuentus ſuper iniu
ria clici uel alio crimine
poteſt appellare niſi ſit notorius. hoc dicat.
cum decreta. ſe. Diuiditur illa decreta. i du
as. Jn prima ponit deciſum exordium. Jn ſecunda re
ſponſionem. ſcđa ibi fraternitati tue. Nõ. ex tex. ibi
vulneratos uel al's leſos. ꝙ ẽt pro iniuria illata clerico
licet non vulneretur incidit quis in excommunicationez
maiorem. adeo ut non poſſit abſolui niſi a papa. ⁊ ſic li
cet propter leuem offenſam clerici excommunicatus poſ
ſit abſolui ab ordinario. c. peruenit. ĵ. de ſenten. excom.
tamen leſio facta clerico etiam ſine uulnere non dicitur
leuis offenſa. quia quandoqz dicitur grauis ex qualitate
perſone. loci. uel ſimilibus. §. atrox. ⁊ ibi habetur inſti.
de iniu. c. nuper. ⁊. c. cum pro cauſa. ĵ. de ſen. excõ. ⁊ ſic
ex illo tex. ibidẽ vulneratos uel leſos habetis ꝙ per leſi
onem clerici dicitur iniuria facta in perſonam clerici.
quod patet ex quo iſti excommunicantur a iure. ut hic.
⁊ canon ſi quis ſuadente loquitur de iniuria facta in per
ſonam. quod intelligite verum lato modo loquendo.
Jta colligitur ex tex. ⁊ nõ. Jnnocen. in. c. nuper. infra
de ſententia excommunicatio. ⁊ ibi docto. facit glo. nõ.
in. l. itaque fullo. ff. de furt. quam ibi commendat Bar
tol. Jmo. ⁊ Ludo. in. l. licitatio. §. qđ illicite. ff. de publi
ca. Bald. ⁊ Jmol. in rubrica. ff. ſoluto matrimonio. ubi
concludunt per. d. glo. ꝙ inferre uiolentiam alicui dici
tur iniuria facta in perſonam. Baldus tamen in. l. ſi
qua per calumniam in tertia columna. C. de epiſcopis
⁊ clericis. dicit ꝙ dicitur facta perſone. non in perſo
nam. et notate gloſ. ibi quam ibi commendat baldus ꝙ
lacerans veſtes clerico non dicitur excommunicatus.
Nõ. ex tex. ibi publicus vel notorius. ꝙ a crimine non
notorio licitum eſt appellare negando crimen vel aliter
ſe excuſando. concordat tex. in. capi. ſequen. Nõ. ex
tex. ibi compellas. ſecundum baldum hic ꝙ appellans
cogitur proſequi appellationem. ⁊ ideo inuita altera
parte appellationi non poteſt renunciare ſecundum
baldum per tex. in. l. ſi poſt mortem. §. fina. ff. de bon.
poſſeſſio. contra tabu. de quo uidebimus in. c. interpo
ſita. §. illa denique. infra eo. quod intelligit ꝙ compel
li poteſt cauſatiue non preciſe. quia ſi non proſequatur
deſerta erit appellatio. Jta tex. in. capitu. ſequen. in fi.
Nõ. ex tex. ibi. ut infra conueniens tempus ſecũdum
Panor ꝙ iudex qui defert appellationi poteſt aſſigna
re tempus ad proſequendum. ⁊ ex quo in verſiculo ſe
quenti. hoc non repetitur. videtur ibi velle text. quod
ex quo iudex procedit ad ulteriora non deferen-
do appellationi non poſſet talem terminum aſſigna-

UVA. BHSC. IyR_025

re et concordat.c. ſequens. Sed dic ut ē dictū. in.c.
perſonas.ſupra.eodem. Nō ex tex.ibi.ſi uero publi
cus eſt et notorius quod notorium habet effectum rei iu
dicate ut ſicut ab ea non appellatur ſʒ executioni man
dat. Ita ē ī notorio.ita Bal.ꝛ ꝓ eo ē tex.ī.l.hic⁹ſuſtiū
et ibi Bar.ff.de h s qui not˙infa.uolunt canoniſte in.c:
ad noſtrā lo.iij.ſup̄ de iure iur. Baſ. et Salic. in.l. ea
quidem.C.de acuſ.et tenere menti ꝙ ubi ius loquitur
de notorio.et maxime in materia iſta.ꝙ a notorio non
poſſit appellari. intelligitur de notorio facti non iuris.
tex.eſt nō.in.c.romana.§.ſin autem et ibi glo in uer
bo notorium.et ibi Gemi.eo.ti.li.vj. Nō ex tex ibi
excommunicatos denuncies.quod appellatio ab excō
municatione non ſuſpendit denunciationem.et de hoc
in.c.paſtoralis in principio.ī.eo. Nota etiam ibi.ſic
excommunicatos facias euitari.formam qualiter debe
ant denunciari excommunicati qui iniecerunt manus
uiolentas in cl'cos.quia denunciantur excōmunicati.et
precipitur ſub pena excommunicationis quod euitent
ab alijs.et nō quod illo caſu iudex.ſi pronunciaret iſtos
excommunicatos.et excōmunicaret participantes cum
eis excōmunicatione maiori. ualeret excommunocatio
ſine alia monitione premiſſa.quia hic excommunicatio
ipſorum delinquentium lata eſt ab alio.ſ.a iure. ideo
iudex poteſt illum denunciare excōmunicatum. et parti
cipantes excommunicare excommunicatiōe maiori abſ
que eo quod participantes moneat.et ualebit excōmu
nicatio.ita Io.An.in.c.ſtatuimus.circa principium de
ſent.exco.li.vj ita hic Panor.nec obſtat ille tex.dū ui
detur annullare excommunicationem ipſo iure.ſi parti
cipantes non ſunt moniti.quia reſpōdet ibi Io.An.ille
tex.itelligitur qñ excommunicatio pricipaliter deliquēti
um et excommunicatio participantium ferebatur ab eo
dem iudice. Unde ius dubitat ne nimium ſeuiat ille
met iudex.qui excommunicauit delinquentes.quaſi do
lens ſe contemni a participantibus.ideo uoluit ne parti
cipantes excommunicentur excommunicatione maiori
niſi premiſſa monitione.nos loquimur quando excom
municatio eſt lata a iure contra principaliter delinquen
tes.ſ.a iure.vnde licet benefaciat iudex participantes
monendo tamen quia in eo ceſſat predicta preſumptio
ſeuicie poterit eos excommunicare ſine monitione.ꝛ ua
lebit excommunicatio. Nota ex tex.ibi donec iniuriā
paſſis. quia excommunicatus ob offenſam cl'ici non
debet abſolui niſi premiſſa ſatiſfactione.et ideo offenſ⁹
citari dʒ.ut fiat extimatio.et de hoc in.c. parrochianos
et ibi glo.ponit cui debet applicari ſatiſfactio.ī. de ſent.
exco.et ſic ex toto verſi.ſi.tex.habes elicere quod noto
rie excōmunicatus poteſt denunciari excommunicatus
ſine citatione et hoc uoluit Io An.et poſt eum alij.in.
c.reprehenſibilis ī.c.qō uerū quando notorium eſt et
claꝝ ipſum factum.ita quod excuſari non poſſit. alʼs li
cet regulariter denunciatus excommunicatus non pro
betur excommunicatus per denunciationem factam. eo
tanquam excommunicato.ut uoluit glo. nō. in.c. pia.
§.i.in uerbo.nomen.de excep.li.vj. quod intelligit ibi
Gemi.procedere in his que ſunt magni preiudicij. et
facit tex.etiam glo.in.c.ſolet. de ſent. excōmunicatiōis
li.vj.tamen quia in notorio ubi clare non conſtat.qō
nulla excuſatio competit requiritur citatio.ut dixi in.c.
cum ſit circa ſi.ſ.eo.requiritur tamē et ſententia decla
ratoria facti.c.cū ſecūdū.de heret.li.vj.et faciunt que di
xi in.c.ex ratione.in articulo.an requiratur ſententia d
claratoria.ſ.eo.ideo licet ius excommunicet uerberan
tem clericum.ex quo non eſt notorium huic uerberanti
nullam excuſationem competere.requiritur citatio. et
ſententia declaratoria facti.antequam denuncietur excō
municatus.et ad hoc facit glo.nō.in clementina preſen
ti in uerbo conſtiterit. de cenſi.in clementina prima. in
uerbo notionem.et in clementina ſecunda in uerbo con
ſtiterit.de pen.in.c.ſacro.in uerbo conſtiterit.ī.de ſen
tentia excommunicationis.et illo caſu quod ubi notori
um eſt parti nullam excuſationem competere non re
quiritur ſententia declaratoria facti.alias ſecus. uoluit
Ang.ī.l.idēque. §.ſi tibi.ff.qui.poti.in pig.hēa.bon⁹
tex.quem ibi notat Imola.in.c.propoſuit.ī.eo.et ibi la
ta eſt talis ſententia declaratoria facti poteſt pars appel
are a tali declaratoria.ita Panor.hic et eſt glo.nō.in:
c.cupientes.§.quod ſi per.xx.in uerbo.priuatos.de
elec.li.vj.

**Conſuluit.** Summatū eſt cum.c.precedenti. Diuiditur in duas partes.ꝓut duo dicta ponit.ſecunda ibi. illos autem.
Nō primo ex tex.ibi. alterius uxorem
functa ſuprascriptione.quod adulterium puniri poteſt
per iudicem eccleſiaſticum.tex.eſt hic et eſt ratio.quia eſt
ſacramentum eccleſie matrimonium.c. debitum. ſupra
de bigamis.et per adulterium uiolatur uel iniuria infer
tur matrimonio.ideo ſacrilegium dicitur.quaſi uiolatio
ſacramenti.l.quamuis la ſecunda.C.de adul.non miꝝ
ſi punitur in foro eccleſiaſtico.et facit tex. in.c. de bene
dicto.xxxii.q.i.in.c.i.ſ.de offi.ord.quicquid dicat Io.
An.in.c.ſi.ad ſi.de for.comp.li.vj.ubi uidetur uelle ꝙ
ſolum adulterium ſpectet ad forum eccleſiaſticum.quan
do deducitur ad ſeparationem matrimonij non autem
quando agitur ad aliam penam.habetur in.c.cum ſit.
ſ.de for.comp.et petrus de ancha.in regula ea que de
reg. iur. li. vj. Nō ex tex.ibi.cum multa dicantur
notoria.quod licet in notorio nō requiratur ordo iuris
ut eſt dictum in.c.cum ſit romana.ſ.eo.tamē quando
dubitatur an ſit notorium.uel ne.quia multa dicuntur
notoria que non ſunt ordo iuris eſt ſeruandus ita habetꝛ
hic tex. et ſic uidetꝛ ex illo tex.qō ſimpliciter aſſerenti no
torium non creditur.et ꝓpterea infert Panor.ad dictuʒ
teſtis deponentis. de notorio quod non ſufficiat eum
deponere tale quod eſſe notorium.niſi etiam allegetra
tionem quare illud habeat pro notorio.et hoc etiam uo
luit Gemi.in.c.primo in ſeptima columna ubi latius de
offi.del.li.vj.et eſt ratio.nam dictum teſtis licet non te
neatur exprimere niſi interrogetur ut uoluit glo. in.c.
cum cauſam:ſupra.de teſti.in.c.ſi quando.ſupra de reſ
crip.in.l.ſolam.C.de teſti.in.l.prima ī principio. ff.de
operis noui nunciatiōe.in his tamen que ſunt iuris nō
ualet niſi etiam non interrogatus ipſe teſtis exprimat
rationem.quia que ſunt iuris non cadunt communiter in
ſenſum corporeum.et ideo rationem debet aſſignare.
ut uideatur an recto ſenſu capiat ea que ſunt iuris.ita
Inno.et poſt eum alij.in dicto.c.cum cauſaʒ. ita Imo
la in.c.ſicut.in tertia columna ſupra de re iud.ita Bal.
in dicto.l.ſolam.et in.l teſtium.C de teſti.l.ad teſtiuʒ.
§.ſi.et ibi Imola.ff.de teſtamentis. Ang. in.l.cum hi.
§.uult.igitꝛ ff.de tranſ.faciūt nōta p bar.ī.l.ſtip. illa.§.
hi quoqʒ. ff. de uer.ob.cum ergo quid eē notorium uel
non dependeat potius ex iuris diſpoſitione ꝙ ex facto.
iō teſtis de eo deponens rationem dicti aſſignare debʒ.
Ad ex.qr glo.nihil habēt.opponit. Inno.cōtra tex.
in diſtincte non poſſe hanc deciſionem ꝓcedere.nam vꝛ
ꝙ in notorio ita poſſit appellari uel nō appellari ſicut ī
alijs.aut enim circa notoriū iudex grauat.puta moduʒ
excedendo ꝛ licitum eſt appellare ita in notorio ſicut in
alijs.c.quo ad conſultationeʒ ꝛ ibi habetꝛ.ſ.de re iud.
l.ab executore.ꝛ ibi habetꝛ.C.quoꝝ appel.aut iudex cir
ca notoriū non grauat ꝛ tūc ſicut nec in alijs nō graua
tus non appellat.c.ut debitus cum ſimilibus.ī.eo.ergo
nec in notorio.ꝛ propterea faten⁹ argumētū Inno.hic

UVA. BHSC. IyR_025

dicit ipē ita eſſe reſtringēdū. tex. noſtrum. ꝙ a notorio
appelletur ſi iudex circa illud grauet. alʼ non. Jo. An.
dat alium intellectum ad tex. noſtrum. quod illa eſt regu
la. quod per negationem res efficitur dubia. Inno. in.
c. uenerabili. ĵ. ď cenſi glo. in. l. fi. C. quib. ad libr. ꝓcla.
nō lic. in prin. ⁊ ibi. bonꝰ. tex. in. l. pe. C. man. cum gᵃ
adſit per negationem dubium. pars accuſata de aliquo
delicto negat. uidebabatʳ probabiliter dubitandum an
talis poſtea ꝯdemnatus poſſit appellare. ⁊ reſpondet
papa quod ſi delictum eſt notorium. ex quo negatio nō
facit dubiū id quod eſt notorium. tunc non ſit licitum ap
pellare. aut delictum non eſt notorium. et tunc qnia ne
gando res efficitur dubia ut predictum eſt. ideo poſſit
appellari. Alium intellectum dat Panor. ħ quod papa
intēdat decidere. quod licet regulariter non ſit neceſſe ī
appellatione a diffinitiua exprimere cauſam ſed ſimplici
ter ſufficiat dicere appello. l. i. §. fi. ff. e. glo. eſt in. c. i.
§. pe. in uerbo ſtatuit. ⁊ facit tex. in. c. cū appellationibꝰ
in fi. eo. ti. li. vj. uidebimus in. c. cū in eccleſia. ĵ. eo. tn̄ ex
quo in notorio non eſt licitum appellare. c. precedenti.
ideo cum regulariter appellatio ſit prohibita in notorio
uelit nunc papa decidere nouū caſum. ſ. quod ad hoc
ut poſſit appellare ꝯdemnatus de notorio crimine debe
at exprimere aliquam iuſtam cauſam in appellando. ita
quod ſe excuſet a notorio. ⁊ hoc uelit dicere tex. ibi. ſed
cum multa ⁊c.. et ſic ex illo intellectu habetis notare.
quod ubi prohibetur appellatio a iure a diffinitiua. uo
lens aliquo caſu appellare etiam a iure permiſſo
non admittitur niſi in appellatione exprimat cauſam.
cum regulariter appellatio a diffinitiua ſit prohibita in
illis caſibus. et de hoc eſt glo. ꝙ ibi pōderant oēs doc.
in. c. romana. §. ſinautē in glo. fi. eo. ti. li. vj. imo plus.
etiam ſi appellatio eſſet prohibita ab homine tn̄. a diffi
nitiua illo caſu ſi tamen ob aliquam iuſtam cauſam ꝑ
mittit princeps appellare non audietur appellans niſi
in appellatione exprimat cauſam. ita Gemi. in. d. §. ſin
autem in fi. et ideo attentata pendente appellatione a
notorio interpoſita. in caſu ubi non licet appellare uel
ubi non eſt bene appellatum. quia non expreſſa cauſa.
non retractabuntʳ. tex. in. c. non ſolum. in principio. et
ibi Gemi. eo. ti. li. vj. ita Oldra. ꝯſi. xx. quod incipit.
circa primum dicens quod ſtatim ſententia ſuper tali no
torio. non expectatis. x. diebus poterit executioni man
dari. ex quo non poteſt appellari. ſimile uoluit Jo. An.
poſt Jo. mo. in. c. uenerabilibus. ſup glo. pꝰ diffinitiuā.
de ſent. exco. li. vj. ubi ꝯcludunt quod cum ab executiōe
ſententie non poſſit appellari. ſi tamen appelletur ⁊ fiat
executio tali appellatione pendente non retractabitur
talis executio in uiam attentati. ⁊ ita Gemi. in. d. c. nō
ſolum in. vj: columna.

## Vggeſtum.

Sūmatur ut dictum
eſt in. c. meminimus
quia doloſa itineris arreptio non ꝓdeſt itine
ranti. Diuiditur in duas partes. in prima
narratio. in ſecunda reſponſio. ſecunda ibi tue conſulta
tioni. ⁊c. Nō ex tex. ibi. quia decretalem epl̄az: nam
alia nōbilia. ſunt clara ex dict in. c. meminimus. ꝙ ubi.
l. non habet rationem expreſſam tamen ꝯiectura quā
tum poſſumus illam indagamus. ut uoluit etiam Ci.
et ibi Bal. in. l. non dubium. C. de legi. et ea ratione
nos interpretamur poſtea. l. generaliter loquentē. facit
glo. in clementina. i. in uerbo eligatur ď elec. faciunt no
tata in. l. cum pr̄. §. dulciſſimus. ff. de legatis. ij. bonus
eſt tex. in. l. milites agrum in prin. ff. de re mil. que ad
hoc ponderat Bal. in. l. fi. C. de liber. p̄t. bonus tex.
in. l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excuſ. tut. i. c. ſecūdo:
requiris ad fi. ⁊ ibi dicam aliquid. ĵ. eo. Nō ex tex. ibi
ad reprimeñ. ⁊c. ꝙ inuenta ad unum effectum non de
bent operari contrarium. facit tex. in. c. ad noſtram. ŝ.
eo. Nō ex tex. ibi. ſed ad remouendum. ꝙ ſicut appel
latio inuenta eſt ad remouendum grauamen. intelligen
do ut dictum eſt. ŝ. in Rica. in cauſa appellationis. ita
exemptio itinerantis. de quo in. c. meminimus. ŝ. eo:

Glo. in uerbo appellationis in fi: Dicite pro nunc.
ꝙ glo bene loquitur. quia appellandum eſt in preſētia
iudicis a quo. ſi poteſt hr̄i. aut in preſētia iudicis ad quē
ij. q. vj. c. biduum. v̇ſi. ſed ſi quis ubi de iudice ad que.
et. l. i. §. ſed ſi quis. ff: quando appel. ſit ibi de iudice a
quo. probatur in. c. utʳ debitus. ĵ. eo. ibi coram. ⁊c. ⁊ i.
c. i. eo. ti. li. vi. niſi in duobus caſibus quando per metū
non auderet appellare coram eo. c. fi. ĵ. eo. et toto ti. C.
de his qui per met. iu. non ap Secundo quando iudex
non facit copiam ſui. uel ſi facit copiam. i. quia compa
ret. non inuenitur niſi in uia uel in ortis. non in loco tri
bunalis. l. i. §. dies. ff quando appel. ſit. ita glo. in. c.
appellatio. que ponit hanc ꝯcluſ. cum limitationibꝰ pre
dictis. eo. ti. li. vj. Et ita hic Imo. latius tn̄ dicam de
ueritate huius articuli. in. c. fi. ĵ. eo. Sed ꝑ opere precium
eſt ſcire ubi debet queri iſte iudex a quo. ad hoc ut dicatʳ
non facere copiam ſui. Et dicit hic Bal. quod non eſt ne
ceſſe perquireʳ totam ciuitatem. ſed ſatis eſt perquirere
eum. in loco tribunalis. ſiue ſit publicus ille locus. ſiue
priuatus. quia ſit ſolitus iudex ille tenere tribunal in ca
mera. ita uoluit glo. in. c. cupientes. §. ꝙ ſi per. xx. in.
glo. in uerbo propoſita ad fi. de elec. li. vj. in. l. cum ſen
tentiam. C. de ſent. et interloc. o. iu. et ita Bar. in. d. §.
dies tamen itineris arreptio ad hoc ut operetur ſuum
effectum non requiritur quod fiat in preſentia iudicis.
ita Imo. hic. Glo. in uerbo deprehenſus in fi. glo.
bene loquitur quia ipſo facto bene probatus eſt dolus.
ex quo poſt citationē uel notitiam litterarꝫ iter arripuit
et ita ſentit tex noſter hic in facti narratione. dū dicit iter
arripuit ut ſic eorꝫ ſolicitudinem. ⁊c. et ſic ſentit quod
ipſo facto naſcatur probatio doli. faciunt notata in. c. ij.
de renunc. li. vj. in. l. dolum. C. de dol. licet tex in reſpō
ſione probet multum contrarium. dum mandat inqui
ri an dolo factum fuit uel ne. ſed poteſt reſponderi ut reſ
pundet glo. quod ſatis dicitur conſtare. et inquiſitum
eſſe ex quo non ꝓbatur contrarium.

## P preſentiā.

Pendente
cognitione
appellationis excommunicatus poteſt ab
ſolui ad cautellam nec punitur ſi interim
celebrauerit. ſi apparet enim legitime appellaſſe. h. d. di
uiditur in duas. in prima facti narratio. in ſecunda reſ
ponſio. Secunda ibi ideoqꝫ. Nō ex tex. ibi. de facto
fecerit abſolui. ⁊c. quod pendente appellatione qui di
cit ſe fuiſſe excommunicatum poſt appellationem poteſt
ad cautellam abſolui. et facit tex. in. c. ſolet de ſententia
excommunica. li. vj. et ſic habetis dum iſte fuit abſolu
tus et nemo abſoluitur. ab excommunicatione niſi pe
tat. c. ſignificaſti. ubi tex. nō. quem hic allegat Imo. ĵ. ď
eo. qui duxʳ. in matri. quam pol. per adul. de quo tamē
dicite ut in. c. ab excommunicato ubi per Panor. ŝ. de
reſcrip. per Jo. An. in. c. i. de ſen. exco. li. vj. iuncta er
go deciſione tex. noſtri. habetis tex. hic ſecundū Inno.
quod petens ſe abſolui ad cautellam non uidetur fateri
ſe eſſe excommunicatum. ꝙ ſecus eſt ſi ad cautellam
non peteret abſolui. Iſta communiter ſcribentes. quia
tunc uidetur fateri ſe excommunicatū. c. uenerabilem
⁊ ibi nōtur. ŝ. de elec. Inno. ⁊ Jo. An. in. c. i. ŝ. ď ord.
cog. in. c. cū ꝯtingat. ŝ. de offi. del. habetʳ i. c. cū venera
bilis. ŝ. de excep. voluit Bar. et ibi per legiſtas in. l. x.
circa. fi. ff. de ver. ob. Imo. in. l. cū tale. §. fi. ff. de ꝯdi.
et de Jo. An. in. c. ſolet de ſenten. exco. li. vj. Nō ex
tex. ibi. diuina cantauit nullatenus inquietes. ꝙ licet ce
lebrans poſt excommunicationē uel diuinis ſe inmiſcens
eficiatur irregularis. c. clerici. ĵ. de clerico exco. miniſtr.

UVA. BHSC. IyR_025

c.i.de ſent. et re iud.in vj.in fi.et ibi ꝙ non pōt abſolui niſi a papa.c.i.de ſententia exco.li.vi. Et per talez irre gularitatem poteſt priuari ſuis beneficijs.c.fraternitati j.de clerico exco. miniſtr. etiā ſi ſit eps poterit priuari epiſcopatu.c.ueritatẽ de dol.et ɔtu.et quid proprie ſit ir regularitas habetur per doc.maxime. Hoſt. in. c. niſi cū pridem verſᵒ perſone.ſ.de renūci.tū talis irregulari tas non incurrit per excōmunicatū. quando excōmuni catio non tenuit ipſo iure.puta qꝛ lata poſt appellatio nem.ut hoc caſu noſtro.et ideo ſignanter diſt.tex.ꝙ in terea pendente appellatione non debet euitari niſi in iu dicijs.talis excommunicatus quaſi uelit ꝙ in diuinis et alijs non ſit euitandus.ita tex.et ibi glo.in.c. ſolet. ad finem.de ſententia exco.li.vj.et idem erit vbicūqꝫ excō municatio eſt nulla ipſo iure.quos caſus ponit glo. ma giſtra.in.c.pñti de ſententia exco.li. vj.

**Dum teneamur.** Si appel lans ī ſua poſſeſſiōe ɔturbet iudex a quo eaꝫ ſibi refor mare poterit.dūmō appellationis articuluꝫ non attingat ut ei preiudicet.h.d. Diuiditur in duas.ī prima ɔſultatio.in.ij. reſponſio. ſecūda. ibi prudentie tue ꝛc. Nō ex tex.ibi poſſeſſio. iuncta deciſione qō ubi appellans eſt in poſſeſſione pendente appellatione non eſt priuandus ſua poſſeſſione. Et hoc eſt ꝙ dicitur ꝙ pendente lite ſiue appellatione quis non impeditur ut iure ſuo et ſua poſſeſſione.c.i.ſ. nt lit.pen.imo plᵘ vult ille tex.ꝙ etiā dato ꝙ illa poſſeſſio habeat iuris ꝑ ſumptionem contra ſe non tamē eſt lite pendente auſe renda. Et ita eſt bonus tex. in.c.cū perſone.§. pe. de priuil. li. vj.tamen ex iuſta cauſa.licet nō directo priuari poſſeſſione poſſet.tamen eius ɔmō.ſ. ꝑceptione fructu um.et diſpenſatus: poſſet ex iuſta cā priuari. ꝙ per in directum ſapit quandam priuationem poſſeſſionis.licet non ꝓprie nec totalem.ut voluit Bar.in.l.i. C.ſi per vim vel alio modo.et ideo pp dilapidationem preſūp tam poſſet pendente appellatione fieri ſequeſtratio fruc tuū ſiue deſcriptio.vt uoluit Bar. per tex in.l. impato res.in fi.ff.de appella.vbi bonus tex.et de ſeuqeſtr.poſ ſeſ.et fruc.c.i.et fi.et ideo quādoqꝫ etiam interdici poſſꝫ propter timorem diſſipationis. pendente appellatione ſiue lite. Alienatio eī im.imobilium tex. eſt nota. et bi Bar.in.l.de pollicitationibus. circa fi.ff.de polic.volūt canoniſte in.c.i.ſ.ut lit.pen. Et ideo ſi timeẗ de fuga de bitoris.etiam lite pendēte uel appellatione ſicut ſi nulla lis penderet.poſſet capere debitorem auctoritate ꝓpria ipſe creditor.l.ait pretor.§.fi:l.debitorē.ff. de his que ī frau.cred.ita Ang. nōt in repetione.l.nemo carcerē. circa fi.C.de exac.trib.li.x.ubi vult ꝙ.d.§. ſi debitorē habeat locū etiam appellatione pendente. Sed a quo iudice.pendente appellatione.dꝫ fieri huiuſmōi ſeque ſtratio ſeu interdictio. Bar.in.d.l. impatores. in fi. reſ pōdet ꝙ a iudice ad quem.et eſt tex.in.l.ſed ſi eius. §. i.ff.de appel.recip.ſed canoniſte poſt. Jo. An. in.c.i. ſ.ut lit.pen.ita diſtinguūt.Quia aut appellatio eſt in troducta corā iudice ad quem.et tunc ipſe habeat ſeque ſtrare uel interdicere.aut non eſt īroducta etiā corā iu dice ad quem.ꝛ tunc cū illa ſequeſtratio non tendat in derogationē appellationis.poſſit fieri a iudice a quo.qꝛ ei ſolum uident inhibiti actus qui tendunt ad derogatio nem appellationis:c.ſi a iudice.ꝛ ibi glo.in vbo tencris eo.ti.li.vj.ꝛ faciūt que ſtatim dicam. Nō ex tex.ibi.ti bi liceat.ꝙ iudex a quo turbata poſſeſſione appellantis pendente appellatione poteſt illam ei reſtituere. quod qualiter ꝓcedat patebit in intellectibᵘ.j. in glo. Nō ex tex.ibi ad te querella peruenerit.ꝙ iudex a quo pōt per appellantem addiri ſup reſtaurationē ſue poſſeſſio nis.pendente appellatione ſibi ablate uel turbate. nec pp hanc additionem appellans uideẗ renūciare ſue ap pellationi.ut hoc tex.ibi ꝑtermiſſo ꝛc.et ſic haberis ca ſum.ꝙ ubi appellans addit iudicem a quo.pro reuoca tione grauaminis illati ab alio.quo caſu requiritur cāe cognitio.ꝙ per hoc nō uideẗ renūciatū appellationi. gᵒ a fortiori.ſi appellans addcat iudicem a quo pro reuo catione grauaminis illati ab ipſo iudice.cū tunc tanta ñ requiraẗ cāe cognitio.imo forte nulla.c.ab excōmunica to ubi tex.ſ.de reſcrip.cū tunc minᵘ iuriſdictioneꝫ habe at exercere.nō uideẗ renunciatum appellationi. ꝛ hoc uoluit glo.in.c.ſi a iudice.in glo.in vbo.teneris eo. ti. li.vj. Et ſeqnūtur dn̄i de rota deciſ.ſua.cdxxxvj. que in cipit item licet. Et etiam uoluit rota deciſ.ſua.cccc.lxxiij. que incipit item ſi ipſe.ubi ɔcludunt.ꝙ ſi addeaẗ iudex a quo.ut corā eo demonſtreẗ grauamen a ſe illatum.ñ uideaẗ renunciatum appellationi.ɔtrariū tñ tenet Ge mi.poſt lapū.in.d.c.ſi a iudice et etiam allegat. Jo. de lign.ita tenere.ſed eoꝝ argumenta.paꝝ ualent. tamen ſi iudex a quo detuliſſet appellationi.ex quo poſtea ps appellans reuertiẗ ad eum etiam ſi ſup articulo ſuper quo eſt appellatū.aliter ꝙ ad reuocandum grauamen nō uideẗ renunciatum appellationi ut tranſeat iuriſdic tio in iudicē a quo.qꝛ illa non reuertitur poſt dilationeꝫ niſi remittaẗ a iudice ad quem.c.cū appellationibᵘ. eo. ti.li.vj.ita.d.de rota deciſ.ſua.ccc.lx.que incipit ex hoc inſurrexit.et ad ꝑdicta faciūt que uoluit Jmo. in.c.gra tum.ſ.de offi.del.vbi ſequitur opi.glo.in.d.c.ſi a iudi dice. Nō ex eo.tex.ibidem.ordine iudiciario.ꝙ quaꝫ do iudex vult reuocare grauamen ēt ſi ſup hoc pn̄cipali ter addeaẗ a parte appellante.dꝫ citare aduerſarium.ꝙ patet ex tex.n oſtro.hic ordie iudiciario.arᵒ.l.in cāe.§. cā cognita.ff.d minor.ꝛ.c.tū ex litteris.ſup.de in integ. reſti.aliud habetᵉ ex hoc tex.ibidē ordine iudiciario.ꝙ quādo iudex a quo facit reſti ui poſſeſſionem appellanti ablatā pendente appellatione.hoc nō facit in uiam attē tati.qꝛ ſi faceret in uiam attentati non ageret ordine iu diciario.ſed ageret ſūmarie.ut nōt.glo.in de.ij. ut lit. pen.ex quo ergo vult hoc.tex.ꝙ procedat ordine iudi ario pn̄cipalꝫ ſuper ea.ꝛ uoluit hic Jnno.ꝛ poſt eū alij. ꝛ aſſignant rationē.nam ſi ageretur in uiam attentati ut hoc reuocetur tanꝙ attentatū pendēte appellatione. certe hec reuocatio nō ſpectaret ad iudicē a quo. ſed ad iudiceꝫ ad quē.c.nō ſolum.ꝛ ibi eſt caſus in prin. eo.ti. li.vj.d.l.ſi eius.§.i.in ſimili.ff.d appel recip.puta hec reuocatio petiẗ.tanꝙ ɔnera appellationi. ergo de illa ſe non īpediet iudex a quo. ſicut nec de appellatione.c. tranſlato.cū ſimilibᵘ.ſ.de ɔſtit.ꝛ ideo ſignanẗ dicit tex. ordine iudiciario.uoluit tñ hic Jnno.ꝙ licet non poſſit agere appellās ſpoliatus pendente appellatione ut re uoceẗ ſpoliatio in uiā attētati.tanꝙ attentatū pendente appellatione.tñ poſſit agere in uiā attentati tanꝙ atten tatū ſit pendēte lite.qꝛ negari non poteſt quin cā appel lationis ſit lis.ꝛ ſic ſequiẗ Jmo.hic ex quo dicto habetiſ ꝙ attētataᵃ appellatione pendēte poſſunt peti reuocari coram iudice ad quē.tanꝙ attētata appellatiōe pēdēte ꝛ corā iudice a quo.itelligite dūmō ñ ꝑiudiceẗ appellaci. tanꝙ attentata lite pēdente. Lapus tñ in. d.c.nō ſoluꝫ. §.illa vero.tenet allegādo iſtū tex.ꝛ ibi ſequiẗ Gemi.in v.col.ꝙ quādo eſt appellatū a grauamine ante ſenten tiam iudex a quo.dūmō non ſit ſibi inhibitū poteſt etiā ipſe reuocaẗ attētata.allegāt ēt.c.romana. §.ſi vero ꝛ. §.quod ſi obiciaẗ eo.ti.li vj. Nō ex tex.ibi.tibi licebit id ad ꝙ allegaẗ.ſepe iſte tex.ꝙ iudex a quo poteſt omia facere pendēte appellatione que tendūt ad faciliorem ex peditionē appellationis.et ſup hoc poteſt principaliter. et iudicio ordinario addiri. Et per hoc voluit glo. per hunc tex.in.c.ſi a iudice nō ſolum.in verbo. quicquid eo.ti.li.vj.ꝛ volunt cōmuniter hic doc.ꝛ facit tex.nō. i.c.ij.d ma.ꝑac ꝯ iterd. eccleſie.j ꝛ ibi glo. vbi iudex pendēte appellatione ſup cauſa matrimoniali poteſt iu bere ne partes ꝑueniant ad ſecundum matrimonium appellatione pendente.licet ſit iudex a quo. Cardi. tñ

UVA. BHSC. IyR_025

ibi vr̃.ſentire ꝙ propterea poſſit facere talem inhibitori
am.quia ibi tractatᷓ ꝺ peccato euitādo.ſed communiter
doc.hic tenent ꝙ immo ex quo inhibitoria tendit ad faci
liorem expeditionem cauſe.⁊ appellationis ꝙ poſſit iu
dex a quo huiuſmōi inhibitoriam facere.et ita intelligūt
illū tex.Et pro hac opi.facit tex.in.c.perſonas.et in.c.
cum ſit.ſ.eo.cū hiſque ibi dixi.vbi iudex a quo.tñ poſt
appellationem.poteſt aſſignare terminum partibus.
⁊c.et pro hac opi.facit quod uoluit nō feder: de ſcuis.
ꝯſi.ſuo lxxxiij.queȝ ſequūtur hic omnes excepto. Jmo:
qui dubitat.vbi voluit ꝙ ſi iudex eccleſiaſticus miſſerit
inhibitoriam iudici laico.ne exequatur aliquod inſtrum̃
tum.eo quia dicitur uſurarium.et poſtea pronunciet il
lud non eſſe uſurarium.idem iudex eccleſiaſticus.et in
hibitoriam reuocet.ꝙ illo caſu ſi appelletur poteſt iudex
a quo pendente appellatione.reuocare inhibitoriam ꝙ̃
reuocat de nouo mittere quaſi iſtud fuerit precedens ne
ceſſarium in ſua ſententia nec per hanc inhibitoriam ꝑ̃
iudicatur appellationi. Nota ultimo ex tex.ex mente
Bal.hic eſſe caſum ſecundum vnum intellectum quem
ipſe ſequitur nec ab alijs improbatᷓ.ꝙ pendentia appel
lationis.non habet ſuſpendere iuriſdictionem iudicis
a quo.quo ad tertium.quia pēdentia appellationis ni
hil operatur quo ad tertium. Jta glo.quam allegat hic
Bal.in.l.creditor.in prin.ff.man.glo.nō.in.c.non ſo
lum.in glo. magna ſi.eo.ti.li.vj.et eſt hic tex intelligē
dus ꝙ iſte appellans fuiſſet ſpoliat⁹ a tertio.et non ab
appellato ꝓut tex.noſter non aperit fuerit ſpoliat⁹.ideo
ad euitādū contrariū ne ſi loqueretᷓ tex.in appellato di
ceret contra deciſionem iſtam.ꝙ appellās videtur re
nunciaſſe appellationi reuertendo ad iudicē a quo. con
tra eūdem appellatū.c.gratum.ſ.de offi.del.c.iij.ſ.de
eo.qui mit.in poſ.c.cū ueniſſet.ſ.de teſt.c.ſolicitudinē
ſ.eo.l.ad ſolutionē.C.de re iud.ſʒ in ueritate iſte intel
lectus deſtruit omnem elegātiā effectus iſti⁹ tex.nam di
cunt communit doc.per hunc tex. ꝙ iudex a quo: poteſt
omnia per que facilior reddatur expeditio cauſe appella
tionis.quod colligi non poſſet hic ſi intelligeretur ꝺ ſpo
liatione facta a tertio.preterea ſi intelligeretur de expo
liatione facta a tertio.eſſet iſta decretalis ꝺ indubitabili.
nec conuenirent uerba tex.pretermiſſo appellationis ar
ticulo.nam claꝝ eſt ꝙ ſi ꝓcedit in appellatione pendēte
ad aliquid ꝯ tertiū.non tāgit illud de quo appellatio eſt
interpoſita ⁊ ſic vſiculus.tex.eo de quo appellatio eſt i
terpoſita ꝑtermiſſo ſupflueret.ſ.e.ſi romanoꝝ.tit di.
c.ſi papa de priuilegi.li. vj. Glo.in uerbo reformatᷓ
in ſi.iſtud ex.glo.uenit a remotis.quaſi uelit glo. ꝙ ſicut
ſeru⁹ qui regulariter nō poteſt eſſe in iudicio niſi certis
caſibus.l.vir cert̃.ff.de iudi.tñ pro poſſeſſione turba
ta.poterit eſſe in iudicio.et nōte glo.ſecundum Panor.
hic ⁊ D.Anto.qꝛ vult ꝙ interdicto retinēde ꝙ cōpetit
pro poſſeſſione turbata poſſit ſeruus ſtare in iudicio. ꝓ
dño ſicut ⁊ interdicto recupañ. Et iſta eſt notabilis.
extenſio ad.l.i.C.ſi per uiȝ.uel al.mō.⁊ ibi etiā hoc uo
luit Bar. Glo.ſuper verbo pretermiſſo.in fine ſentit
glo.ꝯrariū ad tex.hoc mō ex quo appellatū ē a iudicē.
redditur ſuſpectus quo ad aliaȝ cauſam.Et hoc eſt qꝺ
glo.dicit ꝙ.c.ad hoc.et.c.ꝓpoſuit faciūt ꝯ Jtem ex
quo appellatū eſt a iudice.eius iuriſdictio quo ad omīa
ſuſpenditᷓ.c.ſuper eo.lo.primo.ſecūdū communē opi.
ſ.eo.Ergo iudex a quo turbata poſſeſſione.pendēte
appellatione.nō poterit in iſta cauſa eſſe iudex. tum qꝛ
ſuſpectus.tum quia ſuſpenſa eius iuriſdictio.glo.ponit
ſo.ꝙ tex.noſter ꝓcedat in ordinario nō autem in dele
gato. Non obſtat ꝙ dicitur de ſuſpicione.qꝛ uerū eſt
parte allegāte.ſed ex quo appellās qui grauatus eſt.eū
adiuit.nō debet poſſe amplius recuſare.cū ipſe eum eli
gat.c.ſuper queſtionū.§.ver.ſ.de offi.del. Non ob
ſtat ꝙ dicitur.de ſuſpenſione.qꝛ illud eſt uerum.niſi ue
lit principaliter corā eo nouā cauſam deducere.⁊ nouaȝ
inſtātiam incipere.qꝛ tunc appellatio nō ſuſpendit quo
ad nouam inſtantiam noue cauſe.c.ꝓpoſuit.ſ.eo.et.d.
c.ad hec.ſ.eo.Et ideo tex noſter intelligitᷓ ꝙ.ꝯ̃ pricipa
liter appellans.incohādo nouā cauſam.addibat iudicē
a quo ordinarium et in delegato nō poteſt ꝓcedere. qꝛ
ipſe nō habet iuriſdictionem niſi in cā ꝯmiſſa.que per
appellationem bene ſuſpenſa eſt.ut dicit glo.ideo ſuper
noua cā ⁊ noua inſtañ.addiri nō poterit.qꝛ reſcriptum
nō trahitur ad alias lites.et maxime mouēdas.c.ſi.ſ.ꝺ
reſcrip. Secūdus datᷓ intellectus ad tex.noſtrū quod
ideo iudex a quo adeatᷓ.qꝛ ſpoliatio iſta ꝯ appellatiōeȝ
fuerat attentata per appellantem appellatione penden
te.et iō quaſi nō deferens ſue met appellationi.in ꝯtriū
attentando uidetᷓ renunciare appellationi.c.an ſit.ʃ.e.
c.ex parte.s.⁊ ibi habetᷓ.ſ.de reſcrip.nō miꝝ ſi iudex a
quo poteſt addiri.ſʒ hic intellect⁹ uiolat litterā. que ſen
tit ꝙ imo appellās turbabatᷓ nō autem turbabat alios.
Tertius datᷓ intellectus ad tex.ꝙ hic iudex a quo.ad
utilitatē appellātis.addiretur a tertio amico ſuo uł filio.
et ideo ualet iſta additio.nec inducit renunciationeȝ ap
pellationis.licet reuertatᷓ.ad iudicem a quo.qꝛ iſte non
habebat mandatū ad renunciandō.appellationi.nec ad
gerendū talem actum coram iudice a quo. Et iſte intel
lectus licet in ſe ſit uerus.per ea que uoluit Bal.in.c. ex
parte.s.ſ.de reſcrip.et que dixi in.c.ex ratione.ſ. eo.
tñ nō tolit ꝯ̃rium de defectu iuriſdictioñ. Quart⁹ datᷓ
intellectus ꝙ hic turbatio poſſeſſionis attentaretur per
tertiū ꝯ ipſum appellātē.et ab appellante ad reuocatio
nē hoꝝ attentatoꝝ.nō in uiā attētati.ſed iudicio ordina
rio.corā iudice a quo.ꝯueniretᷓ iſte tertius. nec obſtant
ꝯ̃ria.qꝛ appellatio nō ſuſpendit quo ad tertiū. licet quo
ad partes ſuſpendat.c.romana.§.in aliū.eo.ti.li. vj.
et heri dixi.ita Bal.hic.nec obſtat ꝯ̃riū de ſuſpitione.
qꝛ tollitᷓ ut dictū eſt in.primo itellectu. Quītus datur
intellect⁹.ꝙ hic iſte Archiepiſcopus cantuarieñ. habeꝛȝ
ex priuilegio ut appellātes a ſe pendente appellatione
ſeruaret illeſos.ꝓut dicit Hoſt:eſſe de ꝯſuetudine in ꝑ
tib⁹ anglicanis.nō miꝝ ſi ꝑ appellātē pendente appella
tione additᷓ iſte Archiepiſcop⁹ iudex a quo uigore dicti
ꝑ̃uilegij.⁊ hec lectura placet Hoſti.ſʒ i ueritate ſecūdum
Panor:hic multū annichilat decretalē noſtrā.tū qꝛ eſſȝ
de indubitabili.contra.l.ꝙ labeo. ff.de carbo edic.c.
cū i inrepitus in pte deciſa.ſ.de offi.del.tñ qꝛ ſm hoc
decretał iſta ꝯtineret gratiā.et eſſet ꝑticularis ꝯ.c:erit āt
l.iiij.di.c.ex pte.a.ꝑ̃biteri cū ibi nō.ſ.de teſti. Sext⁹
intellectus.eſt quē ſenſit hic Jnno.ſʒ clari⁹ Jmo.ꝙ hic
iudex a quo.additᷓ ad reuocādū attētata.nō tāquaȝ
attētata appellatiōe pēdēte.ſʒ tāquā attentata lite pen.
nō obſtat ꝯ̃riū de ſuſpēſione iuriſdictionis. qꝛ hic non
additᷓ ꝑ aliqꝺ ꝯnexitatē cū cā appellationis.nec cū ipſa
cā ſuſpenſa.ſed additᷓ ꝑ̃ncipalitᷓ ſuꝑ alia cā ⁊ alio iudicio.
vñ militant rationes.que dicte ſūt i pmo.itellectu. fatetᷓ.
tñ Jnno.hic ⁊ Jmo.ꝙ melius eſt dicere quod non age
retur hic uia attentati. Sed uia ordinaria interdic
to uti poſſidetis uel ſi fuit ſpoliatus interdicto vnde ui
Septimus datur intellectus.ꝙ hic iudex a quo.addi
retᷓ ꝑ notoriaȝ iniuſticiam ſiue iniuriam.que fiebat ap
pellanti.turbando cum pendente appellatione. Unde
ſicut appellatio non eximit appellantem a notoria iuſti
cia iudicis.qꝛ ubi notorium eſt iudicem iuſte agere non
admittitᷓ appellās.c.peruenit.⁊.c.ꝯſuluit.ſ.eo. Jta ubi
notorie appellatus iniuſte agit contra appellantem non
dȝ appellatio eum adiuuatᷓ.nec in hoc ſuſpendere iuriſ
dictionē iudicis a quo.c.ij in argumentum de mut.
petit. Octau⁹ datᷓ intellectus ꝙ littera intelligatur ut
iacet.qꝛ actuȝ erat petitorio.poſſeſſor.fuerat ꝯdemna
tus.appellauit appellatione pendente ſuper petitorio.
ſi turbet in poſſeſſione.poteſt prin.agere poſſeſſorio.
nec obſtat de.pendentia appellationis.et ſuſpenſione
iuriſdictionis.quia nihil commune habet poſſeſſio cuȝ

UVA. BHSC. IyR_025

propꝛietate.l. naturaliter.§. nihil commune.ff. de ac
quir.poſſ. Et pendente petitoꝛio bene poteſt intentari
poſſeſſoꝛium.l.cum qui.§. cum fundus. ff.de vi et vi
ar.habetur in.c.paſtoꝛalis.et in.c.cum dilectus.ſ. de
cauſa poſſ.et propꝛie.et ita Jmola hic poſt. D.Anto.
qui has duas ultimas lecturas ꝯmendāt.ſꝫ ꝯ hunc in
tellectum facit.tex.in vbo.eo.de quo. iuncta.l. nulli.C.
de iudicijs.et.c.i.ſ.de ſequeſtra.po.et fruc.nam poſſeſ
ſoꝛium et petitoꝛium habent conexitatem.ut contineꝰ
tia eoꝛum diuidi non debeat.vt vnus iudex tractet peti
toꝛium alius poſſeſſoꝛium eiuſdem rei. et contra hunc
intellectum facit cle.i.de cauſa.po.et propꝛie. tenendo
quod inducat ius nouum.ut patet per uerbum decerni
mus. Et tenendo hunc intellectum.eſt pulcra limitatio
ad.l.nulli. Non ꝯs datur intellectus.per.d. anto.pa
noꝛ.et Jmolam.quod hic propterea addiretur iudex
a quo.quia illud tendit in faciliorem executionem et ex
peditionem appellationis.nam ex quo ille moleſtabat
appellans in ſua poſſeſſione. Intereſt iudicis a quo.
prouidere ne moleſtetur.pꝛimo quia ſi neceſſe haberet
appellans pati ſe moleſtari.uel interca litigare ſup hac
moleſtatione.tum propter impedimenta.de facto.tum
propter litem.ſuper hac moleſtatione nimis impedire
tur cauſa appellationis.vnde ut faciliorem expeditionē
habeat.non mirum ſi recuritur ad iudicem a quo. Iteꝫ
ex alio recurritur ad eum.quia cum finita cauſa appel
lationis.ſi pronunciatur male appellatum.cauſa reuer
tur ad manus ſuas.quando a grauamine fuerat appel
latum.c.ut debitus.j.eo. Ideo ſua intereſt.ut conſerue
tur cauſa pendente appellatione in eo ſtatu in quo eaꝫ
dimiſit:et maxime quia facilioꝛ.poſtea erit iſti iudici. a
quo.executio ſententie.ſi interea pendente appellatio
ne nihil eſt immutatum.et propter has rationes ſecun
dum panoꝛ.hic additur iudex a quo.et hoc retento pro
cedat tex.noſter ſiue in delegato ſiue in oꝛdinario. Nec
obſtat quod dicit glo.de ſuſpenſione iuriſdictionis. per
c.ut debitus.quia licet ſit ſuſpenſa delegati iuriſdictio .nō
tamen eſt extincta.c.cum ceſſante.vbi eſt tex.j.eo. iun
to.c.ſi a iudice.in fi.eo. ti. li.vj.vbi delegatus reuocat
grauamen pendente appellatione ab eo. ergo non eſt
eius iuriſdictio extincta.quia tunc non poſſet reuocare:
nec reuocando reaſſummere iuriſdictionem contra iura
predicta.cum ergo nec etiam iuriſdictio delegati per ap
pellationem ſit extincta. ergo cum ſua etiam interſit ut
dictum eſt.ſ.de oꝛdinario.quia ille rationes ſunt gene
rales etiam in delegato.ergo ſequitur quod etiam dele
gatus iudex a quo.poterit addiri.quo ad omnia que reſ
piciunt faciliorem executionem appellationis. Et ſic ge
neraliter quottidie allegat iſte tex.quod iudex a quo.
poteſt omnia que tendunt in faciliorem executioneꝫ ap
pellationis.dummodo appellationi non preiudicet. et
faciunt notata per Spec.eo.ti.in.iiij. parte.§. pe. Et
quod uoluit glo.in.d.c.non ſolum.in uerbo quicquid
fatentur.bene panoꝛ.quod inter delegatum et oꝛdina
rium.eſt tamen hec differentia.quia ſi oꝛdinarius detu
lit appellationi poterit pꝛincipaliter poſtea addiri ut no
ua cauſa incipiatur coꝛam eo.licet ſecus in delegato. qꝛ
caret iuriſdictione poſtquam detulit.c.cum appellatiōi
bus.eo.ti.li.vj. Et ita concluditur in.ſ. allegata deci
ſione rote.cccix.que incipit.ex hoc inſurrexit in fi.

Conſuluit. Generalis appellatio
ſi fiat in omnibus cau
ſis non ualet. Sed ſi in una tantum bene
ualet.h.d.diuiditur in duas partes. prout
duo decāponit. ſa.ibi.ſi uero ab aliquo loco. Glo. i uer
bo generalis in fi.ſecundum quod declarat hic Inno.
tex.i glo.iſta.uidetur ſentire etiam contra Inno. vult
quod appellatio generalis in vna cauſa procederet. ſed
requiritur hodie expreſſio cauſe ſui grauaminis.d.c.ut
debitus.ſed melius in.c.coꝛdi. eo ti. li vj. Et ſic vult
Inno.quod decretalis noſtra hodie ſit correcta in ſecū
do decto.quantum ad appellationem iudicialem. Sed
in appellatione extraiudiciali. vult Inno. quod non
requiratur expꝛeſſio cauſe.ſed ſatis ſit ꝙ ex uerbis uel
facto poſſit ueriſimiliter grauamen timeri. et illud ſequa
tur.glo.ē communiter contra Inno.in hoc quod loqui
tur de extraiudiciali appellatione.quia in ea requiritur
cauſe expꝛeſſio.ita glo.in.c.conſideramus. ſ.de elec.
in.c.ut debitus.in uerbo rationabili.j.eo . et etiam eſt
bonus tex.et ibi glo.in.c.coꝛdi.eo.ti. li.vj.in pꝛincipio
facit glo.in.l.eius.et in.l.fi.et idem ſentit Bar.ff.de ap
pel.re.tamen quantum attinet ad appellationem extra
iudicia em.videbimus in.c.bone.ubi latius.et quantū
attinet ad iudicialem in.d.c.ut debitus. j: eo. ſecundū
Jo.An.tex.noſter habet aliam lec. quam etiam uide
detur ſentire glo.noſtra.aliter intelligendo quaꝫ.ſ.ſ.ꝙ
in hoc uerſiculo ſi uero.decidatur. quod appellatio ge
neralis reſpectu unius cauſe ualeat.hoc modo intelligē
do.ſ.quia expꝛeſſo uno grauamine.et ſic obſeruata foꝛ
ma.c.coꝛdi.et.c.ut debitus. appelletur ſubiecta clauſu
la generali.dicendo appello a tali grauamine et quocū
que alio actu ueſtro in futurum fiendo ne ad ulterioꝛa
cōtra me ꝓcedatis.et hoc ſequitur hic.d.Anto.⁊ Jmo:
panoꝛ.dicit ꝙ quo ad effectum iuris illa clauſula gene
ralis.et in omnibus alijs.ſubiecta poſt ſpecificatum gra
uamē.erit ſupflua.quia omnino ex quo appellatum ē
ab uno grauamine ſine illa clauſula generali. tñ iudex
a quo non poterit ad ulterioꝛa ꝓcedere.c. ſup eo. lo.i.
ſm communē itellectum.ſ.eo.qꝛ hoc ineſt a iure cōmu
ni i quacūqꝫ appellatione ut ſuſpendat iuriſdictionē iu
dicis a quo.ne i alijs ꝓcedat ad ulterioꝛa. ergo expꝛeſ
ſio dicte clauſule generalis nihil opatur.qꝛ expꝛeſſio eo
rum que tacite iſunt nihil opatur.l.nō recte cū vulgari
bus.C.d fideico. fatetur tamen panoꝛ.ꝙ illa clauſula
et pratica erit vtilis ad euitandū dubiū de quo i.c.ſup
eo.lo.i.ſ.eo. Dum ibi dubitatur an appellatio ab iter
locutoꝛia ſuſpendat iuriſdictionē iudicis a quo:ad non
ꝯnexa dicens phil.petrus.hic dicit qd hodie hic tex. eſt
correctus per cle. appellanti.eo ti.vbi appellatio ab i
terlocutoꝛia nō iuſtificatur niſi circa grauamē expꝛeſſuꝫ
nominatum.nec iuſtificatur ex alijs cauſis ēt ueriſimili
bus de nouo deducēdis. ergo appellatio iterpoſita ab
vno grauamine ſubiecta clauſula generali. ꝓut voluit
Jo.an.nihil opabitur niſi reſpectu grauaminis nomia
tim expꝛeſſi.qui immo.et foꝛtiꝰ dixit ipe ēt in terminis.
ſpecificato vno grauamine. ſubiecta clauſula generali
de alijs deducen.⁊ uerificādis.ēt ſi certificetur p relatio
nem ad acta.dicēdo ꝓut in actis apparet.tñ appellatio
nō iuſtificabit niſi reſpectu grauaminis deducti nomina
tiꝫ nō reſpectu alioꝝ i relatione icluſoꝝ.nec in generali
clauſula ꝯpꝛehēſoꝝ. Ita Bal.i.l.ij.i fi.C.de epa.aud.
ita Bal.i.l.edita i repetione paduana in. x.col.⁊.viij.
C.de ed. Bal in.l.minoꝛibꝰ.C.de his quib.ut idig.in.
l.eos.§.ſin autē.C.eo.in.l.terminato.C.de fruc.⁊ lit.
excep. Ita ang in.l.i.ff.de liber.⁊ poſt i.l.ubi aūt non
apparet.§.qui illud aut illud.in.l.quicquid aſtringen.
i principio.ff.de ver.ob.i l.ij.et ibi Jmo.ff.eo.in.l.ꝑ
tor.in principio.ff.de opis noui nunci.ergo nec in caſu
nr̄o cla generalis aliquid opabit. Sꝫ ille itellectus iohanis
An.nō vult hoc ꝙ preſupponit. D. Phil.ꝙ.ſ.clauſula
general opetur circa iuſtificationē vel ne. Sꝫ bene vult
ꝙ ex quo appellatū eſt ab vno grauāmine iuncta clauſu
la generali.ꝙ licet regulariter generales appellationes
repꝛobentur vt dixerat in.l.reſponſo.tamen ex quo illa
non eſt omnino generalis ſꝫ facta expꝛeſſio vno graua
mine ſubiecta clauſula generali.generalitas non habet
uiciare appellationem habilem circa grauamen nomi
natū deductū.qꝛ utile per i utile non uiciat.et ideo dixit
tex.ab eo.iudice eſt deferendū.quaſi dubitaret circa de
lationem appellationis.non circa iuſtificationem.et qd

UVA. BHSC. IyR_025

appellatio non poſſit iuſtificari etiam ex deduceñ. com
prehenſis in clauſula generali. tenent. d. de rota. deciſ.
ſua. vij. que incipit. Item ſi appellet. D. Anto. et ibi di
cam in. c. ut debit°. j. eo. Card. et Imo. in. d. cle. appel
lanti. Imo. in. c. cleric°. ſ. de iure iur. Et Gemi. in. d. c.
cordi. e. ti. li. vj. queſiuit hic Inno. d libello ſiue petitio
nem in attẽtatis. io ante ꝙ intrem illud ſciẽ. ego non ſo
lũ innouata appellatiõe pendẽte ſũt attẽtata ſed etiaȝ
inouata pendente tẽpoꝛe ad appellanduȝ. glo. i Rica:
ff. nil. no. ap pen. c. ñ ſolũ. eo. ti. li. vi. qd ꝓcedit i appel
latõ. etiã ab iterlocutoria. ut ſicut pẽdẽte appellatiõe. in
nouata pẽdẽt ex futuro euẽtu. an appellatio iuſta ꝓnũ
cieť uel nõ. d. c. nõ ſolũ. ita attẽtata pẽdẽte tempoꝛe ad
appellãdũ ab iterlocutoꝛia itelligitẽ iuſtificata appellatio
ne ſicut requiriť in appellatione ab interlocutoꝛia. Ita
Ang. de aretio. in. l. i. ff. nil. no. ap. pen. in. iij. col. ꝛ po
ſtea ideȝ i. v. col. circa materiaȝ attentatoꝝ diſtiguit. aut
appellãs inouat tũc ſi ille actus ꝯrariať appellationi uť illi
renũciare. l. ad ſolutionẽ. C. de re iud. l. ſi. §. illud. C. d
tempo. appel. c. quo ad ꝯſultationeȝ. de re iudi. ſi uero
non ꝯtrarieť appellationi ſi eſt act° extra iudiciũ factus
intra tẽpoꝛa ipſo ſuccũbẽte reuocať p officium iudicis.
Bar. in. l. chirographis. ff. d admini. tu. ſi iudiciari° ad
mittiť ad iuſtificationẽ appellationis uel faciliorẽ expedi
tionem. alias nõ. c. an ſit. et. c. cũ teneamur. j. eo. c. ſi a
iudice. e. ti. li. vj. l. p hãc. C. d temp. ap. Aut appellat° i
nouat. ſi corã iudice a quo. ſi iudiciũ pẽdẽs ſilentiũ ipõit
ſup tali innouatione. et tũc reuocať uia attẽtati. l. cũ ex
cauſa. ff. eo. l. iij. C. e. c. nõ ſolũ. eo. ti. li. vj. Alias nõ re
uocať in uiã attentati. c. cũ nobis oliȝ de elec. uidim° in.
c. i. ſ. eo. de inouatis per iudicẽ a quo. in. d. c. cũ tene
amur. et. c. nõ ſolũ. Et debet appellãs nõ eodẽ libello.
ſed poſtea ſeparatim petere attentata reuocari. tñ ſi fiat
eodẽ libello ualebit. Bal. et Sali. in. l. iij. §. eo. Ang. d
aretio ubi ꝓxime. in. vij. et. v. col. et licet poſſint reuoca
ri mero officio iudicis ipã attentata ſine oꝛdine iudicia
rio. ut eſt glo. i. d. c. nõ ſolũ. et i cle. ij. ut litte. pen. Sali.
in. d. l. iij. C. e. tñ ſi deducanť in libello et ſup illis ꝯteſta
tio litis fiat nõ poterũt reuocari niſi cũ pleuo iuris oꝛdi
ne. Ita. Ang. in. d. l. i. in. vj col. Sȝ hoc eſt ꝯ glo. in cle.
i. de officio delega. in cle. ſepe de vboꝝ ſig. dũ uolunt ꝙ
ſi executoꝛ ſup ꝓuiſione beneficiali aſſumpſit partes iu
dicis in uno. poterit tñ redire in his que reſtant expediẽ
da. ad partes meri executoris ſuſcipiendas. Sententia.
ni excõmunicationis lata intra tẽpoꝛa ad appellandi ni
tenet. c. per tuas. p locũ a ſpeciali de ſen. exco. nec re
nocabitur in uiã attentati. ſed erit neceſſaria abſolutio.
Io. An. in. c. uenerabilibus. §. poꝛro. in glo. in uerbo
appellatuȝ de ſen. exco. li. vj. Ang. ubi ꝓxime in. viij.
col. Redeamus ad queſitũ. Queſiuit hic Inno. de foꝛ
ma libelli qñ petitur attentata. reuocari. Et ꝯcludit qd
non ſufficit dicere. peto attentata poſt appellationem re
uocari. Sȝ neceſſe habeat ſubiungere. et contra appel
lationeȝ. quaſi ſentiat illa tñ attentata eſſe reuocanda.
que ſunt attentata poſt appellationem. et ꝯ appellatio
nem. Non autẽ alia attentata poſt appellationem. que
appellationi non contradicũt. Ad hoc facit qd nõt. ideȝ
Inno. in. c. cũ nobis oliȝ. ſ. de elec. in. c. audiṫ. ſ. d ꝓ
cuř. licet ibi loquatur de appellatione extraiudiciali. Et
hanc foꝛmam libellãdi. Sequitur hic Bal. Hoſti. autẽ
dicit quod ſatis ſit petere reuocari attentata poſt appel
ationem. quia ſuppelebitur. et contra appellationem.
lȝ omiſſum fuerit. D. Anto. hic dicit ita eſſe diſtinguen
dum. quia aut loquimur de appellatione extraiudiciali.
aut d iudiciali. ſi de extraiudiciali. et tunc ex quo illa iuris
partis non ſuſpendit. d. c. ad diſſoluẽñ. Et ibi Inno. j.
de diſponſ. impub. Inno. in. c. qꝛ ꝓpter. ſ. de elec. Naȝ
pendente appellatione extraiudiciali pars non impedi
tur uti iure ſuo. dictis iuribus. et diri latius i. c. i. ſ. eo.
propterea attentata a parte. poſt appellationem non
ſunt ſimpliciter nulla. nec ueniunt retractanda niſi qua
tenus contradicant appellationi. Et iſto caſu procedat
modus libellandi traditus per Inno. Hic autem loqui
mur in appellatione iudiciali. et tunc ex quo appel
latio iudicialis ſuſpendit iuriſdictionem iudicis quo ad
omnia. c. ſuper eo. el. i. et ibi uidimus. ſ. eo. Et ideo
attentata per iudicem poſt talem appellationem ueniũt
reuocanda. etiam ſi nõ ſunt contra appellationem. qꝛ
iuriſdictio iudicis eſt ſuſpenſa quo ad omnia. Et iõ ſuffi
ciat ſimpliciter libellare. petendo attentata poſt appella
tionẽ reuocari. nõ addito cõtra. D. Anto. ſequiť Imo.
et Panoꝛ. etiam uno addito. ſ. ꝙ tñ omni caſu ſubſtitue
retur libellus quo ſimpliciter peterenť at ẽtata poſt ap
pellationẽ reuocari. Mouenť qꝛ verba libelli extẽdunť
et iꝓpꝛianť ut libellus ſubſtineať glo. eſt in. c. ꝯſtitut°.
j. de religi. do. in. c. pñtiũ. in prin. et ibi Gemi. de teſti. li.
vj. in. l. ſi olei. C. loca. glo. i. l. i. C. de uſufr. et ibi Bar.
i. l. ſȝ ſi poſſeſſori. §. ſȝ ſi iuramñtũ. ꝛ ibi Bar. ff. d iuř iu.
Nõr in. l. ſiquis. itentione ambigua. ff. de iudic. Cum
ergo vba libelli iꝓpꝛianť et extendanť et in dubio etiã
itelligantur ſm ſubiectam materiam. l. ſi uno. in prin. ff.
loca. c. rogo. xj. q. iij. iõ libellus tſuſtinebiť licet petatur
ſimpliciter attentata poſt appellationem reuocari. quia
reſoluetur ſi ſumus in appellatione extraiudiciali poſt
appellationẽ. et contra libellus interpꝛetetur ſm ſubiec
tam materiam. et generaliter intelligetur. peto attẽtata
reuocari. i. que ſũt ꝯtra appellationẽ uľ iuriſdiſpoſitionẽ
attẽtata. c. audita. de reſti. ſpol. ſm. D. Anto. hic. Et d
hac foꝛma libelli et petitione. D. Anto. aliquid in. c. di
lecti. el. ij. j. eo. per Archi. i. c. ſunt quoꝝ. ij. q. vj. D. An
to. in. c. cũ nobis. olim. in. j. carta de elec. in. c. dilecta. d
excep. Sȝ elegãs qd eſt quid ſi petat appellãs reuo
cari ſentẽtiã et attẽtata. et ſup hoc litẽ ꝯteſteť. an pote
rit poſtea uelle inſiſtere ſup reuocatiõe attẽtatoꝝ ꝛ eoꝝ
pꝛiuilegio ut ante omnia ex officio iudicis expediatur.
late p doc. maxime Io. An. et Gemi. in. c. nõ ſolũ. eo.
ti. li. vj. Et ſciẽdũ eſt ꝙ reuocatio attẽtatoꝝ petiť p offi
ciũ iudicis. c. nõ ſolũ. et ibi hẽtur. eo. ti. li. vj. Et lȝ dicať
nõ quicquid ꝑmittiť iudicis poteſtati ſubiciť neceſſitati.
l. nõ quicquid. ff. de iudic. tñ hoc officiũ de neceſſitate iu
dex ipartiri teneť ſi petať. d. c. nõ ſolũ. põderãdo vbuȝ
debet. d cuius nã eſt ut ipoꝛtet neceſſitatẽ. ut dicaȝ poſt
Panoꝛ. in. c. ꝓpoſuit. j. eo. ꝛ niſi iudex petit° reuocet at
tẽtata poterit appellari. ꝛ talis reuocatio fit ſũmarie ſi
ne ſtrĩ. ꝯt. libello ꝛ ſimilib°. ut uoluit glo. nõ. i cle. ij. ut lit.
pen. ꝛ ꝑdicta nõt Bal. i. l. appellatiõe. C. e. Inferť etiã
ex ꝑdict. ad deciſionẽ alterius qõnis. nũquid attentata
poſt appellationẽ ſint nulla ipo iure. et ex dict. Inno. vř
ꝙ nõ. ex quo petunť reuocari. g° nõ ſunt nulla. c. ad diſ
ſoluẽdũ. j. d deſpõ. ipub. tñ huic articulo. rñdȝ lap° i. d.
alle. i. ꝙ petunť reuocari ut de facto ꝓceſſerũt. ꝓut etiã
eſt glo. i. c. accedẽs lo pꝛimo. i vbo. caſſauim°. ſ. ut lit.
nõ ꝯt. i. l. i. i. ꝑncipio. ff. d fer. tñ. D. Anto. hic dicẽ ita di
ſtiguẽdum ex mẽte. rchi. ij. q. vi. c. quotiens. aut loqui
mur d attẽtať poſt appellationẽ extiudicialẽ ꝛ tũc illa nõ
ſunt nulla ipo iuř. ſed ueniũt reuocãda. aut loquimur in
appellatione iudiciali. ꝛ tũc aut ẽ iterpoſita cũ cauſa. ꝛ de
his que ſunt expꝛeſſe de iure communi. et tunc atten
tata poſt talẽ appellationẽ ſũt nulla ipo iuř. ꝛ facit tex.
i. c. Rodulf° i. c. ſignificauit. ſ. d reſcrip. c. exhita. ſ. d iu
dic. aut eſt interpoſita appellatio cum cauſa. ſed illa cau
ſa non eſt de expꝛeſſis in iure. et illo caſu attentata va
leant. Sed ꝙ ueniunt reuocanda. archi. in dicto c.
non ſolum. §. illa vero. refert Hoſt. in. c. ex cũqueſtiõe.
de reſti. ſpol. ponẽtẽ hãc diſtinctionẽ. ꝙ ponit. d. anto.
ſ. aut appellatũ eſt i caſu a iure expꝛeſſe ꝑmiſſo. aut nõ.
Et dicit ꝙ nõ eſt ſine ratione Io. An. in. d. c. nõ ſoluȝ.
dicit ꝙ iſtam diſtinctionẽ nõ inuenit i libꝛo ſuo. nec vidȝ
rationẽ differentie. ſic quoqȝ Panoꝛ hic repꝛehendit.
D. anto. et pꝛimo circa pꝛimũ mẽbꝛum. qꝛ ꝯ cum ẽ tex.

UVA. BHSC. IyR_025

in.c.dilecti.et in.c.audientiã.ĩ.eo.vbi attentata poſt ap
pellationẽ extraiudicialẽ.ſunt nulla ipſo iure.imo.D.
Anto.i.d.c.dilecti.colligit ex illo tex.ꝙ attẽtata per iu
dicem a cuius actu extraiudiciali eſt appellatũ.attenta
ta poſt talem appellationem ſunt nulla ipſo iurẽ.item
in ſecũdo mẽbro.dũ facit differentiã an cauſa ſit expreſ
ſa in iure uel ne.dic ipſe illa differentia in iure non pon
deraꝛ.niſi quo ad effectum clauſule appellatione remo
ta.c.paſtoralis.et ibi videbimus.ĩ.eo.vnde ꝯcludit ipſe
ꝓut ẽt lapus.in.c.licet ĩ principio.de ſentẽtia exco.li.
vj.ꝙ ſiue loquamur in appellatione iudiciali ſiue extra
iudiciali.attentata ſint ſemꝑ nulla.ſiue fuerint attẽtata
ꝑ iudicem vt iudicem.ſiue ꝑ iudicẽ vt partẽ.ſiue fuerit
appellatũ ab actu iudicis ut iudicis.ſiue fuerit appella
tum ab actu iudicis ut ꝑtis.adducꝛ tex.in.c.dilecti.ĩ.eo.
vbi loquiꝛ tex.qñ fuerat appellatũ ab actu iudicis extra
iudicialiter.Itẽ adducit tex.i.c.i.ſ.eo.vbi appellabatur
ab actu iudicis vt ꝑtis.et tñ attentata ſunt nulla.ſed ille
tex.ſm aliũ intellectum bene põt loqui qñ appellabatur
ab actu iudicis ut iudicis:ideo nõ dicit attentata eſſe nul
la.Sed dicit ea eſſe reuocãda.et expreſſe Pano..poſt
Inno.in.d.c.cum nobis oliꝫ.tenet ꝙ attentata poſt ap
pellationeꝫ extraiudicialem nõ ſunt nulla ipſo iure.Et
dixi in.c.i.ſ.eo.vbi poſui rationẽ.et ideo ꝑ ibi dicta cõ
cludendo videꝛ ꝙ attentata poſt appellationem iudicia
lem ſint nulla ipſo iure.attentata vero poſt appellatio
nem extraiudicialem non ſunt nulla ipſo iure.niſi fuerit
appellatũ ab actu extraiudiciali iudicis.quia tunc atten
tata per euꝫ erũt nulla. Sed ita voluit.D.Anto.in.c.
dilecti.ĩ.eo.Si autem eſſet poſt appellationem et inhi
bitionem non eſt dubium ꝙ ſunt nulla.c.non ſoluꝫ pre
allegato.rota deciſ.cxxxi.incip.item ꝙ ſi poſt.Et idem
ſi ſolum parti ſit inhibitum.Gemi.in.d.c.non ſolum.
§.illa.in.iiij.col.et hoc retento pro ꝯcluſione vſqꝫ adeo
attentata ſunt nulla.ꝙ etiam ſi renunciꝛ appellationi
vel deſeretur appellatio.tamen poteſt poſt deſertam ap
pellationem pars petere reuocari attentata.et admitteꝛ
non obſtante deſertione.et admitteꝛ ad probandum de
veritate grauaminis.non ad finẽ appellationis ꝓſequẽ
de ſꝫ ad finem vt attentata reuocentur.iuxta.nõ.in.d.
c.non ſolum.eo.ti.li.vj.Ita lapus nõ.allega.ſua pria.
et faciunt nõta in.c.licet.vbi glo.nõ.de ſententia exco.
li.vj.rota deciſ:i.que incipit.ꝙ attentata.uidenꝛ tenere
ꝯtrium.ſed intelligite coꝝ deciſ.ut non poſſint reuocari
attentata.deſerta appellatione.uia.ſ.priuilegiata officij
iudicis.uel ſine alia cautella.iuxta.nõta.per glo.ĩ de.ij.
ut lit.pen.Et ita loquũtur fundamenta predicte deciſ.
Si uero loquimur de reuocatione attentatoꝝ per uiam
ordinariam fienda tunc attentata.per deſertionem nõ
ꝯualeſcunt.Idõ poſſunt peti reuocari.non obſtante de
ſertiõe Ita ꝓcedit allegatio lapi.et nõ.ĩ d.c.licet.

**vm parati.** Obtentu appel
lationis nõ debet
quis ꝯtẽnere citationem legati.h.d.uel ſic
ſecundum Panor.appellatio friuola nõ ex
cuſat inferiorem quo minus teneaꝛ obedire ſuperiori.et
quo minus de ꝯtemptu puniatur.niſi innocentiam ſuã
aliter purget.h.d.Diuiditur in quatuor.in prima oppo
ſitionem Card.in ſecunda que eſt ibi.cumqꝫ.ponit reſ
ponſionem.in tertia que eſt ibi.Card.eõ.ponit replica
tioneꝫ.In quarta que eſt ibi.nos uero.ponit deciſiõeꝫ.
Nõ ex tex.ibi.tuas petitiões.ſm Imo.hic.ꝙ excõmu
nicatus non ſolum repelliꝛ a iudicio agendo.c.cũ inter.
ſ.de excep.c.intelleximꝰ.ſ.de iudic.ſed etiam repellitur
a petitione extraiudiciali.et facit ꝙ voluit Inno.vbi la
te de mã in.c.vitatis.ſ.de dolo.et ꝯtu.Io.an.et alij ĩ.
c.pia.de excep.li.vj.nõtur in.c.decernimus.de ſenten
tia exco.li.vj. Nõ ſcᵒ ex tex.ibi.i.Diaconus Cardina
lis.ꝙ exceptio excõmunicatiõis põt per iudiceꝫ admitti.
etiam ſi opponatur a tertio cuius non intereſt in ca.cã
opponere in qua opponit.ita Imo.hic.Et eſt ratio:nã
exceptio excõmunicationis poteſt per iudicem ex officio
opponi.d.c.pia.in fi.non mirũ ſi tertium cuius nõ inter
eſt.poteſt opponentem talem exceptionem audire.cum
nemine opponente poſſit ipſe de ea diſputare. Et ſic
habes ꝙ licet exceptio.tua nõ intereſt.impediat lit.ꝯt.
et antea ſit opponeñ.nõ poſt.l.poſthumus.§.ſiquis ex
his.et ibi.Bar.et Ange.ff.de inoff.teſta.Nõt Inno.⁊
alij in.c.ſuꝑbis.ĩ.de accuſa.Bal.in.l.ij.C.ut lit.pen.
i.l.fres.C.de inoff.teſt.in.l.fi.circa fi.C.de pet.here.
i.l.fi.C.de fideico.liber.in.l.certa.C.qñ ꝓuoca.Lu
do.late.in.l.ſi ticius.ff.de ver.ob.faciunt nõta ꝑ Bar.
in.l.filiũ.§.ſiquis.ff.de leg.pſtã.in.l.iij.§.cauſa.ff.
de bon.poſſ.ti.generali.tñ vbi iudex poteſt procedeꝛ ex
officio.illo caſu poteſt admittere tertium cuius nõ inter
eſt.exceptionem opponẽtem.ſuꝑ qua potuiſſet iudex ꝓ
cedere ex officio.Ita Imo.hic.per hunc tex.tamẽ põt
ꝯ tertium opponentem exceptiõnem excõmunicatiõis.
in cauſa in qua ſua non intereſt.opponi illa exceptio.
Tu non venis audiendus quia tua non intereſt.Ita
voluit Spec.in ti.de reſcrip.pñta.§.ratiõe forme.vſi.
Sed pone tu es.Ita Io.An.Archi.et Gemi.i.c.i.i.v.
col.de reſcrip.li.vj.ita ꝯpoſt.in.c.nõnulli.ſ.de reſcrip.
Et ſaluando Imo.erit effectus iſtius exceptionis.tua
non intereſt.hoc caſu.quia iudex propter talẽ exceptio
nem poterit talem repellere.cum ſua non interſit.c.ve
niens.ſ.de teſti.c.non ſolent.ij.q.vj.poterit etiaꝫ ſi ve
lit talem.opponentem excõmunicationem admittere.
ut hoc tex.et ſic eſt in arbitrio iudicis.hoc probatur per
illud ꝙ videmus in ſimili.ſi iudici ſit notorium ꝙ actor
ſit excõmunicatus.poteſt ſi non opponitur eum repelle
re.ſi tamen non repellat ſꝫ cũ eo procedat.valet iudiciũ
Ita Gemi.in.c.pia.§.ſi vero in.ij.col.de excep.li.vj:
Io.An.et.D.Anto.i.c.exceptiõeꝫ in.i.col.de excep.
Nota.ex tex.ibi.in legatis regis.qđ eps poteſt eſſe
legatus regis.et ſic pñcipis ſecularis.faꝛ tex.xviij.di.c.
ſi eps.et dicam ĩ glo. Nõ ex tex.ibi.in ſalamitana ec
cleſia.ſm Bal.qđ nuncius in relatiõe ſua debet referre.
non ſolum citationem factam.Sed etiam dꝫ referre.in
quo loco ĩuenit citatũ.ſimiꝛ diꝛ.bal.dꝫ referre quo die
citauit.et ẽ rõ ſm eum.nã potuiſſꝫ citaꝛ euꝫ ĩ loco vel die
inhabili.puta ĩ eccleſia.ꝯ.c.decet de ĩmunitate.eccle.li.
vj.ꝯ nõta in.l.nemo martires.⁊ ibi.bal.⁊ alij.C.de ſa
cro.ſã.eccleſijs.nõ ꝑ Ang.i.l.pleriqꝫ ff.de inĩᵘ voc.nec
obſtat dictũ bal.qđ cũ ſit officialꝭ publicus pſumptio eſt
ꝓ eo ꝙ ſolemniter egerit.l.i.C.d.fid.inſtr.⁊ iur.haſt.
fiſ.ꝯ nõ.li.x.q2 illud nõ ꝓcedit ĩ iſtis curſoribꝰ.vt ꝓ eis
pſumaꝛ.niſi ut ipſe ſubicit.dicamus ꝙ pp iuramẽtum ꝙ
pſtanꝛ.q2 iurãt fideliter exercere officiũ.l.ſiquis decurio.
C.de falſis.c.ad audiẽtiã.ſ.de preſcrep.tñ diꝛ ꝙ.i.opi.
eſt tutior. Nõ ibidẽ l ſalamitana.ꝙ nõ ſolũ creditur
nũcio de ipõ actu citatiõis ſꝫ ẽt de his que ſũt extra actũ
ſꝫ ꝯnexa citatiõi.ꝓut eſt ĩ quo loco inuenit.ita Panor.
hic.ĩ penultima col.tñ ſm dicta ꝓxime ex mẽte bal.iſte
tex.nihil faꝛ.nã hic deponebat de ſubſtãtialibꝰ.citatiõis.
vꝫ in quo loco citauit.nã relatio nũcij bene dꝫ ꝯtinere in
quo loco nũciꝰ citauit vt ſciamꝰ an citatio valeat. Nõ.
ex tex.ibi.ſuus nũciꝰ.ꝙ crediꝛ nuncio citãti ⁊ referenti.
de quo dicã in glo.ſꝫ elegãtiꝰ nõte ſm bal.ꝙ viue voci
nũcij ſine ſcriptura crediꝛ.⁊ eſt tex.nõ.i.l.die ꝓferre in
prin.⁊ in.l.ſꝫ ſi ĩterpellanꝛ.i prin.ff.de arb.vbi viue uo
ci nũcij crediꝛ de citatiõe ⁊ de ꝓrogatiõe.faciũt que haƀ ẽ
tur in.c.ex litteris.ſ.de in ĩteg.reſti.in.c.cũ dilecti.ibi vi
ue uoci.ſ.de dol.⁊ ꝯtu.Et latiꝰ quod diꝛ uerum Bal.
quo ad citationẽ uerbalẽ.Sed quo ad realẽ citationem
puta miſſionẽ ĩ poſſeſſionẽ.capturã perſone de robario
neꝫ.nõ crediꝛ nũcio.niſi oñdat litteras.l.miſſi opinato
res.C.de exac.trib.li.x.l.ꝓhibitũ.C.de iur.fiſ eo.li.no
tat bar.i.l.pallatinos.C.de loca fũd.patri.Ita bal.hic
Nõ ex tex.ibi appellatiõis obtentu.ꝙ quando appel

UVA. BHSC. IyR_025

latur a cardinali ĩ dubio papa p̄ſumit appellationẽ ĩ iuſtam. quia veriſimilr̄ preſumit ꝙ Cardinalis alr̄ nõ eſſet iudicaturus quã ipſe. ita Bal. hic per tex. iuncta glo. in. l. prima. ff. de offi. prefec. preto. Nõ ex tex. ibi. in pſona ꝓpria vel ydoneos nũcios. ꝙ citatus vt ſe pñtẽt itelligitur vt ſe preſẽtet per ſe vel p ꝓcuratorẽ. Et ſm Imo. ẽ ratio. quia ſubiecta mã ita ſuadet. nã idubio citatꝰ nõ cõpellit pſonaliter cõpere. c. i. d iudic. li. vj. l. ſi. C. de procur. Et iõ ſatiſ dicit ſe preſẽtare ſi comparet per procur. ⁊ facit tex. in. c. cũ cauſã. ȝ. de iuramẽto cal. ꝓprie tamẽ ſm Panor. hic preſentare dicit ſe. qui perſonaliter cõparet. vt eſt glo. nõ in cle. dudũ. §. ſtatuimꝰ ĩ verbo p̄ſentari de ſepult. quod dicit eſſe notañ. ad ſtatuta. Et notate ad ãliud iſtũ tex. ꝙ licet facta per nũciũ uidẽtur facta per dominũ. q2 eſt pica ramũ et organũ eius. l. multũ itereſt C. ſi quis alteri uel ſibi. l. i. ff. de ꝯtraben. emp. tñ nõ dicitur factũ in ꝓpria perſona per ipſũ dñinũ quod patet exquo hic ponunt ut diuerſa fac optimꝰ tex. ⁊ Ibi Bar. in. l. p hãc. C. de errogañ. militaris anone li. x. Et glo. in cle. i. vbi Cardi. de iure. iur. ĩ cle. i. ĩ uerbo pſonaliter de vi. et ho. cler. Et quod notat Io. An. in. c. tua nos. de teſta. Bal. i. l. nulli. C. de ep. ⁊ cle. bonꝰ tex. ibi Bal. et Panor. in. c. fi. ȝ. de offi. del. l. ſi ego. ff. quod vi aut clam. Nõ ex tex. ibi e Innocentiaȝ tuã iunctis. ȝ. narratiſ. ſm Bal. hic. ꝙ licet dicat quod quelibet iniuſta cã excuſat a dolo. ut uoluit glo. nõ in. l. i. §. ſi. ff ſi quis iuriſdic. nõ obtẽ. in. l. añ pe. C. de plag. i. l. i. ĩ ſi. ⁊ ibi Bar. ff. de abig. Et eſt tex. ĩ. l. igitur. §. i. ff. de lib. cã. voluit Ludo. in Rica. ff. de arb. in añ pe. col. tñ ſm bal. hic hẽs tex. ꝙ imo. nõ ſolũ iniuſta cauſa nõ excuſat ꝯtumacem. nec ẽt leuis. quod patet. nã exquo iſte ſe aſſerit cẽ in legatione regis. nõ per hoc ꝙ allegaret talẽ cãm excuſatur a ꝯtumacia. Et pro opi. bal. facit glo. no. ⁊ ibi Gemi. ĩ. c. i. ĩ v̄bo d cetero. d poſtul. p̄l. li. vj. ⁊ facit tex. in. c. cũ dilecti. ȝ. de dol. et ꝯtu. tñ iſte tex. nõ multũ probat opi. bal. Nõ ultimo ex tex. ibi. te pñte. ⁊ce. ꝙ ualet citatio nõ expreſſo loco uel die ad quẽ pars citatur. ꝙ uidetur ꝯ ea que nõt Spec. ĩ ti. de citatioñ. §. i. v̄ſi. Quid ſi citatus. ⁊. §. iã de citatione. ĩ pricipio ubi dixit ꝙ citatio debet iſta ꝯtinere. Nomẽ iudicis citantis. ⁊ an delegatꝰ uel ordinarius. c. preterea. ȝ. de dila. nõtur in. l. ij. ff. ſiquis in ius uoc. nõ ier. in. c. ſup literis. ȝ. de reſcrip. Nomẽ perſone citantis. ⁊ citati. quia ad inſtãtiam partis fieri debet. l. ad perẽptoriũ. ff. d iudic. l. ꝓpterañ. §. et ſiquis. C. de iudi. nõt. D. Anto. i. c. i. ȝ. de iudic. nec quo ad citatũ debȝ in ĩcerto uagari. c. paſtoralis. §. i. c. fi. ȝ. de reſcrip. debet ꝯtinere rem ſiue cãm ſup qua fit citatio. c. ad hec ⁊ ibi habet. ȝ. de reſcrip. c. ij. ⁊ ibi nõtur. ȝ. de lib. ob. Debet ꝯtinere locũ ad quẽ fit citatio. c. fi. ȝ. de reſcrip. ne ꝓpter ĩcertitudinẽ loci parti illudatur d. c. fi. Debet ꝯtinere diẽ q̄ ꝯpareat. §: ſi v̄o quidã iurẽt. ibi ſi uero certas iducias ĩ autᵒ. de exib. ⁊ intᵒd. re. cle. ij. ibi certũ terminũ. co. ti. Et faciũt que. j. dicã. Unũ pro abſolutione hꝰ. ꝑplexitatiſ dicite. aut loquimur utrũ locus debeat ĩſeri in citatione. aut loquimur utrũ dies. Circa primũ dic. ſꝫ bar. in. l. ſi ut ꝓponis la ſecũda. C. quomodo et qñ. iud. Aut eſt ordinarius qui citat. et tũc cũ ſoliti ſint hr̄e locum maiorꝝ. iudices ordinarij. ualet citatio. ſine expreſſione loci. quia ĩ dubio citando uidetur citare ad locum ſolitum. et ſic ad locũ maiorꝝ. arᵒ eorum que notantur in. l. pe. ff. de iuſti. et iure. que notantur ĩ ſimili in. l. nulli. maꝝ per Ang. ff. ꝙ cuiuſqȝ vniuerſi. in. l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. aut eſt delegatus qui citat. et tunc ſi eſt ſolitus habere locum in quo ſolet iudicare uel etiam ꝯſuetudo ciuitatis determinat certuȝ locum in quo delegati iudicant. et tunc per p̄dicta valȝ citatio ſine expreſſione loci. aut uero non eſt ſolitus habere locum nec ꝯſuetudo dat. Et tunc ſi a principio elegit certum locum in quo intendit procedere tunc ñ eſt neceſſe amplius exprimere illum locum in citatione. quia in dubio uidet

citatꝰ ad locũ ĩſtitutuȝ. ita bar. ĩ. d. l. ſi ut ꝓponis. p illũ tex. et facit tex. ĩ. l. ſi cũ dies. §. ſi arb. ff. de arb. Et ideo dat cautellã ꝙ ſemp arbiter ſiue iudices delegati. ubi nõ eſt de ꝯſuetudine determinatus certus locus in quo procedant ſtatim eligant in inicio cauſe locũ ĩ quo uelint ꝓcedere. Et aduertendũ eſt ꝙ lȝ hanc ꝯſtitutionem loci. poſſit arbiter uel delegatus facere abſente pte. d. §. ſi arbiter. tñ ad hoc ut iſta ꝯſtitutio faciat p̄iudicium parti ut pars teneatur in eo loco ꝯparere. dȝ intimari pti tal ꝯſtitutio loci. Et ad hoc adduco uobis regulã. glo. i cle. i. eo. ti. per q̄ dix̄ bal. in. l. eos. §. apoſtolos. C. eo. qd ubi ĩ abſẽtia ptis. iudex ul arbiter poteſt aliquid gerere qd eſt preiudiciale parti. quod illo caſu ſi geratur parte abſẽte. ad hoc ut preiudicetur parti requiritur ĩtimatio. Aut uero nõ habet locũ deputatũ. nec cõſtituit. et tũc debet exprimi locus in citatione. ne pp ĩcertitudinẽ pars piclit. c. fi. ⁊ ibi. glo. ⁊ doc. ȝ. de reſcrip. faciũt nõta in. l. ſi locus. ff. de iudic. nec obſtat tex. nr̄. quia hic citabat ab ordinario. ſ. papa. Et ideo itelligitur ut compareat in loco ubi papa habet audientiã. nõ mirũ ergo ſi alius locus nõ exprimitur: facit tex. in. c. eos in fi. de ſententia exco. li. vj. in. c. cũ dilecti. ȝ. de dol. ⁊ ꝯtu. aut querimus nũquid ualeat citatio nõ expreſſa certa die ad quã debeat cõparere. et tunc bar. ĩ. l. liber. hõ. §. decẽ hodie. ff. d ver. ob. videtur ꝯcludere ꝙ exquo incerta eſt citatio nõ artat citatũ. facit tex. in. l. aut qui aliter. §. i. et ibi ſenſit bar. ff. qd ui aut clam ſenſit bar. in. l. ſi añ kal. circa fi. prout apoſtillat ibi bal. qui tenet. ꝯtrium. ff. de uer. ob. bal. per illum tex. tenet in. l. ij. C. ubi in rem. ſed loquit in dilatione expectatoria ille tex. ut ſciatur certo uſqȝ ad qd tempus debet expectari. vnde non bene infertur ad citationem. et ita reſponderi põt ad. l. p. xx. allegatã. ȝ. l. fi. §. ſin vero. et ita ꝯtria omnia pro hac parte allegata intelligi poſſunt. Cum enim dicte dilationes expectatorie tẽdãt ad excludendum quem a iure ſuo. debent eſſe certe. uel aliter. fateor ꝙ ad hoc. ut certitudinarie iudex ſciat reum citatum. eſſe in mora uel ꝯtumacia. citatio dȝ eſſe certa. intra quã ſi nõ venerit apparet de ꝯtumacia. et iudex contra cuȝ ut ꝯtumacẽ debet ꝓcedere. Sed ꝙ aliter nõ ualeat citatio. iura etiã pro hac parte allegata. hoc non dicunt. in. l. fi. per illuȝ tex. v̄ſi. ſin uero. C. de iur. do. impe. in. l. conſentaneum. in. i. col. C. qmodõ et quãdo iud. in. l. iiij. per illum tex. ibi. qñ. C. d diſtrac pig. in. l. ſi ea. C qui accuſa. non poſſ. Et ettam in. l. dies feſtos. C. de feri. Ang. i. l. i. §. hec ſtipᵒ in repetiõe ff. ſi cui plus quã p. l. falc. Et pro hac parte facit tex. in. §. Si uero ẽt quidã iurẽt ibi certas inducias. in autᵒ de exhib. et itrod. re. ĩ cle. ij. circa fi. co. ti. ibi certũ terminũ Contrariam opi. tenet Spec. ĩ ti. de cita. §. ſequit v̄ſi. quid ſi nõ p̄fixit. vbi dixit ꝙ immo. valet citatio etiã die nõ expreſſa. quia cenſet ineſſe tacita dies. ut ueniat q̄ primũ potuerit. l. continuus. §. itẽ qui ĩſulã. ff. de uer. ob. l. hec ꝯditio. la picola. ff. de ꝯd. ⁊ de. ⁊ per eadẽ fundamenta tenet hic Bal. et ĩ. d. l. hec ꝯditio. Et hãc opi. tenet Inno. in. c. fi. qui ma. accuſare poſſ. Io. An. hic D. Anto. Panor. ⁊ Imo. hic licet dicat tutius eſſe ꝙ dies exprimat. Imo. etiã ĩ. d. l. liber. hõ. §. x. hodie bal. et Imo. i. d. l. qui añ kal. bal. et Ang. in. l. pe. C. de anna. excep. D. anto. in. c. fi. quicquid. dicat ibi bal. ȝ. de feri. D. anto. in. c. ꝓpoſuiſti de for. ꝯp. Ludo. in Rica de arb. in. vj. col. et in. l. ſi exlegati cã. ff. de uer. ob. Et pro hac opi. adducit tex. nr̄ in fi. ut. ſup collegi. adducit tex. c. eos ad fi. de ſentẽtia exco. li. vj. in. c. cũ dilecti. ſup d dolo. ⁊ ꝯt. vbi citatꝰ ad certã diẽ lapſa illa die. tñ tenet comparere q̄ primũ poteſt. ergo citatio habet ẽt ĩ ſe ultra diem certã hoc ut compareat quis quãprimũ poteſt ergo omiſſa die in citatione. remanebit hoc ut teneatur comparere quamprimũ poteſt. Nec obſtat. l. aut qui aliter. §. iᵒ. quia reſpondet hic Imo. ꝙ ibi loquit in facto depẽdẽte ex poteſtate partis. quod nõ coartat pars fa

UVA. BHSC. IyR_025

ecre magis vno tempoꝛe quã alio. vnde nõ mirꝫ ſi vt ps
põt contradicere debet certificari de certa die intra quaꝫ
eſt edificaturus. ſed nos loquimur in facto iudicis. ⁊ obe
dientia partis exhibenda iudici. ꝙ exhibere pars coarta
tur ꝙ primum poteſt. d. l. hec conditio. cum. ſ. allegat.
non mirum ſi in caſu noſtro non requiritur expreſſio di
ei. ibi autem bene requirit. Et aliter põt reſponderi. qꝛ
loquimur quando citatio eſt inuenta ad finem ut clam
non dicatur factũ. et poſſet in actu cõtradici. ideo ut ſit
certus. quando velet facere actum. debet dies exprimi.
ut ea die poſſit ad contradicendum venire. ⁊ hoc ponde
rãt iura. ibi in. d. §. i. Non obſtãt alia fundamẽta que
volũt certas inducias ſiue certum terminũ eſſe exprimẽ
duꝫ qꝛ per argumentũ Bal. hic reſpõdet naꝫ in citatio
ne videtur ſemꝑ ineſſe certus terminus. etiã ſi non ex
primatur. ſ. quam primũ poterit. ⁊ ideo expreſſio alteri
us diei non eſt neceſſaria. d. l. hec ꝯditio. la picola. ⁊ d.
§. Item qui inſulã. ⁊ d. c. cũ dilecti. ⁊ hoc etiã tenet bal.
in. l. ij. ff. de heredi. inſti. Verũ cum ſcriptũꝫ ſit. ꝙ eſt
inter vtrũqꝫ. ꝓbamus. Imo. hic ſedet diſtinctiõis. has
opi. concordat. ⁊ fuit diſtinctio Ang. ꝙ ipſe allegat i. d.
§. x. hodie. ⁊ ibi ſequit. cu. ⁊ Paul. de caſtro. ⁊ Auge. i.
l. per interualla. ff. de iudic. ⁊ Ludo. in. l. i. §. nũciatio.
ff. de op. no. nunc. licet aliaꝫ diſtinctionẽ faciat Ang. in
tractatu. ſuo de repertorio ſiue inuentario. diſtinguit gͣ
hic Imo. aut querimus quo ad hoc vt iudex poſſit puni
re ꝯtumaciam. multã imponẽdo. et in expẽſis ꝯdemnã
do. ⁊ ſimilia. ⁊ tũc procedat opi ſecũda valet citatio ſine
die. quia ipſo. nõ cõparente quã primũ poterit. iudex.
potuit eũ multare. Aut querimꝰ quo ad hoc vt iudex ꝓ
cedat ad vlteriora in negotio principali. puta publicatio
nem teſtiũ diffinitionẽ. ⁊ ſimilia. ⁊ tũc debet citatio ꝯtine
re certã diẽ. ⁊ ita loquitur prima opi. ⁊ huic diſtinctio
ni iura hinc inde allegata multũ applaudẽt. Sed ꝓ
ꝯplemento. retento quod citatio debet continere diem.
vtrum debebit ⁊ continere horam qua pars cogat com
parere. ⁊ Bal. in. l. ſi ut proponis la. ij. C. quomõ ⁊ qñ
iud. reſpondet ꝙ non. ſed illo caſu reſoluet citatio ut cõ
pareat hora debita cauſarum et ita voluit Panoꝛ. in. c.
conſuluit. ſ. de offi. del. facit nõ. dictũ Inno. in. c. cum
nobis oliꝫ. ſ. d elec. vbi dix ꝙ citatio ad aliquẽ actũ facta
non expreſſa certa hoꝛa reſoluit in hoꝛa qua ſolent cele
brari ſimiles actus. et ideo dicit qd vocatus ad electio
nem celebrãdam certa die. nõ expreſſa hoꝛa. intelligitur
vocatus ut hoꝛa miſſe veniat. quia ea hoꝛa ſolet poſtea
celebrari electiones. per ea que habentur in. c. ꝙ ſicut.
ſ. de elec. Bal. in. c. i. de milite. uaſ. qui ꝯtumax eſt. Sꝫ
non per hoc ẽ clara queſtio. pone. n. ut moris eſt quod
bis in die ius reddat quando intelligetur eſſe hoꝛa debi
ta cauſaꝝ ut iſte cogat comparere. ⁊ dicite ꝙ in veſperis
ut pleno termino gaudeat videt citatus. ita ſenſit Bal.
in. d. l. ſi ut proponis. ⁊ faciũt que notat Bar. in. d. §.
x. hodie. ⁊ facit tex. optime. in. d. c. conſuluit. Glo. i
verbo legatione. in fi. habetis primo notare ex glo. qd
clericus regalia poſſidens a pncipe laico ſiue ab eo ob
tinens feudũ. ſi prius citatus ſit ab illo iudice laico. tene
tur ei parere potius ꝙ eccleſiaſtico inferioꝛi a legato vel
papa poſtea vocanti. Inno. hic tenet qd etiam ſi vo
caſſet poſt. ipſe iudex laicus. ꝙ teneret parere potꝰ ei
quam eccleſiaſtico. ꝙ ſequitur Hoſti. declarãdo ꝓcedere
in habente feudũ a principe. alias non. quia ſi a princi
pe nõ haberet feudũ tenet parere ſemper potius eccliã
co. § ſed notandũ. xxiij. q. viij. tamen fatet hic Inno.
ꝙ ſi princeps eccleſiaſticus eſſet inferioꝛ papa uel legato
⁊ expreſſe mandaret non obſtante iuſſione regia. alicui
ſuo ſubdito eccleſiaſtico. ꝙ illo caſu comparere. nec excu
ſaretur ꝑ iuſſum regis. Aliud habes ex glo. ꝙ etiã
ſi clericus habet feudũ a laico tamen tenetur laicus pa
rere pape uel legato ꝙ ei a quo habet feudum ⁊ ſic vult
glo. ꝙ. hic illa excuſatio ꝙ erat legatus regis non eſſet

bona. ⁊ glo. ſequitur hic Bal. ſed Panoꝛ. in hoc impu
gnat glo. dicens ꝙ eſt ꝯtra tex. nam ſi ꝑtextu regie lega
tionis iſte nõ excuſaretur nõ fuiſſꝫ opus cardinali repli
care ꝙ iſte nõ erat in legatione. ſed ſatis fuiſſet excipere
ꝙ legatio enim non excuſabat. ⁊ tamen hic cardinalis
opponebat ꝙ non erat i legatione. ut apparet ex tertia
parte. tex. puta deduci etiam ex textu. ibi obtentu appel
lationis. nam papa hic ipugnat excuſatiõnẽ iſtiꝰ iquan
tũ dicit fuiſſe appellatũ. ex eo qꝛ erat friuola, certe ſi excu
ſatio legationis fuiſſet friuola etiam illa ipugnaſſet. ex
quo ergo vnũ tm̃ ipugnat aliud videtur ꝯfirmare. c. nõ
ne. ſ. de preſũp. Subicit etiã Pano. ꝙ nec papa nec
alius ſubſiſtente iuſta neceſſitatẽ poterit facere preceptũ
aliquod ꝑ quod clericus ratione feudi obligatus princi
pi ſeculari. excuſet quo minus illũ adiuuet. ⁊ preſtet de
bitam fidelitateꝫ. ſine cã precipiendo. nã papa non põt
ſine cã tollere vinculũ iuramenti. per ꝙ eſt ius queſituꝫ
laico. ⁊ ſic huic principi. ſine cã de. paſtoral vbi bonus
tex. de ſententia ⁊ re iud. nõ. in. c. cum iter. p. goffredi.
ſ. de renũc. faciũt notata per glo. in. c. quãto. ſ. de iure
iur. in. c. nõ eſt. j. de voto. faciũt notata i. c. quanto. ſ. d
ꝯſue in. c. inquiſitus. j. de ſententia exco. in. c. ſi quan
do. ſ. de offi. del. ⁊. c. ſi qñ. ſ. de reſcrip. ⁊ ideo huic pre
cepto ꝓpape cõtra ꝑceptũ dñi non coget clericus vaſallus
obtẽperare. fatetur tamen ꝙ cũ cauſa poſſet papa hoc
precipere. ⁊ in dubio ꝑſumitur cã. glo. in. l. relegati. ff.
de pen. faciũt notata in. c. que in eccleſiaꝝ. ſ. de ꝯſti. ⁊ in
d. c. de. paſtoral. ⁊ in. c. i. per Panoꝛ. ſ. de cã poſſ. ⁊ ꝓpri
vide Pano. in ſimili materia in. c. cũ a nobis. ſ. de te
ſti. Pau. de ca. in ꝯſi. cclxxij. incip. primũ dubiũ in pe.
⁊ fi. col. Sꝫ colligendo dicta Inno. Hoſt. Imo. ⁊ Bal.
hic nũquid citatꝰ ſiue vocatꝰ aut ad ꝯciliũ aut ad ꝯual
catã. vel ſimilia. a duobꝰ diuerſis dñis excuſet ſi vni nõ
pareat. ⁊ cui debeat parere dicite. Aut pꝛo ẽ citatus ab
vno realiter. qꝛ eſt captus ⁊ detentus i carceribꝰ. et tunc
ſi ab alio vocetur non cogit ꝯparere. ⁊ excuſat. ita bal.
⁊ ita Ang. in. l. ſed ſiquis. §. illud. per illũ tex. ff. ſiquis.
caut. Contrariũ tenet Bar. in. l. is qui reus. in fi. ff.
de pub. iud. tenet glo. ⁊ ibi bonꝰ tex. in. l. ij. C. ex quib.
cau. maio. voluit Bar. in. l. ij. ff. de in ius voc. ⁊ faciunt
etiam notata per Bar. in. l. ij. §. fi. ff. de cuſto ⁊ exi. re.
Imo. in. l. queſitũ. ff. de re iud. tenet hanc ſecundam
opi. qꝛ incarceratꝰ. poteſt citari. tñ ſi nõ ꝯpareat ⁊ ꝓce
dat ꝯ eum põt reſtitui in integrũ. ſꝫ in. d. l. iſ qui reus.
idem Imo. diſtinguit. aut eſt in carceratꝰ ſua culpa. ⁊ il
lo caſu poſſit citari. nec excuſetur. qꝛ cogitur mittere pro
curatoꝛem. ita ꝓcedit opi. Bar. ⁊ facit tex. i. l. ⁊ qui data
ff. ex quib cau. maio. aut nõ eſt incarceratus ſua culpa.
⁊ illo caſu ꝓcedat opi. bal. hic ꝙ nõ poſſit citari. fatetur
tamen bal. ꝙ ſi data opa feciſſet ſe incarcerari ab vno
dominoꝝ. ꝙ illo caſu non excuſaret quo minus teneret
parere alteri. ꝑ. d. l. ⁊ qui data. ⁊ recte ponderãt bal.
hic voluit idem ꝙ Imo. in. d. l. is qui reus. ꝙ patet dũ
allegat. l. qui in carcerẽ. ff. ꝙ met cã ubi tradit de iniuſte
incarcerato. tñ ꝯ hãc diſtinctionẽ facit glo. in regula. im
putari de reg. iur. li. vj. aut vtraque vocatio eſt vbalis. ⁊
tunc ſi ſimpliciter vocatur nec additur ꝙ perſonaliter
veniat. vtrique debet parere. dũmõ cauſa non ſit ar
dua in qua regulariter quis nõ cogitur mittere ꝓcurato
rem. ut notat in. c. querellã. ſ. de ꝓcur. nã cum cauſa
nõ eſt ardua poterit coꝛam vno ꝑſonalit eſſe corã alio
per ꝓcuratorem. Ita Bal. hic ⁊ eſt tex. in. c. epũs. iũcto.
c. ſi epũs. xviij. di. aut vero ꝑſonaliter citatur. ⁊ tunc añ
omnia ꝯſiderandũ eſt quis ſit maioꝛ. magiſtratus ſuꝑ
eũ et illi debet parere. l. contra pupillũ. §. qui ad manꝰ
ff. de re. iud. Inno ſi pareret minoꝛi maioꝛe contẽpto poſ
ſet de cõmunione priuari ſi ita bal. hic imo fortius. ſi mi
noꝛ. ſciens iſtum vocatum a maioꝛe procederet contra
eum non valeret ꝓceſſus. ita bal. hic. ⁊ faciunt que ha
bentur in. c. queſitum. ff. de re iud. in. c. querellam. ſ.

e

UVA. BHSC. IyR_025

de ꝓcuꝛ.in.c.cū bertoldus.ſ.ti.i.faciūt que videbimus
in.c.ſi duobus.ſ.eo.⁊ vbi nō apparet quis ſit maioꝛ
tunc ɔſideranda eſt qualitas cauſe ꝓpter ꝙ vocatur.⁊
illi debebit parere qui vocat ob magis arduaꝫ cauſam.
tex.eſt i.l.ɔtūa.§.i.ff.ḋ reiud. quem ponderat ad hoc
bar.i.l.ij.§.fi.ff.ḋ cuſto.⁊ exhib.re. Aduertat ēt vbi
iminceat maius periculū vel maioꝛ neceſſitas ⁊ illi parei
bit qui verſat̄ in maioꝛi periculo vel neceſſitate tex. eſt
quem ad hoc ponderat Jnno.hic in.l.ſi quis in graui.
§.ſi omnes.ff.ad ſilen.⁊ eſt tex.loquens de cā. tempoꝛ
peritura.in.d.l.ij.§.fi.⁊ ibi bar.ponderat.ceteris autē
paribus locus eſt gratificationi.quia poterit obtempe
rare cui velit ſicut in ſimili in.c.duobus.de reſcrip.li.vj.
ita bar in.d.§.fi.⁊ Ang.ibi ponit materiā.⁊ Jmo. in.
d.l.contra pupillū.§.qui ad maius Tamen tenere
menti ꝙ vbi dictū eſt ꝙ cogitur vni parere. non tamen
excuſatur ut nō pareat alteri penit⁹.ſꝫ ſolū iſtante neceſ
ſitate parendi pꝛio.nā vbi paruit pꝛimo ⁊ ceſſante illa ne
ceſſitate oꝫ poſtea parere.ſecundo ita bar.in.d.§.fi.ꝑ
glo.nō.in.l.qui de crimine. C.de accuſa. ⁊ pꝛedictus
articul⁹ ꝓcedit quando ſimultanee omnes vocant̄ in
differenter.nī vbi papa uel ſuus locūtenes vocat uel ci
tat eſt illi pꝛe omnibus ſuperioꝛibus obtemperandum.
ita cōmunit̄ hic doc.maxime Jmo.poſt glo. quicquid
dicat hic Panoꝛ. Glo.in v̄bo.ſuus nūcius in fi. ꝓ cla
rioꝛi intelligentia.ante omnia ſciendū eſt. quis habeat
eligere nuncium.⁊ dicite quilī nuucius ſiue delegatus.
ſiue oꝛdinarius.eligit ſibi nūcium tex.eſt in.c.paſtoꝛal.
§.i.ſ.de offi.del.tex.eſt.⁊ ibi bal.in.l.ij.C.de ſpoꝛt.⁊
ſenſit bal.hic.imo arbiter eligit nuncium. l.ſed ſi inter
pellatur.§.i.ff.de arb.⁊ in.l.dieꝫ pꝛoferre.in pꝛin. eo.
ti.⁊ poſſunt eligere de publicis nūcijs quē volūt. tex.eſt
in.§.deinde.ibi ꝓſidali officio.in auten.de defen.ciuit.
⁊ ita bar.in extrauag.ad rep̄.in v̄bo ꝑ nunciū. Et ideo
cū iudices eligant nunciū ſi falſitatem cōmittat ipſi met
iudices eum puniūt.qꝛ falſitas eſt quaſi coꝛam eis ɔmiſ
ſa.ita bal.in.d.l.ij.C.de ſpoꝛ per illū tex.ita bal. hic ⁊
eſt tex.in.l.qui notare.ff.de fiſſ.in.l.iſta.ff.ḋ ɔcuſſi.dat
tamen ɔſiliū hic bal.ꝙ cum nūcius poſſit recuſari tanꝙ
ſuſpectus ꝙ eligatur de ɔſenſu partiū. per ea que habē
tur in.c.ſuper queſtionū.in ſimili.v̄ſi.vnde ne valeat.
§.uerū.ſ.de offi.del.⁊ ad hoc allegat glo.ſigu. i ſimili
in.§.⁊ quod ſepe.in auten.de trie.⁊ ſemiſ. vbi glo.vo
luit ꝙ tabellio poſſit recuſari ut ſuſpectus. ergo etiam
nuncius.qꝛ ⁊ ipſe facit publicū teſtimoniū. Et aute om
nia oꝫ talis nuncius iurare ꝙ fidelit̄ exercebit officiū ſuū
ita Bal. in.d.l.ij. ⁊ i.l.mag. puto.§.illḋ.ff.ḋ reb.cre.
⁊ Bar.i.d.v̄⁰ ꝑ nūciū.⁊ ſēſit gl.nr̄a hic.⁊ facit ꝙ nōt
glo.in.l.hac ed.tali.§.his illud.C.de ſecū.nup. Sed
quid ſi nō iurauit nūquid credetur huic nuncio. ⁊ bar.i
d.verbo.per nūciū tenet ꝙ ſic.ſꝫ glo.hic tenet ɔtrariū.
quam ſignate.qꝛ nō ſolū vult ꝙ ſit publicus.ſed etiam
ꝙ ſit iuratus.ut ei credatur ⁊ faciūt notata.per bal.vbi
ꝓxime. Sed qualit̄ fiet talis electio.⁊ dicit bar.in.d.
verbo per nūcium ꝙ ex quo iudex ɔmittit ei citationem
illud ſatiſ eſt pꝛo electione.quia talis ɔmiſſio ſimultanee
includit electionē ⁊ cōmiſſionē.ſicut in ſimili voluit glo.
nota.in.c.i.de elec.li.vi.quod collatio habet vim elec
tionis ⁊ ɔfirmationis.⁊ pꝛedicta pꝛocedūt niſi per ſtatu
tum diſponeretur alia foꝛma in eligendo nuncium.qꝛ
tunc ſola ɔmiſſio non ſufficeret.⁊ quando ſemel iudex
eligit vnum in nunciū non debet poſtea nec poteſt illuꝫ
mutare. Paul.de ca.in.l.teſtamenta.C.de teſta. per
tex.in.l.in fraudem.§.quotiens.ff.de iure fiſci. Electo
nuncio anteꝙ fiat citatio debet fieri cōmiſſio ḋ citando.
nec poſſet nuncius citare niſi fuiſſet ſibi cōmiſſum a iu
dice.ita ē tex.nō.i.l.neminē C.de exib.⁊ itro.re.⁊ ibi
Bar.pond.⁊ voluit.D.An.in.c.i. ſup̄.de iudic.D.
Anto.ɔſi.ſuo incip.ihū criſti eius que matris.bal.in.l.
cū clerici.C.de ep.⁊ cler.in.c.i.de milite vaſ.qui ɔtu.ē

bar.in.l.palatinos.C.de fundis fiſca. li.xi. Nec iudex
debet cōmittere niſi petitus a parte ut citet.ita bar.in.
l.ſi finita.§.iul.in.iiij.col.ff.de dan.infec.ita bar. in.l
conſentaneum.⁊ in auten.qui ſemel.C.quō ⁊ qn̄ iud.
⁊ facit qḋ voluit bal.in.l.ſi curatoꝛis.C.de iure deliber.
vbi voluit ꝙ non ſolum in citatione.ſed in omni actu
cauſe iudex non expediat niſi rogatus a parte.excep
tis his caſibus in quibus interponit officium ſuuꝫ non
rogatus.⁊ faciunt que habent̄ in.l.iiij.§.hoc aūt iudici
um.ff.ḋ dam.infec.⁊ tali commiſione ſibi facta nuncius
impeditus poteſt eam alteri. intelligite nuncio publico
ipſam citationem committere.ita bal.in.c.cū dilecti.v.
col. Et Pano ꝛ.in.c.fi.iij.col.ſ.de dol.⁊ ɔtu.⁊ de iſta
cōmiſſione non creditur uerbo iudicis.ſed debet pꝛoba
ri ut alia acta.⁊ in actis apparere.quia eſt pars ſubſtan
tialis actoꝛum illa cōmiſſio.tex.eſt ⁊ ibi Jo.An.⁊ alij i.
c.quoniam.contra in fi.ſ.de prob.faciunt notata per.
D.Anto.⁊ Panoꝛ.in.c.i.de iudic. Nec pꝛeſumetur
talis cōmiſſio.etiam dato ꝙ de relatione ⁊ citatione cō
ſtet in actis.ita Ang.in.l.ſciēdū.ff.ḋ uer.ob.Ang.de
are.in.l.ex conſenſu.§.fi.xij.col.ff.eo.vbi pꝛoſequitur
hanc materiā relatij..nuncij.⁊ faciunt que notat ibi bar.
facit tex.in.l.quicūqꝫ.§.i.ff.de pube nam ꝙ ſit com
miſſa citatio per iudicem.iſta eſt ſolemnitas extrinſeca.
que non pꝛeſumitur niſi ꝓbetur.c.ea noſcitur.j.de his
que fi.pla.c.cura.j.de iure patro.cum ſimilibus licet
ɔtriū tenēt.D.Anto.et Panoꝛ.in.d.c.i.ſ.de iudic.
⁊ ꝓpterea dixit Jo.An.in addi.ad Spec.in ti.de cita
tione.§.ſequitur.v̄ſi.ſed nunquid.ꝙ cauti debeant eē
litigantes.ut faciunt apponi cōmiſſionem de citando in
actis.quia alias ꝓceſſus non ualebit. Sed opere pꝛe
cium eſt ſcire nunquid pꝛocedat hoc quod dicitur de cō
miſione etiam in nuncijs publicis.et debetis ſcire quod
nuncij publici ad hoc ut credatur eis.ut publicis debent
poꝛtare aliquod ſignum.diuerſum ab alijs.tamen i his
ſtandum eſt conſuetudini.ita bar.in.l.cum qui.§.ſed ſi
diuuꝫ.ff.como.⁊ in.l.pꝛohibitum.C.de iure fiſci.li.x.
⁊ ad pꝛedictam queſtionem reſpondit Jnno.in.c.qm̄
contra.ſ.de pꝛob.ꝙ nuncio publico creditur ſine com
miſſione.quia non eſt neceſſe ꝙ de ea appareat.ſed ei⁹
dictū communiter ibi repꝛobatur.⁊ faciunt que j. dicā i
pꝛoꝛ ſequenti queſtione. Et etiam contrarium tꝫ bal.i.
l.ſi quando.C.de teſti.limitans duobus caſibus pꝛoce
dere dictum Jnno.Pꝛimo in citatione ad quam uel cir
ca quam non exigit̄ magna cauſe cognitio. nam tunc
abſque eo quod appareat de ɔmiſſione creditur nuncio
publico.et ideo cum in pꝛima citatione cauſe non exiga
tur magna cauſe cognitio ut uoluit Jnno.in.c.licet in
beato petro.j.de accuſſa. ideo talis citatio facta a nun
cio publico ualebit dato quod non appareat de cōmiſſio
ne. Secundo limitat non pꝛocedere ubi ſtilus ſe alit̄
haberet quia conſuetudo habet uiꝫ legis.l.de quibus.
ff.de legi.et eſt aduertendum ꝙ ſtilo non creditur.niſi
per expꝛeſſas pꝛobationes appareat quando ius cōmu
ne eſt in contrarium.ita Lap. allegatione ſua.lij.nec
ēt ſufficeret cōmiſſio de citando generaliter facta.imo re
quirit̄ ꝙ ſpecifice per ſingulas citationes fiat.tex.eſt nō.
i.l.i.C.de iuꝛ.domi.impetr.quē ad hoc pōderat Bar.
in.l.neminē.C.de exhib.⁊ .D.Anto.⁊ panoꝛ.in.c
i.ſ.de iudic. Comiſſionē ēt poteſt iudex de citādo fa
cere.notario cauſe.ut uoluit Spe.ti.de citat̄.§ ſequitur
v̄ſi.quandoqꝫ.item ꝙ plus eſt ꝙ parti pōt ɔmiſſiōeꝫ fa
cere vt citet aduerſariū ſuū glo.eſt in.l.ſi vt ꝓponis la
ſecunda.⁊ ibi doc.C.quomō ⁊ quādo iud.bonus tex.⁊
ibi bar.in.l.eū qui.§.ſi epl'a.ff.de fur. bar. in.l. iuſte
poſſidet.ff.de aqui.poſſ.et Spec.in.d.v̄ſi.quandoque
Sed qualiter debeat fieri illa ɔmiſſio de citando an
requiratur ꝙ iudex ſedeat pꝛo tribunali. ⁊ bal.in.l.in
minoꝛum.C.in quib.cau.in integ.reſti.tenet ꝙ ſic.per
ea que habentur in.l.a pꝛocedente.C.de dil.vbi que re

UVA. BHSC. IyR_025

quirunt cauſe cognitionem. debent fieri iudice ſedente
zec. ꝛ facit glo. in. §. mult. inſt. de liber. in. l. iubem⁹.
C. de liberali cauſa. ſed commiſſio de citando requirit
cauſe cognitionē. ergo dꝫ fieri iudice ſedēte pro tribunali
Bar. in. l. ſi finita. §. iuſ. i. iij. col. ff. d damno. īfec. tenet
contrariuꝫ. mouetur per tex. in. l. diē proferre. in princi
pio et i. l. ſed ſi īterpellatur. §. i. ff. de arb. vbi ſimplici
ter arbiter poteſt mittere nūciū ergo de neceſſitate non
requiritur ꝙ ſedeat ꝓ tribunali. ꝛ facit glo. in. l. uoluit.
§. i. Et ibi Florianus. ff. de interoga. actionibus.
Ang. de aretio in. d. l. ex ꝯſenſu. §. fi. xiij. col. ꝛ ibi nota
biliter firmat ꝙ ſufficiet generalis. comiſio de citando in
quibuſcūqꝫ cauſis. ꝛ ita dicit ſe praticaſſe Ang. in. l. i:
C. de poſtulando. Sꝫ qualiť cōmiſſio ꝓbabitur ꝛ di
cite ꝙ cū uiua uoce fieri poſſit. c. cū dilecti. ibi uiua uoce.
ꝛ ibi uoluit Panor. et. D. Anto. ē. de dol. ꝛ contu: ideo
ꝓbari poterit uel per litteras ſigillatas etiā priuato ſigil
lo iudicis. ut uoluit Bar. in extrauagāti. ad reprimeñ.
in uerbo per litteras. tex. in. c. prudentiā. in prin. d offi.
del. ibi. D. Anto.. qꝛ hoc caſu tales littere bene ꝓbant
ut ꝓbatur in. c. poſt ceſſionem. ē. de proba. per Bal. i.
l. ſi qua per calumniā. C. de ep. ꝛ cler. ꝛ ex quo habꝫ litte
ras. de cōmiſſione preſumitur ꝙ ſit ille de quo loquitur
cōmiſſio. per eaqꝫ uoluit Bar. in. l. lucius. ff. de fideiuſ.
et faciūt ad predicta que habentur in. c. i. ē. de cler. per
eg. probabitur etiam per teſtes deponeñ. de ea. ſicut et
acta per teſtes probari poſſunt. c. quoniam contra. ē.
de proba. ꝛ deniqꝫ cū debeat redigi in actis cōmiſſio. ꝓ
babitur prout ꝓbantur acta. uel per ſcripturā notarij.
d. c. qm̄. ꝯ. uel per teſtes. ut ibidem. ꝛ in. c. ſicut. ē. ti. i.
uel per ꝯfeſſionē partis. c. fi. ē. de proba. Bal. in. l. con
ſentaneū. C. quō ꝛ qñ iudex. nec credetur relationi nun
cij. dato ꝙ in relatione diceret ſibi cōmiſſum fuiſſe a iudi
ce. ita Imo. hic. niſi ꝯſuetudo aliter habeat ut ipſe dicit
D. Anto. in. c. qm̄. ꝯ in. i. carta. ē. de proba. in. c. i. in.
ſecūda carta de iudicijs. Ang. in. l. apud iulianū. ff. ex
quib. cau. in poſ. ea. i. l. neminem. C. de exhi. reis: Bal.
in. l. ſi quando. C. de teſti. ꝙ ualet citatio nuncij. licet d
cōmiſſione non appareat. Bar. in. l. i. §. cura. ff. d offi.
prefecti urbis. ꝙ de cōmiſſione ipſi nuncio nō crediť per
Bal. in. l. i. ff. de in ius uoc. Salic. in. l. tres denuncia
tiones: C. quō ꝛ qñ iudex. Ludo. in. l. ſciendum. in. v.
carta. ff. de uer. ob. per Bal. in. l. cū clerici. C. de ep. et
cler. Imo. late. in. l. ex ꝯſenſu. §. cū qui. ff. de appel. in
c. prudentiā in principio per. D. Anto. ſup̄ de offi. dlg.
Cōmiſſiōe facta deuenitur ad citationē. ꝛ pars citata
ſimpliciť tenetur credere nuncio citanti prout dix. in tex.
ꝛ ſentit glo. noſtra hic. ꝛ etiā glo. in. c. ꝓpoſuiſti. lxxxij.
di. in. §. item criminalis. iiij. q. iij. Falit iſta ꝯcluſio.
ubi non eſſet nuncius publicus. ſed pars eſſet illa que
citaret aduerſarium. nam tunc citatus non tenetur cre
dere parti niſi oſtendat litteras. ita ꝯcludit poſt multa
Spec. in ti. de cita. §. ſequitur. vſi. quādoqꝫ. ita Bal. i.
d. l. ſi ut proponis. la ſecūda. Limitabitis ſecūdo nō
ꝓcedere in omni alio nuncio non publico. qꝛ ei nō cre
ditur niſi oſtendat litteras. ita apparet ex glo. proxime
allegaẗ. dū loquūtur de nuncio publico. ergo in contra
riū ſi nō eſt publicus. ita debet intelligi tex. ꝛ ibi glo in.
c. prudentiā. in prin. ē. de offi. del. ita Spec. ti. de cita.
§. ſequitur. vſi. ſed nunquid circunducitur. circa fi. licet
uideatur ibi. innuere. hoc ꝓcedere in delegato tm̄. non
Non autem procedere in ordinario Limitabitis tertio
procedere in nuncio publico qui non portat ſolita ſigna
nūcioꝝ ita Bar. i. l. cū. qui. §. ſꝫ ſi. dñm. ff. ꝯmod. in. l.
ꝓhibitū. C. de iure fiſ. quia tunc ei nō creditur ut publi
co nuncio. Limitabitis quarto non ꝓcedere ubi non
eſſet iuratus iſte nuncius public⁹. ut heri dixi. ꝛ uoluit
Bal. qui dixit ſ ruari de ꝯſuetudīe. in. l. ij. C. de ſpoꝛ.
Limitabiť quito nō ꝓcedere ubi tractať de citatione
reali. nam tūc nō creditur ſine litteris ipi nūcio ita bal.
hic ita bal. i. c. i. de mil. uaſ. qui ꝯtu. ē. i uſi. feu. ita bar.
in. l. palatinos. C. de colla. fūd. fiſ. li. xi. ꝑ tex. in. l. miſ
ſi. opinatores. C. de exac. tri. Limitabitis ſexto non
ꝓcedere qñ eſſet nūcius public⁹ uni⁹ territorij ꝛ citaret ī
alieno territorio. nā tūc ei nō crediť ſine litteris. ita bar.
in extrauag. ad repri. ī uerbo ꝑ nūciūꝫ. ꝛ faciūt notata per
bar. in. d. l. pallatinos. facit tex. ꝛ ibi hētur i. l. unica. de
man. pricip. Facta citatione fit relatio per nūciū. circa
quā ante oīa uidendū ē. nūquid relatio ſit de ſubſtātia
iudicij: ꝛ ꝯcludite ꝙ ſic. uſqꝫ adeo ut dato ꝙ ſit facta cita
tio ſꝫ nō facta relatio. ꝛ iudex ꝓcedat ad ulteriora. nō ua
leat ꝙ eſt geſtū. tex. eſt. ꝛ ibi bar. iu. l. hec aūt. §. i. ff. ex
quib. cau. in poſſ. ea. meli⁹ per bar. i. l. multā. ff. de ꝯd.
ꝛ de. ꝛ in dictꝭ locis ꝯcludit ꝙ etiā ſi relatio fieret ex poſt
facto nō ꝯualidarentur acta. ꝛ uoluit bar. in. l. ſi finita.
§. iulia. i iiij. col. ff. de da m. īfec. uoluit bal in. l. iij. C. de
procuř. i fi. i. l. falſ⁹. i. vij. col. C. d furt. ꝛ faciūt notata ꝑ
bal. in. l. huic ſcrepture. ff. ad. l. acquil. Iſta ꝯcluſio li
mitatur nō ꝓcedere qñ pars eſſet p̄ſens i iudicio tempo
re quo iudex ꝓcedit ad ulteriora. qꝛ tunc ſine relatione
ualebit ꝓceſſus. ita bal. in. l. ꝓlata. in fi. col. C. de ſen.
ꝛ interloc. o. iud. Et nō. bal in auten. ſi omnes. C. ſi ut
ſe ab hře. abſti. ꝛ facit qd dicit ꝙ p̄ñs non eſt citañ. ergo
nec relatio de citatione fienda. Io. An. in. c. fi. d elec. li.
vj. ꝛ facit per ea que uoluit glo. in. l. tuinnn. circa fi. ff. ſi
cer. pe. Ita Ang. in. l. de uno quoqꝫ. in prin. ita Imo.
in: l. furioſo. ff. de re iud. Et faciūt notata per bar. in. l.
i. ff. de in ius uoc. ſꝫ illa limittatio eſt ꝯ theo. bar. in. l. fu
rioſo ultimo membro. ff. de re iud. ubi dixit ſi nō appa
ret p̄ñtem fuiſſe citatū. qd ſi ſententia fertur ꝯ cum non
ualet ſententia neque acta. g° ēt ubi eſt facta citatio. ſꝫ ñ
relatio. cū nō dicatur ſolemnis citatio ſine relatione nō
ualebūt acta ꝑꝑ preſentiam partis niſi p̄cedat relatio.
Secūdo limitabiť nō ꝓcedere ubicūque iudex ſine rela
tione in actis facta. alio mō ſciret citationeꝫ factam. licet
nō dū ſit relatū. nan tunc ſi ꝓcedat ad ulteriora ualet
ꝓceſſus. dūmō poſtea in ꝯtinenti fiat relatio. qꝛ que in
cōtinēti fiūt debēt ineſſe. l. lecta. vſi. dicebā. ff. ſi cer pe.
Ita bal. in. d. l. fl⁹. vij. col. vſi. iteꝫ dubitatur utrū iudex
citata. Limitabiť tertio nō procedere quando pericu
lum eſſet i mora. ꝛ iudex ueriſimiliter crederet citatiōeꝫ
emanatā ꝛ perueniſſe ad partem. nā tunc poteſt proce
dere. dūmō relatio poſtea fiat in ꝯtinēti. ita bal. ubi pro
xime hoc addito ſ. ꝙ iudex dubitaret ne nuncius frau
dulenť differret relationeꝫ faceť. ꝛ ad p̄dicta facit ꝙ nō.
bar. in. l. ſe ius. ꝛ augerius. ff. ad. l. falc. ꝙ refert ꝛ ſequi
tur D. Anto. in. c. i. ē. de iudici. ubi qñ cauſa eſt tp̄e peri
tura. iudex etiam ſi nō petatur a parte pōt uelle diffiniť
cauſam. nec tenetur rigorem iudicioꝝ obſeruare. faciūt
notata in. c. fi. ē. de iud. Qarto limitabiť ñ ꝓcedere.
ubi ſtilus ſe aliter haberet. l. minime. ff. de legi. c. cum
dilect⁹. ē. de ꝯſuetu. c: de his. xi. di. Sed qualiter fiet
relatio. ꝛ primo poteſt refferre nuncius per ſe ipſum. ut
hoc tex. noſtro. ibi nuncius. ꝛ. l. magis puto. §. illud. ff.
de re. cre. pōt etiam referre per litteras ſuas ſuo ſigillo
ſigillatas. ita Hoſt. ꝛ Io. An. in. c. quoniā ꝯ. ē. d prob.
ſuꝑ uerbo citationis. per alium autem nuncium nō poſ
ſit relationem facere quando ipſe citauit. ut uoluit bal.
in. c. cum dillecti. i. v. col. ē. de dol. ꝛ ꝯtu. ꝛ eſt ratio. qꝛ
nūcius cū refert ſuccedit loco teſtis. ꝛ facit probationem.
ut ſtatim uidebimus. ſꝫ teſtis debet principaliť deponeť
ut uideatur quo vultu quo tremore. l. iij. vſi. tu magis
ſcire potes. ff. de teſti. l. de minore. §. tormta. ff. de que
ſtio. ergo nō debet poſſe per aliū referre. Ita Bal. ibi. ꝛ
hac ratione attenta. uidetur ꝙ nō poſſit etiam per litte
ras referre. Nec poterit relatio fieri die feriata. quia eſt
actus iudicialis. ꝛ quaſi depoſitio teſtimoniaľ. Ita bal.
in. c. fi. ē. de feri. in. l. in minoꝝ. C. in quib: cau. in integ.
reſt. nō ē nece. Ia. bu. in. l. dies feſtos. C. de ferijs. ꝛ ibi
bal. dicit eſſe tutius ꝙ fiat die iuridica. nec etiam. licet d



UVA. BHSC. IyR_025

noꝝ requiritur tñ ꝙ iudex ſedeat pro tribunali. ita bar.
in. d. §. iul. v. col. nec requirit pñtiam partis. ita bal. i.
d. l. minoꝝ. imo abſente iudice ſoli notario banchi põt
fieri relatio ut voluit bar. per illũ tex. in. l. precipimus.
§. illis. in. l. eos. §. ſuper his. C. eo. voluit bar. in. d. §.
iul. iiij. col. in auten. itẽ ſi appellationem. C. de temp.
appel. Sȝ in ꝯ̃rium facit glo. ⁊ ibi bar. ⁊ cõmuniter doc.
in. l. hac ꝯſultiſſima. §. fi. C. de teſta. vbi nõ ſufficit teſtẽ
deponere in manibus notarij. ſȝ requirit̃ pñtia iudicis.
ergo ita in nuncio. cum etiam ipſe admittatur ad ꝓban
dum relatio requirit pñtiam iudicis. Relatione facta
reſtat querendum. an credatur ei. ⁊ primo an credatur
ei ſi pars dicat ꝯ̃riuȝ puta quia dicat ſe non fuiſſe citatũ
⁊ Hoſt. hic. bal. D. Anto. ⁊ Panor. ⁊ Jo. An. in addi.
ad Spec. ti. de cita. §. ſequitur vſi. Sȝ nũquid. tenẽt ꝙ
ſit arbitrariuȝ iudici an magis credatur nuncio an parti.
qui ꝯſiderabit qualitatem ꝑſonaꝝ. dignitatẽ. ⁊ cauſam.
Spec. in. d. vſi. Sed nunquid. ⁊ glo. hic. ⁊ in. d. c. ꝓpo
ſuiſti. lȝ Archi. teneat primã opi. ibi ⁊ glo. in. d. §. item
criminalis. ⁊ bar. in. d. verbo per nũciũ. ⁊ bar. in. l. i. §.
fi. ff. de offi. ꝑfec. vrbis ⁊ aliquid per bar. ⁊ lati⁹ ibi bal.
in. d. l. magis puto. §. illud. ⁊ Jmo. qui dicit ita ſeruari
de ꝯſuetudine tenent qd̓ credat̃ nuncio licet pars dicat
ꝯ̃rium. ⁊ ideo grauetur pars onere ꝓbandi ꝯ̃rium. Et
pro hac opi. facit tex. noſter hic. ⁊ tex. in. d. §. illud. et fa
ciũt que nõt bar. in. l. ſtip. §. ⁊ habet. ff. de op. no. nũci.
faciunt nõta per Ci. in. l. ſi quis decurio. C. de falſ. faci
unt q2 ex quo iuratus eſt ⁊ eſt publicus facit fidem. c. ad
audientiam. ẽ. de ꝑſcrip. ergo parti dicenti ꝯ̃riũ non cre
ditur. ſȝ poterit bñ pars ꝯ̃riũ ꝓbare. Sed quid ſi ſta
tuto diſponeretur ꝙ ſtetur relationi nũcij nũquid illo ca
ſu poterit pars velle ꝓbare ꝯ̃riuȝ: et dicite qd̓ ſic. q2 licet
ſtatutũ diſponat ꝙ ſtetur vni generi ꝓbationũ. puta de
dam. dato ſtetur iuramẽto damnũ paſſi. tñ ſi pars pro
bat ꝯ̃rium admittent̃ tales ꝓbationes. nec ſtabitur eius
iuramẽto. ita uoluit Azo. in ſũma. in ti. C. ad. l. aquil.
ita bal. in. l. ꝯ̃ negãtẽ. C. ad. l. aquil. in. l. i. C. ſi adv̓ſ.
libert. i. l. ſi tutor. C. de peric. tut. in. l. ij. C. de reb. cred.
et iur. in Rica. C. de prob. et Ang. in. l. qui reſtituere. ij.
col. ff. de rei. ven. et bonus tex. in. l. videamus. §. fi. ff.
de in lit. iur: Sed pone ꝙ notarius ſcripſit relatiõeȝ
vno mõ nũcius dixit ſe retuliſſe alr̃. an credatur dicto nũ
cij an ſcripto notarij. et ꝯcludit Jo. An. in ti. de inſtru.
edit. § reſtat: vſi. ſi vnus. in addi. ad Spec et in ti. de
ꝯtu. § i. in addi. magna. et Ang ſequitur in. l. i. §. i. ff.
queãd. teſta. apẽ. Jmo. et Panor. hic. ꝙ in dubio ſtabi
tur notario. mouentur per tex. in c. qm̃. ꝯ̃. circa fi. ẽ. de
prob. vbi magis creditur notario ꝙ̃ iudici. ergo magis
creditur notario ꝙ̃ nuncio. niſi notarius eſſet ſuſpect⁹.
puta q2 ſolitus ꝯmittere falſitates. vel alio mõ ſuſpect⁹.
ita doc. hic per ea que nõt Ci. in. d. l. ſi quis. decurio. C.
de falſ. Sed pone qd̓ nuncius referat ſe citaſſe et va
pulaſſe a citato nũquid ſtet̃ relationi. et dicite ſm Jo.
An. in addi ad Spec. d. §. ſequitur vſi. ſȝ nũquid. ꝙ
reſpectu actus citãdi credet̃. reſpectu verberum nõ crede
tur immo nunquam creditur relationi nuncij quando
refert aliquid extra citationem uel connexa citationi. ut
patebit in ſequenti queſtiõe. et ꝓpterea ſignanter glo.
noſtra dixit quod creditur nuncio circa citationes quaſi
dicat ꝙ circa alia nõ credet̃ ergo nõ de verberib⁹. immo
voluit Bar. i. d. l. i. §. fi. ff. de off. prefec. vr. ꝙ nũcio de
ferẽti crimen ꝯmiſſũ ꝯ̃ tertiũ non credatur. puta quia de
fert homicidiũ eſſe ꝯmiſſũ in parrochia a titio. Sed bñ
talis relatio nũcij ſit potẽs ad cauſãdam inquiſitionem
ut iudex poſſit ꝓcedere ꝯ̃ delatũ. Sȝ pone refert nũ
cius ſe citaſſe ⁊ inueniſſe reũ perſonaliter ⁊ ꝙ ſibi rñit
ꝙ non vult uenire vel nunquã veniet. nũquid reſpectu
huius rñſionis citati credet̃ nuncio. Et reſpondet. Jo.
An. i. d. vſi. Sed nũquid in additione. ⁊ in. c. qm̃ ꝯ̃. ẽ.
de prob. et ſalic. i. l. tres denũciationes. C. quomodo ⁊

qñ iud. ⁊. D. Anto. ⁊ ẽt Jmo. hic tenẽt ꝙ̃ nõ. ⁊ Jmo. i
cle. ſi añ. xiiij. col. de dol. ⁊ contu. Mouẽtur primo per
tex in. c. venerabilibus. §. ſecus de ſentẽtia exco. li. vj
iuncta glo ibi vbi manifeſta ꝯtuã bene arguit̃ ſi quis in
iudicio dixit ſe nolle venire vel nolle parere. ſȝ ſi extra
iudiciũ dixit nũcio nõ arguitur manifeſta ꝯtũacia. ergo
de illis verbis nõ credet̃ nũcio. q2 ſi crederetur eſſet ma
nifeſt⁹ ꝯtumax qd̓ negat ille tex. iũcta glo. Secũdo mo
ti. nũcio creditur de officio ſibi ꝯmiſſo. ergo de reſpõſio
ne partis cũ ſolũ nũcio ꝯmittatur officiũ citandi nõ cre
detur. in ꝯ̃rium tenẽt communit̃ legiſte. glo. bar. Ang.
⁊ Jmo. in. l. ex ꝯſenſu. §. fi. ⁊ ibi pulcre Ang. de aretio i
xiiij. col. ff. eo glo. ⁊ bar. in. l. fi. ff. d̓ in integ. reſti: bar.
bal. ⁊ Ang. i. d. l. tres. denũciatiões. Jmo. i. d. §. iul.
lȝ dicat opi. Jo. An. foueri equitate. Car. in. d. cle. ſi
añ. x. col. vbi tenẽt ꝙ credatur nũcio d̓ dicta reſponſiõe
partis. mouetur nam cui eſt cõmiſſum aliquid videntur
⁊ ꝯnexa eſſe cõmiſſa. c. ii. ẽ. de ꝯſti. c. ij. ẽ. de trãſla. ꝑl.
item vno ꝯceſſo ꝯceditur omne illud ꝑ qd̓ ꝑuenitur ad
illud. ſic ⁊ vno ꝓhibito. l. oratio. ff. d̓ ſpon. ⁊ qui vult cõ
ſequens videtur velle omne neceſſarium añcedens. l. ij.
ff. de iurd. om. iud. c. preterea. ẽ. de offi. del. ſed citatio
ordinatur ad inquirendã voluntateȝ citati an vellit obe
dire. mõ illa voluntas nõ poteſt apparere niſi appare
at de reſponſione. nec cognoſcemus an ſit verus contu
max vel fictus niſi ex reſponſione. ergo cũ nuncio ſit cõ
miſſa citatio primo. erit cõmiſſa etiam reſponſio citati
tãquã ꝯnexa citationi. tanꝙ̃ via ad quã ordinatur cita
tio tanquã ꝯſequens ex citatione. ergo relationi nuncij
in illa reſpõſiõe ſtabitur. ⁊ per hoc tollit̃. ſa. argumẽtũ
pro prima parte factum. licet. D. Anto. ⁊ Jmo. videnẽ
tenere qd̓ imo reſponſio nõ vr̃ cõmiſſa. nõ obſtat tex i.
d. §. ſecus. iuncta glo. ibi. q2 poſſiȝ declinare auctoritatẽ
glo. nec tex. illud dicit. tñ poteſt ſolui ſm Panor. qd̓ veꝝ
eſt ꝙ ad hoc ut ꝯtumacia ſit notoria vel manifeſta bene
potius inſpicimus an ſit facta in iudicio vel ne. q2 facta i
iudicio ſunt notoria. nec celari poſſunt. ſed ſi eſt facta nũ
cio extra iudicium. donec nũcius non depoſuit de ea. nõ
eſt manifeſta. nõ miꝝ ergo ſi tex. ibi ponderat ꝯtumaciã
manifeſtã factam in iudicio. q2 illa ſtatim ẽ notoria facta
aũt extra iudiciũ nõ ſtati eſt manifeſta. q2 indiget ut nũci
us de ea deponat. Et pro hac opi. ponderat Panor.
hic tex. noſtrũ ꝙ credatur nũcio de omnib⁹ ꝯnexis cita
tioni. nã hic credit̃ nuncio de loco vbi inuenit partem. ſ. i
ſalamitana eccleſia. ergo etiam credet̃ de reſponſione
partis etiam tanquã ꝯnexa citationi. Poſſumus tandẽ
dicere claudite iam riuos pueri ſat. prata biberũt. Pa
nor. hic federe diſtinctionis ꝯcordat opiniones. Quia
aut querimus nũquid ex ſola relatione nũcij. iſto poſtea
veniente. ita fuerit ꝯſtitutus in ꝯtuã ut puniat̃ de ꝯtuma
cia. Et tunc dicendũ eſt ꝙ non. q2 non credat̃ nũcio. ſed
quaſi calore iracundie. reſpõderit ⁊ ſe cõtexerit: qd̓ qui
dem admittit̃. vt ẽ glo. nõ. i. c. ex litteris. ĩ. de diuor. ha
betur in regula. qd̓ calore de reg. iur. li vj. aut querim⁹
nũquid ipſo nõ veniente. ut manifeſtus ꝯtumax poſtea
habeatur. ⁊ ſic nõ poſſit appellare. ⁊ quo ad alia. ⁊ tũc
ꝓcedat opi. legiſtaꝝ. q2 tãquã manifeſtus ꝯtumax non
appellabit. nõ erit vlterius citãdus. ⁊ reliqua paciet̃ que
manifeſti ꝯtumacees. Glo. in verbo obtenta. in fi. ha
bes primo notare ex glo. dũ ſentit ꝙ hic appellatio non
tenet ⁊ ꝓpterea excõmunicatio valuerit. ꝙ excõmunica
tio lata poſt appellationẽ extraiudicialem validam eſt
nulla ipſo iure. ⁊ ita ẽ tex. in. c. dilecti. ĩ. eo. ⁊ ita glo. hic
a ꝯ̃rio. ⁊ ſic habes inferre ꝙ attentata poſt appellatiõeȝ
extraiudicialem a iudice interpoſitam ſunt nulla ipſo iu
re. maxime in cenſuris lat. c. lȝ de ſententia exco. li. vj.
de quo dixi in. c. ꝓcedenti Aliud habetis ex glo. dum
ꝑſupponit ꝙ iudex a quo. q̃ ignorabat appellationẽ ꝙ
poſſito ꝙ extraiudicialit̃ poſſit appellari i abſẽtia iudicis ab
beat fieri ad tribunal iudicis. ut uoluit bal in. d. l. in nũ

UVA. BHSC. IyR_025

actu iudicis tñ talis appellatio ñ ſuſpendit iuriſdictiõeʒ iudicis a quo niſi a die noticie ⁊ ↄcordat in. c. appellatio eo. ti. li. vj. de quo latius in. c. fi. ⁊ ibi dicã. j. eo. tñ vbi appellãs non hẽret facultatẽ ĩtimãdi appellationẽ iudici a quo. ⁊ appellauerit. puta qꝛ erat in longinquis ꝑtib⁹ qñ habuit noticiã ⁊ appellauit ſʒ non potuit ita cito intimarẽ appellationẽ iudici a quo. tñ ſuſpẽdit̃ iuriſdictio iudicis a quo ⁊ acta ꝑ eũ nõ valebũt. cũ nõ ſit quid ĩputetur appellãti ſi nõ intimauit appellationẽ iudici a quo. alˀs ſi poſſet ĩputari appellãti quare nõ ĩtimauit appellationẽ nõ tuet̃ euʒ appellatio. Et ſic ꝓſuponẽdo hũc ĩtellectum glo. habetꝭ ſũmariũ Panoꝛ. declaratũ. qꝛ hic appellatio erat friuola ⁊ iõ nõ excuſat appellãtẽ quo minus pareat iudici. ⁊ ſi non paruerit puniat̃ de ↄtemptu. ⁊ ſic habetꝭ qõ ↄtumax fuerit excõmunicat⁹ ꝓut hic. tñ cũ illa excõmunicatio videt̃ facta vt veniat. c. qm̃ frequent̃. in fi. ſ̃: vt lit. nõ ↄt. ⁊ ipſo veniẽte ceſſaret excõmunicatio quia abſoluendus eſſet. c. ex parte lo. i. ⁊ ibi per Inno. j. de ver. ſig. habet̃ in. c. i. ſ̃. de iudic. in. d. c. venerabilibus. §. ſecus. tñ ratione ↄtẽptus punitur. ⁊ aliter. etiam alit̃ ultra excõmunicationem dum papa vocat iſtũ ad purgañ Innocẽtiã ſuã aliud eſt. Ultimo habes nõre ex glo. dũ dicit ꝙ iſte debuit venire allegaturis ꝓuilegium ſuũ ſentit glo. ↄmunẽ intellectũ ad tex. ꝙ hic appellatio tenuerit. ſʒ quia iudex a quo cã ignoꝛabat citatus tenet̃ comparere et allegare appellationẽ et ſic priuilegiũ aliaſ punietur de ↄtẽptu. Glo. fi. in fi. notate ex glo. ꝙ denũciatio alicuius criminis que ẽ potẽs ad repellendũ criminoſum opatur duos effect⁹. pꝛimo qꝛ repellit criminoſum a petitione ſua. ꝓut hic repellebat̃ ille eps. ſ°. qꝛ defert crimen vt pꝛo illo puniat̃ pena debita a ſupioꝛe ipſe criminoſ⁹. ⁊ ꝓpterea hic papa citabat epm ad purgandũ innocentiã ſuã. qꝛ volebat eum punire.

## P hec et in.

Qui iurauit ſtare mãdatꝭ eccleſie ſi modus i mandato nõ excedit̃ appellare nõ põt. h. d. cum ſeqnẽti. diuiſio eſt cõmunis

Nõ pꝛimo ibi. ſtabũt iudicio. ꝙ excõmunicatus. in abſolutione iurat ſtare iudicio. eccleſie facit tex. i. c. cũ ↄſideres de ſentẽtia exco. iurat ⁊ quãdoqʒ parere mandatis iudicis. c. ex tenoꝛe de ſentẽ ia exco. ⁊ illa idem ſunt ut voluit glo. i. d. c. ex tẽoꝛe lʒ. gl. i. q. vij. c. ſi qui. dicat qõ differũt ⁊ male ⁊ ſic habetis ex illo tex. iuncto pꝛincipio ſequẽtis. c. ꝙ licet ubi offenſa ẽ manifeſta nõ abſoluat̃ excõicatus niſi pꝛemiſſa ſatiſfactione. c. ex parte lo pꝛimo. j. de uer. ſig. c. uenerabilibus. §. ſecus ꝺ ſen. excõ. li. vi. tamẽ ubi nõ ẽ manifeſta offenſa abſoluitur cũ cautione de qua in his iuribus. ſ. iuramẽto de parẽdo mãdatis eccleſie. Nõ. ex tex. ibi ꝙ iurarũt ꝙ ſi iuramẽtũ ẽ interpoſitum de obſeruando aliquo pꝛecepto de futuro ꝙ ſi modus nõ excedatur nõ ẽ licitũ appellare. Sin aũt excedatur bene licitũ ẽ appellare. Et ẽ ratio dubitãdi ſ̃m panoꝛ. qꝛ iuramẽtũ uidebatur pꝛeciſe obſeruãdũ ut uoluit glo. nõ. in. l. ſi pecuniam in pꝛincipio. ff. de cõdi. ob cãm. notat panoꝛ. i. c. dilecti. ſup̃ de arbi. et ideo uidebat̃ ꝙ non poſſit appellari. maxime cũ generaliter ſit iuratũ ergo generaliter debet obſeruari. c. ſolite cum vulgaribus. ſ̃. de maioꝛ. ⁊ obe. in ↄtriũ fuit rõ decidendi qꝛ iuramẽtũ nõ tñ debʒ intelligi ut foueat iniquitatem. c. ueniens. ſ̃. de iur̃. et iõ licet iurauerit ſtare mandatis eccleſie intelligit̃. ſ. iuſtis nõ autẽ in iuſtis. c. quintauall̃. ſ̃. de iure. nõ mirꝫ ſi qñ modus excedet̃ i pꝛecepto licitũ ẽ nõ obſtante iuramento appellare. in caſu autẽ dubio ubi nõ apparet an i pꝛecepto excedatur modus uel ne. vult panoꝛ. hic ꝙ in dubio deferẽdum ſit appellationi. Et ſic habetis elicere ꝙ uſque adeo fauemus appellationi ꝙ etiam nõ obſtante iuramento in dubio ei deferimus: quod notate ad dicta in. c. ex ratione. ſ̃. eo. in euidentialibus. Et ex pꝛedictis habetis ꝙ ſiquis iurat ſtare ſnie nõ uidetur renũciatum appellationi. quod intelligit bar. in. l. ſi conuenerit in fi. ff. de re iudi. uerũ ante ſententiam. Secus ſi poſt ſniam facit glo. vi. q. iiij. c. ꝙ bene ſemel. nam ad renũciandũ appellationi ante ſententiam requiritur expꝛeſſa renũciatiatio. ita intelligitur tex. in. l. fi. §. fi. C. de temp. appel. qõ intelligit Bal. uerꝫ niſi fuiſſet uſus uerbis geminatꝭ quocũqʒ modo. bal. in. l. tale pactũ. §. qui ꝓuocauit in. xi. col. ff. de pactis. facit ꝙ nõt bal. in. l. cũ pena. ff. de arb. ar. glo. ibi. Ang. etiã in ↄſi. clxxxxvij. qõ incipit. a. ⁊. b. late videtur ↄcludere qõ per pactũ põt renũciari appellatiõi. licet ibi faciat ſeptem argumẽta in ↄtriũ quib⁹ reſpondet. ⁊ fortius etiaʒ cõcludit ꝙ valet renũciatio generalis ſi quis renunciat appellationi non ſolũ ſe reſtringendo in certa cã ſed in omni cã etiã mouenda. Glo. in. d. § fi. tenet ꝙ qui ꝓmiſſit ſtare ſentẽtie nõ vr̃ renũciare appellationi. per. l. cũ ap̃. ff. iudi. ſolui. ⁊ ita Ja. bu. in. d. §. qui ꝓuocauit. Sed Ang. de are. in. l. i. §. i. ff. a quib. ap. nõ licet. in. iij. col. federe diſtinctionis ↄcoꝛdat opi. aut ſentẽtia ĩpugnat̃ dolo uel coꝛꝛuptella. ⁊ poſſit appellari. aut ĩpugnat̃ per iniquitatẽ ⁊ nõ põt appellari. ⁊ in hoc eſt vnum ſpeciale qõ pactũ in hoc opat̃ ipſo iure abſqʒ alia exceptione. Ita Ang. ibidẽ i fi. col. Et hec eſt una ex differẽtijs que aſſignãtur iter iudicẽ arbitrũ. et arbitratoꝛeʒ. qꝛ in arbitratoꝛe uel arbitro nõ põt renũciari appellationi añ laudũ uel arbitrium. ſecus i iudice glo. in. c. cũ dilectus. ſ̃. de arb. et quid ſi cũ iuramẽto an excludat reductionẽ. deciſio ẽ rote. ccxi. in antiquis ultra allegata in locis cõibus.

Nõ ex tex. ibi infra. xl: dies: iũcta glo. ꝙ hic ſequũtur cõmunit̃ doc. ꝙ licet hic papa aſſignet certã diem ad iter arripieñ. et ꝓſequeñ. appellationẽ. ſ. xl. dierꝫ tñ non importat iuſ. miniſteriũ. qꝛ poſſet iudex longioꝛẽ et breuiorem terminũ pꝛo arbitrio aſſignare. Nõ ex tex. ibi. ad ꝓſequẽdũ. ꝙ iter arriper̃ dicit̃ appellationẽ ꝓſequi. et dixi i. c. ꝑſonas. ſ̃. eo. Ex tex. ibi. cõpellas. nõ qõ licet aſſignare terminũ appellãti ad ꝓſequẽdũ appellationẽ iudex a quo nõ cogat̃. ſed eſt in arbitrio ſuo ut. c. ad hec ꝓximo. j. eo. tñ vbi ſum⁹ in re et que de ſui nã dʒ habere executionẽ et pars appellat qꝛ dicit exceſſum modo. iſto caſu cogit̃ aſſignare talẽ terminũ ad ꝓſequendũ ꝓut hic uide. j. in. c. ad hoc.

## veſtioni.

Summata eſt cuʒ pꝛecedenti. Nõ pꝛio ex tex. ibi. ſicut moꝛis. ꝙ iuramẽtũ qõ ꝓſtat̃ in abſolutione ab excõmunicatiõe ĩtroductũ eſt cõſuetudine. et facit tex. in. c. cũ deſideres. j. de ſententia exco. et ideo cũ ↄſuetudo ꝺbeat pꝛo. l. ſeruari. c. de his. xi. di. c. fi. ſ̃. de ↄſue. et facta ↄ̃ l. ſint nulla. l. non dubiũ C. de legi. ideo uoluit hic Hoſt. et bal et Hoſti. in. d. c. cum deſideres. ꝙ abſolutio ab excõmunicatione nõ ꝓſtito iuramẽto facta ſit nulla ipo iure. cõmunit̃ tñ doc. hic et i. d. c. cũ deſideres. ubi lati⁹ tenẽt ↄtriũ. mouent̃ nã excõmunicatio nõ ſeruata foꝛma nõ eſt nulla. c. ſacro. j. de ſent. exco. c. i. xi. q. iij. et ibi glo. in ſũma. ergo nec abſolutio omiſſa foꝛma erit nulla ar°. c. uerbũ de penit. di. i. maxie cũ magis faueam⁹ abſolutioni ꝙ̃ ↄdẽnationi. l. arrianus. ff. de ac. et ob. et facit. c. uenerabilib⁹. §. ubi auteʒ. de ſententia exco li. vj. ubi tex. melioꝛ de coꝛpoꝛe iuris. glo. in d. c. i. in vbo nullatenus. de ſeqneſtra. po. et fruc.

Nõ ex tex. ibi. in eadem ẽ reduceñ. ꝙ nõ parens cõditioni iniucte in abſolutione qñ excõmunicat⁹ erat ab homine et abſoluit̃ ab alio ꝙ̃ a papa uel legato nõ reincidit i excõmunicatiõe ipſo iure. ſʒ eſt reducẽd⁹ per ſententiã hõminis. ita tex. hic. et illa reductio põt fieri ab eo iudice qui abſoluit dato ꝙ ſit delegatus dũmõ ĩtra annuʒ a die abſolutioñ. faciat qñ eſt delegat⁹. qꝛ plus nõ extendit̃ ſua iuriſdictio poſt ꝓnũciationẽ. c. querẽti. ſ̃ de offi. deleg. ita dñi ꝺ rota. deciſ. ſua. cccclxxx. que ĩcipit itẽ ſi excõmunicat⁹. ſi tñ fuiſſet excõmunicat⁹ a canone uel etiã ab homine caſu quo tñ abſolueret̃ uel a legato uł a papa et ñ pareret ↄdicioni iniũcte reincidet ipo iure in ex



UVA. BHSC. IyR_025

cõmunicationē.c.eos .ubi tex.de ſentētia exco.li.vi. Et
uoluit bal.unū qđ eſt mirabile ꝙ in caſu noſtro iſte re
duct⁹ in excõmunicationē per iudicē fingatꝰ ut retro fuiſ
ſe ſemꝑ excõmnnicat⁹.et nunqͣ abſolut⁹.et iõ ſi impe
traſſet medio tempore beneficiū uel reſcriptū nõ ualeret
ĩpetratio tanꝙ facta ab excõmunicato.ꝙ ſalua auctori
tate tāti pr̄is nõ credo ue℞.q² ubi act⁹ retrotrahit̃ ĩtelligi
tur ſine ꝑiudicio eo℞ que medio tēpore geſta ſunt.ut cõ
cludit bar.in.l.ſi partē.ff.queadmo. ſeruitus acc. in.l.
ſi idebitū.§.i.ff.rem ratā hr̄i cano.in.c. quāuis de reſ
crip.li.vi.bal.in.l.ſi filius.C.de ꝑtitị here. Ludo.in.
l.i.C.q̃ admitti: Nõ ultimo ex tex.ibi.pro poſſe ꝙ qui ñ
ſatiſfecit ꝑceptoſibi iniūcto uigore prīe abſolutionis. ⁊
reduct⁹ ē in excõmunicationē nõ dȝ poſtea ita đ facili ab
ſolui ſicͣ prīo fuit abſolut⁹.ſȝ tria requirunt̃ ex mēte glo.
nr̄e fi. Hoſt. Jmo. Bal. ⁊ Panor.hic.prīo ꝙ iuret. Se
cūdo ꝙ p̄ſtet fideiuſſoriā uel pignoratitiā cautionē. Ter
tio ꝙ incipiat parere anqͣ abſoluat̃.⁊ eſt ratio.naȝ ex
quo neglexit obedire prime abſolutioni amittit bñficium
vt ſtet̃ ſue iuratorie cautioni.c.ad reprimēn.⁊ ibi habet̃
ſ̃.de offi.ord.c.paruuli.xxij.q.v.facit.c.cū in eccleſiijs
ꝑ locū a ſpeciali: de maior. ⁊ obe. Et iõ cogit̃ p̄ſtare ul
tra iuramētū cautionē fideiuſſoriā ſ̃ pignoratitiā.faciūt q̃
habētur i.c.fi.ſ̃.de reſti. Spol.in.c.literas.ſ̃.de p̄ſūp.
Et iõ ut đ ei⁹ obediētia appareat.anqͣ abſoluat̃ dȝ ici
pere parere.c.ſignificanti.ubi tex.in fi.ſ̃.de offi.ord: et
facit ad p̄dicta glo.nõ.i.l.in.l.cornelia.i glo.in uerbo.
ex uincul.⁊ ibi bal. ⁊ Ludo.ff.ad ſill.qui per illā glo.di
cūt qđ qui cū fideiuſſione dȝ relaxari de carcerib⁹. puta
ſic ſtāte ſtatuto ſi ſemel relaxat⁹ aufugit nõ dȝ ampli⁹ re
laxari etiā cū fideiuſſione.uoluit tñ hic Panor. ꝙ ſi me
dio tempore ꝯſtiterit offenſā manifeſtā eē ꝑꝑ ꝙ̄ iſte erat
excõmunicat⁹ ⁊ reductus i excõmunicationē ꝙ illo caſu
tāqͣ excõmunicatus ob manifeſtā offenſā nõ debeat
abſolui ſeruatis his trib⁹ que predixi.immo debeat pri⁹
ſatiſfacere.ꝑ ea que habent̃ in.c.ex parte.lo.i.ĵ: de uer.
ſig.ꝙ nõte pro limitatione ad tex.noſtrū. Si tñ eſſet ta
le factū qđ ĩplendū eſſet.i ſatiſfatione.ꝙ nõ poſſet iple
ri niſi i ſucceſſu tēporis.puta q² diruiſti eccleſiam adquaȝ
reſtaurañ.neceſſe ē ſucceſſus tēporis.illo caſu dato quod
offenſa ſit manifeſta tñ abſoluet̃ abſqȝ eo ꝙ integraliter
ſaeiſ aciat añ abſolutionē.⁊ ſufficiet ĩcipere ſatiſfacer̃ ⁊ đ
reliquo cauere ⁊ ꝓſequi.⁊ hoc ſauore aīa℞.⁊ facit tex.
in.c.ſi ĵ. de ſepul.xxvj.q.i.c.i.faciūt que uidebim⁹ in.
c.qua frõte.ubi bon⁹ tex.i ſimili ſȝ unū ĩtellectū.ĵ.eo.⁊
nõte pro limitatione in.c.ex ꝑte lo.i.đ uer.ſig. Glo.
ſuꝑ nerbo deferen.in fi.habet̃ nõre.ex glo.ſo.ad.c.con
trariū.ſ.ꝓrime ꝑcedēs.⁊ utraqȝ ſo.glo.põt eſſe bona
ꝙ patet ꝑ tex.nr̄um.ibi ſubterfugij. Et generaliter
dicite ex mēte glo.⁊ doc.ꝙ ſi grauat̃ q² excedat̃ modus.
a ꝑcepto põt appellare nõ obſtante iuramēto. ut.c.pre
cedēti.ſi autē ñ excedat̃ mod⁹ ñ põt appellare.ut h tex.
nr̄o. Et ſic ſȝ. D. Anto.uer⁹ ĩtellectus eſt. ꝙ hic fuit ap
pellatū poſt abſolutionē.ſȝ appellat̃ a ꝑcepto iudicis.q²
modū excedebat i precepto. Alia dat̃ lec.ad tex.nr̄uȝ
que fuit Jnno.⁊ cū ea traſeūt doc. excepto bal.ſ. quod
tex.nr̄ loquat̃ qñ excõmunicat⁹ appellauit. pendēte ap
pellatione petit abſolutionē a iudice a quo.poſt abſolu
tionē uolebat ꝓſequi appellationē. querit̃ nūquid poſ
ſit.⁊ reſpõdet papa ꝙ nõ.q² petēdo abſolutionē uidet̃
renūciatū appellationi. Et ſubiūgit papa ꝙ per illā ap
pellationē nõ dȝ excuſari quo minus pareat iuramēto i
abſolutione p̄ſtito.⁊ ſi nõ paruerit reducat̃ i excõmuni
catione. Jſta tñ lec.uiolat litterā noſtrā ibi.uel cā ſubter
fugij appellauit. q² illa littera p̄ſuponit appellatū fuiſſe
poſt abſolutionē.⁊ Jnno.vult ꝯ̄riū. Subicit tñ Jnno.
hic ꝙ ſi excõmunicatus qui appellauit reuertit̃ ad iudi
cem a quo.⁊ petit ſe abſolui cū ꝓteſtatione quod per h
nõ intēdit recedere ab appellatione poterit ab eo abſol
ui.⁊ iuuabit ꝓteſtatio.q² nõ uidebit̃ receſſū ab appella
tione.⁊ faciūt q̃ uidebim⁹ i.c.qua fronte.ĵ.eo.⁊ Jnno.
ſequūtur omnes excepto bal.qui dixit ꝙ imo ꝓteſtatio
hoc caſu nõ debet iuuare. nā proteſtatio nõ tolit effectū
iur̃.đ neceſſitate ad actū ꝯſecutiuū.c.gr̄e.đ reſcrip.i.vi.
c.ſollicitudinē.ĵ.eo. Sed abeundo iudicē a quo.inducit̃
renūciatio appellationis.ergo ꝓteſtatio nõ iuuabit. ſȝ
ſolutio patebit ex his que habent̃ in.c.qua frõte.quia uł
eſt ſpeciale fauore aīa℞ ut ibi.uel q² illa abſolutio ab ex
cõmunicatione tendit ad faciliorē expeditionē appella
tionis.ut ibi uidebimus D.Anto.hic ſuꝑ hoc dix̃ tria
mēbra eſſe i ꝯſideratione. aut querim⁹ an iudex a quo
poſſit ipſam excõmunicationē reuocare.⁊ tūc cla℞ eſt ꝙ
ſic.c.cū ceſſante.ĵ eo.c.ſi a iudice eo.ti.li.vj. Jo.an.et
coīr doc.in.c.qua frõte.ibi uidebim⁹.ĵ.eo.⁊ illo caſu fru
ſtra tractam⁹ de abſolutione uel appellatione ꝓſequē
da uel de parēdo mādatis eccleſie.q² nõ indiget alia ab
ſolutione.cū tal̃ reuocatio ſit loco abſolutionis.ſȝ abſo
lutio ſit cū iuris ſolemnitate.reuocatio ſolo v̓bo.glo. eſt
nõ.in.c.i.ꝙ met cā.li.vj.⁊ talē reuocationē nõ dȝ face
re niſi qñ uidet ſe inique excõmunicaſſe.ut hic.d. anto.
uł ubi nõ tenuit excõmunicatio ut in.d.c.i.in glo.uł qñ
excõmunicatio fuit ſub ꝯditiõe que nõdū euenit.ut Jo.
an.⁊ pe.de ancha.in.d.c.i.al̃s.nõ dȝ iudex ſimpliciter
reuocare excõmunicationē.ſȝ abſoluere cū ſolemnitate
eccleſie.tñ ſi ſimpliciter reuocaret excõmunicationeȝ cre
deret haberi ꝓ abſolutione.ut Gemi. ſenſit in.d.c.i.
Ci.in iij.col.ſicut in ſimili dicimus ꝙ ualet excõmunica
tio ꝑ quecūqȝ v̓ba ꝯſtat.de mente excõmunicare uolent̃
ut late diſputaui uobis hoc anno poſt alios.in.c.i.ſ̃. de
iudic.facit glo.in cle.i.i uerbo nullatenus de ſequeſtra.
po.⁊ fruc. ⁊ hoc prīo caſu nõ loquit̃ tex.noſter. aut que
rimus an poſſit cognoſcere de iniuſticia uel iuſticia ſue
excommunicationis ⁊ tūc cla℞ eſt ꝙ nõ.c.dilect⁹. el ſecū
do.ſ̃.de reſcrip.niſi ut addit hic Panor. uelit cognoſce
re ad finē reuocādi excõmunicationē ſi in ea grauauit.
q² tūc bene poterit cognoſcere.nec pars eum adeundo
uidet̃ renūciare ſue appellationi.ꝑ ea que habent̃ in.c.
ſi a iudice.⁊ ibi glo.in uerbo teneris.eo.ti.li.vj.dixi in.
c.cū teneamur.ſ̃.eo.⁊ iõ illo caſu non poteſt procedere
tex.noſter.itelligēdo ſm thema Jnno. quod excõmuni
cat⁹ appellaſſet.aut ⁊.3° caſu addit̃ ⁊ ſimplicit̃ iudex a
quo ut abſoluat.⁊ illo caſu oquit̃ Jnno.ut p̄dixi. et lo
quit̃ tex.noſter.tñ ſi iudex a quo addiret̃ ut abſoluatur
ne iterī iſte remaneat excõmunicat⁹ ⁊ ut facili⁹ ꝓſequat̃
appellationē ⁊ ſic pro habilitatione ꝑſone ſue interī illo
caſu ſine alia proteſtatione non uidet̃ renūciatuȝ appel
lationi.q² iſtud ꝙ petit̃ a iudice a quo.eſt de tendētibus
ad faciliorem executionē appellationis.cū omnio iudex
ad quē haberet añ oīa hūc excõmunicatum abſoluere.
c.per tuas.ĵ.de ſentētia exco. Sȝ opꝫ ꝑcium eſt ſcire
nunquid iudex a quo idiſtincte poſſit abſoluere ipſuȝ excõ
municatū.⁊ dicite ſm Panor.hic aut ē ordinarius ⁊ põt
ēt ſi milies detuliſſet appellationi.q² tñ habet uniuerſa
litatē iuriſdictiõis.et facit tex.ſm unū ĩtellectū in.c.qua
fronte.ĵ.eo.⁊ hoc mõ poſſum⁹ ĩtelligere ꝙ dixit Jnno.
aut loquimur i delegato ⁊ tūc ſi ñ detulit appellationi
põt.q² remanet iudex habitu.cū poſſit cā ad euȝ reuerti
c. ut debit⁹.ĵ.eo.aut detulit ſm Pano.hic lȝ alij ꝯ̄ in.d.
c.qua frõte.ubi uidebim⁹ ex quo detulit appellationi ca
ret iuriſdictiõe. ita ut ñ poſſit ēt ea expedire que tendūt
ad faciliorē executionē appellationis.⁊ iõ nõ poterit ab
ſoluere.c.cū appellationib⁹.eo.ti.li.vj.

**Preterea.** Appellās ab ordiario de delicto qđ poſtea cõ
miſit punit̃ ab eodē.h.d. Nõ prīo ex tex.
noſtro ibi.nõ dȝ in ſua iniquitate ⁊c.ꝙ appel
latio ſuſpēdit ſolū iuriſdictionē iudicis a quo.i ea cā a q̃
eſt appellatū.nõ in alia.⁊ uidimus in.c.ſuꝑ eo.lo.prīo
ſ̃.eo.⁊ ideo pro alia cā poſſet coram ordinario ꝯueniri
lȝ ab eo ſit appellatuȝ.⁊ quāquaȝ tex.noſter dicat. gra

UVA. BHSC. IyR_025

nia crimina. ⁊ ſimilit̃ vtat̃ vbo exceſſꝰ tñ ſubaudiēdū eſt maxime vt vult glo. noſtra. quia ēt ſi crimina nō eſſent grauia poſſꝫ tñ ꝯueniri corā eo.

**Inſtitutis.** Qui non detulit appellationi ꝑ aduerſarium priꝰ fcē de ſua poſteriore appellatione nō pōt excipere con̄ illū. nec ei eſt deferendū. h. d. Nō ex tex. ibi. abbate. ꝙ. abbates pn̄t eē ꝓcuratores alteriꝰ q̄ ſue eccleſie. intelligite dūmō ſit negociū eccleſiaſticū. ⁊ facit tex. i. c. ſopite. j. d cēſi. i. c. ꝑ venerabilē. j. qui fil. ſint legit. ⁊ regularit̃ ꝓhibiti a poſtulādo vl̃ ꝓcurādo ītelligūtur ꝓhibiti qñ generalit̃ ſe exercent. tñ ſi in una uellēt exercere ꝓcuratorem nō ītelligūtur ꝓhibiti. ita Inno. in. c. ſacerdotibꝰ in. c. ſꝫ nec. j. ne cle. uel. mon. in. c. i. circa fi. ſ̄. de elc. obl. ad rōc. hr̄ i. c. i. ⁊ fi. et ibi Imo. ſ̄. de poſtul. Nō ex tex. nr̄o ibi. ſi ipe ⁊c. ꝙ qui nō defert appellationi aduerſarij ſui ſuꝑ eodeꝫ negotio īterpoſite. amplius appellās in eodem negocio nō eſt audiendus. ⁊ ſic habetꝗ ꝙ ſicut quis tenet̃ deferre appellatiōi ſue. c. an ſit. j. e. ita tenet̃ deferre appellatiōi aduerſarij. ⁊ illa eſt ratio quare ſuꝑ eodeꝫ negocio utraque pars nō appellat. qꝛ per appellationē uniꝰ ſatiſfac tū eſt alteri. ⁊ ambo tenent̃ deferre. l. fi. C. quādo ꝓuocari in. c. ſi duobus. ſ̄. eo. Nō ex tex. ibi. ꝯfirmetis. ꝙ ſecūda electio facta. pria nō caſſata. ualet et c̄ rō qꝛ pria erat nulla ipſo iure: tamen qꝛ facta. de excōmunicato. tū quia facta pendente appellatione ⁊ ꝯ̄ appellationem tum qꝛ facta a minori parte. ut ꝓvult glo. noſtra fi. et fac. c. ꝯſiderauimꝰ. c. auditꝗ. ſ̄. d elec. ul̃ alit̃ ſecūda ꝓpterea tenet qꝛ prima fuit ſimplex nominatio que nō querit ius nominato. ut habetur in. c. bone. lo ſ̄o. ſ̄. de poſtul. ꝓl.

**Propoſuit.** Appellās ab ordinario i una cā in alijs corā ipſo cogit̃ reſpōdere. poteſt tamē eum recuſare. niſi cū de manifeſto ⁊ graui crimine ꝯuenitur. h. d. poteſtis addere ſm Panor. ſi tali crimini pena certa a iure impoſita eſt. Nō ex tex. nr̄o ibi. recuſa. ⁊c. ꝙ iudex a quo eſt appellatū poteſt alia cā recuſari. de quo uidimꝰ in. c. ad hec lo primo. ſ̄. eo. Nō ex tex. ibi. niſi pro crimine adeo graui. ꝙ i grauibꝰ ⁊ notorijs nō habet locū recuſatio. Et eſt rō nā i notorijs nō exigitur ordo iur̃. vt vidimus i. c. cū ſit. ſ̄. eo. ⁊ iudex in eis eſt merꝰ executor. vt i. c. ex pte ⁊ ibi Inno. lo pmo. j. de ver. ſig. in. c. venerabili. j. de cēſi. ideo nō mirū ſi n̄ habet locū recuſatio qñ crimen eſt notoriū. Intelligite vt Panor. hic. ⁊ pena certa īpoſita eſt a iure nā tūc executor nō pōt grauare. nō mirū ſi ſuſpitio nō admittitur de quo ſtatim dicā. qꝛ dicit̃ eſſe ius qd̄ exequitur nō executor. ut eſt tex. nō. in. l. i. §. i. ff. ad trupil. et iō īfert hic Imo. poſt vincentium. ꝙ licet in criminalibus admittet̃ exceptio ſpoliationis qñ eſt ſaltem de maiore parte bonorum. c. frequēs. de reſti ſpol. li. vi. et illa exceptio opponat̃ quādoqꝫ in uiꝫ dillatorie ut ibi ⁊ etiā in uiꝫ ꝑemptorie ut uoluit bar. in ſimili in. l. i. in fi. ff. uti poſſ. Imo. in. c. ueniens. ſ̄. de preſcrip. tñ cum in notorijs n̄ ſeruet̃ ille ordo iuris nec pars habeat multū ꝯtēdere n̄ admittit̃ exceptio exſpoliationis. ⁊ ſic. c. frequēs. n̄ habꝫ locū de crimine notorio cuius pena eſt certa a iure. Ita etiam Spec. in ti. de petitorio et poſſe. §. quo manc. in prin. v. ſꝫ querit̃. D. An. in. c. cū dilectus. in. iij. carta. de ord. cogni. Nō ex tex. ibi grauari. ſm Hoſt. et poſt eum bal. ⁊ Imo. ꝙ graue crimē dicitur arbitrio iudicis ex quo hic nō determinat̃ arꝰ. c. d. cauſis. ſ̄. de offi. dele. l. ꝑe. de iure de. Nō ex tex. ibi. ipo actu ⁊c. ſꝫ Imo. hic ⁊ qñ factū eſt notoriū ⁊ ſic ipſo actu de ſe patet nō requiritur alia ſentētia declaratoria facti. ſꝫ ſolū pena iuris ītligenda eſt. Et hoc idē uoluit ang. in. l. ideqꝫ. §. ſi t. ff. qui pot. in pig. ha. Et notate hoc dictū ad ea que habentur in. c. cū ſm de hre. li. vi. per bar. in. l. eius. qui d latorem. ff. de iure fiſ. ⁊ dixi in. c. peruenit. ſuꝑ eo. Nō ex tex. ibi. ipſo actu ſm bal. ꝙ in ipſo actu nō ſolū dicit̃ deprehēdi qui in facto deprehendit̃ ſꝫ etiaꝫ qui deprehēditur in fuga ſiue itinere poſt actum factum. Ita hic vult bal. lꝫ tex. parū faciat. ſed pro eo facit tex. in. l. capite quinto. cū his que ibi habētur. ff. de adult. in. l. fur eſt. ⁊ ibi bar. ff. de fur. ſecus dicit ipſe ſi reperiat̃ in itinere ante actū. qꝛ nō dicitur deprehēſus in actu. ſꝫ dicit̃ deprehenſus in attētatione actus. ⁊ iō ſi attētās punitur eadē pena qua deliquens ut. l. ſi quis n̄ dicā raper̃. C. de epiſ. et cle. ⁊ ibi per Ci. ⁊ bal. i. l. is qui. cū te lo. C. ad. l. cor. de ſicca. habet̃ late per Archi. xvij. q. iiij. c. ſi quis. ſuadente. Illo caſu deprehēſus in itinere an̄ actū punietur eadē pena qua delinquēs. non qꝛ deprehēſus in actu. ſꝫ quia deprehēſus in attentatione actus. ſi uero ſumus in alijs caſibus i quibus nō punit̃ attentās eadē pena qua deliquēs et iſto caſu pena eſt arbitraria. Sꝫ hodie de ꝯſuetudine nō punit̃. niſi delictū ꝯſumatuꝫ fuerit. aliquis pena delicti. ⁊ ſic nō habet locū. d. l. is qui tello. qꝛ attentās nō punit̃ ut delinquēs. niſi in crimine leſe maieſtatis. ita Ang. in. l. i. §. a. ff. ꝙ quiſqꝫ iur̃. ⁊ faciunt ad predicta nōta in. c. perpetuo. de elec. li. vj. ⁊ Panor. in. c. i. ſ̄. de cauſa po. ⁊ ꝓprie. Glo. in uerbo non dꝫ in fi nōbitis primo ex glo. in principio quod uerbum dꝫ importat neceſſitatem. ꝯcordat glo. nō. in cle. attendentes. in uerbo. debeant. de ſta. mona. faciūt nō. per legiſtas in. l. ſepe audiui ceſſarem. ff. de offi. pſ. tamen quādoqꝫ etiā importat honeſtetem. ut in. c. i. j. de deſpon. i pub. habetur in. c. intelleximus ſ̄. de iudic. Nō ſ̄o. ex. glo. qualiter in cauſa huius recuſationis iudicis a quo. ſit proceden̄. quia iuſtificatio recuſationis pendebit ex iuſtificatione appellationis et proceſſu ſuper appellatione. Et in hoc glo. communiter reprobatur. qꝛ immo in cauſa recuſatiōis fiet ſpecialis ꝓceſſus et pars ꝓpterea ꝓbabit iſtū ſuſpectū. quia i ꝓuo grauauit. ⁊ iō ꝓbabit illud grauamē i cā recuſationis quia veriſimiliter pōt recuſare ne iteruꝫ grauet. iux̃ illud qui ſemel eſt leſus fallaci piſcis ab hamo omnibꝰ eraꝓibis ſemꝑ ineſſe putat. Nec probatio iſta ꝓderit i cā appellationis. quia facta ad aliū finē. ⁊ ita cōcludūt cōmuniter ſcr bn̄. hic. Goff. in. ſū. i ti. de iudic. in. fi. vſi. i his caſibꝰ tenet ꝙ ad recuſationē iudicis a quo ſufficiat ꝓbar̃ fuiſſe appellatū. nec requirat̃ ꝙ ꝓbet̃ grauamen. quē hic cōmunit̃ impugnāt doc. excepto Imo. hic ⁊ i. c. ad hec lo pmo. ſ̄. eo. dicite vt ibi. In glo. fi. i fi. Glo. ſoluit ꝯ̄riū capituli quia ſuſpecti. iij. q. v. ⁊ bn̄ loquit̃ quia differētia eſt īter manifeſtū ⁊ notoriū. Si crimē eſt manifeſtū cū manifeſta idegeāt ꝓbatione vt notat̃ ꝑ glo. i. l. ciues. C. eo. i. c. manifeſta. ij. q. i. habet̃ i. c. veſtra. j. de coha. cleri. et mul. iō i manifeſtis admittit̃ recuſatio. cū circa ꝓbationes poſſit grauar̃. in notorijs autē quia illa ſolū allegari dēbēt. l. ſi adulteriū. cū inceſtu §. idē poll. ff. de adulter nō aūt ꝓbari drit vt nōt glo. nō i. de. appellanti. eo. ti. ⁊ dicꝗ iuribꝰ. iō cū ſimplicit̃ habeat exequi penā certā iuriſ. iudex i notorio nō recuſat̃. ⁊ ita intelligit̃ tex. nr̄. et ꝑ hāc ſolutionē dat aliā Panor. que his fūdamēt̃ regulat̃ ꝙ tex: īterloquat̃ ī notorio facti permanētis. ⁊ iō cū n̄ requiratur ꝓbatio nō admittat̃ recuſatio. tex. aūt i. c. qꝛ ſuſpecti in fi. loquat̃ i notorio facti trāſeuntꝗ. vbi neceſſaria eſt aliqua diſcuſſio. cū multa dicantur notoria que n̄ ſunt. vt. i c. ꝯſulu it. ſ̄. eo iō poſſit recuſari. Archi. i. d. c. quia ſuſpecti. Jo. An. ⁊ comunit̃ doc. in c. cū. ſpeciali. j. eo. D. Anto. ⁊ qui. poſt cū ſcripſerunt hic dicunt ita diſtinguen̄: aut pro facto notorio imponitur certa pena ⁊ determinata et tunc quia eſt ſimplex et merus executor nec poteſt ledere ut uoluit Inno. in. d. c. ex parte lo. i. n̄ poſſit recuſari. et ita tex. hic. niſi uellet tanquā ex aliqua cauſa augere penā iuris uel alterare. iux̃ ea que habent̃ in. l. quid ergo. §. pena grauior ff. de his qui nō. infa. in. c. i. et. ij. ſ̄. de conſti. in. l. et ſi ſenior. C. quib. ex cau. infa. nam illo caſu cum hoc augere uel alterare. habeat



UVA. BHSC. IyR_025

in ſe arbitriū iudicis. poſſet in hoc notorio iudex parteꝫ
ledere ⁊ iō poterit recuſari. Jta. D. An. i. d. c. vſa. j. de
cohab. cleri. ⁊ mul. ⁊ ita. D. Anto. Jmo. ⁊ Panoꝛ. hic
⁊ Archi. i. d. c. quia ſuſpecti. Aut pena nō eſt certa ⁊ tūc
dato ꝙ crimē ſit notoriū poteſt iudex recuſari. quia pōt
ledere imponēdo penā cū ſit ei arbitraria. ⁊ ꝑ hoc iferꝛ
notabilis limitatio ad ea que voluit Bar. i. l. ſi quis foꝛ
te. §. i. ff. de pen. lap. allegatꝗ. ſua. xxxviij. ⁊ fuit de men
te. Jnno. i. d. c. ex pte ꝙ vbi factū eſt notoriū quis pōt
eſſe iudex i facto ꝓprio. ⁊ eſt tex. i. c. i. de pe. li. vj. ⁊ i fac
to familie. ſue. d. l. ſi quis foꝛte. quia hoc eſt verū niſi ex
illo facto veniret imponēda pena arbitraria. quia cum
poſſit ledere poteſt recuſari. Jta colligitur ex predictis
⁊ ita voluit Panoꝛ. i. c. cū veniſſet. ſ. de iudic. in cle. i. i
x. col. per card. de foꝛ. comp. Panoꝛ. in. c. i. de cleri. ma
le. in. c. dilectꝰ. de pe. Gemi. in. c. i. in pe. col. de offi. del.
li. vj. et in. c. iudex eo. ti.

**va fronte.** Abſoluitur excōmuni
catus cautione recep
ta licet aduerſariꝰ uel excōmunicatoꝛ ne ab
ſoluatꝛ appellet. h. d. et debet intelligi ſm pa
noꝛ. qn̄ offenſa nō eſt manifeſta. qꝛ ſi eſſet manifeſta nō
ſufficeret cautio. ſ; requiritꝛ ſatiſfactio. c. ex pte lo. i. j. de
ver. ſig. c. venerabilibus. §. ſecus de ſententia exco. li.
vj. habtur in. c. i. ſ. de iudic. uel aliter ſm Panoꝛ. h. d.
Appellans ab excōmunicatione pōt ſe facere abſolui
ab excōmunicatore non obſtāte appellatione ſua uł ad
uerſarij qui ne abſoluatur appellat. Diuiditur in duas
partes pncipales. in pria redarguit ſupplicātē Jn ſecū
da que eſt ibi. ſane. duplici. queſtioni. reſpondit. ſecūda
ſubdiuiditꝛ in duas prout duabus queſtionibꝰ. reſpōdet
ſecūda ibi de his. Nō prio ex tex. ibi qua fron c. quod
non obſeruās iuris oꝛdinē non uenit in ſupplicationibꝰ
ſuis audiendꝰ. nō ſolū in eo in quo nō obſeruat iuris oꝛ
dinē. ſed etiam in negocio penitus diuerſo. et iō dixit hic
Hoſt. ⁊ poſt eum bal. ⁊ Panoꝛ per hūc tex. iuncta glo.
i. colligi nōbilē modū ꝯ exemptos. qꝛ ſi exemptus dene
gat ſubditis alicuiꝰ oꝛdinarij. facere iuſticiaꝫ ſi poſtea ali
quo caſu ēt diuerſo exemptus agat corā oꝛdinario cōtra
ſubditū oꝛdinarii. ēt poteſt oꝛdinarius dicere nō faciam
tibi iuſticiaꝫ hoc caſu ꝯ taleꝫ ſubditū niſi et tu facias iuſti
ciam tali meo ſubdito ꝯ tuū ſubditū. Quod itelligit ueꝝ
Panoꝛ. ubi claꝝ eſſet ꝙ iſte exemptus iuſticiā denega
ret. facit ꝙ i ſimili dicitꝛ in. c. ⁊ ſi ignoꝛationes. de iniurijs
li. vj. Nō ſº ex tex. ibi nō i eccleſia. ꝙ licet ꝯfirmatio
electionū ſit actus iudicialis quia fit cū cauſe cognitione
ut uidebimus in glo. in uerbo. debitum. tamen poteſt
fieri in eccleſia. ⁊ hodie generalitꝛ oīa iudicia eccleſiaſtica
ſicut etiam antiquitus in eccleſia exerceri pn̄t. c. decet. de
immunitatꝛ. eccleſia. li. vj. et eſt tex. de iure antiquo in.
c. preceptū. ij. q. ij. licet iudicia ſecularia non. d. c. decet.
imo nec ꝯtractus ſeculares i eccleſia fieri debent. lꝫ facti
teneāt. glo. i. d. c. decet. legiſte i. l. nemo martires. C. ď
ſacro ſā. eccl. ⁊ ſic ſm Panoꝛ. habetꝛ elicere ꝙ ſtatutū de
ꝯtractu nō extenditꝛ ad quaſi cōtractū. nec ecōtra. ꝙ pa
tet qꝛ ſtatutū de iudiciis que dicūtur q̄ſi ꝯtractus ut uo
luit Jo. An. i. c. pia. de excep. li. vj. ⁊ eſt tex i. l. iij. §. idē
ſcribit. ff. de pedº. nō extenditur ad ꝯtractꝰ. ⁊ hoc idem
uoluit Bar. in. l. ap. iuſ. §. fi. ff. ex qui. cau. in poſ. ea uo
luit. D. Anto. in. c. ſi. i. pma fallētia. ſ. de ꝯſuet. Gemi.
i. c. i. de tempo. oꝛd. li. vj. i. c. quāuis. de pac. li. vj. uolu
it bal. ⁊ Jmo. in. l. moꝛe. ff. de acqui. hēr. ꝯrium uoluit
bar. ⁊ ibi Ludo. in. l. mutū. ⁊ in. d. l. moꝛe. ff. ď acquir.
hēr. ⁊ faciūt in ꝯrium que notat bal. in Rica. C. de pac.
⁊ bar. in. l. ſi unus. §. pactꝰ. ne peteret. ff. de pac. ubi
uoluit ꝙ ſtatutū d. contractu loquēs habet locum in li
beratione uel renūciatione ⁊ ſic in diſtrictu. et faciūt no
tata in auten. ſacramēta pub. C. ſi aduerſ. uend. Nō.
ex tex. ibi. in palacio camera. ⁊c. ꝙ iudex eccleſiaſticus nō
ſolum poſſit tenere tribunal in palatio ſuo ſed etiam in
eccleſia et camera ſua. Et dicit hic bal. ⁊ Jmo. ⁊ fuit oꝛi
ginale dictum Archi. in. c. cū eps. de offi. oꝛd. li. vi. qō
ubiqꝫ locoꝛum in dioceſi. dūmō non in loco inhoneſto.
uel ſecundum bal. hic non in uenationibus poteſt epiſco
pus indigentia cauſe cognitionē exercere. ibi conſtituen
do et eligendo tribunal. Nō ex tex. ibi. in camera re
gis. quod licet epiſcopus poſſit conſtituere ſuum tribu
nal in camera ſua non tamen poteſt illud conſtituere in
camera pncipis ſecularis ut ibi eccleſiaſtica tractet. ⁊ eſt
ratio quia indignum eſt ut penes ſeculares eccleſiaſtica
tractentur c. cum terra. ſ. de elec. dixit tamen Jnno.
hic et ibi ⁊ ſequitur Jmo. quod licet ꝯfirmatio huiuſmo
di electionum in curia pncipis ſecularis fieri non debe
at. tamen facta tenet. Nō. ex tex. ibi. pro contumacia
uel alia qualibet cauſa. quod excōmunicatio non ſolum
debet ferri uel poteſt pro contumacia. ſed etiam pro alia
cauſa ſine alio crimine. et intelligite pro contumacia ſiue
iudiciali ut in. c. i. ſ. de iudic. ſiue extraiudiciali. ut in. c.
cetrum. x. q. iij. et ad litteram Jnno. in. c. ex parte. lo. i.
j. de uer. ſig. et ita debet intelligi quod uoluit glo. in. c.
epiſcopi. xi. q. iij. dum vult quod pro ſola contumacia
quis excōmunicatur. quia intelligitur contumacia ſiue
iudiciali ſiue extraiudiciali. pro alia etiam cauſa excōmu
catur quam contumacia. ut hic intelligite mediate non
imediate. quia imediate ſemper ad excōmunicationem
requiritur contumacia. c. nemo. epiſcopoꝛum. xi. q. iij.
et ideo glo. in. d. c. epiſcopi. dicit ſola contumacia quem
excōmunicari. mediate autem ſufficit. aliud crimen ad
excōmunicationem. quia propter omne crimen moꝛta
le ut in. c. nullus. et. c. quicūqꝫ. xj. q. iii. mediāte medio
monitionis et ꝙ monitus noluerit parere, quis excōmu
nicatur. et nō aliter ab homine eſt excōmunicāi. et ſic ex
planādo tex. dicite. excōmunicatꝛ quis pro ꝯtumacia. ſ.
tanꝙ cā imediata. uel alia q̄libet cā. ſ. moꝛtali crimīe tā
ꝙ cauſa mediata et remota. Nō ex tex. ibi. ne i excōmu
nicatiōe decedat. ratiōꝫ q̄re ſꝫ unū itellectū iudex a quo
pēdēte appellatiōe excōmunicatū abſoluit. ne decedat i
excōmūicatiōe. ⁊ illa ē rō. ⁊ cū ſit expꝛeſſa i. l. cēſetꝛ. finał.
iux glo. i. l. ꝙuis. C. de fideiuſ. ⁊ ſic fauore aīaꝝ. nō. ex
tex. ibi. ne abſoluatꝛ. ſm unū itellectū ꝙ excōmunicatº ēt
ꝑꝑ notoꝛiā offēſaꝫ ſi aduerſariꝰ appellat ne fiat abſolu
tio. tn̄ ſi poſtea abſoluatꝛ tꝫ abſolutio. lꝫ facta pendente
appellatiōe. ⁊ ſic hētis magnū fauoꝛē quē plꝰ hēt abſolu
tio ꝙ excōmunicatio. qꝛ excōmunicatio poſt appellatio
nē lata ē nulla. c. ꝑ tuas. j. de ſentētia exco. abſolutio
facta pen. ap. ualet ⁊ tꝫ. ⁊ ſic hētis aliud ꝙ lꝫ iudex a quo
ꝯ appellatiōeꝫ nihil attētare poſſit. c. ſupꝛ eo. lo. iº. ſ. eo.
imo ēt pro faciliori expeditiōe appellationis nihil pōt ꝯ
appellationē. c. cū teneamur ibi ꝑtermiſſo. ſ. eo. tn̄ fauo
re aīaꝝ ſi ne fiat abſolutio appelletꝛ. abſolutio poſtea fac
ta ualet et tꝫ. h bene ueꝝ eſt ꝙ ſi ꝓnūciabitꝛ iuſtā fuiſſe
appellationē retractabitꝛ abſolutio. ſꝫ credo hic non eſſe
tantam ſigularitatem nā hic iō abſolutio tenet poſt ap
pellationē quia erat appellatio manifeſte fruſtratoꝛia. qꝛ
a iure repꝛobata. ut hoc tex. ⁊ patebit. j. i. iiij. intellectu.
iō appellatio nō ſuſpendit iuriſdictionē iudicis a quo. c.
cū appellationibus. eo. ti. li. vj. nam appellando ne ab
ſoluatur excōmunicatus qui uult cauere uel parere. fri
uole ⁊ contra iuris ꝓhibitionē appellatꝛ. idē eſſet i excō
municatiōe lata poſt appellationē friuolā. nec ē dr̄a in h
nō. ex tex. ibi. ſi maluerit aduerſariꝰ. ꝙ qn̄ appellatꝛ ad
curiā nō poteſt ꝑs iuita cogi ad ꝓſequendū appellatio
nē in curia. ſꝫ debet ipetrari delegatꝰ i partibus. ⁊ facit.
c. ut litigan̄. de offi. oꝛd. li. vj. i rōe ſui. uidete glo. magi
ſtrā ⁊ ibi doc. coīt i. c. i. i ṽbo petiit. eo. ti. li. vi. nō. ex tex.
ibi ꝯquerūtur. ꝙ excōmunicatꝰ nō ſolū ipugnat excōmu
nicationē in uiam appellationis. ſed etiam in uiam que
relle. ⁊ iō ſemꝑ pōt q̄rellare. nec quo ad q̄rellā excluden̄
trāſit i rē iudicatā excōmunicatio. c. ad repꝛimen̄. ſ. ď of
fi. oꝛd. ⁊ ibi hētur i. c. uenerabilibꝰ. i pꝛin. de ſētētia exco

UVA. BHSC. IyR_025

li.vj. Nō.ex tex.ibi excōicatus uel īterdictus ꝙ lꝫ ex
cōicatio nō feratur ꝯ̃ vniuerſitatē ſed īterdictū.c.roma
na.§.uniuerſitatē.de ſen.exco.li.vj.tn̄ īterdictū poteſt
ēt ferri ꝯ̃ ꝑticularem ꝑſonam.c.is cui.de ſen.exco.lib.
vj. Nō.ultimo,ex tex.ꝙ excōicatoꝛ appellās ne excōi
catus preſtita cautione abſoluaᵗ non eſt audiendus.de
quo tn̄.j.latius qualr̄ debeat intelligi.⁊ ꝑ iſtum tex.dixit
glo.in.c.ſūt quoꝝ.uer.ſi quis ēt auſus.ij.q.vj.⁊ ibi Ar
chi.ꝙ ubi debitū eſt liquidū pōt creditoꝛ īpedire ne ſepe
liatur debitoꝛ.niſi ſatiſfiat ſibi.de illo.Archi.ibi late.et
d.Anto.in.c.ex ꝑte.el.ii.de ſepul.⁊ Ang.in auten.ut
defunctoꝝ funera in.i.col.qui tn̄ loquitur qn̄ ſtatutū ꝑ
mittit ꝙ pro inſtr̄o liquido poſſit fieri executio in ꝑſonā.
Glo.in uerbo.debitū in fi.habetis primo notare.ex
gl.ꝙ cāe cognitio requiriᵗ in ꝯfirmatōe electōis.De foꝛ
ma huius cāe cognitionis hodie habeᵗ late i.c.fi.ď elec.
li.vj.⁊ qualr̄ procedi debeat in cle.diſpendioſā.de iudi.
Ultimo dū glo.vult ꝙ tenetur ep̄s requirere ꝯſenſū
capituli in ꝯfirmandis electionibus.glo.male loquiᵗ.q̃
ſatis eſt ꝙ requirat ꝯſilium.d.c.nouit.⁊.c.quāto.⁊ hoc
ēt hodie ꝯſuetudine tolli pōt.c.iij.⁊ ibi habeᵗ de ꝯſue.
li.vj.per.d.Anto.in.c.cū inter.§.i.in.ij.col.ſ̄.de re
iudi. Glo.in v̄bo decedat.in fi.habes ex glo.tres rō
nes quare excōicatus i tex.noſtro abſoluiᵗ.prima q̃ ꝓ
pter peccatū homo moritur cito.⁊ vltra iura allegata ī
glo.ē bonus tex.in.c.qualiter ⁊ qn̄.el.ij.ǰ.de accu.iux
ta illud.viri iniquitatis nō dimidiabūt dies ſuos.⁊ illō
virū iniuſtū mala capiēt in interitū. Secūda ē ratio.q̃
vbi res celeritatē deſiderat non admittiᵗ appellatio.Et
notate iſtā glo.q̃ per eam habetis ſm̄ doc.hic.ꝙ ubi pi
culū eſt in moꝛa nō admittiᵗ appellatio.⁊ voluit ſpec.
co.ti.§.in quibus caſibꝰ v̄ſi.viii.ſequūtur cōiter hic do
cto.Tertia ē rō.ne iſte decedat in excōicatione.⁊ ſic fa
uore aīarum. Glo.in v̄bo.cautione.in fi.gl.bene lo
quitur.⁊ facite regulā ꝙ in abſolutione ab excōicatione
ſufficit regulariter iuratoꝛia cautio.c.ex tenoꝛe.c.cū de
ſideres.in gl.allegatis. Fallit primo niſi quis ſit excōi
catus ꝓpter ꝯtumaciam iudicialē.q̃ iuri nō paruerit in
iudicio.q̃ tunc ſicut cautōes de iudicio ſiſti.⁊ ſimiles ꝓ̃
toꝛie iudiciales ſūt fideiuſſoꝛie.l.pretoꝛie.ff de ꝓ̃t.ſtip.
ita illa que ſuccedit loco cuiuſdam cautiōis iudicialis ꝓ
relaxatione pene illate,ꝓpter ꝯtumaciā iudicialē dꝫ pre
ſtari cū fideiuſſione.⁊ ita dꝫ intelligi glo.noſtra in fi.ſm̄
Bal.Panoꝛ.⁊ alios ⁊ dicit hic Bal.ꝙ ꝯ̃ tales fideiuſſo
res nō dabiᵗ libellus.nec fiet lit.ꝯteſt.ſed ex officio iu
dex faciet executōem contra eos.per ea que habenᵗ i.l.
qui reſtituere.ff.de rei ven.bar.in ſiſi in.l.i.ff.iudicatū
ſolui.poſt gl.⁊ in.l.fi.C.de vſuris rei iud. Jo.an.⁊ alij
in.c.i.de iniur.li.vj.Bal.in.l.duobꝰ.§.ergo.ff.ď iure
iuran.Pe.de ancha.in ꝯſi.xxxij.incip.apud ītelligētes
vbi ꝯcluditur ꝙ ꝯ̃ fideiuſſorem iudicialem ꝓceditur exe
cutiue.⁊ ad predicta facit in ſimili.c.i.ſ̄.de ſequeſt.poſ.
⁊ fruc.vbi relaxatio ſequeſtri facti,ꝓpter ꝯtumaciā iudi
cialem non fit niſi preſtita fideiuſſoꝛia cautōe. Limita
bitis ſecūdo non ꝓcedere qn̄ fuiſſet quis primo abſolutꝰ
⁊ non ſatiſfeciſſet iniūctis in abſolutione.q̃ tūc reduciᵗ
in excōicationem nec abſoluiᵗ poſtea niſi cū fideiuſſione
c.queſtiōi.ubi tex.ſ̄.e.⁊ ibi cōiter docto.c.ſignificauit.ď
offi.oꝛd.glo.in ſimili in.c.ꝑuuli.xxij.q.v.Bal.poſt gl.
in ſimili.i.l.i lege.in prin.ff.ad ſillenianū. Limitabi
tis tertio nō ꝓcedere.ubi dubiū ē ne iſte ꝑieraret uel ꝑiu
rus ſit ſi iuret ſtare mandatis eccleſie.nam tunc non eſt
ei deferendū iuramentū quē ſciuᵗ ꝑiceraturū.c.clericos
ǰ.de coha.cleri.et muli.notaᵗ in.c.ad reprimendam.ď
offi.oꝛd.ibi Panoꝛ.in.ij.col.Vin.Jo.an.⁊ alij.⁊ Pa
noꝛ.in.c.qōni.in fi.ſ̄.eo.ubi hoc uoluit.⁊ ponitur in.c.
cū in eccleſijs.ſ̄.de maio.⁊ obe.Et ideo exigiᵗ fideiuſſo
ria cautio.ita panoꝛ.hic.ꝑ ea que habenᵗ in.c.fi.ſ̄.de
reſti.ſpol.faciunt optime que habentur in.c.lr̄as.ſ̄.de
reſti.ſpol. Limitabitis quarto non ꝓcedere.ubi ma
niſeſta eēt offenſa.q̃ tūc non ſufficit iuratoꝛia cautio ſꝫ
requiritur ſatiſfactio.d.c.venerabilibus.§.ſecꝰ.⁊.d.c.
ex ꝑte.el primo. Opponitur ab extra ꝯ̃ tex.noſtrū
nam aut iſte qui petit abſolui erat excōicatus ob mani
feſtam offenſam ⁊ tūc non poteſt ꝓcedere tex.noſter.q̃
uult ꝙ iſte abſoluatur preſtita cautione.ꝙ certe ē ꝯ̃ tex.
in.d.§.ſecus.⁊.d.c.ex ꝑte.q̃ requiriᵗ ſatiſfactio.Aut
iſte erat excōmunicatus ob dubiam offenſam.⁊ tunc ab
ſolutio cum cautione uidetur fuiſſe iuſta.d.c.cū deſide
res.ergo pars que appellauit ne abſolueretur fruſtra ap
pellauit.ex quo abſolutio fiebat ſm̄ foꝛmam iuris.ſi fru
ſtra appellauit ergo non bene loquitur tex.noſter.qui
vult ꝙ in cautione promittatur ſtare mandatis iudicis
ad quem eſt appellatum.nam ex quo appellatio fuit fru
ſtratoꝛia non deuoluit.vnde pro ſo.dicite.ꝙ primus ē
intellectus ꝙ tex.noſter loquatur in excommunicatione
lata propter notoꝛiam offenſam dei non autem tertij.
puta notoꝛius blaſphematoꝛ uel notoꝛius concubinari
us.uel ſimiliter ⁊ ſic ſoluendo contrarium.§.ſecus.ve
rum eſt ꝙ ubi manifeſta ē offenſa ante abſolutionē de
bet ſatiſfieri quando offenſa reſpicit tertium.ſecus ſi re
ſpicit deum.⁊ ita loquitur tex.noſter quia tunc quando
offenſa reſpicit deum abſoluitur ſola cautione.⁊ ita eſt
tex.hic Et ita Jmo.hic. Alius eſt intellectus ꝙ hic lo
quamur de excommunicato ob manifeſtam cauſam cu
ius ſatiſfactio erat ſpiritualis.nam cum excommunica
tus non poſſit ſpiritualia tractare.c.fi.de cleri.exco.mi.
Jdeo non poterat ſatiſfacere ante abſolutionem.ut er
go poſſit ſatiſfacere non mirum ſi dato ꝙ cauſa excom
municationis ſit manifeſta.poteſt abſolui non premiſſa
ſatiſfactione quam facere non poterat.quia actus erat
ſpiritualis.puta illi de capitulo excommunicantur quia
nolunt eligere vnum in canonicum ad mandatum pa
pe.cauſa iſta ē manifeſta.petunt abſolui.ut ſatiſfaciant
huic cauſe neceſſe ē ꝙ hunc eligant.excommunicati eli
gere non poſſunt.d.c.fi.Ad hoc poterunt abſolui non
premiſſa ſatiſfactione quam preſtare non poſſunt ſꝫ pre
ſtita cautione.Et hoc voluit Jnno.⁊ ibi alij in.c.pro il
loꝛum.ǰ.de preb.facit bonus tex.in.c.ueniens.lo.ij.in
fi.ſ̄.de reſti.faciunt que habentur in.c.p.⁊.g.ſ̄.de offi.
delega.in.c.odoardus.ǰ.de ſol.⁊ facit quod dixi heri pꝰ
panoꝛ.in.c.queſtioni.ſ̄.eo. Tertius datur intellectꝰ
ꝙ licet excommunicatus ob manifeſtam offenſam non
debet abſolui niſi premiſſa ſatiſfactōne tamen ſi abſolua
tur tenet abſolutio etiam non premiſſa ſatiſfactione.
ſed preſtita cautione.Et ita loquitur tex.noſter ſecundū
Hoſtien.hic.quem in dicto ſequuntur communiter do
cto.⁊ facit tex.in.c.venerabilibus.§.vbi autem.de ſen
tentia excommuni.lib.vi.voluit Jnnocen.in.c.ab ex
communicato.in glo.in verbo.obtentis.ſ̄.de reſcrip.
volunt domini de rota deciſi.ſua.ccclxxxvij.que incipit.
Jtem ſi pronuncietur ⁊ faciunt que notātur in.c.ex par
te.ſ̄.de offi.oꝛd.ubi.ſecundum communiter docto.licꝫ
glo.ibi teneat contrarium.ſicut excommunicatio lata ob
falſam cauſam.valet ⁊ tenet ita ⁊ abſolutio.facit glo.in
cle.i.in verbo nullatenus.de ſequeſtra.poſ.⁊ fruct.vbi
c.ſacro.quod loquitur de excommunicantibus contra
oꝛdinem iuris ꝙ teneat excōmunicatō extenditur ad ab
ſolutionem.facit capitu.verbum.de penitentijs diſtin.
prima.facit glo.in capitu.i.in uerbo attentetur.de offi.
oꝛdi.lib.vj.ubi in ſententijs cēſurarum licet ferri probi
beantur tamen late tenenᵗ.facit quia iniuſta excommu
nicatio tenet.c.i.xi.queſtione.iii.ergo multo magis ab
ſolutio que eſt fauoꝛabilis.l.arianus.ff.de actio.⁊ obli
gatio.Et uoluit Jnno.in.d.c.ab excommunicato.fa
cit q̃ excōicatio multū ꝑiudicat pti.q̃ remouet eū a cōi
one.c.cū excōicato.xi.q.iii c.illud.ǰ.de cle.exco.mi.ab
ſolutio āt cū cautōe facta ut hic ius alterꝰ nō tollit.lꝫ dif
ferat.ergo multo magis ualebit abſolutio ꝙ̃ excommu
nicatio. Quartus datur itellectus ꝙ text.noſter lo

UVA. BHSC. IyR_025

quiatur in excommunicato ob dubiam offenſam. ⁊ dum
dicitur appellatio. ergo ne abſoluatur non tenuit ergo
non deuoluit. reſpondet Panoꝛ. reiectis lecturis repꝛo
batis ꝙ debemus intelligere ꝙ hic fuiſſet appellatuꝫ ab
excõmunicatione. ⁊ excõmunicatus peteret abſolui a iu
dice a quo aduerſarius replicaret ne abſolueretur fuit ta
men abſolutus cum cautione. quia dubia erat offenſa.
Et dum dicitur ꝙ cauet de parendo mandatis coraꝫ iu
dice ad quem intelligit ipe pꝛimo iudice ad quem appel
lauerat excõmunicatus. non autem illo iudice ad quem
appellauerat aduerſarius ne abſolueretur quia illa ap
pellatio fuit friuola nec deuoluit. Et ſi dicatur nonne
petendo appellans ſe abſolui a iudice a quo renuncia-
tum eſt appellationi. ergo in cautione non debuit ꝓmit
ti ꝙ ſtabitur mandatis iudicis ad quem reſpondetur.
vel ꝙ hic fuit aditus iudex a quo cum pꝛoteſtatione de
non renunciando appellationi. vl ꝙ fuit aditus nõ ſim
pliciter ſed expꝛimendo ut interim poſſit melius cauſam
appellationis tractare. ⁊ pꝛo habilitatione ꝑſone ſue
nam his duobus caſibus poteſt iudex a quo adiri. nec
videtur renunciatum appellationi ut dictuꝫ eſt poſt In
no. in. c. queſtioni. ſ. eo. Imo. tamen hic in pꝛimo caſu
de pꝛoteſtatione tenet contra Inno. ⁊ ſic tenet opi. bal.
per fundamenta ſua. de qua dixit in. d. c. queſtioni. ⁊ ſi
a rius inſtetur iudex a quo nullo pacto poteſt abſolueř
quia per appellationem ſuſpenſa eſt eius iuriſdictio. c.
ſuper eo. lo pꝛimo. ſ. eo. reſpondet panoꝛ. ⁊. d. Anto.
ꝙ cum illud tendat in faciliozem expeditionem appella
tionis pꝛime. ⁊ etiam per tres rationes aſſignatas i gl.
in uerbo. decedat ꝙ hic ſpeciale eſt ꝙ iudx a quo poteſt
abſoluere iſtum excõicatum. ⁊ facit tex. in. c. cum tenea
mur. ſ. eo. maxime quia omnino iudex ad quem habe
ret iſtum excõmunicatum a pꝛincipio cauſe abſolueř. c.
per tuas. circa pꝛin. ſ. de ſen. exco. Ideo ſi iudex a quo
hoc expedit minus ſupereſt agendi coraꝫ iudice ad quē
Quintus datur intellectus. quem etiam uoluit hic pa
noꝛ. ꝙ hic attendamus appellationem interpoſitam ne
abſoluatur. ⁊ ſit ſenſus ꝙ excõmunicatus peteret ſe ab
ſolui ab excommunicatoꝛe aduerſarius diceret eum nõ
eſſe abſoluendum. quia manifeſta eſſet offenſa excõmu
nicatus negaret ipſam manifeſtam appellauit aduerſa
rius. ſi uolumus intelligere text. ſm iura antiqua ap-
pellauit ſimpliciter nullo grauamie expꝛeſſo ut poterat
per ea que uidebimus in. c. ut debitus. ſ. eo. talis appel
latio deuoluit cauſam ad iudicem ad quē. ut ibi iudex a
quo abſoluit cum cautione deparendo mandatis corã
iudice ad quem. quia appellatio non fuit friuola qꝛ ſub
erat cauſa licet non expꝛeſſa quia iſte aduerſarius dice
bat notoꝛiam offenſam. ideo hic papa decidit abſolutio
nem ualere. pꝛimo pꝛopter faciliozem executioneꝫ appel
lationis. Secundo fauoꝛe animarũ. ⁊ per rões glo. hic
nec iſta abſolutio dicitur ꝯ appellationē. qꝛ appellatō fu
erat ſimpliciter iterpoſita. nec in ea erat expſſum ne ab
ſolueret. Sed ſi intelleximus tex. noſtrũ loquitur ſm iu
ra hodierna cũ in appellatõne ab iterlocutoꝛia requira
tur expſſio cãe. d. c. ut debitus ſit ſenſus in tex. nřo. ꝙ
dum excõicatus peteret abſolui aduerſarius appellauit
ne abſolueretur. qꝛ manifeſta eſt offenſa de hoc tñ non
ꝯſtabat iudici. iudex a quo non obſtante appellatõne ab
ſoluit cum cautione ⁊c. Decidat papa ualere abſolutõꝫ
non qꝛ tendat in faciliozem executionē appellationis qꝛ
eſt ꝯ appellationē ne abſolueretur iterpoſitam. ⁊ licꝫ iu
dex a quo poſſit expedire ea que tendũt ad facilioꝛeꝫ ex
peditionem appellationũ non tamē iſto cãu quando di
recte ſunt ꝯ appellationē. c. cum teneamur. ſ. eo. debet
ita limitari. hic aũt non obſtante dicta appellationis pē
dentia iudex a quo abſoluit fauoꝛe aīarum. ⁊ ꝓpterea
iſte tex. expꝛeſſit hanc rõem. tanqꝫ finalē. Sext⁹ ⁊ vl
timus itellectus quem dant oēs ꝙ hic iſte peteret abſol
ui a iudice ad quem. nõ a iudice a quo. quod pꝫ ꝑ tex.

ibi in fi. dum uult ꝙ excõicatoꝛ ſe opponeret ⁊ tñ ē caſuſ
continuatus ad pꝛecedentes. ⁊ ſit ſenſus planus ꝙ excõ
municatus appellauit ⁊ corã iudice ad quē peteret ſe ab
ſolui iuxta. d. c. ꝑ tuas. aduerſarius uel excõicatoꝛ ſe op
poneret ⁊ ne abſolueretur appellaret. iſte iudex ad queꝫ
tanꝗ appellatio illa eſſet friuola ne abſolueret ⁊c. qꝛ du
bia aſſerebat offenſa cũ cautõne abſoluit. ut in lřa et ſi
opponat ꝯ. d. c. romana. §. ſnias. e. li. vj. ubi iudex ad
quem nõ debꝫ retractare ſnias cenſure niſi cognito d cã
⁊ ſic citata pte ⁊ alijs diſcuſſis. ⁊ tñ tex. noſter non ꝓſup
ponit magnã diſcuſſionē ſoluit ibi Io. an. in nouella. ⁊
ēt panoꝛ. hic. ⁊ Imo. ꝙ illud pꝛocedit qñ vult in uiaꝫ re
uocationis ꝓcedeř reuocando ſnias. nos loquimur qñ
in uim abſolõnis eſt rõ diꝛc. nam qñ iudex ad quem re
uocat ſententias iudicis a quo tractatur de ꝓiudicio pꝛi.
Item de pꝛeiudicio iudicis a quo qꝛ reuocãdo pꝛeſuppo
nit bene appellatum ⁊ ſic pꝛeiudicat appellato. ⁊ in ꝯſe
quentiam male iudicatum. ⁊ ſic pꝛeiudicat iudici a quo.
l. cos in pꝛin. ⁊ ibi nõ. C. eo. ſed quando abſoluit non ꝓ
iudicat aduerſario. quia per cautiõem eſt ſibi ꝓuiſum ſi
ius habet. nõ pꝛeiudicat iudici a quo. quia imo abſolutiõ
pꝛeſupponit ualiditatem excõmunicatõis. c. venerabilē
ſ. de elec. c. cum uenerabilis. ſ. de excep. nõ. bar. i. l. de
cem. ff. de uer. ob. nõ ergo mirum ſi iudex ad quem nõ
diſcuſſa cauſa appellatõis abſoluit excõicatum appellan
tem. d. c. ꝑ tuas. ⁊ ꝙ ſine citatõe tenet abſolutio bonus
tex. in. c. olim ubi. d. Anto. de reſcrip. Bal. in. l. ſi pacto
C. de pac. d. Ant. in. c. dilectus. el. i. de reſcrip. panoꝛ.
in. c. ꝑ tuas. de ſen. exco. bal. in. c. i. de iudi. Querit
per Io. an. nũquid ad abſolutionem uel reuocatiõem
excõicationis requirat citatio. ⁊ reſpõdet colligendo eo
rum dicta. ita eē diſtinguenduꝫ. aut loquimur de reuoca
tõe excõicationis aut de abſolutiõe. Si de reuocatiõe et
etiam iudex met qui ꝓtulit eam reuocare põt abſqꝫ alia
citatione. ponit gl. in. c. cum ab eccliarum rectoꝛibus ad
fi. ſ. de offi. oꝛd. tex. in. c. ab excõicato. ſ. de reſcrip. Si
uero reuocat alius iudex puta ſuperioꝛ ⁊ etiam quia re
uocando uidetur primũ iudicem ꝓnũciando iniuſte ꝓ
nunciaſſe requiritur cãe cognitio ⁊ citatio. ſiue ſuperioꝛ
adeatur per appellatõem. c. romana. §. ſnias. ubi tex.
eo. ti. li. vj. ſiue adeatur per querellam. c. ab excõmuni
cato. vbi caſus pꝛeallegato. aut loquimur de abſolutiõe
⁊ etiam ſi ipſe met iudex uult abſoluere cãu quo ex offi
cio excõicauit. Et hoc cum ipe ſupplicat cum quo factuꝫ
eſt negocium. c. venerabilibus circa pꝛincipiũ. de ſnia ex
cõmu. li. vj. nõ requiritur citatio alterius. gl. eſt in. c. ex
communicatos. xi. q. iij. Si uero eſt alius iudex ſupioꝛ.
qui vult abſoluere ⁊ tunc ſi eſt talis qui poteſt adiri ꝑ ap
pellationem tantũ ut archieps. ut in. c. paſtoꝛalis. de of
fi. oꝛd. de neceſſitate hꝫ citare ptem cum non habeat ali
quã iuriſdictionem. niſi recepta appellatione. c. romana
§. i. e. ti. li. vj. Aut eſt tal qui poteſt adiri etiã per querel
lã ut habetur in. c. i. ſ. de offi. leg. ⁊ tunc ſi dubia eſt offē
ſa ⁊ fuerit per querellã aditus ſuper ea poteſt abſoluere
non citata pte recepta cautione. qꝛ omnino ptis nihil in
tereſt ut citetur. cũ per cautionem ſit ſibi ꝯſultum. c. ſolꝫ
de ſententia exco. li. vj. ⁊ facit quod notat glo. hic in uer
bo. decedat. circa tertiã rationem. Aut. n. offenſa ſit du
bia uel manifeſta aliter non apparet iudici. Et tunc
quia pars foꝛte demonſtrabit offenſam eſſe mani-
feſtam. ſua intereſt ut citetur ⁊ pꝛopterea citari debet.
Ita Inno. in. capi. inter quatuoꝛ. ſ. de maio. ⁊ obe. et
facit tex. in. d. c. uenerabilibus. uerſi. idemque. Et hec
duo membꝛa ponit Pe. de ancha. ⁊ Gemi. in. d. §. ſen
tentias. ⁊ pꝛocedit pꝛedictus articulus non ſolũ quando
ſimpliciter petitur abſolõ. ſꝫ ēt qñ petitur abſolutio ad
cautellam. nam ⁊ tunc poteſt pars opponere offenſam
eſſe manifeſtam. ergo venit citanda. d. c. inter quatuoꝛ
l. nam ita diuus. ff. de adop. l. de vno quoqꝫ. ff. de re iu
di. Et de hoc eſt bonus tex. in. d. c. ſolent. tamen licꝫ in

UVA. BHSC. IyR_025

abſolutione pars citari debeat ſi fuerit facta ſine citatio
ne facta tamen tenet regulariter. d. c. uenerabilibus. §.
vbi autem. ⁊ facit glo. nō. in. c. in uerbo. attentetur. de
offi. ordi. li. vj. ubi voluit ꝙ in ſententijs cenſuraruз iſta
ſit regula. ꝙ licet fieri prohibeantur tamen que facta ſūt
tenent. Sic ergo tenendo morem conſuetum ut reducā
mās quantum poſſum regula ꝙ abſolutio licet ferri nō
debeat tamen lata tenet. ut eſt hic caſus ſm unum intel
lectum. Et dixi heri circa tertium intellectum. Iſta cō
cluſio limitatur non procedere ubicunqз abſoluens nō
haberet iuriſdictionem puta quia eſt talis ſuperior qui
non poteſt adiri niſi per appellationem. ut archiepiſco
pus. nam ſi per appellationem aditus abſoluatur non
recepta appellatione. ⁊ per conſequens non citata par
te non ualet abſolutio. arg. d. c. romana. §. i. ⁊ facit gl.
nō. in. c. preſenti. de ſen. exco. li. vi. ubi uoluit ꝙ ſenten
tie cenſurarum ex defectu iuriſdictionis bene reddantur
nulle. ⁊ ita facit. c. cure. xi. q. iii. Limitabitis ſcdo dic
tam concluſionem non procedere. ubi abſolutio eſſз de
legata ab homine ſub forma citandi partem. naз illo ca
ſu non valet abſolutio non permiſſa citatione. Et idem
eſt ſi alia forma requiretur ab homine. glo. eſt nō. i cle.
i. in uerbo nullatenus. de ſequeſtra. poſ. ⁊ fruc. Uoluit
Jo. an. ⁊ ibi doc. in. c. piſanis. ſ. de reſti. ſpolia. quod i
telligit Panor. ibi uerum niſi eſſet talis iudex qui abſol
ueret. qui oīno haberet poteſtatem aſs a iure. nam licet
puta ordinario delegetur cauſa abſolutionis addita for
ma citatis citandis. tamen ſi abſoluat omiſſa citatione
valebit abſolutio. quia licet hoc non poſſet facere ut de
legatuſ niſi ſeruata forma poteſt tamen facere ut ordina
rius. ⁊ in dubio uidetur elegiſſe uiam qua abſolutio ua
leat. ⁊ ſic abſoluiſſe ut ordinarius. ⁊ de hoc eſt glo. nō. i
cle. i. in verbo inhibentes de iure patro. ⁊ facit dictum
Inno. in. c. cum ex officii. ſ. de preſcrip. de cuius verita
te ponit. d. Anto. late in. c. ſuper litteris. ſ. de reſcrip. fa
ciunt notata per legiſtas in. l. iii. ff. de teſta. mili. Limi
tabitis tertio. d. concluſi. non procedere. quando ma
teria non eſſet capax huiuſmodi cenſurarum puta i uni
uerſitate que habet corpus fictum ⁊ repreſentatum. vn
de nec excōmunicari nec abſolui poteſt. nec facta tenent
tex. eſt ⁊ ibi glo. in prima opi. quam ſequuntur cōmuni
ter docto. in. c. romana. §. vniuerſitatem. de ſen. exco.
li. vj. Limitabitis ⁊ quarto non procedere. ubi. l. re
quireŗ certam formam ante abſolutionem pregnanti
bus verbis additiſ puta nullatenus fiat uel nullo modo
fiat niſi cum tali forma. nam tunc videtur ꝙ aliter facta
abſolutio ſit ipō iure nulla. per glo. in prima opi. in. d.
cle. vnica. in uerbo nullatenus. per ea que notantur in
d. §. vniuerſitatem. per ea que notat Bal. in. l. non du
bium. C. de legi. per notata in. l. decernimus. C. de ſa
cro ſan. eccle. tamen ueritas eſt in hoc in contrarium. ⁊
ita firmat glo. in. d. uerſi. nullatenus. ⁊ ita vult Ancha.
⁊ Gemi. in. c. pe. qui ita intelligunt illum tex. de imuni
ta. eccleſia li. vj. faciunt notata. in. c. fi. de offi. dele. eo.
li. vi. in. c. quāꝙ. de cenſi. eo. li. in. c. ſacro. j. de ſen. ex
co. ⁊ faciunt que dixi. ſ. in tertio intellectu. Ultimo
vt nihil omittatur queſiuit hic Imo. nūquid contra pe
tentem abſolutionem ab excōmunicatione ab alio ad
uerſario excōmunicato poſſit opponi exceptio de noto
ria offenſa. uel de expenſis prius reficiendis. iuſta. d. §.
ſecus. ⁊. d. c. ex pte. el primo. Et an repellatur iſte exci
piens replicatione excōmunicationis. Et videbatur ꝙ
illa replicatio excluderet hunc excipientem. per notata i
c. ex inſinuatione. ſ. de procur. in. c. dilectus. el primo.
ſ. de reſcrip. in. c. quoniam multos. xi. q. iij. per notata
maxime per Bar. in. l. de pupillo. §. qui remiſſioneз. ff.
de oper. no. nunci. per canoniſtas in. c. i. de reſcrip. lib.
vj. in. c. intelleximus. ſ. de iudi. in. c. cum inter. ſ. de ex
cep. vbi excōmunicatus repetens poſſeſſionem ſuaз nō
admittitur ergo nec admittet petens ſatiſfactionē offen
ſe. In contrarium determinat hic Imo. quia non ita p
uocat quantum prouocatur ex quo ille petit abſolutio
nem. Iteз quia incidenter opponit non autem principa
liter petit. iō nō obſtante excōicatōe admitti dз. ut notat
in. d. c. intelleximus cum iuribus ſupra allegatis. Et in
c. cum inter. de excep. in. c. exhibita. de iudic.

**Eprehenſibilis.** Non de bent p
lati proferre ſententiam cenſure niſi moniti
one premiſſa. h. primo. Et ſubditi precipue
regulares a diſciplina ⁊ a correctione appellare non poſ
ſunt. h. ſo. Et appellanti debet ſtatui terminus ad pro
ſequendum. j. quem ſi non proſequitur appellatio eſt d
ſerta. Et iudex a quo libere procedit. h. tertio. ⁊ appel
lans ſi non proſequitur appellato proſequente conde
natur in expenſis. h. quarto. Et quinqз dicta ponit. ſm
ſbi. neqз ſubiecti. tertiū ibi. ſi uero quiſꝙ. quartum ibi ſi
autem in quacunqз. quintū ibi. hec in religioſis. Nō
ex tex. ibi. niſi canonica ꝙ excōmunicatio nec ſuſpenſio
nec interdictum debet ferri niſi premiſſa monitōe. cui⁹
formam ponit tex. in. c. conſtitutionem. de ſen. exco. li.
vj. tamen illa equiparatio procedit quando ob cōtuma
ciam huiuſmodi cenſure feruntur. ſed ſi ferantur in pe
nam delicti tunc longa eſt differentia. quia ſuſpenſio ob
penam delicti. fertur non premiſſa aliqua citatione dū
modo de delicto conſtet. c. tam litteris. ubi tex. ſ. de te
ſti. licet hoſti. hic uoluerit contrarium. excōmunicatio āt
cum nunquam feratur pro ſolo crimine ab homine niſi
precedente contumacia. ut voluit glo. in. c. epiſcopi. xi.
q. iij. ⁊ propterea cum ſit pena contumacie ceſſante con
tumacia debet abſolui excōicatus. ⁊ ſic ceſſabit excōmu
nicatio. c. nemo. in fi. xi. q. iij. Ideo ante excōmunicatio
nem ſemper debet procedere monitio quando fertur ab
homine. ⁊ hanc differentiam inter ſuſpenſionem ⁊ excō
municationem voluit Inno. ⁊ ibi ſequuntur cōmuniter
doc. in. c. i. j. de exceſ. prela. Et etiam panor. hic. ⁊ ideo
licet regulariter omnes pene ſint in dubio perpetue. ut
eſt glo. in cle. i. quam ibi ponderat Cardi. in uerbo pe
na. de reb. eccle. non alie. vel ſaltem ſuo tempore cōmē
ſuretur tamen excōmunicatio cum ſit pena contuma
cie de natura ſui nō eſt ppetua. ſз ceſſāte ꝯtumacia tolli
dз bonus ē tex. ⁊ ibi Inno. ⁊ alij in. c. ex lrīs. ſ. de pſti.
facit. d. c. nemo. i fi. ⁊ ſic ex dicto Inno. habetis ꝙ excōi
catio ab hoīe lata regulariter dicitur pena ꝯtumacie nō
aūt delicti. ſuſpenſio aūt poteſt eſſe pena ſimplr delicti
Et faciūt notata per glo. magſam in. c. cupiētes. d pen.

Et ſic habetis ꝙ alia ē pena ꝯtumacie ⁊ alia pena d
licti. ⁊ ideo lз in penis delicti de vna pena ad aliaз fiat cō
penſatio ut habetur maxie per bar. in. l. i. ff. vi bo. rap.
in. l. ſenatus. ff. de accu. vſqз adeo ut pena impoſita pro
vulnere ſi poſtea ex uulnere ſequatur homicidiū ppter
qō ſi ſtante ſtatuto iponit pena pecuniaria illa pena ſo
luta pro vulnere cōpenſabitur i pena homicidij. ita ang.
in. l. ſi ſeru⁹. § bone. ff. d condi. fur. bal. in. l. huic ſcrip
ture. §. ſi ſeru⁹. ff. ad. l. aquil. tamē pena pecuniaria ſo
luta pro contumacia cōmiſſa in una cā criali nō cōpenſa
bitur in pena ipſius cris. dato ꝙ ſit pecuniaria. qꝛ pena
ꝯtumacie nihil cōc hз cū pena ipſius cris. ita uoluit bar.
i. l. ⁊ iō. ff. de cōp. per illū tex. bal. i. l. ii. qui ſatiſd. cog.
bal. in. l. data opa. C. qui accu. in. l. ii. C. de requir. rc.
Imo. in. l. ii. ff. de pub. iud. Aliā driam inter ſuſpen
ſionē ⁊ excōicationem ponit glo. in cle. i. in uerbo dōec.
⁊ ibi doc. de deci. Et Inno. in. c. cū bone. ſ. d eta. ⁊ q̄li.

Nō. ex tex. ibi ſuo genere ſm bal. hic. ꝙ ſicut infamia
irrogatur qn̄qз per ſniam qn̄qз al. qn̄qз ipſo facto ut uo
luit glo. in. l. ictus fuſtium. ff. de his qui notant. infa.
Ita etiam excommunicatio fertur quādoqз ab homine
quandoqз al. quandoqз ipſo facto. ⁊ facit quod notat i
ſimili glo. in. l. ex ea. ff. de poſtul. ubi parificat excommu
nicationem ⁊ infamiam imo ex quo quis eſt excommu

UVA. BHSC. IyR_025

nicatus excõicatione maiori efficit̃ iſamis. glo. i. c. i. quo
tpe miles. Nõ. ẽt ibidẽ. ſuo gener̃ ꝙ ubi quis excõicat̃
a canone ipõ facto poteſt ab homine denũciari excõica
tus ſine alia citatione quod itelligatis conſtit o de facto.
Et ideo dicite ut dixi in. c. ꝑuenit. s̃. eo. ꝛ ẽ ratio hui⁹ de
ciſionis. nam qñ. l. excõicat ipõ facto iudex denũcians ẽ
nudus miniſter. l. ſicut in ſimili denũcians excõicationeꝫ
factã ab hoĩe eſt nudus miniſter hoĩs. c. ex lr̃is. vbi tex.
ꝛ ibi notat̃. s̃. de offi. dele . facit in ſimili tex. in. l. i. §. i.
ff. ad turpil. in. §. ſed notañ. ij. q. iij. Nõ. ex tex. ibi ꝯ̃
diſciplinã ꝛc. ꝙ appellans a correctione diſcipline nõ au
dit̃ intelligite ut dixi in. c. ad nr̃am. s̃. eo. Nõ. ex tex.
ibi. ex tũc. ꝙ lapſo tpe dato ad ꝓſequendũ punctualiter
tunc põt iudex a quo procedere. ꝛ ſic dato ꝙ ꝯſtaret ꝙ
ꝑs non põt proſequi ante lapſum terminũ. tamẽ iudex
nõ poteſt ꝓcedere niſi lapſo tpe per ea que habent̃ i. c.
cõmiſſa. de elec. li. vj. que habent̃ per Bar. in. l. cum ſti
pulatus ſim mihi a proculo. ff. de uer. ob. lꝫ Hoſt. hic te
neat ꝯ̃rium. ꝛ male ut dixi in. c. ꝑſonas. Et in alio arti
culo repetii in. c. ex rõe. s̃. eo. Nõ. ex tex. ibi. libere ſ̃ꝫ
bal. hic ꝙ iudex a quo lapſo termino ad ꝓſequendum
appellationẽ libere ꝓcedit. ꝛ itelligite liber̃. i. ſine aliqua
ꝯ̃dictione. ut in ſimili eſt glo. in. c. ordinarij. de offi. ord.
li. vj. bonus tex. in. c. ſi pro debilitate. s̃. de offi. delega.
al̃r tñ v̾bũ liber̃ iportat. i. ſine diſpẽſatõe. c. lator. j. d̾ ho.
al̃s ſine iuriſ ſolẽnitate. l. i. ſ̃m unũ intellectũ. C. de ſac.
ſan. eccle. Bar. in. l. alia. ff. de ali. ꝛ ciba. leg. in extraua
ganti ad reprimendũ. in v̾bo. uidebit̃ al̃s libere. i. ſine li
centia ſupioris. cle. fi. ꝛ ibi glo. de iure patro. i cle. dudũ
ꝛ ibi glo. in uerbo libere. de ſepul. facit. capitu. de multa
j. de preben. iuncto. c. licet epiſcopus. de preben. lib. vi.

Nõ. ex tex. in dicta pte. maxime ſ̃m panor. ꝙ appel
lans nõ ꝓſequens ſuam appellationem uel temere ap
pellans ꝯdemnatur in expenſis. nec alia pena hic impo
nitur. Et ſic ſ̃m Bal. hic. iſte tex. comprobat opi. glo. in
l. i. §. i. ff. a quib. appel. non lꝫ. que uult ꝙ de iure cano
nico ultra expenſas temere appellans nõ puniatur. po
ſui aliquid in. c. ij. s̃. eo. Quis aũt faciet hanc condẽ
nationem expenſarũ. panor. hic dicit. ꝙ ſi iudex ad quẽ
ꝓnũciat male appellatũ ipe condemnabit in expenſis.
c. ut debitus. j. eo. Si uero plene nõ cognouit ſed ꝓnũ
ciauit appellationem friuolam uel non tenere uel deſer
tam uel ſe in appellatione non iudicem eẽ etiam nihilo
minus condemnabit in expenſis. ut eſt in ſimili glo. in
cle. i. de reſcrip. habetur in. c. fi. s̃. de reſcrip. Si uero iu
dex ad quem non fuit ſuper appellatione aditus tunc il
la deſerta uel al̃s friuola manifeſte apparente tunc iudex
a quo faciet iſtam condemnationẽ. ꝛ hoc innuit iſte tex.
hic. in fi. vbi autem iudex ad quem non condemnaſſet i
expenſis iudex a quo poterit condemnare. ſed reſerua
bit in fine litis. panor. in. c. ut debitus ibi in tex. dixi. j. e.

Quid aũt econtra iudex a quo nihil dixit de expenſis
coram ſe factis an iudex ad quem poterit in illis condẽ
nare. dicit hoſti. ꝛ Jo. de anania. in. c. i. de calũ. quod
ſic. Ang. tamen de arecio in. l. cũ in vna. ff. de ap. uidet̃
tenere ꝯ̃rium. per. l. fi. §. lucius. ff. de condi. inde. ad q̃
uide que habent̃ in. l. fi. C. quando ꝓuo. non eſt neceſ.
ꝛ in. c. ſignificauerunt. de teſti. Nõ. ex tex. ibi. ſi quid
ꝓprium habuit. ꝙ temere appellans condemnatur ad
reficiendũ expenſas de ſuo ſi ꝓpriuꝫ habeat. Et ſic vide
tur a ꝯ̃rio ſenſu ꝙ ſi ꝓprium non habeat non tenebitur
de bonis eccleſie reficere. Ita colligit̾ gloſ. a ꝯ̃rio ex
hoc tex. ꝛ ibi eſt ſimilis tex. in. c. de multa. in uerbo ſuis
ꝓuentibus. j. de preb. ꝛ facit glo. in. l. non eſt ignotum.
de admi. tu. que loquitur de prelato condemnato ad ex
penſas q̃ temere litigauit. faciunt que habent̃ in. c. ꝑue
nit. s̃. de arb. in. c. conſtitutus. ꝛ. c. ꝑuenit. j. de fideiuſ.
Et ex hoc ꝙ tex. iſte dicit ꝓprium cum monachi non ha
beant ꝓprium. c. non dicatis. xij. q. i. Ideo uidetur ꝙ ſi
temere appellauerit non debeant reficere expenſas. et

ideo cum ep̃s quicquid querit. querit ſue eccleſie. ut i. c.
requiſiſti. ꝛ in. c. officij. j. de teſta. ergo de illis nec fructi
bus beneficij non poterit reficere huiuſmodi expenſas.
Et id̃ etiam prelati regulares cum non faciant fruct⁹ ſu
os uidetur ꝙ nec de huiuſmodi fructibus debeant ſolue
re huiuſmodi expenſas. per ea que habent̃ in. c. preſen
ti. de offi. ord. li. vj. in. c. ij. j. de teſta. ꝛ late per Jmo. in
c. i. j. de fideiuſ. Sed pũctus ſtat quid in clericis ſecu
laribus. ꝛ certe Archi. in. c. ſtatutũ. §. aſſeſſorem. de re
ſcrip. li. vj. Jo. de lig. in cle. gr̃e. de reſcrip. ꝛ in. c. cuꝫ ſe
cundũ. j. de preben. uidentur tenere ꝙ de fructibus eti
am beneficiorum ſuorum non poſſint aliquid debitum
ſoluere niſi pro neceſſitate vite ꝛ ſic ſatiſfacere expenſis d̾
quibus hic. ꝛ pro hac opi. adducitur tex. in. c. fi. xvj. q. i.
ubi bona eccleſiarum dicũtur eſſe pauperum. ꝛ vtit̃ uer
bo quicquid. que eſt dictio pregnãs ꝛ grimanta. iuſta ea
que habentur in cle. i. in uerbo quaqua. de ſnĩa ꝛ re iu
di. Bar. in. l. baliſta. ff. ad treb. Ad ideꝫ adducitur tex.
in. c. aurum habet eccleſia. in. c. uidentes. in. c. ep̃s eccle
ſiarum. ubi dicit tex. habentes uictum ꝛ ueſtitum his cõ
tenti ſitis. in. c. illi qui. ubi etiam bonus tex. ꝛ ibi glo. fir
mat ꝙ clericus de bonis eccleſie nihil debet attingere in
uſum ꝓprium ſi habet unde uiuat puta patrimoniũ uel
ſimiliter. ſ̃m unam opi. xij. q. ij. facit etiam tex. in. c. pa
ſtoralis. ꝛ in. c. ſacerdotes. ubi declarat illa uerba qui al
tari ſeruit de altari uiuere dꝫ. Et in. c. cum quis. i. q. ij.
ubi non ſoluꝫ de bonis eccleſie prohibentur clerici cape
re ſi habent unde uiuant ꝛ iubentur ea in pauperes ero
gare. ſed etiam dicitur ꝙ grauiter peccãt aliter faciendo
ꝛ in ſimili eſt tex. in. c. ep̃s. x. q. ij. ubi uictu ꝛ tegumẽtis
mandantur clerici eẽ contenti. alia ſunt pauperũ gl. tñ i
d. c. illi que ſ̃m aliam opi. dicit predicta iura eſſe de con
ſilio ꝛ ſic de perfectione. ſicut etiaꝫ laicis mandatur qui
hꝫ duas tunicas det unam non habenti. q̃ iſta ſunt per
fectionis. Et facit tex. in. c. ſicut hi. xlvij. diſti. ꝛ pro pre
dicta opi. facit tex. in. l. ſi quis a liberis. §. ſed ſi fili⁹. ff.
de lib. agno. ꝛ quod uoluit Bar. per illuꝫ tex. in. l. i. C.
de mendic. ualid. li. xi. ubi ita demũ poteſt filius petere
alimenta a patre ſi aliunde non habeat. etiam ex indu
ſtria ſua. ergo ita erit in clerico erga ſuam eccleſiã. ſi cle
ricus pro alimentis ſuis non poteſt ea petere ab eccleſia
quando aliud habet. ergo poſtea quã alimenta ex fru
ctibus eccleſie percipit non debebit ſuperfluum quod eſt
pauperum velle expendere ad ſoluenda extranea debi
ta. nec hoc poterit. Adducitur etiam. nam bona ad pi
os uſus deputata non ſunt ſine licentia pape in alium
vſum conuertenda. cle. quia contingit. de relig. do. l. le
gatum. ꝛ ibi habetur. ff. de uſu ru. lega. l. fi. ff. de oper.
publ. Sed bona eccleſiarum ꝛ beneficia ad hoc ſunt in
ſtituta ut clerici inde honeſte uiuant. c. cum ab omni ſpe
cie. j. de ui. ꝛ ho. cleri ergo ad ſoluenda debita uel pẽas
contumacie ipſorum clericorum non poterunt deputari

In contrarium facit tex. in. c. fi. i. q. ii. vbi omnibus
clericis permittitur uti fructibus eccleſie. Et qui omne
dicit nihil excludit. c. ſi romanoꝝ. xviij. di. ergo ꝛc. et ꝓ
hac opinio. facit quod uoluit Inno. in. c. poſtulaſti. s̃. d̾
reſcrip. ubi uult ꝙ dato ꝙ clericus habeat patrimoniuꝫ
tamen poſſit uiuere de fructibus eccleſie ꝛ etiam ibi uolu
it hoſti. dummodo eccleſie deſeruiat. ꝛ in. c. cum ſecundũ
j. de preben. ꝛ ita communiter tranſeunt docto. in. d. lo
cis. Sed in propoſito noſtro eſt tex. in. c. ꝑuenit.
j. de fideiuſ. ubi eſt caſus expreſſus. Non obſtant iura
in contrarium allegata pro prima parte. quia diſtingue
tempora ꝛ concordabis ſcripturas. quam diſtinctioneꝫ
temporum ponit panor. in. d. c. poſtulaſti. Jo. an. ꝛ ho
ſti. tenent hic. ꝙ cum clericus ſecularis faciat fructus ſu
os per ea que habentur per glo. magnam. in. c. preſenti
de offi. ordi. in. vj. per notata in. cap. fin. de pec. clerico.
quod dummodo in conſequentiam non ledatur ec
cleſia puta quia lederetur cultus diuinus ablatis fructi

UVA. BHSC. IyR_025

bus clerico ad ſoluendas huiuſmodi expenſas poterit
clericus cogi ad ſoluendum expēſas huiuſmodi tem ex
tatis de fructibus beneficii ſi aliunde non habet. panoꝛ.
hic latius diſtinguit. uidelicet aut clericus egit particula
riter nomine ſuo ⁊ tunc de bonis patrimonialibus tene
tur reficere. ut hoc tex. noſtro ibi. ſi pꝛopꝛium. ⁊ glo. in
d. c. de multa. Et ſi patrimonium non habeat licet de ri
goꝛe iuſ. in fructibus beneficii non teneatur per funda
menta ſupꝛa pꝛo pꝛima parte allegata tamen ex quo
generalis conſuetudo habet ut faciat fructus ſuos. vt
uoluit glo. in. d. c. pꝛeſenti. quam dixerūt docto. ſerua
ri de ꝯſuetudine. d. Anto. panoꝛ. ⁊ Jmo. in. c. relatum
j. de teſta. ⁊ Jmo. in terminis noſtris. in. c. ꝑuenit. j. de
fideiuſ. Jdeo ꝓcedat opi. Jo. an. hic. ꝙ teneaꝛ in fructi
bus ſine detrimēto tn̄ eccl'ie. Et qꝛ clericus dicꝛ miles ce
leſtis militie. c. ij. de pe. in. vj. Jdeo in his fructibus nō
tenebiꝛ niſi īquantū facere pōt. ut uoluit glo. in. l. miles
in pꝛin. ff. de re iud. nōꝛ in. c. odoardus. j. de ſolu. in. c.
olim. lo. ij. ſ. de reſti. ſpo. deduceꝛ ergo ne cleric⁹ egeat.
aut agit clericus noīe eccl'ie ⁊ tūc aut ſpāl'r ut hoc mō ap
pellarꝫ ē ſibi cōmiſſū a collegio. Et tūc qꝛ dꝛ ipa eccleſia
delinquere qn̄ collegialiter hoc ipm mandat. l. iubemus
nulla. C. de ſacro ſan. ec. habeꝛ in. c. i. ſ. ō dolo ⁊ ꝯtu. ī
regula delictū ꝑſone. ō reg. iur. li. vj. Jō tales expēſe ref
ficientur ō bonis eccl'ie. ⁊. c. nō habita. diſtinctōe an ſint
regulares an ſeculares. c. ii. vbi tex. ſ. ō dolo ⁊ ꝯtu. c. cū
dilectus. de oꝛdi. cogni. aut vero agit noīe eccl'ie vigoꝛe
generalis adminiſtratōis. ſ. qꝛ pꝛelatus iuſta ea que ha
bentur in. c. edoceri. ⁊ in. c. cū dilecta. ſ. de reſcrip. ⁊ tūc
nō ꝯdemnaꝛ eccl'ia. ſed ipe in ſuo patrimonio. vel ō fru
ctibus ſui beneficii tenebitur. ⁊ facit tex. in. c. ſi cleric⁹. de
capit. cōra. in vſi. feu. ubi ꝓpter feloniā ꝑlati. ipe tātuꝫ
in uita ſua priuaꝛ feudo. d. anto. in. c. verū. ō fo. cōpe. ī
viii. col. Et ſic qren⁹ fruct⁹ ſpectarēt ad eū. ⁊ faciūt nota
ta in. d. c. i. ō dolo ⁊ ꝯtu. aut agit tanꝙ ꝓcuꝛ. eccl'ie ⁊ tūc
teneꝛ eccl'ia de oī ꝯtuā ꝓcuratoꝛis ſui. ita Jnno. ⁊ ibi la
te in. c. i. ſ. ut lit. nō ꝯte. faciūt que uoluit Bar. in. l. i. §.
ſi ꝓcuꝛ. ff. ſi quis iuſdi. non obtemp. tn̄ eccleſia poterit
agere ꝯ iſtuꝫ ꝓcuratoꝛē. ut ē gl. xvi. q. iii. c. placuit. ⁊ i. c.
ex pꝛeſentiū. j. de pigno. Et iō regulariter dicitur ꝙ bo
na pꝛelati ſunt hyppothecata eccleſie pꝛo adminiſtra/
tōe. glo. ē in. c. ex l'ris. j. de pign. poterit ēt omiſſo ꝓcu
ratoꝛe reſtitui aduerſus leſionē. c. ii. ⁊. c. auditꝭ. ⁊ ibi no/
tatur per oēs. ſ. de in iteg. reſti. faciūt que voluit Bar. ī
. l. cū mandato. ff. de mino. Nō. ex tex. ibi. ꝯ regula/
rē pꝛelati ſui. ⁊ capituli ſui diſciplinā ⁊c. ꝙ uꝛ īnuere hic
tex. ꝙ ꝑlatus regularis nō poſſit ſol⁹ coꝛrigere ſuos ſub
ditoſ. ſed cū capitulo ſuo. ꝙ ītelligit Jo. an. in. c. i. ō cēſ.
li. vj. ⁊ panoꝛ. hic ꝓcedere qn̄ ꝑlatus cēt nimis ſeuerus
alſ regulariter pōt ſine capitulo abbas coꝛrigere mona
chū. c. ioannes. ⁊ ibi Jo. an. j. de reg. c. quāto. ſ. ō offi.
oꝛd. c. nullam. xviij. q. ij. uel aliter poſſumus ītelligere
tex. quaſi dicat ſm regularē ꝑlati ſui. ⁊. c. diſciplinā. i. ſꝫ
ꝯſtōnes a pꝛelato. ⁊. c. factas. ⁊ nō diuinabim⁹ tantum
ad l'ram ut diuinat hic Jo. an. Glo. fi. in fi. habeꝛ ex
glo. ꝙ qui nō pōt ſoluere penā ꝯtumacie ꝯdemnaꝛ arbi
trio iudicis intelligite ut qꝛ non hꝫ in ere luat in coꝛpus
l. fi. ff. de in ius voc. ⁊ poſtꝙ ſemel luerit in coꝛpus erit
liberatus a pena. nec locupletioꝛ factus amplius tenebi
tur ad penā. Jta glo. in. c. ſicut dignū. in vbo reficere. j.
de homi. ⁊. xiiij. q. vi. c. i. ⁊ in regula peccatū. de reg. iu.
li. vj. ⁊ eſt elegans cautella ſm ange. in. l. ſi quis id qō.
ff. de iuriſdi. om. iud. liberandi aliquē a graui pena pe/
cuniaria quā non poſſit ſoluere. facere ꝙ iudex caſtiget
cū leuiter in coꝛpus ad euitationē pene. ⁊ ad euitationē
īfamie ſaltē facti. hoc fiat in occulto. Et ſic uult ang. ꝙ le
uis luitio in coꝛpus ſufficiat ad liberanduꝫ quē a graui
pena. Pꝛedicta de luitōe in coꝛpus limitabitis non ꝓce
dere in foꝛo ꝯſcie. qꝛ qui non pōt ſoluere in foꝛo aīe ē li
beratus. ut habeꝛ in. d. c. ſicut dignū. Limitabitis ſe/
cūdo nō ꝓcedere in mulcta. qꝛ qui non hꝫ in ere nō luit
in coꝛpus mulctā ſꝫ poteſt totaliter liberari. l. illicitas. §.
fi. ff. de offi. pꝛeſi. Limitabitis tertio nō ꝓcedere ī pe
na ꝯctus. qꝛ qui non poteſt ſoluere penam contractus
non liberaꝛ luendo in coꝛpus. ēt ſi uelit. nec cogiꝛ in coꝛ
pus luere. Jta Bal. hic. per tex. in. l. diuus veſpeſian⁹.
ff. de iure patro. Limitabitis quarto nō ꝓcedere in oī
debito ex cā ciuili ꝯcto uel quaſi uel ſimili. ſecus ſi ex de
licto uel quaſi. Nam in debito pꝛoueniente ex contractu
vel quaſi qui non habet in ere non cogitur luere in coꝛ/
pus. glo. eſt nō. in. c. i. xiiij. q. vj. Bal. in. d. l. fi. Fallit
ēt quinto ubi pena cēt parti ⁊ non fiſco applicanda. nā
tūc qui non hꝫ in ere non luit in coꝛpus. Jnno. i. c. odo
ardus. de ſolu. ſed panoꝛ. in. c. finē litibus. in. ii. col. de
dolo ⁊ ꝯtu. tenet ꝯꝛium. ⁊ ibi caſus foꝛtius ꝙ ēt ubi ex ꝑ
te ꝯdemnati eſt pena ex ꝑte actoꝛis eſt meruꝫ intereſſe.
tunc ēt qui non hꝫ in ere luit in coꝛpus. puta in caſu in
quo loquiꝛ glo. noſtra in ꝯdemnatione expenſaruꝫ ad
quas ꝯdemnaꝛ quis rōe ꝯtumacie. ⁊ ad hoc ēt habetis
ponderare glo. quaꝫ miroꝛ ꝙ doc. non ponderant.

**Phec et in.** Appellans cogiꝛ per iudiceꝫ a quo
ꝓſequi appellationē aut parere ſnīe. Et re
cuſans iudicē cogeꝛ aliū eligere cuius iudicio
pareatur. h. d. Nō. pꝛimo ex tex. ibi. fas tibi ſit. ꝙ aſ
ſignatio termini ad ꝓſequendū appellationē nō dꝫ de
neceſſitate ꝑ iudicē a quo fieri. quod pꝫ ꝑ verbū hoc fas
quod īpoꝛtat licitū eſt. Et non quicquid ſubiciꝛ ꝑtāti in/
dicis eſt neceſſitatis. l. nō quicquid ff. de iudi. tamē vbi
appareret ex ꝑſumptionibus ꝑtem cauillare ⁊ uelle dila
tare cām. de neceſſitate iudex dꝫ pꝛefigere terminū ipi ꝑ
ti appellanti. c. ꝓx. ſeq. Jbi mandamus. c. ꝑuenit. ⁊. c.
ꝯſuluit. lo. i. ſ. eo. ⁊ ita hic panoꝛ. Et ideo ubi in cauſa
abſolutionis a pꝛecepto appellaꝛ per excōicatum iudex
ei cogitur terminū ad ꝓſequendum aſſignare. c. ad hoc
⁊. j. ꝑterea. de his. ſ. eo. qꝛ pꝛeſumitur contra talem ap
pellantem. Nō. ex tex. ibi iudicem eligant unum mo
dum euitandi ſuſpitionem. ſ. ut iudex ſuſpectus alteri cō
mittat qui de negocio pꝛincipali cognoſcat. ſm unum ī
tellectum hic. ⁊ facit tex. in. c. ſi quis contra clericum. ſ. ō
fo. compe. in. c. iudex ab ap'lica. de offi. dele. li. vi. vel ali
ter ſm alium intellectum quem ſequitur hic Bal. Nō. ꝙ
iudex recuſatus ut ſuſpectus cogit ꝑtes ad eligendū unū
arbitrum qui cognoſcat de caſibus ſuſpitionis. uel plu
res. de quo uidebimus in. c. cum ſpeciali. ⁊ in. c. ii. requi
ris. j. eo. Et ideo infert Bal. hic. ꝙ licet regulariter in cā
ſciſmatis ⁊ in dſia inter duos papas debeat iudicare ſo
lum concilium generale. c. ſi duo. lxxviiij. di. voluit Jo.
an. in. c. i. de renū. li. vj. ⁊ tanꝙꝫ de cauſa ad fidem per/
tinente iudicat ſolum concilium. c. anaſtaſius. xviiij. di.
⁊ ibi glo. Et tanꝙꝫ de maioꝛi cauſa iudicat ſedes apoſto
lica. c. maioꝛes. de baptiſmo. que ſedes apoſtolica reſidꝫ
in uniuerſali. c. i. de ſciſm. li. vj. c. i. ſ. de ſūma tri. ⁊ fi. ca
tho. uide ludo. in conſilio penul. quod eſt numero. cccc
xxiij. tamen ubi concilium non poſſet faciliter congrega
ri poſſunt cogi cardinales in ſciſmate litigantes eligere
bonū uirū qui cām dirimat. ⁊ hanc coactionem poſſunt
facere pꝛincipes ſeculares ſubtrahendo ipis cardinalib⁹
redditus ſuos ⁊ pꝛouentus donec aliter pꝛouiderint. nō
tamen in burſam ſuam conuertendos. allegat. l. qui fū
dum. §. ſi tutoꝛ. ff. pꝛo empt. Sed in terminis bene fa
cit tex. in. c. ubi periculum. uerſi. in conclaui. ubi per ſub
tractionem alimentoꝛum coguntur pꝛouidere eccleſie.
cardinales. Et. §. pꝛeterea. ubi hec coactio fit a iudice ſe
culari. de elec. li. vi.

**Eruenit.** Canonicus monituſ ad
reſidentiam faciendam
ſi appellet cogitur infra certum terminum
ſibi aſſignatum pꝛoſequi. ⁊ per uicarium
interim beneficio deſeruire de pꝛouentibu

UVA. BHSC. IyR_025

beneficii ſuſtentandum. Et ſi appellationem non pro
ſequitur uel non reſidet priuatur bñficio.b.d. Nõ.pri
mo ex tex. ibi fruſtratorie dilationes ꝛc. ꝙ monitus ut re
ſideat in ſua eccleſia in dubio pſumitur fruſtratorie ap
pellaſſe ſi appellet a tali monitõe. Et iõ dixit glo.in.c.
relatũ.j.de cle.nõ reſid.ꝙ aliquã iuſtaꝫ cãm habere dꝫ
Sed an teneaṫ ꝓponere cam dicam ſtati in glo. Et eſt
rõ.nam quilibet cogitur in ſuo bñficio reſidere. ẽt ſi nõ
ſit beneficiũ uigĩti ſolidorũ.c.cõquerenti.j.de cle.non re
ſid. niſi ꝯſuetudo eũ excuſet.c.cum oẽs.ꝛ ibi per glo. et
doc.s.de ꝯſti.ꝛ.c.gratia.ubi glo.de reſcrip.li.vj.vel ni
ſi iuſtam cãm hẽat non reſidendi puta ĩfirmitatis rõe uł
pro negociis ꝑlati uel eccleſie ut hic in glo.iſta. Ideo ap
pellando videṫ habere pſumptionẽ iuris ꝯ ſe.nõ miruꝫ
ſi pſumitur ꝯ eum. Nõ.ex tex.ibi honeſte pſone ꝙ dõ
putatio uicarii que fit ꝓpter abſñtiam beneficiati etiaꝫ iu
ſtaꝫ fit per ordinariũ.et.c.a ꝯrio uidetur inuere hic tex.
ꝙ clericus in ſuo beneficio non poſſit deputare uicariuꝫ
niſi de ꝯſenſu ordinarii.ꝛ facit tex.in.c.cũ ex eo.de elec.
li.vi.quod itelligite ut ibi Jo.an.ꝛ alii in vicario perpe
tuo.uel ad longum tempus. Et videṫ ꝓbare hic tex.ꝙ
longũ tp̃s dicaṫ tantũ ꝗ̃tum durat iſtantia appellatiõis
ꝛ ſic nõ plus ꝗ̃ bienniũ.ſed ad modicũ tp̃s bene põt de
putare ſolus beneficiatus ut ibi Jo.an.ꝛ faciũt notata ĩ
c.ſuam.s.de offi.vica. Nõ.ex tex.ibi priuez ꝛc.iũcto
tex.p̃ceden ĩ monuiſſes.ꝙ ad hoc ut non reſidẽs priueṫ
beneficio ſuo ſufficit monitio extraiudicialis.nec requiri
tur alia cãe cognitio.faciũt notata in.c.ex tue.j.de cle.ñ
reſid. Et ita hic Panor.allegans oldra.ita ꝯſuluiſſe.lꝫ
tex.iſte ĩquantũ nititur uerbo priuez uideaṫ ſentire ꝙ re
quiraṫ ſñia priuatõis per ea que habenṫ i.c.ſi diligenti.
s.de ſo.cõpetenti.Nã lex utens verbo futuri tp̃is requi
rit ſñiam ꝯdemnatoriã.notaṫ in.c.quiſquis.s.de elec.ĩ
c.i.de iniur.li.vi.in.c.ii.de here.li.vi.in.c.in penis.de
reg.iur.in.vi.in.l.iubemus.§.ſane.C.d ſacro ſan.ec.
in.l.in criali.C.de iuriſdi.om.iu. Glo.in verbo fru
ſtratorie.in fi.glo.male loquiṫ ſ̃m doc.hic.qꝛ lꝫ de iure
antiquo admitteretṫ appellatõ ab ĩterlocutoria ſine exp̃ſ
ſione cãe.c.ut debitus.j.eo.tamẽ ex friuola cã nõ audie
batur appellans.d.c.ut debitus.j.eo.ubi uidebimꝰ.fac̃
c.ꝑuenit.s.eo.unde abbas antiquus ꝛ poſt eũ Jo.an.
ꝛ cõiter doc.dicũt ꝙ hic appellabaṫ nulla exp̃ſſa cauſa.
Et hodie ẽt ꝓcederet talis appellatio ĩ caſu noſtro.naꝫ
preceptũ de reſidendo nõ eſt ſimplex ſñia ĩterlocutoria.
ĩmo cum nullam diffinitiuam expectet poſt ſe ſapit vim
diffinitiue. Et iõ licet de precepto iudicemus ut de ſñia
interlocutoria maxĩe ſi ſit ante lit.ꝯt.ꝑ ea que habenṫ in
c.dudum.lo.ij.s.de elec.per glo.in cle.ſi.eo.ti.ꝑ bar.ĩ
l.non faceṫ.ff.de ꝯfeſ.in.ij.col.Ang.in.l.ſi debitori.ff.
de iud.ꝑ glo.ꝛ Bald.in.l.fi.§.neceſſitatẽ.C.de bo.qꝫ
lib.ꝛ facit glo.xi.q.iij.in ſũma.tñ ex quo ĩponit finẽ ne
gocio p̃ceptum de reſidẽdo.nec expectat aliã diffinitiuaꝫ
ſapit vim diffinitiue.ꝑ notata in locis p̃allegatis. ꝛ iõ di
ceṫ mixta ut uoluit.s.in rubrica ti.i.ꝛ faciũt notata poſt
glo.in cle.i.s.de ſequeſtr.po.ꝛ fruc.ꝛ Bar.in.l.dicere.
s.de arb. Cum ergo nõ ſit ſimplex ĩterlocutoria hoc p̃
ceptũ non mirũ ſi in appellando nõ requiriṫ exp̃ſſio cãe
ſicut in aliis ĩterlocutoriis.d.c.ut debitus. Et ex illo
intellectu habetis hic nõ.tex.ꝙ in interlocutoria que hꝫ
vim diffinitiue nõ appellaṫ de neceſſitate exp̃ſſa cã ſꝫ ſer
uatur forma appellatõis a diffinitiua. Et hoc voluit eti
am Jmo.ꝛ Card.in cle.appellanti.eo.ti.ꝑ rotã deciſ.
ſua.xiij.que ĩcipit Jtẽ ſi iudex.ꝛ.lxxxvij.que ĩcipit item
a ſñia ꝛ notata.ubi ꝯcludũt ꝙ in talibus ſententiis mix
tis habeat locũ.c.cordi.eo.ti.li.vj.nõ tamẽ cle.appellã
ti hꝫ in eis locum.ꝛ ita Jo.mona.in.c.cupiẽtes.§.ꝙ ſi
ꝑ.xx.ſup glo.in uerbo priuatos.de elec.li.vj. ꝛ ꝓ pria
p̃te faciũt que not.bal.in.l.i.C.qñ ꝓuoc.nõ ẽ neceſſ.
d.Anto.in.c.cũ ceſſante.in.viij.col.j.eo.ubi loquiṫ de
cle.appellanti.quod nõ hꝫ locũ in talibus ſentẽtiis. Se

deri.de ſenis.ꝯſi.incip.caſus talis lata fuit ſñia.quod ẽ
numero meo.clxxxvi.Lud.ꝛ Jmo.in.l.ii.in prin.ff.
de uer.ob.facit glo.in.c.i.in verb.ad nos.de elec.li.vi
Bal.optime in.l.minoribus.C.de his quib.ut idig.tñ
Arch.xx.di.in ſũma circa mediũ uideṫ tenere ꝙ appel
lans a ſñia lata ſup exceptione ꝑemptoria teneṫ ad ob
ſeruandũ.cle.appellanti. Jſte itellectus lꝫ in ſe ſit verꝰ.
tñ non ꝯuenit lr̃e.nam hic tex.p̃ſupponit ꝙ uidebatur
iſte fruſtratorie appellare.qꝛ in caſu ꝓhibito appellabat
ſ.ne cogereṫ reſidere. Sed ubi quis appellat in caſu ueri
ſimiliter ꝓhibito ẽt a diffinitiua dꝫ iuſtificare appellatõꝫ
ſuam ſaltem colerando eam ex cauſe exp̃ſſione.c.ꝯſulu
it.el.i.ibi per illũ tex.dixi.s.eo.c.romana.§.ſin auteꝫ.
ibi glo.eo.li.vi.ergo hic nõ põt ꝓcedere appellatio ſine
cauſe exp̃ſſione.ꝛ ſic iſte ĩtellectus redditṫ dubius. Per
ſtãdo in ſñia tñ panor.hic dicit ꝙ cũ huiuſmodi ſñie mix
te ꝑticipẽt de vtraqꝫ ꝛ de diffinitiua ꝛ de interlocutoria
iudicabimus ſicut dicimꝰ de hermofrodita.qꝛ ꝯſiderabi
mus iſtam mixtã ſñiam qñqꝫ diffinitiue qñqꝫ interlocu
torie ſicut magis aſſimilaṫ quãdoqꝫ vni qñqꝫ alteri.ar.
l.queriṫ.ff.de ſta.ho.c.ſi teſtes.§.itẽ hermofroditꝰ.iiij
q.iij.ſicut in ſimili tacẽtẽ quandoqꝫ equiꝑamus ꝯſentiẽ
ti quandoqꝫ diſſentienti ꝓut ẽ magis ueriſimile.ꝛ ſic ꝓ
ut magis ꝯfirmat ꝑ notata in.c.nõne.s.de p̃ſump.ĩ re
gula iſ qui tacet.de reg.iur.li.vi.ꝑ bar.ĩ.l.que dotis.ff.
ſo.ma.ꝛ iõ dicit ꝯſideranda aliqua ꝑ̃cipali.que hꝫ ĩ ſe
diffinitiua que nõ hꝫ ĩterlocutoria ꝛ eꝯ.ꝛ ſ̃m huiuſmodi
accidentia cognoſcemus an iſta mixta iudiceṫ diffinitiua
an ĩterlocutoria.puta ab ĩterlocutoria appellaṫ expreſſa
cã.non aũt a diffinitiua.qꝛ ut deferaṫ honoribus iudicũ
.nam ex quo tu habes iudicẽ qui ius tibi miniſtret ꝛ mini
ſtraturus ẽ nõ debes ab eo recedere niſi cum iuſta cauſa
que ratio ceſſat in diffinitiua.nam ex quo functus eſt of
ficio ſuo pronunciando ipſe amplius non eſt tibi mini
ſtraturus iuſticiam.nec poteſt in hoc negocio.non mirũ
ſi a diffinitiua appellatur ſine cauſa. Ecce modo unam
mixtam ſententiam.ꝓnunciat iudex ſe nõ eſſe iudicem
illa eſt mixta ut notaṫ in auten.habita.C.ne fil.ꝓ pr̃e.
in.l.ii.ff.de appel.recip.a tali ſñia appellatur.ſeruabiṫ
ne forma ĩterlocutorie ut requiraṫ expreſſio cãe.certe nõ
nam illa ſententia mixta accedit proxime quo ad hoc.
magis diffinitiue quam interlocutorie.quia ſicut in diffi
nitiua tu non reuerteris amplius ad illum iudicem ꝛ il
le eſt functus officio.ita quando pronunciauit ſe non eſ
ſe iudicem.c.ſignificantibus s.de offi.delega. Ideo in
appellatione illa ſeruabitur forma appellationis a diffi
nitiua. Ecce aliam mixtam. pronunciat iudex libellum
eſſe ineptum quo caſu claudit os parti per illum libelluꝫ
ut habetur in.c.examinata.s.de iudi.appellandum eſt
ab illa.qualiter appellabitur.ꝛ certe appellabitur ut ab
ĩterlocutoria.ꝛ ſic expreſſa cauſa.qꝛ ſi uenires cum iuſto
libello iſte bene miniſtraret tibi iuſticiam.ꝛ ſic non ẽ fun
ctus officio ſuo per hanc ꝓnũciationem totaliter ut non
remoueatur iudex ſi uis incipere nouam inſtantiam.et
ita ſaluari poteſt quod tenet bar.ſentiens taleſ interlocu
torias mixtas dici interlocutorias non diffinitiuas.ꝛ ut
tales regulari in.l.titia.ff.de accu. Jmo.in.l.iuſte poſ
ſidet.ff.de acqui.po.bar.in.l.conſentaneum.C.quõ.ꝛ
quando iud.d.Anto.in.c.ſua nobis.j.eo.cald.in.c.ad
diſſoluendũ.j.de deſpon.impub. Aliud habet diffiniti
ua in ſe quod non habet interlocutoria quia fertur cum
maiori ſolennitate.c.fi.de re iud.lib.vi. Nunquid reſpe
ctu huius effectus iudicabimus mixtas ſententias diffini
tiuas an interlocutorias conſideranda eſt qualitas pre
iudicii.nam diffinitiua infert totale preiudicium.quia fi
nit cauſam.interlocutoria nõ. Ideo in huiuſmodi mix
tis conſiderabimus qualitatem preiudicii. Et ideo ſi iu
dex pronunciat ſe non eſſe iudicem.hec mixta iudicabi
tur potiꝰ interlocutoria reſpectu huiꝰ effectꝰ quã diffiniti
ua.qꝛ ñ ĩfert totale p̃iudiciũ ꝛ hanc ꝯſideratõeꝫ Panor.

UVA. BHSC. IyR_025

ſenſit Rota licet non ita clare. in .d. deciſi. xiii. Glo.
in uerbo aſſignes. in fi. habes ex gl. ꝙ pendente appel
latione inouata ualent ꝛ tenēt fauore cultus diuini obſ
uandi nec reuocant. Scdo habes ex glo. iunctis his
que voluit hic Panoꝛ. aliū caſum in quo attentata poſt
appellationē ualēt ꝛ tenēt qñ appellatio ēt ſi pronuncia
ret pro appellante iſtud qđ ē inouatū non haberet ipe
dire puta in cāu noſtro abñs a beneficio nō excuſat ſe
quo minus teneat ꝑ ſubſtitutū reſidere. c. pe. j. de cle. ñ
reſid. precipit clerico ut reſideat. appellat. oīo ſi obtine
ret in appellatōe cogeretur reſidere ꝑ ſubſtitutum. d. c.
pe. pendēte appellatione poterit ne dari ſubſtitutus. cer
te ſic. ita caſus hic. qꝛ oīno appellatio ēt ſi obtinuiſſꝫ nō
hēret hoc impedire. ideo ea pendēte inouari hoc poteſt.
qꝛ fruſtra expectat cuius euētus nihil opatur. l. gall⁹. §.
ſi eius. ff. de lib. ꝛ poſth. c. cū contingat. s. de offi. dele.

**Inſuluit.** Appellatio ꝯ ius non admittit. h. d. uel a iu
dice exequēte iuris diſpōnem non appellat.
h. d. Nō. primo ex tex. nr̄o ꝙ iudei non
poſſūt tenere xp̄ianum mancipiū. ꝛ facit tex. in. c. i. ꝛ fi.
j. de iude. in. c. mancipia. liiij. di. ꝛ. C. ne iude. xp̄ia. mā
ci. l. vnica. xp̄iani ergo a ꝯrio bene mācipiū xp̄ianū tene
re poſſūt c. fraternitatē. liiij. di. ꝛ ēt toto titulo. s. đ ſer.
non oꝛd. imo ꝛ iudeū mancipiū xp̄iani tenere poſſunt.
Glo. ē in. d. c. mancipia. Nō. ex tex. ibi a rege franco
rum. ſm unū modū legendi litteram ꝙ ēt reges ſecula/
res comparentes pro defenſione iudeoꝝ ad ipediēdū
excōicatōꝝ iure non ſunt audiendi. Uel ſm aliū mōꝫ
legendi litterā. Nō. ꝙ de iudicio lato per principeꝫ ſe
cularē ēt inter ſeculares papa poteſt ſe ipedire. ꝛ ſuꝑ eo
ſtatuere. lꝫ non ꝯtineat mām peccati cū ꝯtineat ſaltē ho
noꝛem ecclie ꝛ fidei. prout ē caſus hic ꝓſupponendo ꝙ
rex francoꝝ non eēt fautoꝛ iudeoꝝ. ſed iudex ꝛ ultoꝛ.
facit. c. i. de homi. lib. vj. Nō. vltimo ꝙ a pena. l. uel
eius executione non appellatur. de hoc dixi in. c. ad no
ſtram. s. eo. Et hic examinat Panoꝛ. ꝛ Bal. in. l. a iudi
cibus. C. eo.

**Ad hoc ſicut.** Qui ante citatio nem uel noticiaꝫ
litterarū mittit nūcium ad papam appellare
pōt ne iudex procedat. alꝰ ſecus. h. d. Et de
hoc quid opetur hodie miſſio nūcij dicam in. c. ut debi/
tus. j. eo. ꝛ faciūt de itineris arreptione dicta in. c. memi
nimus. s. eo.

**Ex priore.** Qui non detulit ap/ pellationi interpoſite
ad papam cū litteris oꝛdinarii mittit ad curi
am. h. d. Nō. primo ex tex. ibi canonicus
ſm intellectū glo. noſtre ꝙ canonicus appellans a prela
to ſuo eo qꝛ excedat modū in coꝛrigendo dꝫ audiri. ꝛ lo
quitur hic tex. de regularibus quod pꝫ ꝑ illđ uerbū prio
rē. quod potius itelligit de regularibus ꝙ̄ irregularib⁹.
c. niſi cēnt. ꝛ ibi notat. j. de preben. habetur i cle. ꝛ ſi pri
cipalis. de reſcrip. ꝛ ideo dū tex. hic dicit. ſuas enoꝛmita
tes itelligite cōmiſſas excedēdo modū coꝛrigendi. Nō.
ex tex. ibi manifeſtas. ſecūdum itellectum Jo. an. in. c.
i. de cenſ. li. vj. ꝛ Hoſti. ꝛ Jo. an. in. c. lꝫ in coꝛrigendis.
s. de offi. oꝛd. ꝛ refert hic Panoꝛ. lꝫ non ſequat ꝙ ubi ꝑ
latus ē notoꝛie ꝛ manifeſte crioſus ſi coꝛrigat ſubditos
pōt ab eius coꝛrectione appellari. dicendo Amice eijce
trabem de oculo tuo. nā ex quo notoꝛie eſt crioſus uidet
ꝙ non pōt coꝛrigere. ſecūdū ꝑdictos. Sed in ꝯrium eſt
veritas. qꝛ prelato eſt obediendū lꝫ crioſo. c. veritatis. ꝛ
ibi hēt. s. đ dolo ꝛ ꝯtu. volūt doc. maxie Panoꝛ. i. c. ſci
ſcitat⁹. s. de reſcrip. viij. q. iij. c. nōne. glo. in. c. cū nō lice
at. s. de preſcrip. ēt ſi eēt irregularis. Inno. ꝛ alij i. c. cū
noſtris. j. de ꝯceſ. preb. in. c. cū uenerabilis. s. de excep.
ꝛ ideo itelligit tex. noſtrum panoꝛ. ꝙ hic iſte prelat⁹ ap
pellaret extraiudicialiter ad papam pro ſuis criminibus
quod bene pōt ſubditus facere. c. ex ꝑte. j. de accu. ꝛ idō
ſi non deferat huic appellatōni punit ut in tex. Nō. ex
tex. ibi ipe ille tali. a ꝯrio ſenſu ex quo punit hic nō de ē/
rens appellatōni iuſte. ꝙ ſi iniuſta ē appellatio iudex nō
deferēs illi nō punit imo peccat de ērendo. qꝛ cū ſit ſnia i
terlocutoꝛia non dꝫ deferre appellationi. ut notat i. c. cū
appellationib⁹. eo. ti. li. vj. Ratio quare iniuſte pronūci
ans iterlocutoꝛiā peccat. Et iō ꝯcurrentibus illis quali/
tatibus in. c. cū eterni. de re iudi. li. vj. puniret pena illi⁹
decretalis iudex. ꝛ ꝙ iniuſte appellationi deferens puni
at uoluit ang. in. l. iudicibus. ꝛ ē tex. i. l. quoniā iudices
a ꝯrio. C. eo. predicta procedūt in appellatione a diffini
tiua. ſed in appellatione ab iterlocutoꝛia non punit iu
dex non deferēs niſi a die ihibitionis facte per iudicē ad
quē. c. non ſolum. c. romana. §. qđ ſi obiciat. eo. ti. lib.
vj. ang. in. d. l. iudicibus. ꝛ in. d. l. quoniā. In dubio tñ
iudex a quo dꝫ deferre appellationi. ita Inno. i. c. dilecti
lo. ij. s. de reſcrip. ꝛ dixi poſt panoꝛ. in. c. ad hoc. ꝛ. j s.
eo. ꝛ faciunt que dixi in. c. ad noſtrā. s. eo. ꝛ in rubrica.
Ultimo nō. ꝙ iudex non deferēs appellationi iterpo
ſite ad papā punit ꝛ itelligite arbitrio iudicis. ex quo pe
na non declarat. c. de cāis. s. de offi. dele. ꝛ procedit i ci
uilibus. In crialibus aūt pena non ē arbitraria. ſꝫ certa
qꝛ eſt pena depoſitionis. c. de reto. ij. q. vj. ꝛ ita dꝫ itelli
gi glo. noſtra hic. ꝛ hec ꝓcedūt de iure canonico. de iure
aūt ciuili ſi loquimur in ciuilibus cauſis punit iudex pe/
na. xxx. pondo. i. librarū auri. l. quoniā iudices. C. eo. i
crialibus aūt pena ē arbitraria ut ē tex. in. l. a ꝓconſuli/
bus. in fi. C. eo. ꝛ ita hic panoꝛ. declarans ita gl. noſtrā
Jo. an. tamē ꝛ pe. de ancha. in. c. i. eo. li. vj. tenēt ꝙ in i
terlocutoꝛia hꝫ ēt locū pena. l. quoniā iudices. C. e. et di
cunt etiam ꝙ dicta pena procedit taꝫ in delegato quaꝫ i
oꝛdinario ꝛ ita tenet glo. ſecūdum cōem opi. in. l. a ꝓcō
ſulibus. in fi. ꝛ ibi Sali. C. eo. Sed in ueritate illa glo.
non reſidet in illa opi. ſed poſtea mutat ſniam dans ali
um itellectū ad illā. l. in fi. ꝛ. l. quoniā expreſſe loquitur
in oꝛdinario unde cū ſit penalis non dꝫ extendi. ꝛ etiaꝫ
dū ibi punit aſſeſſoꝛē ſimul cum ipſo iudice. patet ꝙ lo/
quitur in oꝛdinario. qꝛ delegatus de iure ciuili non habꝫ
aſſeſſoꝛē. §. i. in aut⁹. de iudicibus. Et ſatis prouidetur
ſuperioꝛi ꝯ delegatū ſe male quouiſmodo habentē. qꝛ
ſtati poteſt delegatū reuocare. l. iudiciū ſoluit. ff. de iud.
non ſic in oꝛdinarijs idco. l. voluit ꝯ iferioꝛes non deferē
tes appellationibus prouidere de pena. cū ſuꝑioꝛi. ita ñ
ſit prouiſum. qñ ad eū appellat qꝛ iferioꝛ ſe male habet
ſicut in delegāte. vbi tamē in reſcripto eſſꝫ ꝓmiſſa cā ap
pellatione remota tūc iudex nō deferens appellationi i
telligo in caſu a iure nō exꝑſſe ꝓmiſſo nō puniret Jmo.
in. c. paſtoꝛalis. in prin. j. eo. panoꝛ. in. c. ut ōbitus uer.
quit⁹. j. e. ꝛ ꝙ hic dicit ꝙ punit iudex nō deferens veꝝ ē
niſi aliquam iuſtam cām habeat quare non detulit. ſed
inepte rñs noluit deferre. ita Jnno. in. c. ut debitus. j. c.
Ang. de aretio in. l. ſciendum. ff. de appel. Et ꝙ inter
locutoꝛie appellatio etiam procedat in caſu iſto. tenet lu
douicus ꝙ habeat locum hec pena. in conſilio. ccccj. qđ
incipit omnipotentis. ꝛc. ut declarationem accipiat in. ij.
col. ꝛ proxi. dixi in. iij. notabili illius tex.

**Dia nos.** A pena. l. etiam particu laris non appellatur. h.
d. Uel ſic. appellatio non defendit religio
ſum contra conſtitutiones regulares. h. d.
Nō. primo ex tex. ibi. reſperſi vel commitri. ꝙ quan
do infamia eſt publica aliter probari non debet. ſicut de
notoꝛio facti permanentis dicitur. facit. c. euidentia. j. de
accuſa. l. emptoꝛem. in principio. ff. de acti empt. Et ſi
non eſt publica probari ē. Jđ o tex. utitur huiuſmodi al
ternatiua. ꝛ fiet probatio per duos teſtes ſicut de alia
fama. glo. eſt in. l. iij. §. eiuſdem. ff. de teſt. nō. bartol.
in. l. de minoꝛe. §. toꝛmenta. ff. de queſtionibus. Faci
unt notata in capitu. ueniens. lo primo. ſupra de teſti.

UVA. BHSC. IyR_025

Nō. ſo ex tex. ibi. qĩ capitulo. ꝙ capitulum generale religioſum vt dicit hic bal. poſt Jo. an. de predicatorib⁹ ⁊ de minorib⁹ ſicut hñt ꝙ ſine ꝯfirmatõe admiſtrant eoꝝ prelati ex quo ſũt electi. ita habẽt ẽt ex ꝯſuetudine vt infamati teneanᷓ cedere ſue adminiſtrationi in manibus capituli. ⁊ valet talis ꝯſuetudo. ut. ĩ. ſubijciam. Nō. ex tex. ibi cedere prelatũ. iũctis preceden̄. ꝙ prelatus regularis iſamatus de crimine priuaᷓ adminiſtratõne ſua. qđ intelligẽ ſm glo. hic. quando idicta ſibi purgatiõe in ea ſuccubuit iuſta ea que habẽtur in. c. quotiẽs de purg. ca. ſecus ſi non fuiſſet indicta purgatio: q2 lꝫ regulares prelati magis de facili priuenᷓ ꝙ ſeculares. c. qualiter ⁊ qñ. lo. ij. in fi. ĩ. de accu. tamẽ ſola infamia nõ ſufficit ad priuationẽ eoꝝ. c. lꝫ olim. ⁊. c. ꝑ tuas. ĩ. de ſimo. lꝫ hic Jnno. videatur velle hic cẽ caſum ꝙ ſola iſamia ſufficiat cuius itellectus eſt contra. d. c. per tuas. ⁊ etiam reprobaᷓ rõe. nam fama in crialibus non facit probationẽ. dixi in c. i. ȿ. eo. ergo multo minus ſola infa. nõ ſufficiet ad priuationẽ. vnde neceſſe eſt ſubaudire ad tex. noſtrũ ꝙ gl. uoluit ꝙ iſte prelatus ſuccubuerit in purgatõe. Ali⁹ fuit intellectus hoſti. quẽ ſequũtur cõiter doc. ꝙ iſte loquatur ſtante ſic ꝑticulari ꝯſuetudine illius religionis. puta predicatoꝝ uel minorũ ꝙ eoꝝ prelati iſamati de crimie debeãt in capitulo generali renũciare ſue adminiſtratõi in manibus capituli ⁊ diffinitoꝝ. Et iõ ſit ſenſus lr̃e ꝙ ſi noluerũt renunciare ⁊ ꝓpterea appellent ꝙ appellatio eos nõ tueᷓ. ⁊ ſic habeꝭ tex. ꝙ ſicut ab executõe iur̃. cõis non appellatur. c. ꝯſuluit ⁊ ibi dixi. ȿ. eo. Jta ab executione iuris ꝑticularis. ſ. ꝯſuetudinis priuate religionis et faciũt que dixi in. c. ad nr̃am. ȿ. eo. nec obſtat. c. admonet. ⁊. c. ꝙ in dubijs. ȿ. de renũ. dum vult ꝙ renũciatio dꝫ fieri in manibus ſuperioris. ⁊ tex. in ſimili cũ glo. i. l. legatus. ff. de offi. preſidis. glo. in de. i. de renũ. q2 uerũ eſt niſi ſtante ꝯſuetudine alr̃ diſponatur q2 tenet facta ẽt in manibus non habentis ꝑtãteꝫ conferendi. ⁊ ſimiliter tollitur ꝯ̃trium. c. in ſingulis. ĩ. de ſta. mo. dum videᷓ uelle ꝙ capitulũ generale nõ poſſit priuare aliquẽ prelatũ. nec obſtat ſi inſtetur ꝙ imo ꝯſuetudo nõ valeat per. c. cum uenerabilis. ȿ. de conſue. ubi conſuetudo renunciãdi ſine licentia ſupioris nõ ualet. q2 ille tex. loquiᷓ de abſoluta renũciatione que fit nulla ſubſiſtente cã ⁊ ad uotũ renũciantis. nos loquimur de renũciatione facta ex ꝯ cã ſ. ꝓpter crimen que ẽt magis uериſimilr̃ ualet facta ut in cãu noſtro. in manibus capituli. q2 prelati huiuſmõi ſic ſtante ꝯſuetudine ex ſola electionẽ ſine ꝯfirmatione ius adminiſtrandi habebãt. nõ miruꝫ ſi in manibus capituli ⁊ ſic eligentiũ magis de facili renũciant quã alij electi ⁊ ꝯfirmati a ſuperiore q2 iſti poſtea renũciant in manibuſ ſupioris. per notata in. c. ſi electio. de elec. li. vj. Et ideo infert hic bal. ꝙ uertente ſciſmate ꝑtẽdentes ſe papas renũciare poſſũt in manibus ꝯcilij generalis ex quo papa a nemine ſupiore ꝯfirmaᷓ ⁊ faciunt que habenᷓ in. c. i. de renũ. li. vj. faciũt que pulchre ponit Ludo. in ꝯſi. pe. quod eſt numero. cccccxiij. Et iſte tex. ſm predictum intellectum Hoſt. facit ad id quod firmat Ludo. in ꝑdicto ꝯſi. vbi dicit ꝙ ſi papa ſit ſcandaloſus ⁊ monitus ꝑ ꝯſilium ut pro ſcandalo uitando cedat papatui ſi noluerit cedere habeᷓ perinde ac ſi ceſſerit. ⁊ alius poterit eligi. moueᷓ per ea que habenᷓ in. l. ſancimus. §. quẽ autem C. ad treb. in. l. in oĩbus. la. i. cum gl. ff. de pretorijs ſtipula. in. l. damni infecti. la. i. §. fi. ff. de dam. infec. in. l. i. in fi. cũ. l. ſeq. ff. de inſtitoria. in. l. i. C. de acti. ⁊ ob. qđ tamẽ dictum idigeret altiori indagine. ⁊ de illo multuꝫ dubito. Nam lꝫ papa poſſit cedere uolens papatui. c. i. de renũ. li. vj. ꝙ tamen poſſit moueri uel cogi ad cedẽdum nullibi caueᷓ. Erubeſcimus ergo cum ſine. l. loquimur. l. illam. C. de colla. §. ꝯſideremus. in auten. ẽ triente ⁊ ſemiſſe. preterea cũ papa non habeat ſupiorẽ. c. alioꝝ. ⁊. c. factu. ix. q. iij. c. erectionẽ. ⁊. c. ſi quis per pecuniam. lxxx. di. quõ ergo poterit moueri ⁊ cogi ad cedendum. facit quod voluerũt hoſti. ⁊ Jo. an. in. c. ꝓpoſuit. de ꝯceſ. pre. ben. ubi tenẽt ꝙ lꝫ ꝯtra papam hꝫ locum denũciatio euangelica tñ illa ultima ꝑs denũciationis ſi nõ audiuerit dic eccl'ie non hꝫ locum in hoc ſeculo. ſed intelligitur dic eccleſie. ſ. triũphãti. de quo in. c. nouit. õ iudi.

**P aures.** Si appellans non proſequitur appellationeꝫ in termino hoĩs reuertitur iuriſdictio ad delegatum a quo fuerat appellatuꝫ ſicut ad ordinariũ. h. d. Nõ. ꝑmo ex tex. ꝙ delegatus a quo ẽ appellatum. ꝑte non ꝓſequente appellationẽ intra terminũ aſſignatũ ab ipſo delegato reaſſumit iuriſdictionẽ ⁊ procedit in cã. ⁊ idem eſt in termino iuris. q2 quo ad hunc effectũ equipantur. c. cum ſit. ȿ. eo. Et ſic habetis hic bonũ tex. ꝙ per appellationem iuriſdictio delegati non extinguitur. ſꝫ melior eſt tex. in. c. cũ ceſſante. ĩ. eo. imo etiam ex quo tex. ille generalr̃ loquitur ſi delegatus detuliſſet appellationi. tamẽ poſſet ꝑte non ꝓſequente appellationẽ intra terminũ ſiue iuris ſiue hoĩs ꝓcedere in cã. q2 quod dicitur deferendo amittere delegatum iuriſdictionẽ. c. cũ appellationibus. eo. ti. li. vj. uerum eſt duobus concurrentibus ꝙ ꝑs ꝓſequebaᷓ appellationẽ Jtem ꝙ iudex ad quẽ acceptet delationẽ. ita glo. in. d. c. cum appellationibus. alr̃s altero iſtorum deficiente ꝓcedet delegatus in cã uigore prime iuriſdictõis. q2 nõ dicitᷓ abdicatũ ꝙ cum effectu non durat abdicatũ. c. relatum. in ſimili. ĩ de cleri. nõ reſid. l. i. in fi. ff. ꝙ quiſqꝫ iur̃. l. arbiter. itra certũ. ff de arb. Et ita tranſit Panor. ex quo ergo põt delegatus qui detulit appellationi reaſſumere cãm ⁊ in ea ꝓcedere his caſibus. ergo vr̃ ꝙ poterit pendente appellatione nõ obſtante ꝙ detulerit appellatiõi expedire omnia que tendũt in faciliorẽ executionẽ appellationis. cum cauſa ſit qñque ad eum reuerſura. ergo ſua intereſt ut magis expedita ipſa cã reddatur. Sicut ĩ ſimili dictum eſt. in. c. cum teneamur. ȿ. eo. quod tamẽ eſt contra notata per Panor. in. c. queſtioni. ȿ. eod.

**P audientiã.** Qui ſe ⁊ ſua protectioni ſedis apl'ice ſubmittit lꝫ appellationis uerbuꝫ nõ exprimat tamẽ appellaſſe vr̃. Diuidiᷓ in duas ꝑtes. Jn prima narrat factum. Jn ſcđa dat iudices. ſcđa ibi lꝫ. No. ex tex. ibi nr̃e protectioni. ꝙ ubicunqꝫ ṽborum formalitas nõ eſt de ſubſtantia actus nõ refert qualiter ṽba exprimanᷓ. dũmodo de mẽte ꝯſtet. facit. c. itelligentia ſermonũ. ⁊. c. in his. ĩ. de uer. ſig. c. petitio. ȿ de procur. ſecus ſi ṽba cẽnt de forma. l. i. in prin. ⁊ ibi habeᷓ. ff. de uer. ob. No. ex tex. ibi ꝓtectõi nr̃e ꝙ ſubiceᷓ ſe ꝓtectioni ſupioris ꝓpter aliquod grauamẽ ſibi illatũ uel cõminatũ equiparatur appellatõi. ⁊ hꝫ effectum ſuſpẽdendi iuriſdictionẽ iudicis a quo ac ſi fuiſſet appellatum. Doc. ponũt maxie Gemi. in. c. cordi. in prin. eo. li. vj. bal. in auten. ſi quis ṽo litigantiũ. C. de epiſ. aud. ⁊ licꝫ tex. dicat nr̃e. Et ſic loquaᷓ de papa. tñ idẽ eſt in alijs ſupioribus qui pñt adiri ꝑ appellationẽ. ⁊ facit glo. in ſimili. c. i. maxie in uerbo nos. eo. ti. li. vj. ⁊ ſic habetis ꝙ nõ ẽ neceſſe in appellatione exprimere verbũ appello ſed ſufficit aliud equipollẽs quod itelligite uerũ dũmodo ꝓcedant que ad appellationẽ neceſſaria ſunt. q2 ſi appellatur ab iterlocutoria ⁊ exprimatur cã ⁊ ſeruetᷓ forma. c. cordi. eo. ti. li. vj. tũc abſqꝫ eo ꝙ exprimaᷓ verbũ appello ſufficeret dicere ſubicio me ꝓtectioni ſupioris. ⁊ ita declaratur tex. nr̃. ꝑ doc. Et ſic habetis ꝙ illa ṽba ſubicio me ꝓtectioni ſupioris ſm formã appellationis ꝓlatã eximitur reſpectu illius cãe ipſm ꝓferentẽ. a iuriſdictõe iudicis a quo ⁊ ſic habetis limitationẽ. ad. c. recepimus. ĩ. õ priui. ad. c. i. ĩ prin. de ṽ. ſig. li. vj. ubi ſubiect⁹ uel receptus ad ꝓtectõem aplicam nõ tamẽ ab ordinario ẽ exemptus. tamẽ unũ notate ꝙ lꝫ receptio ad ꝓtectionem nõ faciat quem exemptũ tamẽ eius contrarium pura excluſio a protectione q2 ſtatutũ dicat ſic extra protectionem

UVA. BHSC. IyR_025

ciuitat̄ iſtius illū̄ priuat q̄ſi bānitū illa ciuitate. ēt vt de
negetur ei audiētia. ita Ci. i. l. i. C. de nāl lib. Bal. in
auten. caſſa in. i. col. C. de ſacro ſā. eccl. Nō. ex tex. ibi
denuncies nō tenere. ꝙ. attentata poſt appellationē ex
iudicialē ſm. D. Anto. hic iterpoſitā ſi per ipſū iudicem
attētant̄ q̄ ſūt ꝯ appel. ſunt nulla ipo iur. faciūt dicta
i. c. i. ſ̄. e. Glo. i vbo cogniōe. in. fi. timore ꝯrij. ſ. q2 in
tex. dicit̄ ꝙ ſine cāe cognitiōe iſte excōmunicauit cū eſſet
ab eo appellatū ⁊ ſic videbatur. ꝙ excōmunicatio nō te
neret. ergo a ꝯrio videt̄ inuere tex. ꝙ cū cāe cognitione
bn̄ poſſet ꝓcedere. iudex a quo. Contra ea que vidim⁹
in. c. ſup eo lo primo. ſ̄. eo. coñ. c. ſi a iudice ⁊. c. nō ſolū
eo. ti. li. vj. ꝓptcrea glo. noſtra dat intellectū ad tex no
ſtrū ꝙ iudex a quo hic procederet ex noua delegatione
q2 pap ad quē erat appellatū d̄ nouo delegauit cām iudi
ci a quo. Et iō ſi cū cauſe cognitione ꝓceſſiſſet a cōtario
fatet̄ tex. ꝙ ꝓceſſus ualuiſſet. q2 nō procedit ex pria po
teſtate que bene ē ſuſpenſa per appellationē. d. c. ſuper
eo. cū alijs cōtrarijs. ſed ꝓcedit ex noua poteſtate ꝙ nō
te ad limitationez dictoꝝ iurium. Et ideo in caſu noſtro
ꝓceſſus non ualuit. quia ſine cauſe cognitione ꝓceſſit.
ut uoluit glo. i. c. eccl'ia ſancte marie. ſ̄. de ꝯſti. ⁊ Bar. i.
l. ꝓlatā C. de ſent. ⁊ interloc om. iud. in. l. ii. C. de ſen.
ex. pſc. rec. Doc. fatent̄ hunc itellectū glo. eē in ſe uerū3.
ſed nō eſſe bonū ad tex. noſtrū. q2 nō ē uerīſimile ꝙ pa
pa cauſā appellationis deleget iudici a quo. c. ꝓxime ſe
quenti: ⁊. l. eos. i prin. C. eo. imo ille tex. probat ꝙ nec
poſſit ſi uellit ꝯmittet̄ cauſā appellationis iudici a quo.
qd̄ patet per vbum. fas. ibi in tex. poſitum ꝙ importat
ius diuinū. qd̄ quidē ē imutabile ꝑ papā. Inno. in. c. q̄
in eccleſiarū. ſ̄. d̄ ꝯſti. §. ſʒ nālia. inſti. de iure nāl. gen.
et ciuil. Sed ex alio videt̄ reprobād⁹ iſte itellect⁹. quia ē
de directo ꝯ tex. noſtrū ibi denūcies nō tenere. nā ſentē
tia exco. lata etiam ſine cauſe cognitiōe. valet ⁊ tʒ. c. ſa
cro. j. de ſentētia exco. ergo licʒ hic iudex iſte ꝓceſſet t̄ ſi
ne cāe coguitione dūmodo defect⁹ nō ſit in iuriſdictione
ſententia excōmunicationis valebit cuius ꝯriū vult hic
tex. ergo de neceſſitate ꝓſupponendū eſt. ꝙ hic iudex a
quo. nō ꝓcedebat ex noua delegatione. q2 tunc habuiſ
ſet iuriſdictionē. et licet ſine cauſe cognitione ꝓceſſiſſet.
ualuiſſet tn̄ excōmunicatio. ꝙ eſt ꝯ tex noſtrum. unde te
nēdū eſt ꝙ hic papa illa vba. ſine cauſe cognitione. ap
poſuerit narrando accidentiā facti. n̄ ut iuris miniſteriū
iportet. Et ideo non ē ſūmendū argumētū a ꝯrio ſenſu
ex eis. uel ſubaudiat̄ dictio maxime. Aliud habetis ex
glo. quicquid dicat hic Jo. An. ꝙ ubi iudex ex iuriſdic
tione pōt ſentire ꝯmodū. nō poteſt cognoſcere an ſua
ſit iuriſdictio. an ne. ⁊ clarius uoluit glo. in. l. de iure. ff.
ad municip. ⁊ ibi Bar. ⁊ Bal. i. l. ii. lʒ Bar. ⁊ Ang. ꝯ. ff.
ſi quis in ius uoc. nō ier. ⁊ Bal. in. c. ꝯquerente. ſ̄. de re
ſti. ſpol. ⁊. D. Anto. hic. ꝙ intelligatis non eſſe uerum
qn̄ illud cōmodū ptineret ad dignitatem uel officiū. Ita
ꝙ iudex nihil ꝑciperet. nā ex hoc nō itelligetur ſuſpect⁹.
⁊ ideo poſſet cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio. Ita Bal.
in. d. c. ꝯquerente. per tex. in auten. bona damnatorū.
C. de bon. da. ⁊ facit ꝑ bal. glo. in. c. cū ꝑſone. de priuil.
li. vj. Aliud cōlligit. D. Anto. ex illa glo. ꝙ ubi litigat̄
de exemptione quia pars declinat iudicē dicendo ſe eſſe
exemptam nō poteſt iudex iſte cognoſcere an ſua ſit iuriſ
dictio. ⁊ ſic de exemptione iudicare. q2 redditur ſuſpect⁹.
et ita Inno. in. c. ex parte lo. i. j. de uer. ſig. in. c. uenera
bili. j. de cenſi. ſʒ in contrariū eſt tex. in. d. c. cū perſone.
⁊ ibi glo. ſʒ poteſtis reſpōdere ſm panor. ꝙ ibi iudex nō
cognoſcit d̄ priuilegio exemptionis ut de illo iudicet. ſʒ ut
ſe inſtruat. q2 forte reuocabit. preceptum uel citationem
ſi uidebit priuilegiū. nec ibi dicit̄ in tex. ꝙ debeat iudicar̄
de priuilegio. ſicut i ſimili iudex a quo n̄ pōt iudicare de
iuſticia uel iniuſticia appellationis. c. dilectus. lo. ii. ſ̄. de
reſcrip. tn̄ ut ſe iformet de iuſticia uel iniuſticia q2 forte
uidens ſe grauaſſe reuocabit grauamen. poterit iudex a
quo cognoſcere. ita Inno. in. c. paſtoralis. §. preterea.
ſ̄. de offi. del. facit tex. in. c. ſi a iudice. e. ti. li. vj. in glo.
in uerbo. teneris uel alit̄ licet poſſit eſſe iudex ut ibi dicit
glo. tn̄ poterit recuſari. ſicut in ſimili uidebimus in. c. po
ſtremo. j. eo. dicit tn̄ panor. ꝙ ut iudex ſuſpectus appel
letur reſpectu cōmodi ꝙ ſentit ex ſua iuriſdictione. puta
ſportularum. inſpicienda eſt qualitas iudicis. ⁊ qualitas
ſportulaꝝ. c. ⁊ ſi queſtiones. j. de ſimo.

**Cepta con.** Cauſa non eſt re
mitenda ad iudicē
a quo niſi de ꝯſenſu partiū. h. d. Nō. ex
tex. nr̄o ꝙ cā appellationis non eſt remitten
da ad iudicē a quo. nec ipſe appellās. ad eum eſt remit
tendus. Falit p2io niſi de ꝯſenſu partiū. Falit ſ° ni
ſi appellatio eſſet friuola. c. cū appellationib⁹ friuolis. e.
ti. li. vj. Falit 3°. niſi ꝓnūciaret̄ male appellatū in int̄
locutoria. c. ut debit⁹. j. eo. Falit quarto niſi remittat̄
pro abſolutione excōmunicationis q2 remitti poteſt. ⁊ d̄
honeſtate eſt remittendus. c. cū ꝯtingat. ſup̄. de offi. dl.
c. per tuas. j. de ſententia exco. Glo. in uerbo. ꝯſenſe
rit. tangit nūquid de conſenſu unius partis. puta appel
lantis poſſit recedi ab appellatione et iri ad iudicem a
quo. de quo in. c. interpoſita. §. illa denique. j. eodem

**Poſtremo.** Delegatus appellatio
ne remota recuſari po
teſt ſi ſit impetrantꝭ ꝯſanguine⁹. l' i eadē cau
ſa fuerit aduocat⁹. vl' alia iuſta cā ſuſpitionis
proponat̄. Nō. primo ex tex. ibi cōſanguine⁹. ꝙ cōſā
guine⁹ iudex in cā ꝯſanguinei ſui pōt recuſari tanꝙ ſuſ
pect⁹. ⁊ dicit̄ ex mente Jo. An. glo. ⁊ ſcribētium hic cō
ſanguine⁹ attēto cōmuni vſu loquēdi. Omnis qui ſiue
ex pte patris ⁊ ſic linea maſculina. ſiue ex parte matris
et ſic linea feminina. eſt ſanguine ꝯiunct⁹ Et hoc etiā vo
luit Jo. An. ⁊ ibi notat̄ in Rica. j. d̄ ꝯſang. ⁊ affi. voluit
Bar. in. l. cū quidā. §. ꝙ dicit. ff. de acquir. here Bal.
i. l. fi. C. de ver. ſig. ⁊ in. c. ſi pater de teſta. li. vj. vſque
ad quē gradū fiat iſta recuſatio dicā i glo. Nō. ex tex.
ibi. in eodē negotio aduocati. ꝙ aduocat⁹ poteſt recuſa
ri ne ſit iudex in eodē negotio in quo aduocat⁹. Et nos
pulcerrime inſtruit impr. i. l. ꝓxime. ff. de his. que i teſta
mēto del. ꝙ poſt colluctationē cū aduocatis partium iu
dex i deliberatiōe cāe debet deliberare ſemotis aduoca
tis. Et nōte tex. dū dicit. eodē negocio. quia idē eſt
negociū dū eadē cā durat. lʒ diuerſa iſtātiā fiat vt voluit
Jo An. in. c. fi. de teſti. li. vj. faciūt nōta i. l. fi. ff. d̄ teſti.
⁊ in. c. iſuper per Inno. ⁊ nōta in. c. cū a nobis. ſ̄. de re
ſti. ⁊ iō i alia cā aduocat⁹ bn̄ poſſet eſſe iudex. nec recuſa
bit̄. Ita doc. vbi ꝓxime ⁊ hic per tex. noſtrū. Et idē di
cit hic Panor. eē i ꝯſultore. per ea que habēt̄ i. c. irrefra
gabili. ſ̄. de offi. ord. ⁊ tangā. j. in ſuſpitionib⁹. Nota
ex tex. ibi. vel alia iuſta cauſa ꝙ iudex ſuſpect⁹ poteſt re
cuſari ex plurib⁹ alijs cauſis q̄ ꝓpoſitꝭ. quas. j. enume
rabo. Nō ex tex. ibi poterit recuſari. ꝙ iudex qūantū
cūqʒ ſuſpect⁹ niſi recuſet̄ eſt iudex. Et poteſt ꝓcedere. ⁊
ſic neceſſaria ergo eſt ꝓpoſitio recuſationis. facit tex. i.
c. iudex ab apoſtolica de offi del. in vj. ⁊ facit. l. in priua
tis. ff. de iudic. nā ibi pater poteſt eſſe iudex in cauſa filij
⁊. iij. q. vii. §. tria. ⁊ tn̄ recuſari pōt. ſaltē tanꝙ ꝯſangui
ne⁹. ut hic ⁊ facit. l. qui iuriſdict. cū ibi nō. ff. de iuriſdi.
om. iud. Nō. ex tex. ibi. appellatione remota. ꝙ clā.
ap. re. non excludit quo minus iudex poſſit recuſari. ita
cūt nōta in. c. ſup eo lo. ii. ſ̄. eo. ⁊ ibi dixi. ⁊ ſic habet̄ ꝙ
excluſo uno mō defenſionis. ſ. appellatiōis ē q̄ dfēſio. c.
ſuggeſtu3. ſ̄. eo. nō tn̄ excludit̄ ali⁹ mod⁹. ſ. recuſatio. q̄
eſt ēt defēſio. c. cū inter. ſ̄. de excep. c. q2 ſuſpecti. iij. q. v.
nōtur in. l. fi. C. de ſent. ⁊ iterloc. om. iud. Sʒ operē
preciū eſt ſcire nūquid princeps poſſit tollere hūc modum
defēſiōis. ſ. recuſatiōez. ⁊ uidet̄ dicēdū ꝙ non. ⁊ ita tenet
Panor. in. c. ad hec. ꝑ glo. ibi. ſ̄. de reſcrip. in fi. ⁊ etiam
effectualiter ꝯſiderātī tenet i. d. c. cū inter. tʒ Gemi. i. d.



UVA. BHSC. IyR_025

c.iudex.ab ap̃lica.qui adducit glo.ij.q.vi.c. ſiquis. er
ga.et pro hac opi.facit tex. in.d.c.cũ interdũ ſentit ꝙ ẽ
defenſio.⁊ in.d.c.q2 ſuſpecti.ſ3 defenſio eſt iuris natura
lis: ergo tolli non poteſt per pᷓcipem.d.§.ſ3 naturalia.
inſti.de iuꝛ nãl.gen.⁊ ciuiꝛ. In ꝯrium t3 Spec. in ti.de
recuſ.§.i.v̉ſi.quid ſi cauſa.Lap.in.d.c. iudex.et bal.in
l.fi.§.de ſent.⁊ interloc.om.iu.⁊ t3 glo.i.l.apertiſſimi.
in v̉bo.omnes lites.C.de iudic.t3 Ang.⁊ Imo.in.l.i.
§.interdũ.ff.a quib.appel.non lic.ubi ꝯcludũt ꝙ prin
ceps poſſit tollere recuſationẽ.⁊ ita Inno.in.c.ex tranſ
miſſa.s̃.de foꝛ.ꝯp.mouetur q2 poteſt tollere appellatio
nem: d.§.interdũ.⁊.c.paſtoꝛalis.j.eo.l.i.C.de ſent.ꝑ
fec. pret. ⁊ appellatio nõ eſt minus equa defenſio. ꝙ
recuſatio cũ hec tendat ad coꝛrigẽdã iniquitatẽ ꝯmiſſa3.
⁊ illa ſuſpicaꝛ de iniquitate ꝯmittẽda.itẽ cũ recuſatione
omiſſa ſi iudex ledat poteſt emẽdari ꝑ apppellationem.
ſ3 appellatione excluſa nõ põt emendari iniquitas per
recuſationẽ.plenioꝛ ergo eſt prouiſio ⁊ defenſio appella
tionis. et magis neceſſaria ꝙ recuſatio. Non obſtãt
ꝯria.⁊ primo glo.in.c.ad hec.s̃.de reſcrip.q2 non dicit
ꝙ princeps nõ poſſit tollere. ſ3 dicit ꝙ ex certa ſcientia
ꝯcedendo litteras intelligitur ꝯcedere ſaluo iure recuſa
tionis. quaſi uellit glo.ꝙ cl'a ex certa ſciẽtia nõ excludat
recuſationẽ.et eſt ratio.q2 ꝯmittendo iudici ſuſpecto ex
certa ſcientia. certa ſcientia nullũ aliũ effectũ habet niſi
q2 tollit obſtãtia actui.ut uoluit glo.in cle.ij. ⁊ ibi doc.d̃
reſcrip.in.c.paſtoꝛalis.§.preterea.s̃.de offi. del. in.l.
eos in prin.⁊ ibi bal.C.eo.et princeps agendo ex certa
ſciẽtia uideꝛ.diſpenſare ſup omni qd̃ ĩpediret actũ eius
ne ualeret ut uoluit Inno.in.c.ueniẽs.s̃.de fili. pr̃ſbro
rum.in.c.diuerſis fallacis.j.de cle. ꝯiug.nõ.. Imo.p⁹
bar.in.l.quidã ꝯſulebat.ff.de re iud.ſ3 ad ualiditatem
cõmiſſionis nõ requiritur ꝙ excludatur ſuſpitio. q2 cõ
miſſio facta iudici ſuſpecto ualet mero iure.⁊ ille ẽ iudex
et põt procedere.niſi recuſeꝛ.ut hoc tex. nr̃o.nõ mirum
ſi cl'a.ex certa ſciẽtia.uel certa ſciẽtia principis. nõ tollit
recuſationẽ nec ſuſpitionẽ.q2 poteſtas eius ſolũ eſt circa
ualiditatẽ eius.ſ3 ꝯmiſſio eſt iam de ſe ualida. ergo.⁊c.

Non obſtat argumẽtũ de defenſione non tollenda.q2
l3 non poſſit tollere defenſionẽ principis.cle.paſtoꝛalis.
de re iud.tñ modalitatẽ ſiue modũ defendẽdi bñ poteſt
tollere.q2 illa ſunt de iure poſitiuo.ut uidemus i ſimili
q2 tollit appellationẽ.d.§.interdũ.⁊ ita ſoluit.d.anto.
in.c.i.in.i.carta.s̃.de reſcrip. Dicite ergo ꝙ ex cer
ta ſciẽtia ꝯmittẽdo iudici ſuſpecto non vr̃ tollere recuſa
tionẽ.ita glo.in.d.c.ad hec. in dubio cauſa3 cõmittẽdo
nõ vr̃ tollere recuſationẽ.d.c.cũ inter. ⁊ ita d3 intelligi
glo.in.d.c.ſiquis erga.expreſſa aũt mentione facta.nõ
obſtante recuſatione.vr̃ tollere ſolum friuolã exceptionẽ
recuſationis.ita Spec.in.d.v̉ſi. quid ſi cauſa. Lap.in.
d.c.iudex.Bal.in.d.l.fi.ꝑ ea que habẽtur in.c.paſto
ſtoꝛaꝛ.j.eo.in.c.ex parte.lo.ii.s̃.de offi. del. In ſpẽ aũt
faciendo mentionẽ de certa ſpẽ ſuſpitionis.puta non ob
ſtante ꝙ ſit ꝯſanguineus ualebit ꝯmiſſio. nec per hanc
cauſa3 poterĩt reecuſari.ita Spec.bal.⁊ lapus.ubi ꝓxi
me.nã cũ ſuſpitio ſit de iure poſitiuo reſpectu effectus re
cuſandi ut in.d.c.cũ inter.q̃ ſunt de iure poſitiuo bene
poſſunt a principe tolli.l.fi.⁊ ibi glo.C. ſi ꝯ̃ ius. l ueuti.
pu. Inno.in.d.c.q̃ in eccleſiaꝝ.⁊ iõ cum papa non lige
tur iure poſitiuo nec alij pᷓcipes ⁊ eoꝝ ſententie ſint pro
lege.l.fi.C.de legi.itelligite expreſſa cã in eis.ita Imo.
per illũ tex.in.c.ut noſtrũ.j.ut eccleſiaſti.bñfi. q2 nõ ex
preſſa cã nõ habet uim.l.iõ papa ſuſpectus recuſſari ñ
poteſt.ita glo.nõ.in.c.i.ad finẽ de ꝯceſ. preb.li.vi. ⁊ iõ
nec ꝯciliũ gñale.intelligite ĩ quo eſt papa uel uacãte ſede
cũ poſitiue legi nõ ſubiaceat recuſari non poteſt.l3 cõcili
um prouinciale uel particulare ſic.c.i. ſup̃.de iud. et ibi
doc.quicquid uoluerit ibi glo. Et ideo cum de Cardi
nalibus papa ſummo opere confidat iuxta notata in.
l.i.inſi.ff.de off.. preſec.preto. Eti.l.vnica.C.de ſen
tẽtia preſec.preto. Cardinalis recuſari non poteſt. Ita
Imo in.c.nouit.j.eo. poniꝛ. per. D Anto.poſt Io.
An.et Hoſt.in.c.ad petitionem.j de accuſa.faciũt que
dixi ex mẽte Bal.in.c.cũ parati.s̃.eo. Glo.ſup v̉bo
ꝯſanguiene⁹.i fi.habet.ex glo.ꝙ ille ꝯſanguine⁹ poteſt
reguſari.qui eſt ĩ gradu ſuccedẽdi ab inteſtato vt poſſit
ſuccedere aliquo caſu. Et iõ cũ hodie vſque ad decimũ
gradum ſuccedaꝛ agnatis ab iteſtato.§.fi.inſti.de leg.
cog.ſucc.Et cognati ſint redacti ad inſtar.agnatoꝛum
§.nullã in aut° de here.que ab inteſt.defer. Etiam co
guatis ſuccediꝛ vſque ad decimũ gradum.⁊ ideo glo.
debuit dicere ad decimũ gradũ ſm.iura.hodierna. Et
cũ glo.trãſit Hoſti.Bal et Imo.ꝙ ſuſpitio intelligatur
vſque ad gradũ ſuccedẽdi durare. Et pro glo.facit glo
in.l.ſi femina.C.ad turp.vbi ſuã vel ſuoꝛum in iuria
dicꝛ pars proſequi vſque ad gradum ſuccedendi tacit3
glo.i.l.vt vim cnm ibi nõ.ff.de iuſt.⁊ iure. Et ita Bar
et Ang.in.l.qui iuriſdictioni ff.de iuriſd.om.iud. D.
Anto.in.c.cũ ꝯtigat.s̃.de foꝛ. comp.in.c.inſinuãte.s̃.
de offi.del.l3 glo.in.c. requiſiſti.j.de teſta. in c.i.xij.q.
iij.videnꝛ ſentire ꝙ ſolũ vſque ad quartũ gradũ de iure
canonico ſit loc⁹ ſucceſioni ergo ſm has glo. reſtrĩgetur
ſuſpitio ad illũ gradu3 Io.An.hic dicit ꝙ cum ex linea
maſculina ſoleãt ẽt ultra decimum gradũ uindicari offẽ
ſe.in femina aũt nõ tãtũ curaꝛ ꝙ hoc erit arbitrariũ iudi
ci ꝯſiderare ex ꝯſuetudine patrie effectionẽ que ſolet ha
beri inter coguatos et agnatos.⁊ iuꝛ ca3 iudicare de ſuſ
pitione.⁊ ſatis vr̃ inclinare Panoꝛ.iuꝛ ꝯſuetudine3 pa
trie. D.Anto.nõ firmat pedes.bal. reprobat Io. An.
q2 uerbũ ꝯſanguinei.eſt de iure certũ ⁊ determinatum.
ſ3 ubi ſignificatio v̉bi ẽ determinata nõ recurriꝛ ad arbi
triũ iudicis.l.itẽ in legati.§.parui.ff.de leg:iij. Habe
tis ſᵒ.ex glo.ubi pari modo quis ẽ ꝯſanguineus litigan
tium nõ põt ab altero coꝝ recuſari ut ſuſpectus. ſecus ſi
ĩparitas eſſet in gradu.d.§.de uno.⁊ ita doc. hic. Ha
bet.3°.ex glo.plures alios cẽ caſ⁹ ſuſpitionũ.de quibus
glo.ſe remittit. Uos dicite triplicẽ eſſe ſpeciẽ ſuſpitio
num ꝓpter quas recuſatur iudex. Prima reſpectu
amoꝛis.ubicũq3 ueriſimile eſt ex ꝯiecturiſ ꝙ una ꝑs ſit
magis dilecta a iudice ꝙ alia.ita.d. anto. hic.ꝑ ea que
habẽtur i:c.accedens.lo.i.et lo.ii.ſup̃.ut lit.non cont.

Secũda eſt ſpecies reſpectu odii.quia veriſiſe appa
ret ꝙ iudex habet partẽ odio.c.cũ ſup ⁊ ibi tex.ſm itel
lectũ glo.s̃.d̃ offi del.ita.D.Anto.hic. Tertia ſpe
cies eſt indifferens.ſ.ob aliã cauſa3 quã ꝓpter amorem
vel odium partis. Diſcurendo ergo nominatim Quot
amauerit ippia mechos dicite nominatim ſuſpitiões eẽ
infraſcriptas. Prima ergo eſt ſuſpitio icipiẽdo a ſpe
cie amoꝛis qñ iudex ẽ nimis amic⁹ partis.c.ad hec.vbi
tex.s̃.de reſcrip.c.cũ.R.canonic⁹ ⁊ ibi Panoꝛ.s̃.de of
fi.del.c.accuſatores el quarto.iij.q.v. Secũda ſpecieſ
ſi eſt ꝯſanguine⁹ aduerſarii.vt hoc tex.noſtro. Tertia
ſpecies ſi eſt afinis aduerſarii.vt voluit glo.in.c.ij.s̃.ut
lit nõ ꝯt.Spec.in ti.de iud.dele.§.ſupeſt v̉ſi.quid ſi af
finis faciũt nõta in.l.aut ſi affinitate.ff.de procur.in.c.
ij.d̃ procur.li.vj.vbi propter affinitatem cũ aduerſario
factam remouetur ꝓcur.ergo et iudex recuſabiꝛ per ea
que dicam in pe.ſpecie.niſi tamen qualitas perſone eli
deret preſumptionẽ affectionis que reſultat ex affinitate
puta q2 eſſet religioſus bone ꝯſcientie ⁊ integritatis. ita
Imo.et.d.benedictus.in.c.cum. R.canonicus.ſup̃.de
offi.del. Spec.in.d.§.ſupereſt uerſi.quid ſi ñ eſt Quar
ta eſt ſpecies ſi eſt prelatus eccleſie cui⁹ cãe vult eſſe iudex
Ita Spec.in ti.de iudic.dele.§.ſupeſt. v̉ſi.itẽ qd̃ uult
item Panoꝛ.in.c.cũ ueniſſent.ſup̃.de iudic.in.c. ad au
dientiam.et ibi.d.anto.poſt glo.ſup̃.eo.quicquid dicat
glo.in.c.cũ perſone.de priuil.li.vj. Quinta ſpecies ſi
conſanguine° ẽ prelati recuſabitur ne ſit iudex in cã eccl'e
ita.R.pec:in.d.§.ſupereſt.v̉ſi. quid ſi prelatus.et ibi.
Io.an.in addi.ita.d.anto.et panor.hic.et panor.in.

UVA. BHSC. IyR_025

c.īſinuante.per illū̄ tex.⁊ ibi alij.ſ̃.de offi.del.quicquid
arguat ī ꝯrıū Spec.ubi.ſup̄.⁊ ita Jo.An.⁊ Gemi.in.
c.iudex.ab ap̄lica.de offi.del.li.vj. Sexta eſt ſpecies
ſi iudex eſt clicꝰ aduerſarij.ita Jo.An.i.c.legitīa.eo.ti.
li.vj. Septīa.ſi ē ſcolaris aduerſarij.iij.q.v.c.accuſ
ſatores.lo.iiij.Et ēt Panor.uoluit ī.c.cū.R.canonicꝰ.
ſ̃.de offi.del.faciūt nōta ꝑ Inno. in.c.i.j̃. de magiſtr.
tex.⁊ ibi glo.in.l.liberto.ff.de obſeq.liber.l.quid ergo.
ff.de arb. Octaua ſpecies ſi magr̄.ē ſiue doc.aduer
ſarij.ita Spec.d.§.ſupeſt.vſi. quid de magr̄o. ita Pa
nor.in.d.c.cū.R.licet Jo.An.in.c.cām. q̄.ſ̃. de offi.
del.teneat ꝯriuʒ ꝑ tex.⁊ ibi nōt Bal.in auten. hita.C.
ne fil.pro pr̄e.⁊.§.pe.in ꝓhemio.ff. Nona ſpecies ſi
aduerſarius eſt famulus iudicis.d.c.īſinuāte. Spec.ubi
ꝓxime vſi.itē ſi uelit. qd intelligitͤ durāte famulatu. n̄
aūt poſt.ꝑ notata ī.l.i.§. idem reſcripſerūt.⁊ ibi Bar.
ff.de qōni.⁊ ꝑ Panor.i.d.c.cū.R. ſi tn̄ aliqua reueren
tialis obediētia poſt ſolutū famulatū remaneret n̄ ceſſa
ret ſuſpitio ꝑ notata ubi ꝓxime. Decia ſi uicarius eſt
ep̄i iudex: nā tūc etiā in cā famuli ep̄i pōt recuſari. tex.ē
in.d.c.inſinuāte.⁊ ibi Panor. Undecia ē ſi ſocius eſt
in domo aduerſarij.ita Panor.in.d.c.cū.R. Duo
decima ſi eſt cū canonicꝰ aduerſarii in eadem eccl̄ia.tex.
eſt i.d.c.cū.R.⁊ Spec. ubi ꝓxime vſi.itm̄ quid ſi ſociꝰ
⁊ vſi.item ſi cū canonicꝰ. Tertiadecima ī ſubdito qui
nō pōt eſſe iudex in cauſa dn̄i.c.accedēs.lo.i. ⁊ meliꝰ el
iiº.ſ̃.ut lit.nō ꝯt.qd uel durāte ſubiectione.al's ſecus di
xi in.x.ſpē. Quartadecima ſi iudex eſt ſuffraganeus
aduerſarij.d.c.accedēs.lo.i. Spec.ubi ꝓxie vſi.item ſi
ſuffraganeꝰ. Quītadecīa ē ſi iudex ē aduocatꝰ aduer
ſarij l'fuit ī eodē negocio.ut h̄ tex.⁊ dixi ī textualibꝰ.ſi tn̄
aduocatꝰ ē domeſticꝰ iudicis ex hoc nō poteſt recuſari iu
dex niſi attēta qualitate prauitatis aduocati. ⁊ facilitate
iudicis.aliud uideatur dicedū.ita Hoſt.ꝑ illū tex.ibi pa
nor.⁊ alij in.c.i.ſ̃.de offi.iud.⁊ uidete que ſcribūtur ī.c.
ex inſinuatione.j̃.co.Sʒ ubi aduocatꝰ eſſet dominis iu
dicis pōt tūc iudex recuſari.ita Hoſt.⁊ Jo.An.i.c.i.ſ̃.
allegato.facit.c.accedēs il.ii.ſ̃.ut lit.nō ꝯt. Sextade
cima ſi fuit ꝓcur.in ea cā. ꝑ ea que habētur in.c.ſi. de
teſti.li.vj.ꝑ.D.Anto.i.c.cū a nobis.ſup̄.de teſti.⁊ nō
in.d.c.inſinuāte.⁊ Spec.ubi ꝓxime vſi.itē ſi aduocatꝰ.
nā ꝓcurator nō pōt eſſe teſtis in eadem cauſa in qua fu
it ꝓcur.d.c.f.ergo cū facilius repellat iudex ꝙ̄ teſtis:
ut uoluit glo.i.d.c.cū.R.canonicꝰ ⁊ nōtur in.d.c.inſi
nuāte poterit ēt recuſari ne ſit iudex. Deciaſeptima ſi
fuit iudex ſollicitator cāe.q; ſicut nō pōt eſſe teſtis ita re
cuſabit ne ſit iudex.ita rota deciſ.ſua. cclxxviiij. que in
cipit itē fuit dubitatū quid ſi adherēs. ubi dicūt ꝙ ſolici
tator nō poteſt eſſe teſtis.ergo multo minus iudex.q; fa
cilius repellit iudex ꝙ̄ teſtis.ꝑ nōta in.c.cū R.canonicꝰ
⁊ in.c.inſinuāte.ſ̃.de offi.del.qd declarat uel.maxime
ꝑ Ludo.ꝯſi.ccccxx.incip̄.ꝓpoſita.queſtio vr̄ decidi.ꝓ
cedere ī ſollicitatore ſallariato.al's nō repelleret.ut ibi ꝑ
eum.tn̄ forte a iudicādo poſſet ſollicitator recuſari etiam
nō ſalariatus rōe affectionis quā ueriſimiliter habet ad
cām. Deciaoctaua ſi iā dixiſſet iudex appere ſuū i cā
ita Jo.An i.c.irrefragabili:§.exceſſus ⁊ ibi alii.ſ̃.de of
fi.ord.nā pars ꝯ̃ ꝙ̄ iudex dixiſſet anteꝙ̄ eſſet datus
iudex poteſt eum recuſare. Decianona ſi fuit ꝯſultor
ipſe iudex aduerſarij.ī cauſa.ita Jo.An.i.c.ſi ꝯ̃ unuʒ.
de offi.deleg li.vi.i.c.legitima.eo.ti.li.vj.Bal.in.c.de
cauſis ī quinta col.ſ̃.de.offi.del.⁊ Panor.hic.ut dixi in
textualibꝰ. Uigeſima ſi aduerſariꝰ ē uaſallus iudicis.c.
cām.q̄.ſup̄.de offi.del.nōtur i.c.ex tn̄ſmiſſa.ſup̄:d for.
ꝯp. Uigeſimapria ſi iudex dixit teſtimoniū al's in cā.
nā pōt recuſari. Spec.ubi ꝓxie.vſi.itē ſi teſti. faciūt no
tata in.c.romana.de teſti.li.vj. Uigeſima ſecūda ſi
iudex eſt uaſallꝰ īperrātis.d.c.accedēs.lo.ii.Jo.An.i.
d.c.legitīa. Uigeſimatertia ſi i cā fuit fideiuſſor iudex.
Spec.vbi ꝓxime.vſi.ſʒ nūquid fideiuſſor.⁊ facit nā fide
iuſſor nō pōt eſſe teſtis in cā.l.ſi cui leget.⁊ ibi Bal.ff.de
leg i.D.Anto.i.c.cū a nobis.ſup̄.de teſti. ergo nec iu
dex. Uigeſimaquarta.ſi iudex eſt filius eius qui fuit
uel ē aduocatꝰ in cā.uel eꝯ̃.pr̄ ē iudex. ⁊ filius ē aduoca
tꝰ ita gl.in.c.accuſatores.ul'teſtes.el.qrto.iij.q.v.et.
D.An.hic.ꝑ tex.in.c.ex inſinuatione.j̃.eo.ſʒ ibi glo.
Jo.An.⁊ Panor.tenēt ꝯriū.⁊ ibi dicā. Uigeſima
quinta ſi fuit aſſeſſor i illa cā n̄ poterit poſtea eſſe iudex.
Spec.i vſi.ſi ſit aduocatꝰ. ⁊ faciūt nōta i.l.ij.ff. ꝙ quiſ
que iur̄. Uigeſimaſexta ſi fuit iudex in illa cā ſemel ⁊
illā cognouit.c.accepta.ſup̄.eo. Uigeſimaſeptima ſi
hēt ꝯſimilem cām iudex cāe aduerſarij.⁊ que ſit ſimilis
cā ſtatur arbitrio iudicis.c.cām que.el.ii.ſup̄.de iudic.
c.ꝑſonas.ſup̄.de teſt. Uigeſimaoctaua.qn̄ iudex eſſʒ
nimis fauēs aduerſario.d.c.accedēs.el.iiº.ſup̄.ut lit.n̄
ꝯt.⁊ ibi nōtur. ⁊.d.c.ad hec. ſup̄.de reſcrip. Iſto caſu
tn̄ debet i ſpecie exprimere i quo facit nimiū fauorē ad
uerſario. Uigeſimanona ſi pars ſibilat ad aures iudi
cis pōt iudex recuſari.niſi palaʒ dicat quid ſibi i aure di
xit ps.D.Anto ⁊ cōiter doc.i.d.c.accedēs.el.ii. Spe.ī
ti.d poſitionibus.§.vij.v.quid ſi pones. Trigeſima in
Compatriota ſi ambo.iudex ⁊ aduerſariꝰ ſit i pr̄ia ex
tera .quia compatriote ex pr̄iam ſolito plꝰ ſe diligere ſo
lēt. Ita Jo.An.i.d.c.legiā Spec.d.§.ſupereſt.vſi.itē
ſi d terra notat in.d.c.accedens.el.ſecundo.trigeſima
prima qn̄ iudex ⁊ pars ſunt ꝯpatriote ⁊ i pr̄ia ſua iudi
ciū agunt ꝯ̃ foreſēs ibi exiſtentē.ita Spec.⁊ alij vbi pro
xime. Trigeſima ſecunda.qn̄ iudex ſupplet in facto
pro pte aduerſa vltra caſꝰ a iure ſibi ꝑmiſſos.nā tūc vi
detur facere ſe ptē.⁊ ꝑ ꝯn̄s ſuſpectū glo.eſt i.c.ſtatutū
in principio i vbo copia.de reſcrip.li.vj. Trigeſima
tertia ſi iudex eſt in manibꝰ aduerſarij ī alia ſua cā.pu
ta quia aduerſariꝰ i alia cā eſt iudex iſtiꝰ iudicis Spec.
vbi.ſ̃.vſi.ſi vnꝰ Gemi.i.c.ſi.de offi.del.li.vj. Tre
geſima quarta ſi ep̄s eſt iudex i cā clericoꝝ ſibi ſubdito
ruʒ ꝯ̃ aliū nō ſuū dioceſanū. Jo.An.i.d.c.legiā Spec.
in vſi.Quid ſi impetro.Et hij ſunt caſꝰ circa primā ſpe
ciē.ſ.amoris. Circa ſecūdaʒ ſpeciē caſus ſūt īfraſcrip
ti. Trigeſimaquita ſi iudex eſt inimicus partis etiam
ſi nō ſit inimicꝰ capitalis ita glo.i.c.ij.⁊ ibi Gemi.de ꝓ
cur̄.li.vj.Et ēt tex.i.c.quia ſuſpecti.iij.q.v. Bal.i.l.i.
C.ſi quacūqʒ ꝑd.poteſt.Et io.de anania i.c.cū oporte
at.j̃.de accuſa.⁊ arbitrio iudicis remittit iſta inimicitia.
ita Spec.vbi proxime vſi.pe.Dicit tn̄ Bal.i.c.ꝯſtituitꝰ
ſ̃.de reſcrip.ꝙ exceptio inimicitie nō ꝓcedit niſi inimici
tia ſit manifeſta ⁊ nō dubia.l.nō diſtinguemꝰ.§.cū qui
dā.ff.de arb.quia nemo ꝑſumitur inimicꝰ quia eſt ꝯ̃ iuſ
naturale.c.i.prima diſtinctione.l.ut vim.ff.de iuſti.⁊ iur̄
⁊ ibidē Bal.dicit ꝙ ſi inimicitia eſſet capitalis tūc ſine
alia exceptione redderet iudiciū retronullū.ſecꝰ ſi nō eſ
ſet capitalis quia tūc eſſet neceſſe oponere exceptioneʒ
Trigeſimaſexta ī inimico recōciliato.quia de inimi
co recōciliato nō confidas i eternū.iij.q:v.c.accuſato
tores lo primo ⁊ ibi glo.⁊ in.c.ꝑuas el primo.j̃.de Si
mo.⁊.Bal.in auten.ſi dicatur circa finē.C.de teſti.in.
l.ꝑſcriptione.C.ſi contra ius vl'vti.pu.faciūt notata
per Inno.⁊ doc.in.c.cū.oporteat.j̃.d accuſa.Trigeſi
maſeptima ſi iudex litigat i alia cā cū pte.Spec.in vſi.
itē ſi cū altera.trigeſimaoctaua qn̄ iudex hēt cām cū eccl'
ſia uel dignitate quamꝰ ps poſſidet.tex.ē in.c.cū ſuper.
⁊ ibi glo.magna.ſup̄.de offi.del.trigeſimanona qn̄ iu
dex nō admiſit ptem ad oſculū ſtante ꝯſuetudine oſcu
lan̄.glo.⁊ doc.i.d.c.cū ſup. Quuadrageſima qn̄ iu
dex dixit vba ꝯminationis ad partē.q; ſi poterit offen
det eum.glo.in.d.c.cū ſup.ꝯſiderata tn̄ qualitate dicētis
iur̄.notata in.l.de pupilo.§.ſiquis ipſi.ff.de op.no.
nūc per Ci.⁊ alios in.l.i.C.ſiquis impa.maled.et in.
l.metū.C.ꝙ met.cā.⁊ ita ꝯſuluit.Paul.de ca.ꝯſi.xxii.
qd incipit in chriſti ⁊c.circa primū.ſʒ in ꝯriū tʒ.d.anto.
dicēs doctores ita tenere in.c.ſi quando.ſup̄ de reſcrip.



UVA. BHSC. IyR_025

et ꝓ pꝛia parte facit glo. et ibi Ang. i. l. ſi ꝓetoꝛ. §. mar
cellus. ff. de iudic. ⁊ ponit. d. anto. in. c. ſi qñ. de reſcrip.
bal. in. l. ſi quis ꝓuocatione. C. de appella. Quadrage
ſima prima. qñ iudex ſalutatus a parte non rñdet. niſi
qualitas perſone excuſet. q2 nõ ſalutãdo pꝛeſumit̃ inimi
cus. ita glo. in. c. adrianus. lxiij. di. ita glo. ⁊ ibi panor.
in. c. cũ ſuper. s̃. de offi. del'. d. auto. s̃. in ſalutatione gre
goꝛiana. ad fi. Quadrageſimaſecũda. qñ iudex eſſet cõ
ſanguineus inimici mei. ita bal. in. d. c'. accedẽs. el. ii. et
ibi alij. faciũt nõta in. c. repellant̃. ⁊ in. c. cũ opoꝛteat. j. ꝺ
accuſa. Quadrageſimatertia. qñ iudex eſſet ꝯmenſalis
inimici mei. uel eius familaris. Spec. v̓ſi. itez ſi familia
ris. Panoꝛ'in. d. c. accedẽs. el. ii. Quatrageſimaquarta
qñ eſſet appellatũ a iudice in alia cauſa. c. ad hec. el. i. et
c. ꝓpoſuit. s̃. eo. ĩtelligite ꝯſtito de grauamine. Quadra
geſimaquinta eſt ſm Jmo. in. d. c. ad hec. ⁊ ſm vincẽ.
⁊ Jmo. in. d. c. ꝓpoſuit. ſi appellatũ eſt a iudice ẽt aliter
non docto de grauamine. ⁊ ſic vult ibi Jmo. ꝙ cũ dici ſo
leat. chi offende nõ perdona. ꝙ talis appellãs poſſit re
cuſare ipſũ iudicẽ a quo. lz illa ſit leuis offenſa Quadra
geſimaſexta. eſt ſi iudex fecit aliquã iniuriam parti. puta
dedit alapam. nã tũc poteſt recuſari. tex. eſt ſm vnum in
tellectũ in. l. ſiquis. ꝓuocat̃. C. eo. Quadrageſimaſep
tima ſi ꝯtrahit parentellã iudex cũ inimico. nã tũc recuſa
ri poteſt ꝑ nõta in. c. ii. de ꝓcur. li. vi. iũctis his que dicã
j. in pe. ſpecie. ⁊ faciũt nõta ꝑ bar. in. l. iiij. i ſimili. ff. de
adi. leg. i. l. ſcieñ. ff. ꝺ leg ꝑ bal. i. l. liberi. C. ꝺ ioff. teſt ꝑ
Jo. ꝺ anania. i. d. c. cũ opoꝛteat. q̃drageſia octaua. in ꝯ
federato. cũ inimico meo. ꝑ iura. s̃. allegata in pꝛeceden
ti ſpẽ. ⁊ faciũt nõta ꝑ bal. in. l. ii. C. de ſeruit. et aq. ubi
pꝛincipe diffidato uident̃ diffidati ꝯfederati. ⁊ nõta per
ang. in. l. que religioſis. ff. de rei. ven. ubi. an pax exten
datur ad ꝯfederatos. de quo ꝑ panoꝛ. i. c. i. s̃. ꝺ poſtul.
p̃l. ꝑ Jnno. ⁊ alios. in. c. ad apl'ce. de re iud. li. vi. Qua
drageſimanona in eo qui crebꝛo ꝯuerſatur cũ inimico
meo. Spec. in v̓ſi. itẽ ſi comes. faciũt nõta ꝑ Jo. An. in
d. c. cũ opoꝛteat. quinquageſima qñ iudex eſt inimicus
dñi. uel pr̃is partis. tunc ipſe ⁊ tota familia ſua recuſari
pñt. tex. eſt in. l. unica. C. ſi quacũque p̃d. pot. Spec. in
v̓ſi. itẽ ſi inimicus. faciũt nõta in. d. c. accedẽs. el. ii. quin
quageſimapꝛima. ſi iudex eſt ſubditus inimici partis. d.
c. accedẽs. lo. ii. quĩquageſimaſecũda. qñ iudex eſſet par
tialis q2 eſſet gelfus et pars eſſet gebelina aduerſarius
aũt gelfus. ita Bal. in. c. de cauſis. in nona. col. s̃. de of
fi. del. quĩquageſimatertia. ubi reſultat ueriſimilitudo
ꝙ iudex lederet partem ſi poſſet. nã tunc recuſari poteſt
ita Spec. in v̓ſi. añ. pe. faciũt nõta in. c. tertio loco. s̃. ꝺ
ꝓb. per bar. in. l. fi. ff. de q̃õni. per bal. in. l. fi. ff. de he
re. inſti. ubi ꝓpter pꝛecedẽtẽ ueriſimilitudinẽ p̃ſumit̃ cri
men cõmiſſum. ergo multo magis arguet̃ quis de ꝯmit
tendo. ⁊ hec circa ſecũdã ſpẽz odij. tertiaz ſpeciem reſpi
ciũt caſ⁹ ſeq̃ntes. quĩquageſiaquarta. qñ doctoꝛ ẽ groſ
ſus ⁊ illitteratus. in pũcto ſubtili recuſari põt ita bal. in.
l. fi. in. xvj. q̃õne. C. de here. inſti. q̃nquageſimaquĩta
qñ ſuſpectus iudex delegauit nõ in totũ. nam tũc ſubde
legatus recuſari poteſt. c. iudex ab apl'ica. de offi. del. li.
vi. quĩquageſimaſexta. qñ iudex recuſat̃ ut ſuſpect⁹ ꝑꝑ
aliquã qualitatẽ que reſpicit dignitatẽ ſuã. nã tũc ẽt eius
ſucceſſoꝛ recuſari poterit. ita bal. i. c. de cauſis. in. v. col.
s̃. de offi. del. facit bñ in ſimili tex. in. c. ſi a ſubdelegato.
ꝺ offi. del. li. vj. ⁊ ſi opponitur ꝯ iudicẽ exceptio excõmu
nicationis uel infamie an ipſemet poterit cognoſcer̃. an
talis exceptio ſit ꝓbata. d. anto. in. c. ſup litteris. in. xv.
col. de reſcrip. pe. ꝺ ancha. i. c. pia. de excep. li. vj. Jmo.
poſt bar. in. l. quidã ꝯſulebat. ff. de re iud. faciũt q̃ ponit
panoꝛ. in. c. ſolicitudinẽ. ſup glo. in uerbo ep̃s. j. eo. ibi
penã quĩquageſimaſeptima. ſi iudex pꝛocurauit ſibi cõ
mitti cãm. nã tunc poteſt recuſari. Spec. v̓ſi. item ſi per
ſe. Jo. an. in. c. ſi ꝯtra unũ. de offi. del. in. vj. bal. i. d. c.
de cauſis. in. vj. col. io. an. in. d. c. legitima. quĩquageſi
maoctaua. qñ iudex nimis anioſe ꝓcederz. c. ii. ubi tex.
circa pꝛin. s̃. de in integ. reſti. ⁊ ibi imo. quĩquageſima
nona. ſi ad petionẽ uni⁹ tãtũ partis dat⁹ eſt iudex. ſpec.
in v̓ſi. item ſi ad petitionẽ. ſexageſima ſi iudex ſuccedit
partibus i toto uel in p̃te. ita tex. in. l. iulianus ait. ff. de
iudic. Spec. in v̓ſi. itẽ ſi p̃cium: Jo. an. in. d. c. legitia.
ſexageſimapꝛima. qñ iudex ad quẽ ẽ appellatũ. ucceſſit
iudici a quo uel eꝯ. nã tũc in cã appellationis recuſabit̃.
ita gl. bal. ⁊ alij. i. l. eos. i pꝛin. C. eo. ſexageſima ſecũda.
qñ iudex a quo ẽ appellatũ eſſet illemet reſpectu dignita
tis qui haberet iudicare i cã appellationis. nã tunc licet
ad eũ met appelleť̃ur. tñ recuſari poteſt dixi poſt Bal. s̃.
in Rũca Secxageſimatertia. eſt qñ ſupioꝛ ſiue iudex
vt pars capituli capitulariť aliquid feciſſet ⁊ ab eo facto
appellaret̃ ad eũ vt iudicẽ. pꝛo vt põt. c. a collatione eo.
ti. li. vi. tũc iſte ſuperioꝛ. recuſari poterit glo. eſt i. d. c. a
collatione. Secxageſimaquarta vbi iudex ꝑcipit cõ
modũ ex iuriſdictiõe. nã tũc ſi vult ꝓnũciare ſe iudicẽ po
terit recuſari ne ſup hac dilatoꝛia cognoſcat. vt dixi i. c.
ad audientiã. s̃. eo. Secxageſimaquĩta eſt qñ locus
nõ eſt tut⁹ ꝓpter inimicitias partis. nã tũc ibi citatus iu
dicẽ recuſare poterit reſpectu loci. d. c. accedẽs el. ſecũdo
imo ſi hoc eſt notoꝛiũ locũ nõ eẽ tutũ nõ tenet̃ cõparere
ita Bar. i. l. ſciendũ. ff. de lega. ⁊ eſt tex. in cle. paſtoralis
de re iud. Secxageſimaſexta qñ locus ad quẽ citatuꝛ
pars nõ eſt tut⁹ ꝓpter inimicitias terre ſue. tex. eſt i. c.
cũ. R. canonic⁹ ſup̃ ꝺ offi. del. ſecxageſimaſeptia qñ lo
c⁹ i quo deꝫ ꝯparer̃ ẽ tut⁹ ſꝫ via nõ ẽ tuta tex. ⁊ ibi nõ. i. d.
c. accedẽs el. ij. ſecxageſimaoctaua i aduocato qui ſciuit
ſecreta pr̃is nã põt recuſari qñ iã dixiſſet velle ſuũ ꝯ p̃te
ſuã glo. ẽ ⁊ ibi doc. qui eã ita itelligũt maxie imo. i. c. di
lecto ſup̃ de teſti. Et ita. D. anto. hic faciũt nõta ꝑ Pa
noꝛ. ⁊ imo. i. c. irrefragabili. §. exceſſ⁹. ſup̃ ꝺ off. oꝛd. ſe
xageſimanona vbi iudex eſſet ſuſpect⁹ tertio p̃tendente
intereſſe i cã nã tũc iſte terti⁹ nõ ſolũ põt opponer̃ ꝺ ſuo
ĩtereſſe ſꝫ ẽt recuſar̃ põt iudicẽ tãꝙ ſuſpectũ. tex ẽ i. c. cũ
ſup ⁊ ibi doc. s̃. ꝺ off. del. Septuageſima vbi iudex ſuaꝫ
ſubditã i uitã uult ducer̃ i uxoꝛẽ nã tũc ⁊ per ipſã ſubditã
⁊ ꝑ familiã ſubdite recuſari põt. tex. eſt in. l. unica. C. ſi
quacũqꝫ pꝛed. pot. ſeptuageſimapꝛia. ẽ quãdo epiſcop⁹
recuſat⁹ eſt nam tunc eius uicarius redditur ſuſpectus
lꝫ nõ eꝯ. gl. eſt in. c. ſi ꝯ unũ. in v̓bo. epi. iuncto tex. ibi
de offi. del. li. vj. uoluit panoꝛ. i. d. c. iſinuãte. tñ i ꝯ̃triuꝫ
fac̃ q̃d uolũt legiſte i. d. l. unica. C. ſi quacũ. pꝛed. pot.
ſeptuageſimaſecũda. ubi iudex fuiſſet coꝛrupt⁹ a p̃te q2
accepiſſet mun⁹ ſufficiẽs ad ꝑuertendũ animũ eius. iur̃
nõta i. c. ⁊ ſi q̃õnes. j. de ſimo. tũc recuſari poterit. ſpec.
ubi pꝛoxime v̓ſi. itez ſi fuit inimic⁹. ſeptuageſimatertia.
qñ executoꝛ modũ excederet in exequendo. tunc etiaꝫ ſi
ſit datus de ꝯſeſu partiũ tñ recuſat̃. c. ſup q̃õnũ. §. i. s̃.
de offi. del. ſeptuageſimaq̃rta. in omni ſuſpitione per
quã remouetur ꝓcur̃. de quibus in. c. ii. de ꝓcur̃. in. vi.
in. l. poſt litẽ cũſequentib⁹. ⁊ in. l. que omnia. ff. de pꝛo
curatoꝛib⁹. i omnib⁹ illis poteſt iudex recuſari ſuſpect⁹
ita Spec. i. d. §. ſupeſt. v̓ſi. fi. ⁊ faciũt nõta h̃ ꝑ panoꝛ.
ſeptuageſimaquĩta. i oĩ cãu ſimili l' maioꝛi. expreſſis
in iure quia i eis arbitrio iudicis. poſita dicta ſimilitudie
poterit iudex recuſari ſuſpect⁹. Jta. D. Anto. hic ⁊ Jo.
an. ⁊ alij i. c. cũ ſpeciali. j. eo. Et iõ lꝫ deciſuꝫ nõ reperia
tur an ꝓpter cognationẽ ſpiritualẽ poſſit recuſari ſuſpec
tus iudex tñ de ſimilib⁹ ad ſimilia habet̃ deciſſionẽ ꝑ p̃di
cta. nã ad plus tenet̃ cognatus ſpiritual' quã affinis. ꝙ
patet q2 affinis nõ tenet̃ affinẽ alere. ſꝫ pater ſpiritual'
ſic. vt voluit Bal: in auten. niſi rogati. C. ad treb. ergo
cũ affinis poſſit recuſari ut. s̃. in tertia ſpetie. ⁊ cognat⁹
ſpiritualis recuſabit̃. p̃terea equiparat̃ pr̃i carnali quo
ad reuerẽtiã ſibi debẽdã. Et iõ nõ vocabit̃ in ius ſine ve
nia ſicut nec pr̃ carnalis. Jta Ang. poſt Bal. i. l. gene
ralit̃. ff. de i ius voc. ergo ſicut reuerentia magiſtralis fa
cit. quẽ ſuſpectũ vt dictũ ẽ in octaua ſpecie ⁊ ſeptima Jta

UVA. BHSC. IyR_025

iſta reuerēti a ſpiritual. et ſciendū ē quod non ſolū habꝫ
locū recuſatio vno tm̄ iudice dato. ſꝫ ēt qn̄ dati ſunt plu
res iudices. ꝛ vnus ſuſpect⁹. ille ſolus recuſari poterit. c.
cām que. ſ. de offi. del. immo ſi eſſēt dati cū cl'a. Quod
ſi nō omnes. Quo caſu vno recuſato alij poſſūt ꝓceder
c. ſi ꝯ vnū. ꝛ ibi habet de offi. del. in. vj. ſi ꝓcederēt nō
recuſati vna cū recuſato nō valeret ꝓceſſus ꝓpter ad
mixtionē inhabilis. c. cū ſup. ſ. de offi. del.

Dhec. Sententia ſuſpēſiōn vl' iter
dicti p̱ appellatōēꝫ nō ſuſpē
ditur. h. d. Nō igitur primo ex tex. ꝙ ap
pellatio ſuſpēdit effectū ſententie. c. paſtoral
§. ꝑterea. ſ. de offi. del. ul' alias extinguit. vt dixi i Rica
etiā ſi ſint ſortite ſententie effectū vel ſortiri deberēt execu
tionē iuris. l. furti i pricipio. ff. de his qui not. infa. l. qui
vltimo. ff. de pen. tn̄ i ſentētijs cēſure nō ſolū excomuni
cationis ut i. c. paſtoralis. j. eo. ſꝫ etiā iterdicti hoc locuꝫ
nō habet. quia ſentētia iterdicti per appellationē nō ſuſ
pendit. vt hoc tex. Et idē eſt de ſentētia ſuſpenſionis.
qꝛ ſub nomie cēſure. ꝛ ipa ꝯtinet. c. querēti. j. d ver. ſig.
ꝛ. c. is cui. vbi de hoc eſt tex. de ſentētia exco. li. vj. ꝛ itel
ligite i ſentētia iterdicti vl' ſuſpenſionis a diuis quia cū
ille l gēt ai i nā ſicut excōmnuicatio. nō mirū ſi p̱ appel
lationē nō ſuſpendūtur ſicut nec excōmunicatio. quia i
hoc aſſimilātur excōmunicationi. Si aūt eſſet ſuſpēſio
vl' iterdictū latū a tpalib⁹. puta quia iterdicit clrico ne
p̱cipiat aliquid de prebenda uſque ad tempus. uel ne
ingrediatur domū canonici. uel pomeriū. tal' ſuſpenſio
cū nō liget animam nō equiparatur excōmunicationi. ꝛ
iō per appellationē ſuſpendit. ita glo. in. d. c. is cui. ꝛ fa
cit. qꝛ uidemus ꝙ nec etiā ſuſpenſus a temporalib⁹ cele
brādo efficitur irregularis. ut notatur i. c. clici. j. de cle.
exco. mi. in. c. i. de ſen. exco. li. vi. item fac. qꝛ i huiuſmōi
ſuſpēſione tēporalium nō requirit forma. nec iponitur
pena formā nō ſeruāti. d. c. i. ita Jo. An. ꝛ alij. ibi. ꝛ fac
qd a ꝯtrario uidemus nā ſuſpenſ⁹ a diuinis ita demuꝫ
incurrit irregularitatē ſi diuinis deputatus certo ordini
ſe imiſceat nō aūt ſi ſe imiſceret temporalib⁹. ita Jnno.
in. c. tāta. j. de exceſ. pl. nōtur in. c. i. de ſen. ꝛ re iudi. li.
vj. ꝛ p̱ Archi. xxiiij. q. i. i ſūma. ꝛ in. c. audiuim⁹ ubi me
lius. eadē. cā ꝛ. q. glo. ſup̱ uerbo. interdictū. i fi. habet
primo ex glo. ꝙ equiparātur ſuſpēſio iterdictum ꝛ excō
municatio. ꝛ iūctis his que vult hic Jnno. ꝛ alij. dicite.
prio equiparātur qꝛ neutra eaꝝ ſuſpēdit p̱ appellatiōēꝫ.
ut hoc tex. nr̄o. ꝛ. c. paſtoral. j. eo. ſecūdo qꝛ utraqꝫ lata
poſt appellationē ē nulla de ſentētia iterdicti habet tex.
in. c. dilectus. j. eo. de ſententia exco. habetis tex. in. c.
p̱ tuas. j. de ſen. exco. de ſuſpēſione habet i. d. c. is cui.
3° quia omēs iſte ſentētie requirūt ꝑcedētē monitiōꝫ. c.
reprehēſibilis. ſ. eo. ꝛ dicite vt ibi quarto qꝛ ſicut excō
municatio requirit iuratoriā cautiōꝫ ſi debet abſolui ex
cōmunicat⁹. c. cū deſideres ꝛ. c. ex tenore. j. de ſentētia ex
co. ita abſolutio ab iterdicto vl' ſuſpēſione. c. venerabili
j. de ſententia exco. quito ſicut i excōmunicatōe fit qn̄qꝫ
abſolutio ad cautellā. d. c. p̱ tuas ita i ſuſpenſione vl' iter
dicto. c. venerabili. ꝛ ibi habet. hodie p̱ iura ſexti non
hꝫ locū i iterdicto relaxatio ad cautellā. tex. i. c. pn̄ti de
ſētētia exco. li. vj. Sexto qꝛ ſicut celebrās excōmunicat⁹
efficit irregularis nec ab alio abſoluit ꝙ a papa. c. clici. j
de clico exco. miniſtr. ita ſuſpēſus. c. i. d ſētētia ꝛ re iud.
li. vj. et. c. i. de ſentētia exco. eo. li. ita celebrās i loco iter
dicto vl' alias violās iterdictū. c. tāta. j. de exceſſ. prela. ꝛ
c. is cui de ſentētia exco. li. vj. ꝛ de his i quib⁹ habēt hu
iuſmōi cēſure ſimilitudiue iter ſe Gemi. i. c. i. de ſentētia
exco. li. vi. Calde. i tractatu de ecclīaſtico iterdicto. i prio
effectu i ſecūda ꝛ tertia qōne differūt tn̄ i multis. prio qꝛ
excōmunicatio fert ſolū ꝯ certā pſonā aiataꝫ: c. rōana.
§ uniuerſitatē. de ſen. exco. li. vj. iterdictū aūt ēt ꝯ uni
uerſitatē ꝛ corp⁹ ianimatū ſiue locū ferri pōt. c. nō ē. j. d
ſponſ. itē excōmunicatio nō fert ob alienū delictū. ſꝫ ſolū

ob ꝓpriū. c. nemo. c. quicūqꝫ. xi. q. iij. iterdictū aūt pro
aliena culpa ferri pōt. d. c. nō ē. itē tertio iterdictū ſiue ēt
ſuſpēſio ferri pōt ſolo delicto nō ꝑcedēte ꝯtuā. ēt ab ho
mine. Jnno. i. c. i. j. de exceſ. pl. excōmunicatio aūt nō
fert ab homine niſi precedēte ꝯtuā. gl. eſt in. c. epi. xi. q.
iij. qr̄to epūs pōt ad tēpus ſuſpēdere iterdictū ꝓpriuꝫ.
ut glo. hic. qn̄ in locū latū eſt. excōmunicationē aūt nō.
p̱ ea que notant p̱ Jnno. in. c. ut priuilegia. j. de priuil.
ꝛ hāc ordām ponit glo. i. c. pn̄ti de ſent. exo. li. vj. ꝛ lati⁹.
j. dicā. quito excōmunicatio īdiget abſolutione ſemper.
ſuſpēſio aūt uel i cerdictū ob certā cām. uel ad certū tēpꝰ
factū. ceſſante cā ul' tēpore finito ceſſat ꝛ tollit. nec indi
get alia abſolutione. glo. ē in cle. i. in v̄bo. donec. de de
cis. i. c. ſiquis. deiceps. xvi. q. vij. nō. inno. in. c. cū bo
ne. ſ. de eta. ꝛ ql. imo. in. c. ii. j. de. ſolu. ubi hoc exami
nat. habet in. c. cū tu. j. de uſur. ꝛ lꝫ illa glo. loquat ſolū
de ſuſpenſione tm̄ extēdit ad iterdictū. ita. d. anto. in. d.
c. nō eſt. ita card. i cle. i. v̄ſi. terra. de pen. ſexto coīo alio
rum ihibet excōmunicato. c. cū excōmunicato. xi. q. iij.
ꝛ alijs cōicare ꝓhibet cū eo. c. illud. j. d clrico exco. miniſtr.
ſꝫ iterdict⁹ uel ſuſpenſ⁹ ſecus. qꝛ nec ipſe ꝓhibet. nec alij
ſecū. d. c. tāta. ꝛ ibi p̱. d. anto. ꝛ alios. habet aliud ex gl.
nr̄a ꝙ ep̄s iterdictū a ſe factū tollere poteſt. ꝛ ēt ſuſpēde
re. qd poſſit tollere dubitat nemo. dūmō ſit de p̱tinenti
bus ad iuriſdictiōēꝫ ſuā. qꝛ nō ſi latū a ſupiore. ita doc.
hic. qꝛ eius eſt abſoluere cui° ē ligare. ꝛ omis res ꝛc. c.
uerbū. de penitētiis. di. i. c. i. j. de reg. iur. ſec⁹ ſi a ſupio
re latū eſſet. c. paſtoralis. §. ꝑterea. ſ. de offi. ord. Sed
pūctus ſtat an poſſit locū iterdictū a ſe ipſo uſque ad cer
tū tēpus liberare ſuſpēdēdo iterdictū ad certū tempus.
ꝛ lꝫ hic glo. ꝙ poſſit. ꝙ ſequit tur h̄ cōmunit doc. ꝛ gl. i.
c. pn̄ti. d ſen. exco. li. vi. lꝫ panor. i pūcto iuris aliꝫ dicat.
ꝛ ꝓ hac opi. adducit io. an. ep̄o licet propriuꝫ interdictū
i totū tollet. g° ꝛ pro p̱te ſuſpēdet quia cui lꝫ plus lꝫ ꝛ ꝙ
min⁹ eſt. regula cui lꝫ. d reg. iur. li. vj. adducūt ēt tex.
in. d. c. dilect⁹ v̄ſi. quia vero idē ep̄s j. eo. Jo. de ligna
no i quodā tractatu ſuo de eccl'aſtico iterdicto. i iterdic
to lꝫ ꝯriū. cui⁹ opi. de iur. dicit Panor. veriorē mouet
maior ē potētia appellationis quā iudicis. ſꝫ appellatio
nō ſuſpēdit iterdictū. vt h̄ tex. nr̄o g° nec iudex pōt ſuſ
pēdet. Maior ꝓbat ꝙ pl⁹ poſſit appellatio quā iudex
nā iudex nō pōt facere quin ꝯdēnatū ſequat i famia l.
nō poteſt. ff. de furt. ꝛ tn̄ appellatio facit ut ꝯdēnat⁹ nō
fit ifamis. l. furti i prin. ff. de his qui not. ifa. ergo ꝛce.
ſecūdo adducūt nō pōt iudex facet qui. effect⁹ iuris cōſe
cutiu° ex ſua ꝓnūciatiōe ſequat. l. ſi qs filio exheredato
§. hij. q. ff. d i iniuſt. rup. teſtō. d. l. nō pōt. ſꝫ ad ꝯſecuti
onē cēſurarū ſequit iuris executio ut ligēt donec ſatiſfiat.
vl' abſoluat. c. is cui. d ſen. exco. li. vi. nec poſſunt iā ceſſā
te ſtare i ſuſpēſo. puta ſi tollit p̱ ſuſpēſionē quin tn̄ illo
medio tēpore dicat ꝯtinuare primū iterdictū vl' pria ſuſ
pēſio. ut vult hic glo. ergo iudex nō poterit hāc ſuſpēſio
nem facere ut p̱ eam ipediat aliquis effect⁹ iterdicti. nec
obſtat argumētū de regula. cui lꝫ. qꝛ hic iudex ipedit face
re ꝙ eſt min⁹ eo qꝛ vult facere aliquid ꝯ nāꝫ rei. ſ. ut iter
dictū duret. ſꝫ ꝙ effect⁹ eius ſtet in ſuſpēſo ad certū tēp⁹
nō pōt facere iudex ut dixi i ꝓrio ar°. d. phil. dixit coēꝫ
opi. poſſe ſaluari. qꝛ de h̄ eſt bon⁹ tex. i. c. ueniēs el. ii. in
fi. ſ. de teſti. ubi ad certū actū tm̄ abſoluit excōmunica
tus. ſ. ut poſſit dicere teſtioniū. g° ptās cēſuraꝝ reſidet in
clauib⁹ iudicis. ut poſſit uel ex toto relaxare tollēdo. uel
i p̱te ad tēp⁹ ſuſpēdēdo: l' ad certū actū. g° ita poterit
ad certū tēp⁹ iterdictū ſuſpēdere. ſꝫ poſſet dici illud ibi
ꝓuenire expreſſa iuris diſpoſitione. qꝛ iudex iferior a pa
pa effect⁹ iuris cois tollere nō pōt. niſi i caſib⁹ a iure ex
preſſis. ut uoluit inno. i. c. dilect⁹. ſ. de tpri. ord. nō. i. c.
at ſi. clrici. uerſi. de adulteriis. ſ. de iud. ꝛ h̄ ſenſit gl. nr̄a
hic. dū ſoluit ꝯriū. c. cū ꝛ plātare. g° ſtat firmū argumētū
io. de lig. l' aliꝫ abſoluēdo ad vnū actū tollit excōmunica
tionē ex toto quo ad illū actū. nec p̱ hoc directo fac ꝯ eſ



UVA. BHSC. IyR_025

fectū iutis. ſ; ſuſpēdēdo cenſurā nō ex toto tollit pro illo
tēpore ſ; vult tenere ī ſuſpēſo ꝙ nō pōt. cū ſit effect⁹ iu
ris penetrabilꝭ. ut. ſ. dixi. ꝑ rationes pro ꝑte Jo. de li. al
legatas. Habetꝰ 3° ꝙ ſuſpēſo īterdicto ad tēp⁹. a tali īter
dicto licitū ē appellare. ⁊ ſuſpēdiꝭ īte rdictū. ⁊ hāc opi. t;
hic Jo. An. Panor. ⁊ Jmo. mouentꝭ per tex. ī. §. q; ve
ro. allegatū. ī glo. qui tex. expreſſe loquiꝭ de īterdicto. ⁊
ꝑſupponit ſuſpenſum illud fuiſſe ⁊ pēdēte ſuſpēſione in
terpoſitā appellationē. ⁊ tn̄ appellationē ꝓdeſſe. Bal. h̄
t; ɔ̄riū. monetur tali fundamēto de quo ī glo. q; lato īter
dicto ſi illud ſuſpēdatꝭ idē tn̄ durat īterdictū. l. ſ; ſi manē
tem. ff. de ꝑca. g° ſicut ab ipſo īterdicto nō potuiſſet ap
pellari an̄ ſuſpēſionē. nec poterit poſt ſuſpēſionē qui ceſ
ſante tēpore īterdictū liget ac ſi appellatū non fuiſſet. q;
dicitꝭ idē īterdictū. ſicͣ vulnus qd̄ ſup īducta cicatrice uide
batꝭ ſanatu; ſiī aliquo ēt reperiatꝭ ebulire uel putreſcere
nō dicitꝭ nouū vulnus. l. qd̄ ſanatū. ff. de edil. ed. ſicut cu
rator datus furioſo hn̄ti dilucida īterualla remanet cura
tor. nec nou⁹ dand⁹ ē iſto reīcidēte in furorē. l. pe. C. de
cuꝭ. fur. ſicut obligatio facta. facto poſtea pacto de nō pe
tēdo uſque ad certū tēp⁹. lapſo illo tēpore ſtati; ligat. l.
ſi unus. §. ſi cū reo. ff. de pac. nec dicitꝭ noua obligatio.
⁊ ita ɔcludit ipe Bal. ⁊ iō infert hic Bal. ꝙ lato īterdicto
uel ēt bannito aliquo. ſi poſtea ſuſpēdatꝭ īterdictū uel bā
nū uſq; ad tēpus ſtati finito tēpore ille reīcidit in īterdic
tum uel ēt bannū abſq;. alio miniſterio hoīs. ita bal.
hic. ⁊ uoluit ēt Ang. ī. l. ſi unus. §. ſi cū reo. ff. de pac. ⁊
uoluit bal. ī ſimili ī. c. cū inter. ⁊ faciūt ibi nōta ꝑ inno.
ſ. de ɔſue. ⁊ dicit bal. hāc qōnē multum fuiſſe rotatam
bononie tēpore īterdicti. quarto habetꝰ ex glo. ꝙ interdic
tū latū ī ꝑſonā nō pōt a iudice ſuſpēdi ad certū temp⁹.
ſecus ī interdicto lato ī certū locū. ⁊ ita inno. ī. d. c. ut ꝑ
uilegia. j. de priuil. ⁊ eſt rō. q; loc⁹ nō peccat. cū ſit quid
inanimatū. c. romana. §. uniuerſitatē. de ſen. exco. li.
vj. iō eius peccatū qd̄ nō ē nō iſpicitꝭ. ſ; ꝑſona bn̄ peccat.
iō ſuſpēſio ɔ̄ ea; lata nō ē relaxāda ad tēp⁹. q; cū rema
neat peccator ⁊ ſic ſit ex̄ eccleſiā ſaltē quo ad ſe. c. ſi. ⁊ ibi
nōtur. ſ. de temp. ord. imo ex quo dānat⁹ ē ⁊ ſuſpēſus
uel īterdict⁹ ē extra eccleſiā quo ad alios iō nō d; īponi
cū uno pede īdigno ēt. q; remanet peccator ī ecclīa. regu
la. pec̄ti. de reg. iur. li. vi. ⁊ hac rōe attēta dixit inno. in
d. c. ut priuilegia. ⁊ ſequūtur doc. hic. ⁊ ibi ꝙ ſi eſſet īter
dict⁹ ꝑꝑ delictū alienū aliquis. c. nō ē. j. de ſpon. ꝙ hui⁹
īterdictū poſſet ad tēpus relaxari. q; nō eſt peccator ipe.
⁊ ita panor. hic. Ultimo nōte glo. ꝙ epiſcop⁹ nō pōt diſ
pēſare ut celebretꝭ ī loco īterdicto. faciūt nōta ī. d. c. dilec
tus. ſ. de temp. ord. faciunt que habentur in. c. is qui.
de ſent. exco. li. vi.

**Dum in eccleſia.** Judex re
mittit ap
pellantem ad priorē iudicē niſi ſibi ɔſtiterit a
grauamīe uel iīuſticia appellatū. h. d. Nō.
prīo ex tex. ibi. grauamīe ul' iīuſta. ꝙ ad hoc ut Archi.
ſit iudex appellationū ī cā ſubditoꝝ ſuffraganeoꝝ d; ſi
bi ɔſtare appellatum fuiſſe a grauamīe uel iniuſticia. et
hodie ē tex. clar⁹ ī. c. romana. §. ſi uero. ⁊. §. qd̄ ſi obicia
tur. eo. ti. li. vj. ⁊ ſic habetꝰ ex ibi dictis ⁊ tex. nr̄o. qd̄ ap
pellās ut recipiatꝭ ſua appellatio d; tria ꝓbare. appella
tū fuiſſe. ītra. x. dies appellatū. ⁊ a grauamīe uel iniuſti
cia appellatū. ⁊ ita bar. ⁊ bal. in. l. hi qui. ad ciuilia. C.
eo. ⁊ ſi nō īterponatꝭ ſtatī uiua uoce a diffinitiua appella
tio. ut. l. ī. §. ſi. ff. e. regulariter oīs appellatio d; fieri
ī ſcriptis. c. ī. e. ti. li. vj. ⁊ ſufficit appellationē ſcriptā por
rigere iudici a quo. abſque ꝙ aliud agatꝭ. c. appellatio.
eo. ti. li. vj. Nō. ex tex. ibi. nō ante addmittas. a. ɔ̄rio ꝙ
ſi iniuſta fuerit appellatio d; remitti ad iudicē a quo. et
facit. c. ut debit⁹. j. eo. ⁊ ſic habetꝰ caſū ɔ̄ imo. ī. c. ad hec.
el. ī. ſ. eo. dū vult ꝙ iudex a quo. ex quo ab a eo appel
latū ſit ſuſpectus. alio ēt nō docto ꝙ grauauit. ⁊ hoc reſ
pectu offenſe quā facit ꝑs iudici appellādo. nā hic eſt ɔ̄
eū tex. h̄ mō. appellatio iniuſta facꝭ iīuriā maiorē iudici
ꝙ̄ alia appellatio. l. ſi. ī ſi. qn̄ ꝓuoc. c. ut debit⁹. in prin.
j. eo. ⁊ tn̄ nō obſtāte hac iniuria iniuſte appellās remittiꝭ
ad iudicē a quo. ut hic. g° ꝑ ſolā hāc iniuriā nō redditur
ſuſpect⁹. ⁊ ſi dicatꝭ remittiꝭ cā ad iudicē a quo. ſ; pōt recu
ſari. certe fruſtraretꝭ iſta ꝓuiſio iuris de remittēdo appel
lantē friuole ad iudicē a quo. ⁊ daretꝭ mā calūniādi. nam
uidēs iudicē nō īclinare ī ꝑtem ſtati; friuole ul' iniuſte ap
pellaret. ⁊ ſi ꝑ iudicē ad quē remitteretꝭ ad iudicē a quo.
illū recuſaret. ⁊ ſic haberet ītentū īpediendi iudicē ne iuſti
ciā faceret.

**Jrecte.** Si appellās q̄ n̄ fuit ꝓſecut⁹
appellationē ī termio uenit
ad primum iudicē ſi ab eode nouo grauetꝭ po
terit appellare. h. d. Nō. ex tex. ibi. ī termio
ſtatuto ⁊c. ſm̄ ītellectū io. An. ꝙ l; pars ī termino ſtatu
to nō ꝓſequatꝭ ſuā appellationē. quo cāu uidetꝭ deſerta.
⁊ habetꝭ ꝓ fruſtratorie appellāte. c. ꝑſonas. ⁊ ibi dixi. ſ.
eo. l. ii. ⁊ ſi. C. de temp. appel. ⁊ ſic uidebatꝭ fuiſſe ī ɔtūa
cia ꝑ fruſtratoriā appellationē. ſubtrahēdo ſe ne ɔpare
ret corā iudice a quo. vn̄ uidebatur ꝙ non poſſet ampli
us appellarꝭ. iuxta nōta ī. l. ex ɔſēſu. §. ſi. ff. e. ī cle. ſi an̄.
⁊ ibi bonus tex. de dol. ⁊. ɔtu. ī. c. ii. de dol. ⁊ ɔtu. li. vi.
tn̄ ex quo poſt deſertā appellationē ɔparet corā iudice a
quo. vꝭ purgata ɔtumacia. ⁊ iō ſi ſecūdo grauetꝭ poterit
appellare. ut h̄ tex. nr̄o. ⁊ iſte ē intellect⁹ ad hūc tex. Gof
fred. tn̄ dedit aliū ītellectu;. ꝙ hic ſimpliciter papa uelit
ꝙ qui prīo appellauit a iudice a quo. ſi poſtea iudex a
quo. puta ꝑ deſertionē uel alio mō reaſſumēdo iuriſdic
tionē grauauerit. ſecūdo poteſt iſte grauatus denuo ap
pellare. ueꝝ ſm̄ iſtum intellectum caſus noſter haberet
modicā dubitationē. capiēdo ita gnālīter ꝙ ſecūdo gra
uatus ſecūdo appellare poſſit. q; ubicūq;. quis grauatꝭ
de iure canonico appell. ⁊ h̄ p; lippis atq; piſtorib⁹. c.
ut debit⁹. j. eo. magis g° elegās eſt intellect⁹ Jo. An. ſ;
ɔ̄ ipſū Jo. An. īſurgit Jo. Calde. ꝙ imo ēt ſi nō purga
uerit ɔtumaciā poſſit appellare. ſi ſecūdo grauatꝭ qui pri
mo appellauit. ꝑ tex. in cle. ſi ante. de dol. ⁊ ɔtu. ubi tex.
ita demū ꝓhibet appellationē ⁊ ɔſtituit quē ī manifeſta
ɔtūcia ſi prīo friuole appellauit. g° ex quo nō apparet
qd̄ iſte friuole appellauit. poterit īdifferēter ſecūdo loco
appellare ſi grauetur. p̄terea adducitꝭ. l; appellās a iudi
ce uideatꝭ ꝓteſtari ꝙ corā eo nō vult ɔparere nec ampli
us ɔparebit. tn̄ hoc ē ueꝝ niſi renūciauerit appellationi
uel expreſſe uel tacite. ut glo. uoluit in. c. ii. ⁊ ibi tex. iun
cta glo. de dol. ⁊ ɔtu. li. vi. ⁊ ſic ex quo renūciauit appel
lationi nō vꝭ durare ampli⁹ ī uolūtate ⁊ ɔtumacia non
cōparēdi. ⁊ iō citād⁹ eſt. ut ibi. ſ; deſerta appellatione ꝑ
lapſum termini inducitꝭ tacita renunciatio. ut eſt tex. hic
nōbilis ibi ca renūciāte. ergo nō erit ɔtumax iſta mulier
in caſu nr̄o. ergo ſecūdo grauata poterit appellare. nec
eſt neceſſe ꝙ ulteri⁹ ueniat ad purgādū ɔtumaciā. uos
g° ex mēte panor. hic. dicite. ꝙ aut claꝝ ē ꝙ fruſtratorie
appellauit ⁊ tūc tanꝙ̄ manifeſt⁹ ɔtumax nō appellet ſe
cūdo grauat⁹. d. cle. ſi an̄ aut uero appellauit ſ; renun
ciauit appellationi expreſſe uel ēt tacite. ſpōte adeūdo iu
dicē a quo. ⁊ tūc nō vꝭ eē ī aliq̄ ɔtuūcia. ⁊ iō citād⁹ ē ⁊ iō
abſq; alia purgatiōe ɔtūacie q̄ n̄ ē poterit ſecūdo graua
t⁹ appellare. ⁊ ita ꝓcedat argumētū. d. c. ii. de dol. ⁊ ɔtu.
li. vi. ⁊ hoc expreſſe vult glo. ī. d. c. ii. dū loquitꝭ de renū
ciatione tacita q̄ fit adeūdo iudicē a quo. ⁊ h̄ caſu nō lo
quitꝭ hic io. an nec tex. nr̄. aut uero appellauit prīo et ꝑ
negligētiā lapſu tēporis deſerta ē appellatio. ⁊ ille ē caſ⁹
nr̄. ⁊ tūc l; ꝑ deſertionē īducitꝭ renūciatio ut hic ē tex. tn̄
ex quo renūciatio nō ē ſpōtanea ſ; neceſſaria ꝑꝑ negli
gētiā nō vꝭ deſinere eſſe ɔtumax. imo de maiori ɔtuma
cia. arguitꝭ ꝓſeueran̄. uſq; ad ultimū ⁊ preſūmitꝭ friuole
appellaſſe. iō d; purgare hāc ſuā ɔtumaciā. nec ulterius
eſſet citādus. glo. ī. c. ſepe. ī vbo ꝑemptorie. j. eo. niſi ue
niret ipe ad iudicē. ⁊ ſe purgaret. ⁊ ita ſe declarat Jo.

UVA. BHSC. IyR_025

An. ī nouella. ⁊ ibi Gemi. ī. d. c. ii. tñ lꝫ pſumat̃ friuole appellaſſe cū h̃ nō ꝯſtet nec ſit declaratū. iō ſi uenerit pꝰ deſertionē ad iudicē a quo vr̃ purgare ſuā ꝯtūaciā. ⁊ iō ceſſat rō cle. ſi añ. q2 ei nō ꝯſtabat ꝙ friuole appellaſſet. hinc ē ꝙ purgata iſta ꝯtūacia iſte qui pꝛio appellauit ſi ſecūdo grauet̃ pōt appellare. vltīo nō. ꝙ per appellatiōnē quis dicat̃ exēptus a iuriſdictione iudicis a quo. ⁊ eſt tex. hic ibi. ſe fecit exēptū. et ēt ī. c. ad audictiā. ſ̃. eo. gl. in v̇bo appellare vult ꝙ licitū ſit vni bis appellare ñ aūt 3ͦ. ſꝫ hoc vult ꝓcedere qñ ab eadē pte iterponit̃ appellatio. ſecꝰ ſi a diuerſis. q2 una ps pōt bis appellar̃ ⁊ alia bis. nulla eaꝝ ad tertiā appellationē deſcēdere pōt. iteꝫ h̃ vult ueꝝ cē qñ ſup eodē grauamīe appellat̃ ut ſuper eodē grauamie ab una pte ñ poſſit niſi bis appellari ab alia ēt bis. ⁊ nō ultra. ſꝫ ſup diuerſo grauamine poſſint ſimili mō iterari appellationes. ita ut quot ſunt grauamina totiēs ꝓ ſingulo grauamīe poſſit ab una pte bis appellari. ⁊ ab alia bis. ⁊ pꝛo ſingulo grauamie utraqꝫ ps quat̃ appellat ſimul ꝯſiderādo. de hoc latiꝰ ī. c. ſuā. j. eo. ⁊ ibi dicā habetur in. l. unica. C. ne lic. 3ͦ. ꝓuoc. et pulchre. p glo. in cle. fi. de appellationibus.

Reterea. Sentētia excōmunicationis ſuſpēſionis uel īterdicti lata ſub ꝯditione ſuſpēdit̃ ſi añ ꝯditioneꝫ extitit appellatū. h. d. nō. pꝛio ex tex. ibi. niſi ꝙ lꝫ regulariter ī ꝯctibꝰ dictio niſi īpoꝛtet reſolutionē ꝯtractus ī euētū ꝯditionis. ⁊ ſic pēdēte ꝯditione firmet ꝯctū. l. ii. ī pꝛin. ff. de ī diē adiec. nō. Bar. in. l. cēteſimis. §. fi. de uer. ob. tñ cū ī ultimis uolūtatibꝰ dictio niſi īpoꝛtet cōditionē. ut nō. ī. d. §. fi. idē eſt ī ſentētiis cēſur̃ ut h̃ tex. nr̃o. ⁊ ſic quo ad h̃ ſentētia cēſure equiꝑatur ultīe uoluntati. ita hic Jmo. poſt. d. an. ⁊ de hac dictiōe. niſi ꝑ bal. ⁊ ſalic. ī. l. ii. ⁊ ī. l. nō ignoꝛat. C. qui accu. non poſſ. ī. l. actione. C. de trāſactio. ⁊ ibi oēs legiſte. bal ī auten. niſi rogati. C. de fidei. cō. d. anto. ī. c. ī. de regula. Gemi. in. c. ſtatutū §. cū uero. de reſcrip. li. vi ī. c. ꝯſtitutio. de elec. ī. vi. ī c. ad decimas. de reſti. ſpol. eo. li. ī. c. nō licet. xxiij. di. ī. c. ī. ꝯſiliū. xxviii. di. ⁊ ī. c. ſi laicus. el ſecundo. xxxi. di. c. nemo. xxxxiiij. di. ī. c. bonoꝝ. xlv. di. Archi. ī. c. placuit. xiij. q. ii. ⁊ ī. §. nō ē ꝑmiſū. xv. q. iij. ī. c. ſ. de cōſti. li. vi. glo. ī. c. ī. lxiiij. di. bar. in. l. ī. ī. iii. col. ff. de ꝯdi. ⁊ demon. ī. l. ſi euꝫ. §. qui iniuriaꝝ. ff. ſi quis cau. Ang. et Jmo. in. l. qui rome. §. coheredes. ff. d̓ uer. ob. panoꝛ. in. c. ex pte. j. de ſponſ. Jo. An. ī addi. ad Spec. ī ti. de ſponſ. §. ī. ī addi. magna. bal. in. l. īterlocutio. C. cominationes uel epl̃as. albꝛi. ī dictiōario ſuo. ī v̇bo niſi. nō. ibidē niſi ſemꝑ. ꝙ lꝫ regularit̃ ſētētia diffinitiua ñ debeat ferri ſub ꝯditione extrīſeca. l. cū iudex. ⁊ ibi notat̃. C. de ſen. ⁊ īterloc. om. iud. l. ii. §. biduū. ff. qñ appel. ſit. §. biduū. ii. q. vi. tñ ſentētia cēſure ſub ꝯditione lata tꝫ. ut hic. lꝫ ferri ñ debeat ſicut nec alie. c. romana. § caueat. de ſent. exco. li. vj. uel poſſumus dicere ꝙ iō ſub ꝯditiōe ſentētia exōmunicatiōis forte ꝓ aliq̃ offenſa ferri pōt ul̃ moꝛa uel ꝯtumacia. d. §. cauēat. ex eo q2 ſapit naturaꝫ interlocutoꝛie. nec ē diffinitiua. ut nō. ꝑ doc. ī Rica. j. de ſent. exco. ⁊ ꝑ io. an. ⁊ archi. ī. c. ii. de ꝯſtitutionibus. li. vj. in. c. uenerabilibus. §. fil̓. ⁊ in. c. ſtatuimus. de ſen. exco. li. vi. iō cuꝫ interlocutoꝛia ſub ꝯditione ferri poſſit ut uoluit glo. ī. d. l. ii. §. biduū. et glo. ⁊ archi. in. d. §. biduū. bar. in. l. a diuo pio. §. ī uēditione. ff. de re iud. habetis hic caſum ꝙ talis ſen. exco. ſub ꝯditione ferri poteſt q2 accedit ad nāꝫ īterlocutoꝛie. tꝫ archi. ī. d. § biduū. uide ꝑ Jmo. ī. l. iudex. ff. de re iud. bal. ī. l. ī. C. qui ac u. nō pñt. nō. ex tex. ibi. excōmunicatū l̃ ſuſpēſum. ꝙ ualꝫ ſentētia alternatiua ētͥ ī cēſuris. uos dicite ꝙ ī ꝯtriū ē ueritas. ut uoluit glo. ⁊ coīꝛ doc. ī. c. latores. de clico exco. mini. q2 īcerta ſentētia ñ ualet. l. iij. C. de ſent. q̃ ſīi cer. q̃t. nec obſtat hic tex. q2 ſm̃ Jmo. illa alternatiua ē iuriſ nō ꝑferent̓ ſentētiā. nō. ex tex. ibidē. īterdictū cognoſcas ꝙ ſentētia cēſure ītelligit̃ ferri ꝑ litteras quibꝰ ſcribit̃ ꝙ eſt excōmunicatꝰ. ⁊ faciūt nōta ī. c. ī. ſ̃. de iudic. ⁊ in. c. ii. ſ̃. de teſti. cog. in. c. nō minus. j. de īmunit. ecl̃. ī. c. iij. j. de rapt. ꝑ glo. ii. q. iiii. c. q̃to. ubi dicit ꝙ abſolutio ab excōmunicatione fit ꝑ litteras: facit tex. ī. c. nullꝰ. ca. cā ⁊ qōne ⁊ ita coīꝛ trāſeūt doc. ⁊ ſic habet̓ ꝙ lꝫ regulariter v̇ba enūciatiua ēt pp ſe pꝛīcipalit̃ nō diſponāt ſꝫ ꝓbēt ī ꝯtractibus. l. ex hac ſcriptura. ⁊ ibi bar. in fi. col. ff. d̓ donā. nōtur in. l. ex his v̇bis. C. de teſta. mil. nōtur ꝑ. d. anto ⁊ alios. in. c. fi. j. de ſucceſ. ab iteſt. in cle. unica. de ꝓb. ⁊ ē tex. in. l. publia. §. fi. ff. de poſiti. quicquid dicat hic bal. tñ ī ſentētiis cēſure cū ī eis īſpiciamus potius mētē q̃ v̇ba talia enūciatiua diſponūt. iuribꝰ. ſ̃. allegat̓. et facit glo. ī. c. pe. j. de ſen. exco. ⁊ poſſumꝰ dicere ſaluādo id ꝙ vult hic bal. ꝙ ꝓpterea diſponūt ī cāu iſto q2 ſentētia cēſure equiparat̃ ultīe uolūtati nō ꝯtractui ut dixi. ſ̃. ⁊ ī ultīſ uolūtatibꝰ v̇ba enūciatiua emiſſa pp ſe. bene diſponūt. d. l. ex hac ſcriptura cū. ſ̃. allegat̓. uel alit̃ poſſumus dicere. ꝙ cū incluſio ꝓbatiōis que fit ꝑ uerba enūciatiua nō ſufficiat ad excludēdū queꝫ tanq̃ excōmunicatū. q2 denūciatꝰ excōmunicatus. nō tñ eſt excōmunicatus. ut nōtur ī. c. pia. de excep. li. vi. glo. in. c. lꝫ. de ſen. exco. li. vi. dixi in. c. ꝑuenit. el. ī. ſ̃. eo. iō ēt in ꝯtractibꝰ v̇ba enūciatiua emiſſa. cū nō poſſint ꝓbare. diſpoſitionem īducunt. nā ex quo quis denūciat̃ excōmunicatus nō ꝓbat̃ excōmunicatꝰ. nō miꝝ gͦ ſi cū ī actu īter uiuos v̇ba enūciatiua ꝓbare nō poſſunt. diſpoſitionē īducūt ut uoluit ang. in. l. quidā. ff. d̓ ꝯſti. pec. ꝑ illū tex. ita ī ꝓpoſito diſpoſitionē īducēt iſta v̇ba. noueris te excōmunicatū cū nō poſſint īpoꝛtare ꝓbationē. nō. ex tex. ibi appellās ⁊c. iūcta deciſ. ꝙ lꝫ regularit̃ a ſētētia cēſure lata ñ appellat̃ quo ad h̃ ut oꝑetur effectuꝫ ſuſpēſiuū. c. ad reprimēdā. ⁊ ibi nōtur. ſ̃. de offi. oꝛd. dixi in. c. ad hec. qm̃ ſ̃. eo. tñ qñ ſentētia cēſure fert̃ ſub ꝯditiōe pōt ab ea appellari. ⁊ ſuſpēdit̃ appellatio ſi pēdēte ꝯditione appellatū fuerit. Sꝫ oꝑe p̂ciū ē uidere que ſit rō quare a ſententia cēſure pēdēte ꝯditiōe appellat̃. ita ut oꝑet̃ ēt pͦ purificatā ꝯditionē effectū ſuſpēſiuū cēſure. ⁊ dicite ꝙ eſt rō. pꝛia ē inno. q2 ꝯditio purificata lꝫ regularit̃ retro trahat̃ ut nō. ī. c. cū quis. d̓ ſen. exco. li. vi. l. potioꝛ. ⁊. l. qui balneū. ff. qui poti. ī pign. habe. nōtur ī. c. q̃uis. d̓ reſcrip. li. vi. ⁊ ſic uidebat̃ ꝙ purificata ꝯditione appellatio medio tpe īterpoſita nō deberet ſuſpēdere. ex quo ꝯditio retro trahit̃ uſqꝫ ad diē actus celebꝛati ⁊ ſic appellatio uidebat̃ poſt ſentētiā īterpoſita. iō uidebat̃ ꝙ nō ualeret. tñ q2 in ſentētiis cēſure ꝯditio nō retro trahit̃. nō miruꝫ ſi appellatio medio tpe īterpoſita ſuſpēdit cēſurā. q2 cēſet̃ īterpoſita ante actū ꝯſumatū. Sꝫ que ē rō q̃re ī cenſuris ꝯditio nō retro trahit̃. ⁊ dicite ꝙ illa ē rō. nā qͦd cōditio retro trahit̃ iſtud fit ꝑ fictionē. d. l. potioꝛ. mō ad eē fictionis requirūtur duo extrema. extramū a quo. ⁊ extremū ad qͦd. ſicut ad extēdēdam cordā oꝫ habere extremū a quo. ī. ubi īcipiat extēdi coꝛda. ⁊ iſtud oꝫ eſſe in actu ⁊ extremū ad qͦd. ſ. uſqꝫ ad quē locū uis extēdere cordā. ⁊ iſtud ad qͦd ſufficit potētia ſit habile lꝫ nō actu. q2 nō requiritur ꝙ actu affigas coꝛdā ad extremū ad qͦd. ſꝫ ſat̓ ē ꝙ poſſis affigere. ad rē noſtrā duo extrema requirit fictio. a quo. ſ. tēpus purificate ꝯditionis. ꝙ actu oꝫ eſſe. q2 oꝫ eſſe purificata. ⁊ ut fingat̃ uſqꝫ retro purificata ꝯditio. requirit̃ extremū ad qͦd. ſ. ꝯſideratio acꝰ celebꝛati. q2 ad illud tēpus retro trahit̃. ⁊ iſtud oꝫ eē potētia habile. ut ꝓbant̃ illa de extremo a quo. in. l. bonoꝝ. ff. rem ra. ha. de extremo ad qͦd eſt tex. in. l. neceſſario. §. ꝙ ſi pendēte. ff. de ꝑic. et ꝯmō. re. uen. ī. l. potioꝛ. in pꝛin. ita in ꝓpoſito. ad h̃ ut ꝯditio retro trahat̃ ꝯſideramus extremū a quo. ſ. tēpꝰ iplete ꝯditionis. ꝯſideramus extremuꝫ ad qͦd. ſ. tēpus actꝰ celebꝛati ſub ꝯditione ad qͦd retro trahit̃ ꝯditio. ⁊ iſtud oꝫ eē habile potētia. ſꝫ qñ excōicatio fertūr ſub ꝯditione. ſi medio tēpoꝛe appellatur appellatio extiguit ꝓnūciatuꝫ de natura ſui. l. ī. in fi. ff. ad turpil. uel ſaltē ſuſpēdit ut appellatione pēdēte uires nō



UVA. BHSC. IyR_025

habeat.c.paſtoꝛal.§.ꝑterea.ſ.de offi.del. purificaꝛ pꝰ
appellationeꝫ ↄditio.hic nõ põt ↄditio retro trahi. qꝛ lꝫ
extremũ a quo ſit habile. qꝛ ĩ ṽitate purificata ẽ ↄditio.
tñ extremũ ad qḋ nõ ẽ habile neqꝫ actu neqꝫ potẽtia ut
fingatur excõmunicatus uſqꝫ a die late ſnĩe.qꝛ nulla re
perit ſententia ad quã poſſit retro trahi. cũ illa que lata
erat ſit ꝑ appellationẽ ſuſpẽſa uel extĩcta.nõ mirꝫ ergo ſi
in caſu noſtro appellatione ĩterpoſita.ↄditio poſtea pu
rificata.nõ retrotrahit ĩ ſẽtẽtiis cenſure.qꝛ nõ habet ex
tremũ ad qḋ.bĩle.⁊ ideo ꝑ predicta ĩfert ad deciſioneꝫ.
ꝙ ſi lata ſentẽtia excõmunicationis ſub ↄditione.pẽden
te ↄditione moreretur iudex.uel priuaret uel alio mõ fi
niret ſua iuriſdictio. qḋ lꝫ poſtea purificet ↄditio excom
monicationis tñ ille nõ erit excõmunicatus.ita uoluit ar
chi.ĩ.c.ii.de ↄſt li.vi.ita Jo.An.ĩ.c.i.ne ſede vac.li.vi.
ita glo.⁊ ibi panoꝛ.in.c.a nobis.el pĩcolo.ĵ.de ſentẽtia.
exco:ita Panoꝛ.ĩ.c.fi.ĩ pe.col.⁊ ibi .D.Anto.ſ.ḋ offi.
leg.⁊ ẽ bonus tex.ĩ.l.quotiẽs.in fi.ff.de noua.lꝫ.glo.ĩ
c.ſalonitane.lxiii.di.⁊ bal.hic uoluerit ↄ̃rium.⁊ ẽ rõ ꝑ̃
dicte deciſionis.qꝛ extremũ a quo nõ ẽ habile.nam cum
tꝑe purificate ↄditionis iſte ſit mortuꝰ ĩpoſſibile ẽ dicere
ꝙ illo tꝑe ꝓnũciauerit iſtũ excõmunicatũ. ſꝫ extremũ a
quo dꝫ eſſe bĩle actu.nõ mirꝫ ſi nõ dicit iſte ex cõmunica
tus.⁊ has regulas fictionũ ponit Card.ĩ cle qḋ circa de
elec.⁊ Bar.ĩ.l.ſi is qui pꝛo emptoꝛe.in.v.col.ff.de uſu
cap.ſecũda ẽ rõ que ẽ magis genãlis. qꝛ ad hoc ut fictio
operetur ſuũ effectũ dꝫ ↄcurrere equitas. qꝛ nũquã.l.figit
niſi ſuadẽte equitate.ita Bar.ĩ.d.l.is qui pꝛo emptoꝛe.
ĩ.iii.col.et ẽ tex.in.l.poſtliminiũ.ff.de capt.⁊ poſtl.re.
in.l.deniqꝫ ff.ex quib.cau.ma.ſꝫ ſi ĩ caſu nr̃o purificata
ↄditione cẽſure retro traheret.ſequeret maxima iniqui
tas. ꝙ iſte qui medio tẽpoꝛe ñ erat excõmunicatꝰ fingere
tur medio tꝑe fuiſſe excõmunicatꝰ. ⁊ forte ĩcurriſſe irre
gularitateꝫ.⁊ ẽt ꝙ qui ſecũ medio tꝑe cõmunicauerũt eſ
ſent excõmunicati. ꝙ eſſet ualde abſurdũ. iõ nõ mirꝫ ſi
nõ retrotrahit:ĩ cẽſuris ↄdictio.glo.ẽ nõ. q̃ hãc rationẽ
aſſignat ĩ.c.ſepe.in ṽbo rata manet ſentẽtia.ĵ.co.⁊ fac
glo.nõ.ĩ.l.ſi indebitũ.⁊ ibi Bar.ff.rem.ra.ha.⁊ qḋ nõ.
in.c.ꝙ̃uis.⁊ in.c.ſi ꝓ te.de reſcrip.li.vi.ubi fictio nũꝙ̃
oꝑatur effectũ in ꝑ̃iudiciũ tertij.ꝑꝑ iniquitatẽ q̃ reſulta
ret.⁊ hãc rõnem ſenſit.D.Anto.hic.⁊ iõ ĩfert ꝙ ſi me
dio tꝑe iſte dixiſſet teſtimoniũ ualeret eiꝰ dictũ.lꝫ poſtea
purificetur ↄdictio.ita bal.hic. Tertia fuit rõ quã ſenſit
bal.nã fictio nõ oꝑatur effectũ ſuũ ↄ̃ iuris ꝓhibitioneꝫ.
ita glo.nõ.in.l.talis ſcriptura.ĩ fi.ff.de leg.iᵒ.ĩ.d.c.ſi ꝓ
te.ſꝫ a iure ꝓhibitũ ẽ ut quis nõ excõmunicet niſi ꝑ̃cedẽ
te ↄtumacia ab homine.c.cp̃i.⁊ ibi glo.c.nullus.c.qui
cũqꝫ.xi.q.iii.ſꝫ pẽdẽte ↄditione quis nõ dicit eẽ in ↄtũa
cia.qꝛ ↄditio nihil põt ĩeſſe.l.ſi quis ſub ↄditiõe dãdoꝝ
x.ff.ſi quis.omiſſ.cã teſt.nec añ tẽpus purificate ↄditio
nis cẽſet ↄtumax.lꝫ añ ſentẽtiaꝫ iudicis ꝑ̃ceſſiſſet aliqua
ↄtumacia. qꝛ illa ꝑ̃cedẽs ↄtumacia cẽſet pꝛo rogata ſub
ↄditione vñ añ tẽpus ↄditionis nõ ẽ ↄtumax.ꝑ ea que
nõ.bar.in.l.cũ ſtipulatus ſim mihi.a ꝓculo.ff.de uer.
ob.cũ ergo purificata ↄditione tũc demũ fit ↄtumax tũc
põt excõmunicari.nec priꝰ.ergo nec lata ſẽtẽtia excõmu
nicationis ſub ↄditiõe fingeꝛ retro excõmunicatꝰ. qꝛ fic
tio nõ fingit ↄ̃ ꝓhibitiones iuris.⁊ non ↄtumax ꝓhibet
excõmunicari.igit ⁊c.⁊ iõ infert hic bal.⁊ ſequũtur doc.
⁊ fuit originalit Inno. ꝙ ẽt ſi iudex diceret ex nũc ꝓut
ex tũc uł eↄ̃ ſi nõ dederit.x.ĵ meſeꝫ ſit excõmunicatꝰ. ꝙ
ꝑ iſta ṽba nõ tñ retro trahet excõmũicatio. ne uideat la
ta ↄ̃ ꝓhibitiones iuris.bal.ĩ.c.i.ĩ vj.col.de milit.uaſſ.
qui ↄtumax ẽ.bal.in quadã repetione quã fecit de.c.cõ
miſſa.de elec.li.vj. ⁊ iſta ṽba ex nũc ꝓut ex tũc. ĩtelligũ
tur ſm ſubiectaꝫ mãm.ergo ⁊c.glo.ĩ cle.unica.ĩ vbo ex
nũc.de ↄceſſ.ꝑ̃b.habet ĩ.c.dudũ.de ꝑ̃ben.li.vj.in cle.
fi.de iure patro.ꝑ bal.nõ.ĩ auten.ↄ̃ rogat.C.ad treb.
fac glo.ĩ.l.i.C.de codic.Ang.in.l.gallus.in pꝛincipio.
et bal ⁊ nouiſſimi.in.§.nũc.de l.velleia.ff.de liber.⁊et

poſtu.Ang.in.l.huiuſmõi. et bar. in.l.ita ſtipulatꝰ la
grãde.ff.de uer.ob.ubi de iſtis ṽbis.⁊ ĩ.l.lecta ubi per
doc.ff.ſi cert.pet.uel aliter dicite aliã rationẽ deciſionis
huius tex.ꝙ ſentẽtia excõmunicationis lata ſub ↄditiõe
ſi añ euẽtuꝫ ↄditionis appellet nõ retro trahit ſꝫ rema
net ĩ ſuſpẽſo.lꝫ purificet ↄditio. nã actus medio tẽpoꝛe ĩ
ter pꝛĩcipiũ actus ⁊ cõplemẽtũ ĩteruenĩẽs.ſiue inter extre
mũ a quo.et extremũ ad qḋ.ĩpedit fictionem oꝑari ut
retro trahat.glo.in.l.ſi indebitũ.§.i.ibi.bar.ff:rem.
ra.ha.in.l.ſi pꝛẽ.§.fi.ff.quem admo.ſeruitus amittat.
bar.in.l..ſi filiꝰ.C.de peti.here.habetur in.c.ꝙ̃uis.de
reſcrip.li.vj.ergo ita in propoſito.cuꝫ appellatio medio
tempoꝛe interueniat inter pꝛolationem ſententie excõ
municationis ſub ↄditione.et ipſam purificationem cõ
ditionis.impedietur quo minus retro trahatur ↄdictio
ad tempus ſententie.pꝛopter actum medio tempoꝛe int
uenientem.i.appellationem.et faciunt que heri dixi i.i.
ratione tutius tñ eſt tenere ꝙ ſit ſpeciale in ſentẽtiis cen
ſurarum ut impleta conditione ex quo fuit appellatum
non retro trahãtur.facit glo.ĩ.c.ſepe.in uerbo rata ma
net ſententia.ĵ.eo: Glo.in uerbo ſatiſfeceris in fine

Nõ.ex illa glo.ꝙ excõmunicatus ſi non ſatiſfaciat ad
uerſario.ĵ.certum tempus quocũque modo illi ſatiſfaci
at uel eum ↄtentum faciat excuſatur a ſententia cenſure.
et ideo ſi ille pꝛoꝛogaret ſibi tempus non incideret in ex
cõmunicationem.ſecundum generalitatem glo.⁊ glo.ſe
quntur Panoꝛ et Imo.hic in puncto iur.licet fateantur
communem opi.in ↄ̃riũ ⁊ facit ꝓ illa opi.tex.in.c.i.ĵ.ḋ
loca.fac tex.ĩ c.ii.⁊ ibi ſcripſi.ĵ.de ſponſ.⁊ ẽt ĩ.c.i.ſ.de
iure iuran.ubi de ↄſenſu ꝑtis relaxat iuramẽtũ.et tñ eiꝰ
obligatio dirigitur in deum.⁊c.debitoꝛes.ſ.de iure iur.lꝫ
ad utilitatẽ partis.ergo ita pars poterit ꝓrogare termi
num ad excommunicationẽ incidendam.quia ille termi
nus eſt aſſignatus in fauoꝛem ſuum.et licet excõmunica
tio feratur a iudice tamẽ in fauoꝛem partis fertur.⁊ ni
hil aliud curat iudex ni ſi ut ꝑtes ↄueniãt.c.fi.ſup̃.ḋ trãſ
c.i.ſ.ḋ mut.pe.⁊ ẽt.l.i.§.et poſt opis.ff.de op.no.nũ.
⁊ ibi hoc uolunt in terminis bar. et imo. et etiam tenet
Card.ĩ clementina pꝛima.ṽſi.nos.itaque.de iure iur.
Contrarium tenet hic inno.hoſt.et io.an.per tex.in.
l.item queritur.§.qui impleto.ff.loca.ubi pꝛoꝛogatio
partium non extenditur ad fideiuſſoꝛes.ergo ita pꝛoꝛo
gatio non extendetur ad excommunicationẽ que ḋpen
det a iudice non a partibus.mouentur etiam.in ſpectã
tibus ad ſuperioꝛes non hñt partes poteſtateꝫ.l.labeo.
in fine.ff.de arb.ergo pꝛoꝛogatio partium non excuſa
bit ab excõmunicatione.preterea excõmunicatio nõ tol
litur niſi ꝑ abſolutionẽ.⁊ dato ꝙ milies ſoluerit.ĩdiget
abſolutione.glo in cle.i.in uerbo donec de decimis.gᵒ
ex pꝛoꝛogatione partium ab excommunicatione ñ ex
cuſabitur.et faciunt.Nam difficultas inducit tacitam pꝛo
rogationem a iure.c.breui.ſupꝛa.de iure iurando.c.
litteris.et ibi notatur.xxii.queſtione.ſecunda.c.apud
miſericoꝛdem.ubi glo.nõ.xxxii.queſtiõe pꝛima.⁊ tamẽ
non excuſat ab excommunicatione quin incidat mero
iure in excommunicationem.licet de facili abſoluatur.
per ea que habentur in.c.odoardus.ĵ.ḋ ſol.ita inno.ĩ
c.p.et.g.ſup̃.de offi.deleg.ergo a ſimili nec pꝛoꝛogatio
partium excuſabit. D.Anto.hic dicit.quod ante fac
tum iſta ſecunda opi.tenenda eſt tanquam tutioꝛ.poſt
factum tenenda eſt pꝛima.quia in foꝛo iudiciali poſt fac
tum non capimus benignioꝛem partem.etiam in cenſu
ris.ita innocentius.per illum tex.in.c.cum tu.ſup̃.de
teſti.facit glo.in.c.uenerabilibus.§.pꝛimo.et.§.fi.
ubi in ſimili late diſputat de ſententia excommunicatio
nis.libꝛo ſexto: Et ideo per pꝛedicta infert hic io.an.
quod iſte habebit uſque ad ultimam moꝛam terminuꝫ.
ad ſoluendum.ea elapſa ſtatim erit excommunicatus.

Et ita tenet Bar.in dicto.§.et poſt opis bal.in.l.
pꝛima.in decima queſtione.C.de his que pene.no.et

UVA. BHSC. IyR_025

in.l.acceptam.C. de uſur. in.vij.q.nam prorogatio di
ci termini itelligiẗ tñ ſub cadẽ pena.facit.d.l.labeo. et
d.§.qui ipleto.⁊.l.legeꝫ.C.loca. Pau.de caſtro.in.l.
cum ſtipulatus ſim mihi a ꝓculo.ff.de uer. ob. Et ſic
aliud ex hac ꝯcluſione Jo.an.habetꝗ iferre ꝙ nõ admit
tatur purgatio more ad euitationẽ excõicationis. ⁊ facit
qꝛ excõicatio ẽ gladius penetrabilis qui momẽto opaẗ.
vt voluit hic Jnno.⁊ Gemi.in.c.ſi a ſede.de preb.li.vj
faciũt notata in.c.paſtoralis.ſ.eo. Glo.in uerbo.ipe
dire in fine.dũ glo.dicit non tenere excõicationem ꝯditi
onalem niſi extante ꝯditione itelligite non tenere.i.liga
re.qꝛ interim non ligat tamen tenet ꝯditionaliter. quia
ſpes ẽ debitum iri. Et ita uolunt hic doc.ꝑ ea que habẽ
tur in.§.ex ꝯditionali.inſti.de uerb.ob.c.a nobis.ſ.de
ſen.exco. Ad ꝯtrium.l.potior dicite ꝙ in ſententijs cẽ
ſurarũ ꝯditio nõ retrotrahiẗ ſicut in alijs.⁊ rõem dixi in
textualib⁹. Dũ glo.querit qñ iterponẽda ſit appella
tio.vos dicite ſcꝫ Jnno. Jo.an.⁊ cõiter doc. excepto pa
nor.hic ꝙ aut loquimur in ſentẽtijs ꝯditionalibus cẽſu
raꝝ aut in alijs. Si loquimur in ſentẽtijs cenſurarum ⁊
aut querim⁹ de effectu deuolutiuo ut deuoluaẗ cã ad ſu
periorem ⁊ tũc intra.x.dies a die ſnĩe ẽ appellanduꝫ. Jta
glo.in.c.ad reprimendã.ſ.de offi.ord.nec poſt.x.dies
appellatio iterpoſita deuoluit.ita.d.Ant.⁊ Jo.an.hic.
Jmo.tenet ꝯtriuꝫ hic in fi.qꝛ uult ipe ꝙ ẽt poſt.x.dieſ nõ
dum purificata ꝯditione ſi appelleẗ appellatio opeẗ effe
ctum deuolutiuũ in ſententijs cenſuraꝝ. Moueẗ ꝑ tex.
nr̃m hic.qui generaliter appellationẽ iterpoſitam pẽdẽ
te ꝯditõe uult tueri ipm appellantẽ ⁊ ſic opari effectum
ergo ⁊ deuolutiuũ ⁊ ſuſpenſiuum ar.c.ſi romanoꝝ. xix.
di.l.i.§.⁊ generaliter.de leg.pſtan.pterea eẽt iniquum
ꝙ appellatio valeret ⁊ nõ deuolueretur ⁊ ſic tracta eſſꝫ co
ram iudice a quo contra.c.accepta.ſ.eo. Aut loquimur
quo ad effectũ ſuſpenſiuũ ⁊ tunc uſqꝫ ad purificatã ꝯditi
onem ẽt ſi ſtaret per centũ annos poſſet appellari. non
aũt poſt purificatã ꝯditionem.dato ꝙ purificaretur itra
x.dies a die ſnĩe ⁊ ẽ rõ.nam ſnĩa iſta ꝯditionalis ẽ cõmi
natio de grauamine cũ expecteẗ euentus ꝯditionis.d.§
ex ꝯditionali.⁊ hꝫ iſta cõminatio tractũ ſucceſſiuũ qꝛ per
ſingulos dies expectaẗ dies ꝯditionis mõ a ſnĩa uľa cõ/
minatione que iſert grauamẽ ſucceſſiuũ ſi per centũ an/
nos durat grauamẽ qꝛ quotidie graueẗ ꝑ centuꝫ annos
poterit appellare qꝛ ꝑ ſingulos dies naſciẗ nouuꝫ graua
men.ita bar.in.l.ij.ff.de appel.recip. Bal.in l.ij. C.de
epa.audi.dixi in.c.ſuꝑ eo lo.ii.ſ.eo.non mirũ ergo ſi a
tali excõicatione ꝯditionali bene appellaẗ ſemꝑ uſqꝫ ad
purificatam ꝯditionẽ qꝛ ſemꝑ grauamẽ cõminaẗ ueruꝫ
qꝛ purificata ꝯditione excõicatio ſtatim ligat ut hoc tex.a
ꝯtrio.⁊ hic Jnno.⁊ poſt ligamẽ iniũctuꝫ a cenſura nõ ap
pellatur.c.paſtoralis.⁊ ibi uidebimus.ſ.e.iõ ẽt ſi itra.x
dies purificatur conditio non appellabitur poſt eam
purificatam. Et ſic tempus ad appellandum a cen/
ſura conditionali durat uſqꝫ ad purificataꝫ ꝯditõnẽ nec
plus nec minus. Aut loquimur in alijs ſententijs quã cẽ
ſurarũ ⁊ ꝯditionalibus.⁊ tũc ex quo in eis cõditio retro
trahiẗ prout regulariter retro trahiẗ certe dꝫ appellari a
die ſnĩe late itra.x.dies ne ſi conditio purificeẗ repireẗ ſi
non appellaſſet ut ex retro ꝯdemnatis ⁊ cũ a die ꝯdem
nationis lapſi ſint.x.dies ſnĩa tranſeat in rẽ iudicatã. ⁊
hoc ẽ quod uoluit dicere tex.in.l.ij.§.biduuꝫ.ff.qñ ap.
ſit.dum dicit vtile eſſe appellare a die ſnĩe late.⁊ ita uult
hic Joan.andre.⁊ cõmuniter poſt cum docto.⁊ uult
Archidia.in.d.§.biduum.ij.queſtione.vi. Et pro hac
opinio.in ſententijs cenſurarum ponderat Joan.an.
text.noſtrum ibi medio tempore dicens ipſe ſi uolu/
mus iuſtã dimidietatẽ ꝯſiderare diuidas rem in tres ꝑ/
tes.ſcʒ ps ẽ dimidia qꝛ inter primã ⁊ tertiaꝫ.ita hic i iſtis
xx.diebus media ps ẽ a ſeptima die vſqꝫ circiter quartã
decimã. Jſto medio tpe dicit tex.nõ fuiſſe appellatuꝫ.po
tuit ergo.xi.xij.⁊ ſic de ſingulis diebus appellare.⁊ ſic
ultra.x.dies a die ſententie late. Panor.hic dicit de iure
veritatem eẽ in contrarium ⁊ nullam eẽ dñiam inter ſnĩas
cenſure ⁊ alias qꝛ ſemꝑ appellabiẗ itra.x.dies a die ſen
tentie late.moueẗ nam aut uolumus dicere in ſententijs
cenſurarũ ꝙ ante purificatam conditionem nõ grauat ⁊
tunc nõ põt appellare.c.ut debitus.ſ.eo.aut uolumus i
telligere ꝙ grauet talis ſnĩa pendente ꝯditione ⁊ tunc a
die illati grauaminis deberẽt currere.x.dies uel cõmina
tõis ergo a die ſnĩe.c.ꝯcertationi.e.ti.li.vj. Sꝫ falliẗ
panor.qꝛ fateor ꝙ grauat ſꝫ affert grauamẽ ſucceſſiuuꝫ
vñ donec durat grauamẽ appellabit qꝛ quotidie naſciẗ
nouũ grauamẽ.⁊ ſi dicatꝗ nõne ⁊ in alijs ſentẽtijs ꝯditõ
nalib⁹ idẽ uidem⁹ qꝛ pendẽte ꝯditõne ꝑ ſingulos dies i
minet cõmiatio euẽt⁹ ꝯditõis ⁊ ſic talis cõmiatio hꝫ cãm
ſucceſſiuã. So.ꝯditio purificata in alijs ſententijs retro
trahitur ad actum momentaneũ.ſ.ad tps ꝓnunciatio/
nis ideo purificatio conditionis ⁊ eius pendentia cum
ſubordineñẗ ad illum actũ momentaneũ nõ cenſenẗ de
nouo grauare.ſed ſemꝑ cenſeẗ illud vnicũ grauamẽ qd
ꝑ ꝓnunciationẽ ẽ illatũ.ſicut in ſimili ꝯdemnatuſ ad dã
da.x.ſ.menſẽ iſte remanet ſemꝑ grauatus qꝛ hꝫ ſolueř
⁊.ſed tamen unicus ẽ tantũ actus qui grauat.ſ.ſimplex
pronunciatio non ita ẽ in ſententia cenſure qꝛ illa non
trahitur ad pronunciationem.⁊ in ea ꝓnunciatio non ẽ
in conſideratione principaliter.ſed euentus conditionis
qui expectatur.⁊ iſto caſu quando excõicatio fertur cõdi
tionaliter ſi non ſolueris.ſ.menſem uel niſi ſolueris
⁊ ſtatim lapſo menſe ſi opponatur de iſta excõicatione ſi
opponitur per illum cui debuit ſolui tunc ſufficit produ/
cere ſententiam lapſo menſe prefixo ⁊ ſi ille contra queꝫ
talis ſententia ẽ lata non docuerit ſe ſoluiſſe habebitur
pro excõicato. Sin autem per aliũ tertium opponitur ꝙ
ẽ excõicatus qꝛ non ſoluit tunc ille hꝫ probare ꝙ nõ ſol
uit qui opponit. Jta Jnno.in.c.ſuper his.ſ.de accuſa.
quem refert ⁊ ſequitur panor.in.c.ꝓpoſuit.ſ.de cle.ex
co.mi. Bar.in.l.in illa.ff.de uer.ob.in.l.ii. C.de iure
emphy. Ultimo habetis nõre ex glo. ꝙ ſi pendente
appellatione pars mutat forum ꝙ ſententia conditiona
lis ligat purificata poſtea conditione.⁊ hanc opi.ſequiẗ
Jnno.⁊ poſt eum Jo.an.⁊ Hoſti.ꝯtriam opi.tenet ar
chi.in.c.ii.de conſti.li.vi.per illum tex. Bal.in repetiti/
one ſepe allegata.c.cõmiſſa.de elec.li.vi. Archi.in.c.ſi
quis de prouincia.xiii.q.ii.lap.allegatione.cxxix.Fede.
ꝯſilio.lxxxxi.quod icipit.quoniam ubi fundamentũ nõ
ẽ ubi tenet glo.⁊ lapus allegatione.xlviii.facit glo.in.c.
ſalonitane.lxiii.di.in.c.a nobis.de ſen.exco. Jo.an.in
regula cum ſint.de reg.iur li.vi.concordat opi.et etiaꝫ
ſenſit hic.qꝛ aut poſt mutatum forum mutatur et cauſa
ſnĩe. Et tunc ſnĩa conditionalis purificata non ligabit.
puta precipit epiſcopus papieñ.canonico papienſi ꝙ
ſi infra menſem non reſederit in eccľia ſit excõmunica/
tus. Jſte promouetur ad aliud beneficium hoc dimiſſo
ſ.menſem in alia dioceſi.certe ex quo ceſſat cauſa precep
ti ceſſabit pceptum mutato foro.et ita ſaluaẗ opi.archi.
in.d.c.ii.aut durat cauſa precepti poſt mutatum forum
et tunc ſiue cauſa habuerit originem ante mutationem
fori ſiue poſt ligabit ſententia per euentum conditionis
licet forus mutatus ſit. Jta Jo.an.hic.et Bal.et ſequi
tur Jmol.reprobando.d.Anto.qui voluit facere diffe
rentiam in hoc ſecundo membro.an cauſa precepti
originata eſſet ante mutationem fori an poſt. moueba
tur.d.Anto.per tex.in.c.ii.de conſti. Sed illud loqui
tur in ſtatuto non in ſententia ſecundum Jmol.hic.
Et eſt ratio quia in legibus conditio nunquam retro
trahitur ſed inſpicitur tempus celebrati actus.l.i.ff.de
pen.non mirum ſi ſtatutum conditionale non ligat ꝑ
ſonam que mutauit forum pendente conditione. Et
hoc fuit dictum Bal.hic. Pro complemento eorum
que tangunt hic docto:querit Jnnocen.nunquid ſi fera
tur ſententia hoc modo excõico te ſi appellaueris ſiue

UVA. BHSC. IyR_025

elegeris vel ſi appelles ſiue eligas valeat electio ſiue appellatio in ꝯrium facta. Dubiū naſcit̃ q2 excōicatus non pōt eligere.c.cum dilectus.ꝛ ibi habetur.s.de conſue.c.ſi.j.de cleri.exco.mini.nec appellare pōt ab excōicatiōe c.paſtoꝛalis.j.eo. Jdeo ex quo accedit ad eligendū uel appellandū videt̃ ꝙ ſtatim ſit excōicatus.ꝛ ideo electio poſtea fcā ñ ualꝫ nec appellatō īterpoſita poſtea iuuabit ꝛ ita tenet hic Jnno.ꝛ poſt eum Bal:ꝛ Panoꝛ.q2 excōicatio ē mucro penetrabilis ſtatī feriens. ideo qñ cōcurrit in puncto cū alio actu momētaneo ꝑſumitur ſemp preceſſiſſe.ꝛ ideo pſumitur excōicatus elegiſſe vel iaꝫ excōicatus appellaſſe ꝛ hoc nō.ſequitur Gemi.in.c.ſi a ſede de preb.li.vi.boñi.in fi.de re iudi.§.qualr.uerſi.puta tenet ꝙ excōicatio facta ſi appelles non ualet q2 tollit defenſionem.ꝛ ſic ꝯtinet expreſſum ꝛ itollerabilem erroꝛē iuris.c.per tuas.j.de ſen.exco.ſed poſito ꝙ ualeat vel i cāu quo fiat ſi elegeris uel eliges excōicatio vult ꝙ requirat actum ꝯſumatuꝫ ad hoc ut liget.q2 ꝯditio dꝫ perfecte impleri.l.fi.C.ſi mancip.ita fue.alie.l.qui heredi.ff.de ꝯdi.ꝛ demō.gͦ nō erit excōicatus niſi facta electōe uel appellatōe ꝛ ſic tenebit electio uel appellatio.ꝛ facit gl.in.l.arboꝛibus.§.de illo.ff.de vſufru. vbi dicit lupus exit ſiluam ergo nōdum exiuit. Et ſequitur.d. Anto. ꝙ requiratur perfectio actus dūmodo aliter de mente ꝓferentis non appeat q2 illi ſtabimus.ꝛ de hac q̄ne Bal.in dicta repetitione.c.cōmiſſa.de elec.li.vj.d. Anto.in.c.ex oꝛe in.viij.ꝛ.ix.col.de his que fi.a ma.p̄tc ca.bal.in.l.aretbuſa.ff.de ſta.bo. Jmo.in.l.ſi poſt moꝛtē.in prin.ff.de leg.i.archi.in.§.ſi ergo.xvij.q.i.bal.in.l.i.C.ſi rectoꝛ ꝓuincie.ſꝫ non iſiſto.q2 media fuit ſnīa Jmo.qui ſequitur hic diſtinctionem antiquoꝝ.qui diſtinxerunt aut iudex excōicauit appoſito uerbo in ꝯditione p̄ñtis tꝑis vel etiam futuri idicatiui puta ſi eligis uel ſi eligas uł eliges ꝛ tunc ꝓcedit opi. Jnno.q2 ſtatim ligetur ex quo icipit eligere ꝛ p̄parat ſe ad actum. aut uero vtitur futuro ſubiūctiui uel p̄terito pfecto puta ſi elegeris uel elegiſti ꝛ tunc ex quo denotant tꝑs pfectum procedat opi.d. Anto. Et pro hac diſtinctione ē tex.in.l.ſi quis ſtipulatus ſit ſtichū melioꝛ tex.in.l.ſtichus ſeruus meus.ff.de manu.teſt.qui tex.loquitur in actu fauoꝛabili.ꝛ tñ conſiderat p̄dictam diſtinctionē. Jnfert ēt Jmo.ad q̄nem. nunquid ſi i ꝓlatione ſnīe excōicatus appellat nec appareat quid p̄ceſſerit ualebit appellatio.ꝛ ex predict̄ concludit ꝙ in dubio pſumetur p̄ceſſiſſe excōicatio appellationē.ꝛ ideo nō valet appellatio ad ſuſpendendū excōicationē.ꝛ facit glo.in.c.uenerabilibꝰ.§.fi.de ſen.excoꝛ li.vj.ꝛ de hoc in.c.ſuper eo.el.ij.s.eo. Ultimo querit Jo.an.nunquid appellatio īterpoſita in tex.noſtro ſuſpendit nō ſolum excōicationē ſed ēt preceptuꝫ de ſoluendo.ꝛ cōcludit ꝙ ſic.q2 unico ꝯtextu iſta ꝓferuntur ꝛ pro una ſnīa iudicant̄.ſecus dicit ſi ferretur vnum ꝛ poſtea aliud.puta p̄cipit uel ꝯdemnat ut ſoluat ſempronio iſta ē una ſnīa ꝛ poſtea precipit ꝙ ſi nō ſoluerit ſit excōicatus.iſtud eſt aliud preceptum. Et ſic alia ſnīa.q2 quot capitula tot ſnīe.c.cū tpe.s.de arb.l.etiam.ff.de mio. ideo a quacūq3 erit appellandū ſm ſuam naturam a p̄cepto de ſoluendo uſq3 ad.x.dies a cenſura ꝯditionali uſq3 ad euentum conditionis.imo ꝛ ſi non appellaſſꝫ a p̄cepto poterit appellare a cenſura ſi grauet̄ in excedendo modū exequendi.q2 lꝫ cenſura ſit appoſita in executione rei iudicate ex quo p̄ceptum tranſiuit in reꝫ iudicatam tñ ſi in exequēdo exceditur modus bene appellat̄ i executione.c.quod ad conſultationem.ꝛ ibi habetur.s.de re iudica.ꝛ ita Jmo.hic.

**Ecūdo requiris.** Si p̄ reſcriptum ap̄licum cōmittūtur plures articuli ꝯnexi ꝛ in prinͦ uel medio uel i fine cōmiſſionis tantū appellatio ꝓhibetur in alijs intelligitur prohibita ſiue precedentibus ſiue ſequētibus.ꝛ cā ſuſpitionis ꝓponenda ē coꝛam iudice recuſato.ꝛ coꝛam arbitris ꝓbāda h.d. Duo hꝫ dicta.ſm ibi.tertio poſtulat̄. Nō.pꝛimo ex tex.ibi reſpondemus ꝛc.ꝙ diſpō gubernatur ſm itētionem diſponentis magiſ ꝙ ſm uerba.c.itelligentia.j.de uer.ſig. Jntelligite ſi uerba patiant̄ aľs non ſm bal. hic per tex.quē dicit ſingularem in.l.ſi alij.ff.de uſufr. leg.ꝛ tollitur intentio ſm rōem actus qui gerit̄ q2 actus regulatur a rōe ſicut ab aīa coꝛpus.vt uoluit Bal.in.l.ſi quis ſuo pſuaſerit.C.de fur.Dy.in regula ſi.de reg.iur.li.vj.ꝛ lꝫ rō non ſit expſſa tamen ex coniectura illaꝫ querimus.ꝛ ſm illā limitamus actū.ita eſt tex.hic expſſus ꝛ facit quod uoluit Cy.in.l.non dubiū.C.de legi.et Bal.in.l.maximū vitiū.C.de libe.p̄tere. Nō.ex tex. ibi iuſticia ꝙ cl̄a appellatione remota non tamē tuetur i iuſticiam iudicis.faciūt que uidebimus in.c. paſtoꝛalis. vbi de ea.ꝛ in.c.ut debitꝰ.j.eo. Nō.ex tex.ibi i prinͦ medio ꝛ fine ꝙ cl̄a ſiue in prinͦ ſiue in medio ſiue in fine poſita determinat oīa in diſpōe ꝯtenta. Nō. ex tex. ibi iudicem ꝓponit ꝛc.foꝛmā qualiter dꝫ fieri recuſatio iudicis ſuſpecti.q2 pꝛimo coꝛaꝫ eo dꝫ cauſa ſuſpitionis ꝓponi.hac ꝓpoſita ipe cogit ptes ad eligendū arbitros ꝛ ſtatuit terminū ipis arbitris intra quem cām finiāt. Jta tex.in.c.legitima.co.ti.li.vj.ꝛ ita glo.hic in uerbo terminū.poſtea arbitri de cā ſuſpitionis cognoſcūt. ꝛ ꝓbationes ſup ea recipiūt aſſignādo terminū ptibus ad verificandū ſuſpitionē.c.ſuſpitionis.s.de offi.dele. ꝛ hoc ēt hodie ꝓcedit.lꝫ glo.ſentiat ꝯriū in uerbo terminuꝫ ꝛ malc.ꝛ poſtea arbitri ſup ſuſpitiōe ꝓnūciant nec potit ſi ſuſpectꝰ ꝓnūciatus fuerit iudex ad ulterioꝛa ꝓcedere. ut hoc tex.nr̄o.ex quo colligit illa foꝛma ꝛ loquit̄ in delegato. Jn oꝛdinario aūt uidebimul in.c.cum ſpāli.j.eo.

Nō.ex tex.nr̄o ibi tūc demū ꝛc.ꝙ iudex recuſatꝰ non pōt ꝓcedere niſi ꝯſtito d recuſatōe ꝙ ſit iiuſta.ꝛ ita bal. hic.ꝛ dō ſi ꝓcedit uł ꝙ ꝓceſſus ſit nullus.dicā in.d.c.cuꝫ ſpāli.ꝛ ita panoꝛ. Nō.ex tex.ibi coꝛā ipis cā ꝛc.ꝙ recuſanti iudicē icūbit onus ꝓbādi ſpecifice ipas cās recuſationis que ꝓpoſite ſūt coꝛā iudice nec aľs pōt ꝓbare ꝛ ſi aľ ꝓbaucrit nō iuſtificat̄ recuſatio. Jta Panoꝛ.hic ꝑ iſtuꝫ tex.ꝛ Jo.an.in.c.poſtremo.s.e. Nō ex tex. ibi ipſa rō ꝙ recuſatio fūdat̄ ſup rōe naturali.qō facit ad ar.an princeps poſſit tollet̄ recuſatōꝫ.d quo i.d.c.poſtremo. ꝛ ſic dētis ꝙ licitū ē aſſare rōꝫ naturalē ꝛ ſup ea ſe fūdare.facit tex.iūcta gl.in.c.ꝯſuetudo.i.di.in.l.in ſum.§. idē varus.ff.de aqua plu.ar.in.l.ſcire oꝫ.§.ſufficit.ff. de excu.tu.Glo.in uerbo appellatio.in fi.facite ergo regulam ſm tex.nr̄m ꝙ cl̄a in fine prinͦ uel medio appoſita trahit̄ ad alia capitula.ꝛ ſic cōprehendit totalē diſpōnem.ita tex.hic.ꝛ in.l.i.C.de lib.p̄ter.uel exhere.in.l. talis ſcriptura.ff.de leg.i. Hanc ꝯcluſionē limitabitis nō procedere qñ ſumus in materia odioſa.ꝛ capitula diuerſa ꝯtinent̄ in diſpōe.nam tunc una cl̄a non refert̄ niſi ad ea circa que ꝓxime ē appoſita.non aūt ad totā diſpōnem.ita glo.hic.que dꝫ itelligi ꝑ.d.c.in q̄ni. q2 cl̄a appellatōe remota ē odioſa. Scdō limitabitꝭ qñ diſpō ꝯtineret plura capitula.ſꝫ cl̄a apponeret̄ in medio vniꝰ capituli tantū.puta cōmittit papa ꝙ reſtituta poſſeſſiōe tali ep̄o ꝛ ſi ꝯſtiterit eū ſuſpectuꝫ de dilapidatōe appellatione remota det ſibi coadiutorē ꝛ de ſtipēdio ꝓuideat ſtipēdiatis hic tria ſūt capitula i cōmiſſiōe.cl̄a ap.re.iſeritur i medio unius.talis cl̄a nō referet̄ ad alia.ita ē tex.i l.iij.§.filiꝰ iter medias.ff.d lib.ꝛ poſth.ita nōt i.d.l.talis ſcriptura.ita panoꝛ.hic.lꝫ tex.hic in prinͦ ibi uno tātū videat̄ facere ꝯriū. Limitabitꝭ tertio nō ꝓcedere qñ plura eēnt capitula ſꝫ ſingula per ſe determinata eſſent. q2 tūc cl̄a circa unū poſita nō trahet̄ ad alia q̄ ꝑ ſe determinata ſūt.tex.ē i.c.cū dilecti. .d dōa.ibi ut clauſula d foꝛeſta ꝛc.ē tex.i.l.ſi quis legata.ff.de condi.ꝛ demon.

Quarto limitabitꝭ nō ꝓcedere vbi ſi clauſula referret̄ ad oīa reſultaret abſurdū aliquid.q2 tūc nō refert̄ niſi ad ea q̄ ꝓmode pt.gl.ē i.c.i.i vb.ſic.d poſtu.ꝑ.li.vj.i.c.ut

UVA. BHSC. IyR_025

circa in uerbo corani. de elec. li. vj. in cle. ne in agro. §.
ceterum. de ſtatu mona. Et ideo ſi aliqd capitulum per
huiuſmodi relationem redderet nullum non fieret rela
tio ad illud. l. cum vulgari. ff. de dot. prele. ꝛ ita ubi alia
iniquitas reſultaret. nõtur in. l. ſi idem cum eodẽ. ff. de
iuriſdi. om. iudi. ita panor. hic. Et ſunt predicta oĩa ex
mente Bar. in. d. l. talis. alia plura ponit bar. in. l. pre
tor. la. ij. §. i. ff. vi bon. rap. Glo. in uerbo utriuſq3 iuriſ
in fi. hẽtis ex glo relata ad tex. ꝙ licitum ẽ in foro cano
nico allegare. ll. etiam ſi per canones repiatur ille cãus
deciſus vel decidi poſſit. facit tex. in. c. i. ꝛ in. c. aucte de
pceſ. preb. li. vj. lʒ glo. velit ꝯͣrium. ꝛ ma'e in. c. ſi ĩ adiu
torium. x. di. ꝛ plus habetis ex hoc tex. iuncta glo. ꝙ lici
tum ẽ allegare generaliter corpus iuris ciuilis ꝛ canoni
ci ita faciunt notata in. c. ueſtra. j. de coha. cleri. ꝛ mu. ꝑ
Jmo. in cle. ne romani. de elec. ꝛ. d. c. aucte. Glo. i uer
bo codẽ in fi. inquantũ glo. uult ꝙ in ſcriptis recuſatio
ſit porrigenda iudici ꝛ cã in ea exprimẽdo que ſit ꝓbabi
lis bene loquitur ſed nõ probat in. d. c. quoniã. ſed i. l.
aptiſſimi. c. de iudi. De iure tamen ciuili de neceſſitate
cã non ẽ exprimenda. ſed ſtatur iuramẽto. ita glo. i. d. l.
aptiſſimi. ꝛ Spec. ſequitur in ti. de recu. §. qualr. uerſi.
quidam legiſte. quod intelligit bal. in. d. l. aptiſſimi: ve
rũ niſi a ſtatuto ad recuſationẽ requireret cã. qr tũc ꝺ iu
re ciuili non ſufficeret ꝓbare per iuramẽtum ipſam cãm
tñ de iure canonico ſi recuſans haberet iuſtã cãm nõ no
minandi cauſam ſuſpitionis puta qr cẽt talis cauſa que
nimis iſamaret iudicem tunc ſtat iuramento ſuo. attẽta
tamen qualitate pſone recuſantis. ita hic panor. nec tũc
requiritur alia ꝓbatõ per ea que habent in ſimili i. c. ſta
tutum. §. cum uero. de reſcrip. li. vj. inquantũ uult glo.
ꝙ uſq3 ad. xx. dies recuſatio dʒ ꝓponi dicite ꝙ dʒ propo
ni ante oẽm actum per quem uideatur ꝯſentire in iudi/
cem. nec alia neceſſitas ſibi imponitur tpiſ. ita bar. in. l.
quidam ꝯſulebat. ꝛ ibi alij. ff. de re iudi. canoniſte in. c. i
ter monaſteriũ. ſ. ti. ꝓxi. Bal. in. §. quibus in pria con
ſti. C. ꝛ notatur in. d. c. iſinuante. ſ. de offi. dele. Dum
etiam glo. uult ꝙ declarata recuſatione iudex iſte ñ poſ
ſit ꝓcedere nec aliud facere. nec etiam delegare iuitis pti
bus. ſi eſt delegatus a ꝯͣrio videtur ſentire glo. ꝙ volen
tibus ptibus poſſit. ꝛ ita voluit Jmo. hic. quam ſignate
ad limitationẽ. c. iudex. de offi. lega. lib. vj. ubi de ꝯſẽſu
vnius non poteſt ſubdelegare. lʒ tex. ille in rõne faciat ꝯ
glo. nram. ꝛ uidebimus in. c. cum ſpãli. j. eo. Glo. in uer
bo aliquos in fi. Nõte ex glo. ꝙ de neceſſitate in cau/
ſa ſuſpitionis non debent eligi plures arbitri. ſed ſufficit
vnus. ꝛ facit tex. in. c. ad hec. ꝛ. j. ſ. eo. Glo. in uerbo ꝺ
bet cogi. in fi. vos dicite ꝙ rõ differentie quare iudex po
teſt cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio ꝛ tamẽ non poſſit co
gnoſcere ꝺ cauſa ſuſpitionis ẽ. qr per recuſationem fit i
iuria iudici ex quo ps fatetur ſe de ſua iuriſdictione. ſed
ab eo recedere uult. l. litigatores. in prin. ff. de arb. nam
de eo. l. non confidit in hoc incidenti ut cognoſcat de ſu/
ſpitione. ſʒ quando opponitur ꝯ iuriſdictionẽ non fit ei
tanta iniuria. qr non uidetur diffidere de iuſticia ſua. ſʒ
negat ſe ſubditum uel alr exceptio incõpetentie iuriſdi/
ctionis nõ ſignat neq3 afficit perſonam iudicis. iõ de ea
põt cognoſcere. ſed exceptio ſuſpitionis ſignat perſonaʒ
iudicis. qr uideris de pſona diffidere ideo non poteſt co
gnoſcere. ita Bar. in. d. l. quidam conſulebat. ꝛ ideo in
fert ibi ꝙ ẽt ſi contra iuriſdictionẽ iudicis opponat alia
exceptio ꝙ̃ ſuſpitionis ſigillans pſonam iudicis nec ꝺ ea
poterit cognoſcere. Sed uel eligentur arbitri vel ibit ad
ſupiorem. ꝛ ſequitur Jmo. in. c. ſuper lris in. x. col. ſ. ꝺ
reſcrip. Et ibi. d. Anto. ponit in. xix. col. Jnno in hoc te
nuit ꝯͣrium in. c. cum ſuper. ſ. de offi. dele. ꝛ Jo. an. i. c.
pia. de excep. li. vj. lʒ Hoſti. ibi tenet opi. Barto. ꝛ tenet
Jnno. ꝙ imo ipſe iudex cognoſcat an ſua ſit iuriſdictio
excepta cauſa ſuſpitionis. Archi. iij. q. v. c. qr ſuſpecti. di
xit ꝙ in ſolo caſu ſuſpitionis itur ad arbitros ꝛ recedit a
iudice. nec repitur iure cautum ꝙ eligantur arbitri ſi op
ponatur exceptio ꝯ iudicem ſignans perſonam eius. pu
ta exceptio infamie uel excõicationis. ꝛ ideo dicit ꝙ ibit
ad ſupiorẽ. Jmo. hic dicit opi. Bar. poſſe reduci ad pra
cticam ꝛ ſeruari non obſtante opi. Jnno. puta vis op/
ponere ꝯ iudicem ꝙ ẽ furioſus ꝛ reppellere eum ne de
iſto ipe cognoſcat uel melius quod ẽ infamis practicabit
hoc modo. qr opponẽs exceptionẽ infamie declinando
iuriſdictionẽ ſubiciendo ꝛ qr tractat de pſona vra. d. Ju
dex ego in hoc incidenti habeo uos ſuſpectũ ꝛ ꝓpterea
ſuper eo uos tanꝙ̃ ſuſpectũ recuſo ꝛ tunc eligent arbi/
tri. Sed in ueritate dictũ Jmo. reddit dubium. qr dato
ꝙ eligant arbitri non tñ poterunt cognoſcere de cã ipſa
principali exceptionis icidentis. ſ. an ſit iſamis uel ne. qr
arbitri ſolum cognoſcũt de cauſa ſuſpitõnis. c. ſi quis ex
quacũq3. ꝛ ibi glo. ꝛ archi. ij. q. vi. c. legia. eo. ti. li. vj. et
videbimus in. c. cum ſpãli. j. eo. ergo nec ꝑ hoc ſaluabit
opi. Bar. ꝙ an iudex ſit infamis uel ne. recurrat ad ar
bitros. ꝛ faciũt notata in. d. c. ſuſpitiõis. ſ. de offi. dele.
vbi Panor. ſequendo opi. Jo. an. in. d. c. pia. tenet ꝙ
nũquaʒ itur ad arbitros recedẽdo a iudice. ita ut ſint ar
bitri iuris niſi in caſibus a iur exꝑſſis. ꝛ ſic ꝯtra Barto.
Glo. ſup vbo ſupſedere bene loquitur.

# N ſit.

Appellationi ſue renũciat qui i
appellatiõis preiudiciũ aliquid
inouauit. h. d. Sʒ clarius ſm vnũ intelle
ctũ nõ tenet appellatus deferre appellationi
cui appellans ipe non detulit. Uel aliter ſm aliũ intelle
ctũ non ẽ deferendũ appellationi eiꝰ qui appellationi ſui
aduerſarij non detulit. ꝛ iſte itellectus ꝯuenit lre iquan
tũ dicit appellationẽ legiẽ iterpoſitam qr non ẽ viſimile
ꝙ aduerſariꝰ qui opponit nõ fuiſſe delatũ appellationi ſi
loqueret de appellatione ipſius nõ deferent ꝛ ſic aduer
ſarij diceret appellationẽ aduerſarij legitime iterpoſitaʒ
ita Jmo. hic poſt Jnno. ꝛ hoſti. tñ iſte itellectus ſm pa
nor. ẽ magis piculoſus. Nõ. primo ex tex. ſm primũ
itellectũ ibi. poſt appellationẽ ꝙ appellans tenet defer/
re ſue met appellationi ꝛ ſi nõ deferat qr aliquid ino/
uat pen. ap. nõ debebit ſo grauatus ſi uoluerit appella
re admitti. ꝛ facit tex. in. c. bone. el. i. ſ. de elec. ꝛ ẽ rõ qr
fruſtra auxiliũ. l. implorat qui cõmittit in. l. c. qr fruſtra.
j. de uſur. Nõ. ibidẽ poſt appellationẽ ſm aliũ intelle
ctum ꝙ nõ deferẽs appellatõi aduerſarij ſui ſi uult po
ſtea appellare nõ audit. ꝛ rõ ẽ de qua ꝓxime. ꝛ dicit hic
Jnno. hũc itellectũ ꝓcedere in appellatõe extraiudiciali
ſʒ. d. anto. ꝛ alij poſt eũ dicũt ſe nõ uidere quare nõ ꝓ/
cedat ẽt in iudiciali. hũc itellectũ limitabitis nõ ꝓcedere
qñ appellatio aduerſarij cui nõ ẽ delatũ nõ fuit legitima
qr nõ deferẽs appellatõni non legitie non punit. ut hoc
tex. ibi legitie iterpoſitam. Limitabit ſo nõ ꝓcedere
qñ iſte qui nõ detulit appellationi aduerſarij uult mõ ap
pellatõeʒ aduerſarij ꝓſequi nõ autem ſuam nec uult de
nouo appellare. qr tũc põt proſeqni appellationẽ aduer
ſarij ex quo ẽ cõis. ut dixi in. c. ſi duobus. ſ. eo. l. ampli
orem in prin. C. eo. nec obſtabit exceptio ꝙ aliquid in
nouauit ꝯ illam appellationẽ. ita. d. de rota deciſ. ſua.
cccxix. que incipit. item ſi appellatus. ꝛ uoluit hic Jmo.
ꝛ ꝓpterea hic tex. noſter dicit appellationi illus nõ eẽ de
ferendum. quaſi nõ intendat excludere iſtum ſi uelit ap
pellationẽ aduerſarij ꝓſequi. Sed capiendo utrunq3 in
tellectum tex. noſtri limitabit. c. noſtr nõ ꝓcedere qñ ex
utraq3 pte ſup diuerſis articulis cẽt appellatũ. ꝛ iuicem
neutra ptiũ detuliſſʒ appellatõi altiꝰ. qr tũc cũ in eadẽ cã
ciuilr paria delicta mutua ꝯpẽſatõe tollãt. c. itellexīmꝰ. ꝛ
ꝛ ibi notat. j. de adul. nõtur in. l. cuʒ mulier. ꝛ in. l. uiro
atq3 uxore. ff. ſo. ma. qr neutra ptium põt opponere. ꝙ
appellationi nõ ſit delatum. tex. eſt in capi. bone memo
rie magũtino. ſ. de elec. quem ita intelligit rota. in. d. de
ciſ. ꝛ Jmo. hic. faciũt nõta i. c. pueit. ſ. de iure iur. i. l. cũ
ꝓponas. C. de pac. Limitabitis ſcðo decret. noſtrã

UVA. BHSC. IyR_025

non ꝓcedere facta reſtōe attentatoꝝ. qꝛ qui non detulit appellationi ſue vel aduerſarij facta reſtōne attentatoꝝ ex quo non detulit pōt poſtea appellare ⁊ appellationē pꝛoſequi. Et ſic tex. noſter dum uult ꝙ non deferēs appellationi ſiue ſue ſiue aduerſarii ſm̄ uarios intellectus non poſſita ꝑpellatiouē ſuam pꝛoſequi uel appellare intelligitur dilatoꝛie non ꝑemptoꝛie. i. non poteſt appellare donec de attentatis ſatiſfecerit. non aūt ꝑemptoꝛie ꝙ penitus excludatur ne ꝓpoſſit appellare ſi ſecūdo grauet̄ vel ſuā appellationem ꝓſequi. Et ita. d. Anto. hic limitat hunc tex. ⁊ Imo. dixit eē equum. Panoꝛ. hic tenet ꝯ̄riuum. pꝛimo ꝑ tex. nr̄m qui uult iſtum non deferentem puniri. ſed ſi obligaret̄ ſolū ad reſtituendū attentata nō diceret̄ pena. ⁊ pꝛo eo facit. c. penitentia. de penit. di. iij. quod notat Io. an. in. c. ſi. de elec. li. vj. quod notat panoꝛ. in. c. ij. ſ̄. de conſti. vbi ꝯcluditur ꝙ pena dicit̄ per quā punito abeſt recipienti adeſt aliquid. ⁊ ē bonus tex. in. l. iij. ff. de dam. infec. ſꝫ ꝑ reſtōnem attentatoꝝ recipienti nihil adeſt qꝛ reſartionem damni recipit. ergo iſte n̄ dicitur puniri ex hoc. Debet ergo ītelligi ut excludatur ꝑemptoꝛie ne ſo grauatus poſſit ullo modo appellare ex quo non detulit appellationi ſue uel aduerſarij nec poſſit ſuam appellatōnē ꝓſequi. Adducit etiam panoꝛ. tex. noſtrū hic ibi beneficio appellationis reddit īdignū ⁊ ſic totaliter ergo excluditur. nō aūt dilatoꝛie. i. donec ſatiſfecit. Et pꝛo panoꝛ. ē glo. in. c. ex ꝑte. ii. in glo. ij. ⁊ ibi cōiter doc. tranſeūt. ſ̄. de reſcrip. vbi ꝯcluditur ꝙ non deferens ſue appellationi vr̄ illi renunciare. ergo non poteſt eam ꝓſequi. Ulterius facit ēt glo. in terminis in. c. nō ſolū in glo. magna poſt mediū eo. ti. li. vj. Glo. in uerbo īcontinēti. in fi. habes ex glo. ꝙ exceptio attentatoꝝ de qua in tex. de neceſſitate non ē ꝓbanda. ⁊ ideo ſub/audit ad tex. maxi. Hoſti. tenet ꝯ̄riam opi. ꝙ imo dꝫ in cōtinēti ꝓbari. ſ. j. quindecim dies. Mouet̄ per tex. i. c. frequens. de reſti. ſpol. in. vi. Io. an. ſequit̄ hanc glo. ꝑ fundamēta in ea allegata. Nec obſtat. d. c. frequens. qꝛ ibi loquitur in exceptione ſpoliationis hic aūt loquimur quando principalr̄ in viam agendi opponitur reuocatio attentatoꝝ. d. Anto. tenet cū hoſti. dicens rōnem Io. an. non ꝓcedere. qꝛ imo hic opponebatur exceptio ꝺ attentatis in viam dilatoꝛie ad excludendum ip̄m appellātem. Et ideo bonū ē ſimile. ꝺ. c. frequēs. adducto per hoſti. Imo. federe diſtinctionis ꝯcoꝛdat. qꝛ aut uolumꝰ tenere ꝙ illa exceptio attentatoꝛum ſit ꝑemptoꝛia que ꝓꝛſus appellantē excludit ⁊ hic cū tractetur de graui pꝛeiudicio detur tempus de quo in glo. noſtra. ſ. ꝯgruū ad ꝓbandum ⁊ ꝓcedat opi. glo ⁊ Io. an. aut uolumus tenere ꝙ iſta exceptio ſit dilatoꝛia quod ſibi uidet̄ magis equū ⁊ tunc ꝓcedat opi. dn̄i hoſti. Glo. in uerbo indignū. in fi. vos dicite ꝙ glo. inquantū uult ꝙ nō deferēs appellationi excludatur ab appellatione. ſ. pꝛima ſequēti non aūt poſtea ſi alr̄ grauetur in hoc bene loquitur.

Et ſic ſit tertia limitatio ad tex. noſtrum. per tex. ī. c. cum in cunctis. §. clerici. ſ̄. de elec. aliud uult glo. ꝙ in alia cā excludatur ab appellatione. vos dicite latius. aut loquimur in alia cā penitus diuerſa ⁊ tunc nō excluditur ab appellando in cauſa ꝓꝛſus diuerſa. lꝫ in alia non detulerit appellationi. Et ē ratio. qꝛ compenſatio delictorum non extenditur vltra illam cām. c. peruenit. ſ̄. de iur̄ iur. ⁊ ibi habetur. l. cum ꝓponas. C. de pac. faciunt notata in. c. intelleximus. j. de adul. aut loquimur in cā diuerſa ſꝫ appellatio in ea īterpoſita tendit ad differēdū reuocatōem attentatoꝛum ꝯ̄ pꝛimā appellationem. Et tunc ſ̄a appellatio nō admittitur. Ita Spec. eo. ti. §. fi. ver. quid ſi appellans ita hic. d. Anto. ⁊ alij. aut cauſa ē cōnexa pꝛime appellationi ſiue pꝛime cāe appellationis Et tunc qꝛ de ꝯnexis idem eſt iudiciū. c. tranſlato. ſ̄. de conſti. excludatur ab appellando in ꝯnexis. aut uero appellatur in eadem cauſa ⁊ tunc ſi appellatur reſpectu diuerſoꝛum articuloꝛum tenet Io. an. ⁊ cōis opi. ꝙ excludatur appellatio. mouetur nam ſi tex. noſter intelliget̄ ſolum de appellatione ſuper eadem cauſa uel cōnexis īterpoſita eēt de indubitabili. qꝛ cui dubium ꝙ pꝛima appellatione interpoſita non poteſt reſpectu ꝯnexoꝛuꝫ uel reſpectu eiuſdē cāc. ⁊ articuli ampliꝰ pꝛia pendente appellari. qꝛ appellatio deuoluit cognitionem et ꝯnexoꝛuꝫ l. etiam. §. i. ff. de mino. l. amplioꝛem. in pꝛin. C. e. pꝛeterea ſi excluderetur ſolum a ꝯnexis uel ab eodem articulo non eſſet pena. qꝛ hoc eſt ꝺ iure ut qui ſemel appellauit non audiatur amplius appellans pendente illo negocio. vel ex quo renunciauit pꝛime appellatiōi. l. fi. C. quando pꝛouo. dixi. ſ̄. in rubꝛica. ⁊ in. c. ſi duobuſ. ſ̄. e. Panoꝛ. hic tenet ꝯtrarium. ꝙ excludatur ſolum ab ap/pellando in ꝯnexis. vel eiſdem articulis. per tex. in. c. dilectis. j. eo. de cuius intellectu ibi uidebimus. aut loqui/mur quando appellatur in eadem cauſa ſuper articulo ſuper quo iam fuerat appellatum ⁊ non eſt dubiuꝫ ꝙ ſuper eo excluditur appellanſ non deferens pꝛime appellationi. c. conſtitutis. ſupꝛa eo.

Quut. A mero executoꝛe non appellatur nec poteſt recuſari niſi mo/dum excedat. h. d. ſm̄ unum intellectum. uſ̄ alr̄ ſm̄ alium intellectum a iudice ſuſpecto n̄ receditur per appellationem. nec ab executoꝛe niſi modum excedāt. h. d. Nō. ex tex. ꝙ deus nihil dicit̄ ignorare. facit. c. nouit. ſ̄. de iudi. Quid autē de diabolo quā ſciam habeat. uidete tex. in. c. ſcien. in. c. epi. xxvj. q. v.

Nō. ex tex. ibi. ſed merus executoꝛ iuncta deciſione ꝙ executoꝛ ſuſpectus recuſari non poteſt nec etiam ab eo appellari quando ē merus miſter. qꝛ nō dr̄ ipſe aliquid facere. qꝺ īfert bal. ad ambaſiatoꝛes in eo qꝺ uulgo dici ſolet ambaſiatoꝛē penā nō mereri ſi explet officiū ſuuꝫ. ui ſi talis executoꝛ ⁊ ita ambaſiatoꝛ modū excederet ſecꝰ eēt. Nō ſm̄ aliū intellectū ex tex. ꝙ ꝯ̄ iudicem ſuſpectū non ē licitū appellare ex quo ſit ſuſpectus niſi pꝛius fuerit recuſatus. ⁊ recuſatus exceptōem admittere noluerit qꝛ tūc bene pōt appellari. c. ſuper qōnuꝫ. §. ſi. ſ̄. ꝺ offi. deleg. foꝛma ergo ē quando iudex ē ſuſpectus ut recuſetur. ⁊ ſi non admittit exceptionē appellet̄ nō aūt omiſſa exceptōe recuſatōis poterit appellare nec iuſtificabit̄ appellatio lꝫ appeat eū fuiſſe ſuſpectū. qꝛ nō recuſando uꝫ remittere ſuſpitōꝫ. c. īſinuāte. ſ̄. de offi. dele. Intelligite tñ ꝙ pōt appellari ſi recuſationē nō admittit iudex cāu quo nō eēt merus executoꝛ. qꝛ ſi eēt merus executoꝛ cuꝫ nō poſſit recuſari niſi modū excedat nec ꝓpter recuſationē nō admiſſam poterit appellari qꝛ appet recuſationeꝫ eſſe friuolam. ita ē tex. hic. ⁊ hoc ſonat ſecūdus ītellectꝰ.

Nō. ēt ex tex. noſtro in fi. iuncto tex. ſ̄. ibi Cardi. ſm̄ Imo. ꝙ cardinalis recuſari non poteſt ut ſuſpectus. ſed panoꝛ. hic dicit ꝙ tex. iſte ꝓbat ꝯ̄rium. nam papa ſentit ꝙ ꝓpterea non poteſt recuſari qꝛ erat nudus miniſter. ergo ubi eſſet iudex recuſari poterit. Glo. in uerbo ꝺbuiſſet. in fi. habetis ex glo. duos ītellectus ad tex. noſtruꝫ quos ſupꝛa retuli ī textualibꝰ ſꝫ ꝓ veritate eiꝰ qꝺ dr̄ eruenda. naꝫ ꝙ executoꝛ poſſit recuſari vel ab eo appellari dicite. aut ē merꝰ executoꝛ datꝰ ad certū ⁊ determiatū articulū cū ptāte limitata. ⁊ tūc ex quo ledere nō pōt qui notoꝛie ꝯſtat ꝙ mōꝫ excedat. qꝛ ſi ſm̄ ſibi cōmiſſū oꝛdineꝫ exequat̄ ipē nō dr̄ ledere ſꝫ cōmittēſ. ⁊ iſto cāu nō pōt recuſari. dicit tñ bar. ī. l. ab executꝫ. ff. e. ꝙ lꝫ talibꝰ executoribꝰ uel nūcijs n̄ poſſit appellari tñ ꝯ̄ iniquitatē executōiſ poterit īploꝛari officiū iudicis execōn. facit gl. ī rubꝛica. ff. ꝺ iter. ac. bar. ī. l. i. §. ꝑui. ff. qꝺ ui aut clā. ita ang. ī. d. l. ab executōe. ī. xi. col. ⁊ iſte ē tex. hic. qꝛ iſte cardinal̄ hūerat exp̄ſſū mādatū ad īterdictū publicādū. facit qꝺ nōt Inno. in. c. ex ꝑte. el. i. j. ꝺ v. ſig. ubi ī ſcō ꝓpꝛio qn̄ pēa ē a iure determiata ⁊ factū ē notoꝛiū ita ꝙ excuſari non pōt. pōt quis ee iudex. qꝛ nō pōt ledere cū ſit nudꝰ miniſter iuris. aut ē merꝰ executoꝛ ad certū articulū ſed non habet ptāte determiatā. puta dat̄ executoꝛ ad audiēdaꝫ

UVA. BHSC. IyR_025

examinationem teſtium ⁊ referendam iudici. Et tūc cū iſte in multis poſſit ledere poteſt recuſari. Et ſi modum excedat poterit appellari. nōtur in cle. vnica. de offi. de leg. aut ē executoꝛ mixtus puta deputatus ad recipiēdū ꝓbationes quaſcūqꝫ. ⁊ tūc cū poſſit ledere recuſari poterit. c. ſuꝑ qōnū. §. cū aūt. ē. de offi. dele. Et ſi modū excedit poſſit ab eo appellari. c. qḋ ad ꝯſultatōꝫ. ē. t. i. nōt i. c. ſꝫ quoꝝ. ij. q. vj. i. l. ab executoꝛe. ff. e. i. l. ab executoꝛe. C. quorū ap. Et reglr̄ ab executoꝛe appellaṫ exꝑſſa iuſta cā in qua iꝑe grauet. Pau. de caſt. ꝯſi. cccxxv. qḋ incipit in xp̄i ⁊c. Ad pꝛimū reſpōdeṫ. imo ēt ſi appellatur a ſnīa de exequēdo nō ſolū ab iꝑa executiōe dꝫ exprimi cā ad hoc ut pꝛocedat appellatio. Lud. ꝯſi. xli. incip. in xp̄i ⁊c. in pn̄ti ꝯſultatōe in pꝛima col. ⁊ hoc cāu quando appellaṫ ab executōe ꝑmiſſa ē ſequeſtratio. bal. in. d. l. ab executoꝛe. C. quoꝝ appel. nō recip. aliqua tn̄ notētis ꝙ ubi calūnioſe appēt quē opponeṫ exceptiōem ad impediendā executōem iudex ex officio pot repellere Cy. i. l. ab execu. c. quoꝝ ap. nō reci. ⁊ ibi Gloꝛia. Ang. de aretio. in. d. l. ab executōe. in. iij. col. ff. e. Aliud ēt uult ange. ibidē qḋ quando appellaṫ ab executōe nō pōt niſi ſemel appellari. Et ad hoc ut quis poſſit ꝓ alio ab executione appellare requiriṫ ꝙ hēat ſpāle mandatū. nec ſufficit mandatū ad cām. rō nam appellans ſuccūbēs punitur. l. ad executoꝛe. C. quoꝝ ap. non reci. ſꝫ pꝛocuratoꝛ non pōt facere talia ꝑ que dn̄s penā icurreret. l. i. § ſi ꝓcuṙ. ibi bar. ff. ſi quis iuſdi. non obtēꝑ. glo. in. l. iij. §. ſi ꝓcuṙ. ff. qḋ quiſqꝫ iuriſ. bar. in. l. ſi ꝓcuratoꝛ. ff. de condi. inde. ergo ſine ſpāli mandato nō poterit talis ꝓcuṙ. appellatī. iterponere. ita ang. ꝯſi. quod icipit: pꝛonūcia ta ē. tenuta. in. l. ab executione in. iiij. colum. ff. eo. ubi Ang. de aretio. Et per pꝛedicta iſertur ſm. d. Anto. hic. ad deciſionē. utꝝ executoꝛ beneficialis poſſit recuſari. ⁊ ſi aſſumit ptātem iudicis nō ē dubiū ꝙ pōt recuſari per glo. in. d. cle. unica. ⁊ nōta per Inno. in. c. dudum. ē. de pꝛeſump. ſi vō ꝓcedit ut executoꝛ ⁊ tūc certus eſt ꝯdictoꝛ uel ēt uult mittere in poſſeſſionē iuris. cū nō poſſit niſi illo ꝯdictoꝛe citato. ⁊ ēt cum in executōe iuris multum poſſit ledere. c. lꝫ ep̄us. de pꝛeb. li. vi. habetur in. c. ꝓ illoꝝū. j. de pꝛeb. ideo recuſari pōt per ſupꝛadicta. aľs aūt recuſari non poteſt. ⁊ ita ēt ſentit Archi. in. d. c. ſunt quoꝝ. v. ab executoꝛe. ⁊ ſequitur hic Imol. ⁊ Panoꝛ.

Querit hic Inno. nūquid in executōe ſnīe poſſit opponi exceptio ſpoliatōis Et dicite iungēdo dicta Imo. ⁊ Panoꝛ. hic. aut iſta ſpoliatio ſuberat ante litem cont. ⁊ tunc ex quo nunc uult opponere in uiam dilatoꝛie que excluduntur per lit. conte. c. inter monaſterium. ē. ti. i. non poſſit nunc eam opponere. aut erat nata poſt ſententiam ſpoliatio ⁊ tunc ꝯtra ſpoliatoꝛem poſſit illā opponere. c. fi. ⁊. c. ii. ē. de oꝛd. cog. Contra tertium non. niſi ſit talis ſpoliatio que deducat eum ad inopiam. qꝛ tunc inanis eſt actio ꝙ̄ inopia debitoꝛis excludit. c. olim cl. ij. ē. de reſtitutio. ſpol. l. nam is ff. de dolo. Et ideo opponi poterit iſta exceptio iopie. Ita Inno. hic.

**Epe con.** Pꝛo euidentia pꝛemitto ꝙ regulariter ꝑ appellationem ad curiam interpoſitam cauſa non deuoluitur ad curiam ut ibi agitetur neqꝫ appellatio neque cauſa pꝛincipalis. text. eſt in. c. qua fronte. ibi. ſi maluerit aduerſarius a contrario ſenſu et ibi dixi. ē. eo. glo. in. c. i. §. poſt hec. eo. li. vi. niſi altero de duobus modis. uel per delationem iudicis a quo. qꝛ iudex a quo deferendo appellationi ad curiam interpoſite bene facit ꝙ cauſa appellationis ⁊ pꝛincipalis deuoluatur ad curiam. c. cum appellationibus. ⁊ ibi notatur eo. ti. li. vi. Et intelligite deferre expꝛeſſe deferendo. nō autem ſimpliciter admittendo uel terminum aſſignando. ita Archi. ⁊ Io. an. in. d. c. cum appellationibus. ⁊ Gemi. in. c. i. §. poſt hec. eo. ti. li. vi. Secundo de conſenſu partis deuoluitur cauſa ad curiam ⁊ illud fit duobus modis ⁊ diuerſos effect⁹ operatur. uno modo quia appellatus ad curiam ſimpliciter conſentit appellationi ⁊ tunc deuoluitur ad curiam ſolam cauſa appellationis non cauſa pꝛincipalis. ⁊ in his terminis loquitur decre. noſtra. Secundo modo fit conſētiēdo appellationi interpoſite ad curiam ⁊ expꝛeſſe petitione facta per appellatum ut cauſa pꝛincipalis cognoſcatur in curia. ⁊ tunc deuoluetur ad curiam cauſa pꝛincipalis. ⁊ cauſa appellationis. ut ibi cognoſcatur. iſte eſt tex. in. c. i. §. poſt hec. e. ti. li. vi. Et eſt intelligendum de conſenſu partium. ſ. appellati non autem appellantis. quia appellatus ſolus hꝫ poteſtatem faciendi per ſuum conſenſum ut appellatio cognoſcatur in curia nec cauſa pꝛincipalis. imo appellato hoc volente non poteſt appellans ꝯtradicere. ita Io. an. in. d. §. poſt hec. d. Anto. in. c. ueniens. de renunci. in fi. charta. Et ita Imo. hic. ⁊ eſt ratio nam ex quo appellauit ad curiam uidetur ipſe iam elegiſſe curiam in iudicem ideo ſuus conſenſus amplius non exploꝛatur. qꝛ de eo conſtat per actum facti appellando. Sed appellatus ipſe non conſenſit in tales iudices. imo pꝛeſumptio eſt ꝙ diſſentiat et contradicat ideo non mirum ſi eius conſenſus bene exquiritur ad hoc ut deuoluatur ad curiam cognoſcendo ibi nec appellans poteſt contradicere amplius ſi appellatus hoc vellet. facit in ſimili text. in c. cuius in agendo. iii. q. viii. in. c. i. ⁊. ii. ē. de mut. pet. Et etiam in autentica ⁊ conſequenter. C. de ſententiis ⁊ interlocu. om. iud. ſicut a contrario uidemus ꝙ appellans ſi uult recedere a iudice ad quem ⁊ reuerti ad iudicem a quo ſolutis expenſis appellato poteſt non expectato conſenſu appellati imo eo inuito. c. interpoſita. §. ille deniqꝫ. j. eo. quia appellatus contradicendo appellationi uidetur ſemper perſeuerare in voluntate ꝙ iudex a quo iuſticiam fecerit. Et ꝙ poſtꝙ̄ ſemel comparuit coꝛam eo ꝙ coꝛam eo cauſa debet tractari. Ideo eius voluntas non exquiritur ſi appellans uult reuerti ad iudicem a quo. ita Io. an. ⁊ alii. in. d. §. poſt hec. Secundo pꝛemitto ꝙ contra appellantem non pꝛoſequentem appellationem in termino iuris ſiue hominis pꝛouiſum eſt de condemnatione expenſarum per concilium lateran̄. c. repꝛehenſibilis. ē. eo. ſed appellato non pꝛoſequente ⁊ uenire nolente n̄ erat pꝛouiſū. ideo pꝛouidetur per hanc decret. nec quo ad appellantem erat plene pꝛouiſum. quia per eius appellationem remanebit impedita cauſa. ideo fuit neceſſaria pꝛouiſio huius decret. que generaliter loquitur tam de appellato ꝙ̄ de appellante. Tertio pꝛemitto ꝙ ad pꝛoſequendum appellationem duplex terminus aſſignatur unus iuris. ſ. anni ⁊ ultra ex cauſa ut uidmus in. cap. cum ſit. ⁊ in. c. ex ratione. ē. eo. alius hominis qui aſſignatur a iudice uel appellante ut uidimus in. cap. perſonas ſupꝛa eo. Et i his eſt differentia ſecundum Io. an. ⁊ communiter docto. quicquid dicat Hoſtien. quia terminus aſſignatus a iure n̄ eſt ꝑemptoꝛius ideſt non habet effectum citationis peremptoꝛie. aſſignatus autem ab homine bene eſt peremptoꝛius ut hoc tex. noſtro. ⁊ eſt ratio differentie. naꝫ terminus aſſignatus ab homine eſt ſolum ad inchoandum pꝛoſequi non autem ad finiendum capitu. dilectus el ſecondo capitu. ex parte. s ſupꝛa de reſcript. Dixi in capi. perſonas. ſupꝛa eo. Et de natura peremptoꝛii eſt ut pars debeat expectari uſque ad ultimum momentuꝫ capi. conſuluit ſupꝛa de officio delega. Et ideo ſi terminus hominis habet uim peremptoꝛii non mirum ſi artat enim ut intra illud tempus faciat ⁊ de natura peremptoꝛii eſt ut poſt illud pars contumax non debeat amplius citari nec expectari. ſed poſſit ad ulterioꝛa pꝛocedi d. c. conſuluit. l. pꝛoperandum. §. ⁊ ſi quidem. C. de iudici. l. ⁊ poſt edictum. ff. de iudici. Ideo in termino hominis parte non ueniente iudex pꝛocedit ad ulterioꝛa. ſicut poſt lapſum peremptoꝛii. Quia ſapit naturam peremptoꝛii. Iſtud ultimum non poteſt

UVA. BHSC. IyR_025

habere locum in termino iuris. quia in termino iuris
pars hȝ proſequi ⁊ finire. dc. ſicut co. ti. Si ergo hȝ fini
re ergo poſt hunc terminũ parte nõ veniente ad ulteri
ora non ꝓcedetur. qꝛ perempta eſt inſtantia. ergo non
hȝ uim peremptorij. qꝛ de natura peremptorij ē ut poſt
illud poſſit ad ulteriora procedi. quod in termino iuris
non põt habere locũ. Si appellatio recipit a parte uel
a iudice. terminus ſtatutus ab hoīe ad eam proſequen
dã hȝ uim peremptorij ut in abſentē ꝓcedat ac ſi pempto
rie citatus fuiſſet. nec talis terminus ꝑueniri põt ab aliq̃
ꝑtium. h. d. Diuidit in duas ꝑtes in prima exordit.
in ſa decidit. ſa ibi. qꝛ tamen ꝓpter. ⁊c. ſa. vi. habet dic
ta. ⁊ ſic in. vj. ꝑtes ſubdiuiditur. in prima decidit vnum
dictum qñ ꝑs uel iudex receperũt appellationeȝ ⁊ intra
terminũ prefixũ ab homie ꝑs non compareret. ſa que eſt
ibi. quod ſi forſitã ponit quãdo appellatio nõ ē recepta
a ꝑte uel a iudice. Tertia que ē ibi. ſaluis ꝯſtitutionibus
excip. quando appellatum ē a diffinitiua. quarta que ē
ibi. quicquid aũt. ponit quas defenſiones hēbit abſens
quinta que ē ibi. ſi quis aũt penã ponit ꝑuenientis termi
nũ aſſignatũ ab hoīe. ſexta que ē ibi. hoc aũt extendit ⁊
declarat tex. Nõ. primo ex tex. ib. ꝛ᷑ſale. ꝙ ubicũq̄ȝ
dñs mittit ꝓcuratorē qui mandatũ non exhibet. ipē cen
ſetur ꝯtumax. ac ꝑinde ē ac ſi non veniret. ⁊ facit in ſimi
li quod videmus qꝛ ēt ſi exhibeat ⁊ nõ ſit legitimũ mãda
tum dñs cenſet ꝯtumax. c. nicholao. ſ. eo. l. i. §. pe. ⁊ ibi
Bar. ⁊ alij. ff. quod cuiuſq̄ȝ uniuer. nõ. Bar. in. l. ij. §.
defendi. ff. ex quib. cau. in poſ. ca. Panor. in. c. in ꝑtra
ctandis. ⁊ in. c. ceteruȝ. ē. de iura. calũ. Gemi. in. c. i. de
elec. lib. vj. ⁊ ibi qualiter dȝ ꝓcur. uenire inſtructus. Et ſic
habetis ex tex. ex quo dicitur hic ꝙ ꝓcur. iſte occultabat
mandatũ ꝙ ꝯtumacia ſiue dolus ꝓcuratoris in iudicio
cõmiſſus nocet dño. ꝙ intelligatis verum niſi ꝓcur. iaȝ
fuiſſet litem ꝯteſtatus. qꝛ tũc ſi in iudicio delinquat. ipſe
ꝓcur. punit. l. i. §. ſi ꝓcur. ff. ſi quis ius dic. nõ obtē. c.
i. ē. utlit. non ꝯte. Item hoc verũ niſi dolus ꝓcuratoris
eēt cõmiſſus circa res ieſtimabiles puta in cã matrimoni
ali uel alia cauſa ſpũali. qꝛ tunc cum nõ eſſet ꝯſultũ dño
ꝯ ꝓcur. prout regulariter eē dȝ. ut notat in. l. i. §. fi. ff.
quando appel. ſit in. l. cũ mandato. ff. de mino. tunc ex
dolo ꝓcuratoris nõ punit dñs. ita Bal. in auten. hodie
C. eo. ⁊ ita canoniſte in. c. ij. ē. de in integ. reſti. ⁊ i. c. co
rã. de offi. dele. ⁊ nõ. icidenter ꝙ ubi ꝓcurator hȝ mãda
tum ad appellandũ ⁊ ꝓſequendũ cogit ꝓſequi. l. inuitus
C. de ꝓcur. c. nõ iniuſte. ē. de ꝓcur. tñ in caſibus in qui
bus nõ tenet ꝓcurator ꝓſequi qꝛ aliquã excuſat. habeat
lȝ mandatũ eſſet bonũ dȝ ꝓcurator denũciare dño. An
ge. de aretio in. l. ab executõe. ff. c. i. §. fi. Nõ. ex tex.
ibi. iuris qõ. ꝙ ubi qõ ē iuris nulla recipit ꝓbatio. Ita
Jmo. hic. ⁊ iõ licȝ ad allegationes iuris ꝓducen. dȝ dari
dilatio pti. ut uoluit Bal. in auten. iubem⁹. ⁊ facit tex. i
l. iudices. C. de iudi. uoluit Bal. in. l. fi. circa mediũ. ff.
de fer. tñ p⁹ ꝯcluſuȝ in cã ⁊ quãdocũq̄ȝ poterit pars pro
ducere allegationes iuris. lȝ in actis non ſint redigende
de neceſſitate. qꝛ ꝯcluſio cãe licȝ claudat os parti non tñ
claudit iudici. nec etiam pti in his que ſunt iuris. c. paſto
ralis. ē. de cã poſ. ⁊ ꝓprie ⁊ ibi Inno. ⁊ alij. ideo p⁹ con
cluſum in cã allegationes iuris produci poſſũt. ita Bal.
vbi proxime. ⁊ nõ. cardi. in cle. i. de cã poſ. ⁊ ꝓprie i. xiiij
col. ⁊ Bal. in. l. pe. C. de preſcrip. lon. tēp. x uel. xx. an.
⁊ iõ cum que iuris ſũt non idigeant ꝓbatõe. ⁊ iſta ſit re
gula magſa ꝙ nihil punibile quod nõ ſit ꝓbabile. ut uo
luit glo. in. c. ij. in uerbo rationabili. de ꝯfeſ. li. vi. Ideo
per hũc tex. dicit Jmo. ⁊ panor. ꝙ de qõne iuris non ē
fiēda poſitio. voluit glo. in. d. c. ij. voluit ſpec. in ti. ꝺ po
ſitio. §. vij. v̇. xiij. ⁊ Bar. in. l. nõ fatetur. ad fi. ff. de con
feſ. in. l. ij. §. quod obſeruari. ⁊ ibi Bal. C. ꝺ iura. calũ.
⁊ ēt bal. in. l. i. C. de ꝯfeſ. Gemi. in. d. c. ij. d. Ant. ⁊ alij
in. c. fi. ē. de ꝯfeſ. Gemi. in. c. i. de ꝯſti. li. vj. Jungendo
ergo dicta doc. in locis pcalle. ⁊ Jmo. hic. facite regulã

ꝙ poſitio de his que ſũt iur fieri non dȝ nec pars tenet
reſpondere. l. ornamentoꝝ. ff. de aur. ⁊ arg. leg. Glo. i
l. non fatet. ibi legiſte. ff. de ꝯfeſ. Gemi. xix. di. in ſũma.
Oldra. ꝯſi. ccxliiij. ideo ſi dicat aliquid iuridice uel cano
nice factum. ⁊ de hoc fiat poſitio non erit huic poſitioni
cogenda ꝑs reſpondere. tanꝙ poſitioni iuris. Ita bal.
d. §. quod obſeruari. allegat Spec. in ti. de poſitionib⁹
§. i. uer. v. Fallit quando qõ iuris eēt multũ dubita
bilis iter doc. qꝛ cũ qõ de iure multũ ē dubitabilis equipa
tur dubio facti. ut uoluit glo. ⁊ ibi notat in. c. i. in uerbo
de cetero de poſtu. prel. li. vj. Ideo de hac qõe dubitabi
li põt fieri poſitio. ita Jmo. hic. Fallit ſo qñ qõ iuris
haberet admixtũ quid facti. ita Spe. i ti. de poſiꝗ. §. vij
ver. ſed pone. puta dubitat quantũ ſalariũ ego ſiȝ meri
tus ex lectura. iſtud hȝ ius in ſe ⁊ factum ius an debitum
ſit uel ne. ⁊ quantum factum quantum laborauerim uel
ne qꝛ plus meritus ē qui plus laborauit. Et ita Jo. an.
in ti. de teſti. §. nũc uiden. in addi. magna. vbi dicit qñ
dubium iuris non poteſt decidi ſine admixtione facti ꝙ
tũc iudicatur ut de qõne facti. ita bal. in ſimili in. l. cũ ꝓ
ponas. C. de reb. credi. ⁊ iur. in. l. ancille. C. de fur. i. l.
cuȝ virũ. C. de fideiuſ. ⁊ Jmo hic. Fallit tertio in qõe
iuris extrauagantis que non eēt notoria. qꝛ de illa põt fi
eri poſitio ut de qõe facti. qꝛ iudicat ut de qõe facti. c. pa
ſtoralis. ⁊ ibi habetur. ē. de fide inſtru. bar. in. d. l. nõ fa
tetur. ⁊ alij. ubi proxime. faciũt notata per bar. in. l. cuȝ
prolatꝗ. ff. de re iudi. in. §. quibus. ⁊ ibi et bal. in pria co
ſtitutõe. C. in. l. fi. C. de pen. iud. qui ma. iud. ꝑ Jmo. ⁊
Ang. in. l. qui rome. §. duo fratres. ff. de uerb. ob. per
imo. in. c. i ē. ti. i in cle. ne romani. in. i. col. de elec. d.
Anto. in prohemio. ē. §. ſane. bal. in. l. cũ verum. C. ꝺ
fideicõ. Fallit quarto qñ qõ eſſet iuris. ſi circa aliquid
ſtatutũ municipale ⁊ illa uerteretur extra municipiũ ſta
tuentiũ ſiue ciuitatem. nam tunc cum facti cenſeat talia
ſtatuta. c. i. de conſti. li. vi. ideo de eis poſitio fieri dȝ. ſe
cus ſi qõ agitaretur in municipio uel ciuitate. qꝛ tunc ibi
ius faciũt. nec ignorari poſſũt ſicut nec ius cõe. bart. i. l.
quod nerua. in. viij. col. ff. depo. in. l. oēs populi. circa
fi. ff. de iuſti. ⁊ iur. ⁊ imo. hic. Quito fallit ſi poſitio fi
eret circa aliquã cõſuetudinē. qꝛ cũ ſit facti ꝯſuetudo. d.
c. i. ⁊ ex facto reſultet. l. ꝺ quibus. ff. de legi. ⁊. c. fi. ē. ꝺ cõ
ſue. de ea põt fieri poſitio ſicut de qõe facti. bar. in. d. l. ñ
fatet. ⁊ alij ubi. ē. tali. in. d. l. de quibus. oldra. ꝯſi. ccliii
bar. in. l. ꝑſcripti. C. ſi ꝯ ius uel uti. pu. He. ⁊ Pe. ꝺ an
cha. in. c. ii. de ꝯfeſ. li. vj. Spe. in ti. de teſte. §. nũc uidē
dũ. v̇. ꝑ eũdē modũ. ⁊ ita bal. in ſimili dicēs hoc ꝓcedet
extra ſuã ciuitatē. ſecus i ciuitate ſua qñ eēt publica ꝯſue
tudo i. l. i. C. ut que deſ. ad uoc. ⁊ in. d. auten. iubemus.
Sexto fallit de iure ꝑſumpto. nã tũc de illo põt fieri poſi
tio. bal. in. l. cũ virum. de fideicõ. in princi. dũ ibi uult ꝙ
cum ex ꝯiectura ex mēte teſtatoris reſultat ꝑſũpta iuris
diſpõ. ⁊ de illis põt fieri probatio ⁊ poſitio. Fallit. vij. qñ
fieret poſitio equitatꝗ ſiue iuris equi ꝯ rigorē iuris. nã ꝓ
cedit talis poſitio. ita ang. in. l. nõ fatet. ff. de ꝯfeſ. ⁊ ſic
habetis ꝙ qõ iuris iudicat in multis ut qõ facti. tamē ad
declarationē iuris. ⁊ ſic in ſnia iuris declaratoria requi
ritur citatio ꝑtis. ita imo. per iſtum tex. ⁊ aduerſus taleȝ
ſniam põt appellari ita tex. hic magis nõ. ſm imo. ⁊ faci
unt que habent in. l. pe. ff. de uer. ſig. in. c. ſuper his. ſ.
de accu. ⁊ ē ratio. nam licet ius ſit clarũ. tamē forte pars
habebit diſpenſationem ꝯ ius. uel ēt uult allegare ꝯſue
tudinem in ꝯtrium. uel eſt talis perſona que excuſat er
rore iuris. Et ideo citari debet pars in ſententia iuris ꝺ
claratoria. c. cuȝ ſit. ē. co. ⁊ ideo appellare poteſt a tali
ſententia. quia ſi grauatur propter predictas excuſatio
nes uel ſimiles non admiſſas. non eſt iniquum ꝙ poſ
ſit appellare. c. peruenit. c. conſuluit. lo. i. ē. eo. in queſti
one autem facti debet pars citari ⁊ ꝓbatões recipiũtur
l. i. §. calũniatoribus. ff. ad turp. dato ꝙ de leui proba
tio haberi poſſet. Ita tex. hic ibi facti qõ ⁊c. ⁊ in tali ſen

UVA. BHSC. IyR_025

tentia non eſt dubium ꝙ poteſt appellari. ut hoc tex.

Nō. ex tex. ibi recepta. ꝙ recepta appellatione per iu
dicem videtur etiam delatum appellationi. ⁊ ideo cauſa
appellationis in curia tractari dꝫ. Ideo pꝛefixio termini
ſolam delationē non opatur. nec etiam in cā cognoſcat
in curia appellationis. c. īterpoſita. §. i. j. eo. ⁊. c. cū ap
pellationibus cum ibi nō. eo. ti. li. vi. Et uoluit rota de
ciſ. cciiii. que incipit. Itē ꝙ appellatus. in fi. col. ⁊ fit illa
receptio per delationem expꝛeſſe. Quid aūt ſi iudex
dicat defero ſi ⁊ iniquitatē debeo de iure vel admitto ſi
⁊ īquantū de iure debeo operet illa clā ſm Bal. in. l. edi
ta. in repetitione paduana in. ii. col. C. de ed. ꝙ opat.
qꝛ in caſibus in quibus dbuit deferri appellationi de iur
uidebit delatū. Et ideo delatio operabitur ſuos effect⁹.
⁊ ſic inter alios in cā cognoſcatur in curia. qn̄ ad curiaꝫ
ē appellatum. Si aūt non debuit de iure deferri delatio
illa nihil opatur. In terminis ē ꝯſi. Lud. de roma. ꝯſi.
ccccci. incīp. oipoteñ. ⁊c. ut declarationem accipiat in. iii.
⁊. iiii. col. faciūt que nōt bar. in. l. ſi qn̄. ff. de le. i. doc. in
c. cum contingat. ff. de offi. dele. Bar. in. l. cū ꝓpter. ff.
de leg. pꝛeſt. in. l. ⁊ ſi ꝯditional. ff. de auc. tu. in . l. iudex
⁊ ibi Imo. ff. de re iud. bal. in. d. l. edita. in repetitione
peruſina. in. xx. col. Lud. poſt bal. in. l. i. i. i. col. C. qui
admit. Ludo. in. l. i. ff. de arb. in. x. col. ubi de dicta clā
Si ⁊ inquātum de iure debeo. Et ſic habetis ex text. ꝙ
lꝫ regulariter cā appellationis ad curiam īterpoſite ī cu/
ria de neceſſitate nō dꝫ tractari. c. qua fronte. ſ. e. ⁊ dixi
in euidentialibus ⁊ facit tex. in. d. c. interpoſita. §. i.

Fallit tamen in duobus caſibus de quibus in tex. no
ſtro. Primus quando iudex detulit appellationi. Secū
dus quando pars appellata recipit appellationeꝫ. qꝛ ei
conſenſit. fallit tertio in beneficialibus qꝛ appellationes
in beneficialibus īterpoſite ad curiam in curia tractāde
ſunt. c. i. de elec. li. vj. tn̄ ſi a iudice eēt appellatū circa ali
quam exceptionē declinatoꝛiam puta qꝛ illam nolit ad/
mittere. vel ēt qꝛ aſſignat nimis bꝛeuē dilationem ad ꝓ
bandū iſtam declinatoꝛiā. iuxta nōta in. c. i. ſ. de dilla. il
lo caſu appellatio īterpoſita ad curiam ēt ſi iudex a quo
detulerit uel fuerit recepta a pte non operatur ut cauſa
tractetur in curia. ⁊ maxime cā pꝛincipalis. ſ. exceptiōis
declinatoꝛie. qꝛ iſtud eſſet de directo operari ꝯtrium eius
ad quod tendit appellans qꝛ appellando uidet peter ut
ad aliū iudicē quā ad ſuū non diſtrahat. ſicut etiaꝫ per
exceptionem peteerat. Ita Imo. hic. ⁊ uoluit Spec. eo.
ti. §. qualiter. uerſi. fi. voluit Io. an. ⁊ Gemi. in. c. cum
appellationibus. §. i. eo. ti. li. vj. in. i. col. Nō. ex tex.
ibi pēptoꝛij vires obtieat ꝙ rcepta appellatōe l'a pte l'a
iudice ⁊ aſſignato termino ab hoie quando appellatō ē
ad curiā interpoſita duo ſequūtur effectus. pꝛim⁹ ꝙ ap
pellatio in curia tractanda eſt. non cauſa pꝛincipalis. qd
pꝫ ex tex noſtro qui loquitur tantū de cauſa appellatōis

Secūdus ē effectus qꝛ talis terminus hꝫ uim pēpto
rii. ⁊ intelligit hic Io. an. poſt Inno. verum duobus cō
currentibus. pꝛimo ꝙ appellatio uel a iudice uel a parte
ſit recepta . ſcdo ꝙ terminus ſit aſſignatus ab hoie. nam
altero iſtoꝛum deficiente non uidebitur appellat pēpto
rie citatus. ſola enim aſſignatio termini nō iducit delatō
nē appellationis. d. c. cū appellationib⁹. Et ibi Io. an.
poſt Archi. itelligite quando iudex ſe no apit ulterius.
nec etiam appellatus p aſſignationē termini uidetur ci/
tatus quando aſſignat ab homine. qꝛ illud videtur aſſi
gnatum appellanti non appellato. Et ideo appellatus
dꝫ citari ut uult glo. in uerbo appellauerit. ⁊ ibi dicam. ꝑ
fixio ergo termini ad appellationē pꝛoſequendam non i
ducit citationē appellati. ergo quo ad cū non ē perēpto
ria: nec hꝫ uim peremptoꝛij. ſola etiam receptio ſine aſſi
gnatione termini non ſufficit. qꝛ lꝫ appellatio ſit recepta
non per hoc uidetur citata ps maxime appellata. Et id
ad hoc ut uim peremptoꝛii habeat ſm Inno. ⁊ Io. an.
debent illa duo ꝯcurrere receptio ⁊ termini aſſignatio.

⁊ tenete menti ꝙ illa exceptio ꝙ cauſa dꝫ tractari i curia
vel non dꝫ ē dilatoꝛia. ⁊ ideo ante lit. conte. ⁊ ſic tempo
re quo alie dilatoꝛie opponunt opponi dꝫ. Ita ſpec. in
ti. de dila. §. i. ver. illud. Ita Imo. hic. ⁊ faciūt notata. i
c. ſi. ſ. de ſo. compe. Nō. ex tex. ibi. ꝙ ſi foꝛſan. ꝙ licꝫ
appellatio non recipiatur a iudice uel a parte. quo caſu
non poteſt operari effectum ut cauſa cognoſcatur in cu/
ria tn̄ operabitur alios effectus appellationis ſuſpenſio
nem retractationē attentatoꝛū. ⁊ ſimiles effectus. ſi tn̄ iu
dex recuſat deferri appellatōni ps poteſt petere ut eligat
conſultoꝛem qui iudicet an deferre debeat uel ne. ⁊ iux/
ta ꝯſilium illius coget deferre. quod ſi iudex hoc nolue/
rit facere. ſ. eligere ꝯſultoꝛem. vel ipſius ꝯſiliuꝫ ſequi. ab
hoc grauamine poterit īterponi appellatio. Ita ſpec. e.
ti. §. nunc dicamus. v. ſed quis iudicabit. ita Imo. hic.

Nō. ex tex. ibi quicquid aūt ⁊c. ꝙ non ſoluꝫ contuma
cia per terminū hominis icurſa purgari poteſt. ſed etiaꝫ
ꝯtumacia quā quis incurrit per terminū iuris. vel etiāꝫ
per terminū a iure pꝛeſumptum. Ita bal. hic. qui infert
ad ſtatutū quo lapſo certo termino bānitus ampli⁹ non
auditur ſuper crie. tamen iſte bannitus audiet ſup pur/
gatione ꝯtumacie ſue. ſ. excuſando ſe quare intra termi
nū non cōparuit ⁊ eſt multū ut lenā iuris citatio ita facit
quem uerum contumacem ita ut nō poſſit appellare ſi
cut citatio hoīs. gl. in cle. i. in fi. ⁊ ibi Imo. poſt. d. An.
de dolo ⁊ ꝯtu. Imo. i. l. ex ꝯſenſu. §. fi. ff. e. in. ix. col. tn̄
Ange. de aretio in. d. l. ex ꝯſenſu tenet ꝯtrium. ⁊ hec no
tate ad ea que habent in. c. i. de elec. li. vj. Nō. ex tex.
ibi ſi quis aūt. ⁊c. ꝙ terminus aſſignatus ab hoie ꝑue/
niri non poteſt. quid aūt de termino iuris uidebimus i
c. oblate. j. eo. Nō. ex tex. ibi. litibus ſiue iudicijs. ꝙ
lis dicit qd. extraiudicialis. lꝫ quandoqꝫ lis dicat pꝛo iu/
dicio de quo in. c. foꝛ⁹. j. de uer. ſig. in. l. cauſas uel lites
C. de tranſ. in. l. amplius non peti. per bart. ff. rem ra.
habe. Glo. in uerbo appellauerit. in fi. dum glo uult
ꝙ per receptionē appellationis totum negocium videa
tur deuolutum ad curiam. Intelligite totū. ſ. appellati
onis. quia tex. noſter ſolum loquitur de cauſa appellati
onis quo autem ad negocium pꝛincipale illud non de/
uoluet ad curiam. niſi hoc petitum fuerit ab appellato.
d. §. poſt hec. in. c. i. nec appellans poteſt hoc petere ul'
niſi iudex detulerit appellationi. quia deferendo abdicat
a ſe iuriſdictionem. d. c. cum appellationibus. etiam in
negocio pꝛincipali. ⁊ transfert illam in iudicem ad quem
ut ibi. modo iudex ad quem eſt curia ergo ⁊ in cauſa ap
pellationis ⁊ in cauſa pꝛincipali illo caſu curia iudicabit.
⁊ ita rota deciſ. pꝛeallegata. ccii j. in fi. col. Dum autē
glo. noſtra uult facere differentiam inter appellantem ⁊
appellatum. ⁊ intelligit tex. noſtrum in appellante non
in appellato. ⁊ uult ꝙ delatio ⁊ receptio appellatōnis cū
pꝛefixione termini habeat quo ad appellantem tantum
vim peremptoꝛij non autem quo ad appellatum ⁊ uult
ꝙ appellatus debeat citari male loquitur. quia imo tex.
noſter habꝫ locū ēt in appellato. ⁊ illo caſu pꝛemiſſo nō
eſſet citandus ipſe appellatus. ⁊ hoc uult glo. hic in vbo
abſentē. quam ſequunt omnes. ⁊ pꝛo hac opi. facit tex.
in pꝛin. dum expꝛeſſe loquit de appellato . ⁊ pꝛohemia
declarant deciſionē. l. fi. ff. de hered. inſti. ergo ⁊c. Item
facit tex. in fi. ibi ſi quis autem. dum generalr loquitur ⁊
⁊ etiam ſimiliter ibi peremptoꝛij uires obtineat. ergo ge
neraliter debet intelligi. c. ſi romanoꝛum. xix. di. nec eſt
neceſſe ꝙ ille appellatus ulterius citetur niſi cāu quo ap
pellatio non fuiſſet recepta uel a parte uel a iudice. Aut
niſi recepta fuiſſꝫ ſed terminus non fuiſſꝫ aſſignatus ab
homine. quia tunc cum ſola delatio uel receptio nō ope
retur peremptoꝛium quo ad appellatum . ideo requirit
citatio appellati. Ita Imo. hic. ⁊ faciūt que dixi in tex.

Percurrendo ſtrictim materiam dicam quando ap/
pellatio ad curiam interpoſita operet ut cauſa cognoſca
tur in curia. ⁊ quando uideat haber vim peremptoꝛij.

UVA. BHSC. IyR_025

aut iudex tantū aſſignauit terminū ad ꝓſequendū nec
aliter ē recepta appellatio ⁊ tūc ad curiā cā nō deuoluit̄
cognoſcēda. qꝛ ſimplex aſſignatio termini nō hꝫ vim de
lationis. Spec. eo. ti. §. quatr. vſi. porro notat̄ in. d. c.
cum appellationibus. rota. d. deciſ. cciiij. in fi. col. Nec
ēt reſpectu appellati hꝫ uim ꝑemptorij talis terminus.
qꝛ potius appellanti vr̄ aſſignatus. c. ꝑſonas. ꝟ. eo. aut
iudex tantū detulit appellationi ⁊ tūc cā tractanda eſt in
curia. ſ. coram iudice ad quē. d. c. cum appellationibus.
ſꝫ tamē hic non vr̄ eē aliquis terminus ꝑemptori⁹ reſpe
ctu appellati. reſpectu aūt appellāt ins termin⁹ iuris ſuc
cedit loco peremptorij. ita hic Jmo. ēt. negociū princi
pale ubi pars appellata hoc petijt iuxta formaꝫ. c. cordi
poterit in curia tractari ulterius appellante nō uocato.
qꝛ debuit ex quo appellatus hoc petijt a principio appel
lationis eē iure īſtructus. ⁊ poterit appellatus petere ut
in principali ꝓcedatur omiſſo appellationis articulo. d.
§. p⁹ hec. ita rota d. deciſ. cciiij. in fi. col. de quo latius. j.
dicam. qꝛ in hoc ſunt uarie opi. an ſi uult iudex cogno
ſcere de principali ēt ubi ei permiſſū ē requirat̄ noua ꝑ
citatio. aut iudex detulit ⁊ aſſignauit terminū ⁊ tūc ꝓce
dit tex. noſter. qꝛ ⁊ cā tractanda ē in curia. ⁊ tūc termin⁹
aſſignatus hꝫ uim peremptorii tam pro appellante quā
pro appellato. ⁊ ideo hic tex. utit̄ alternatiua uel a iudi
ce recepta vel a ꝑte approbata quaſi ſentiat ꝙ alterꝫ iſto
rum ſufficit iūcta aſſignatione termini. itelligite quo ad
cām appellationis a grauamine. Sꝫ quo ad negocium
principale requirit̄ ꝙ a ꝑte appellata ſit petitū ut appel
lans veniat īſtructus ⁊ tūc uel finito appellatōis articulo
poterit appellatus ꝓcedere in principali ſine alia citatōe
vel petere ꝙ omiſſo appellationis articulo ꝓcedat̄ i pri
cipali. ⁊ fit ſine noua citatione. d. §. poſt hec. ⁊ rota d.
deciſ. cciiij. in fi. col. ſed. j. dicam clarius. Aut iudex no
luit appellationē admittere ⁊ tūc ſi ꝑs appellata appro
bat. cā appellationis ē deuoluta ad curiā. ſꝫ non negoci
um principale. ita Hoſti. hic per iſtū tex. dum alternati
ue loquitur. ⁊ ſeruata forma ⁊ modis. c. cordi. §. p⁹ hec.
ēt erit negocium principale in curia rota. d. deciſ. cciiij.
in ultimis verbis. Gemi. d. §. poſt hec. aut iudex nihil fe
cit ſꝫ ꝑs approbauit appellationem tantū ⁊ tūc cā deuol
uit̄ cognoſceñ. in curia. ſed cū non ſit aliquis termin⁹ re
ſpectu ꝑemptorij quo ad appellatū illa approbatō nihil
operabitur. qꝛ dꝫ ꝯcurrere aſſignatio termini lꝫ operet̄
quo ad appellantē. qꝛ ſuccedit terminus iuris ei loco ꝑ
emptorij. aut ꝑs approbauit appellatio nē ⁊ appellans
terminū aſſignauit ⁊ tūc deuoluitur cā appellationis co
gnoſcenda in curia. ⁊ aſſignatio termini hꝫ viꝫ ꝑempto
rij. tam quo ad appellantē ꝙ quo ad appellatū. ⁊ ꝯtra
ut hoc tex. ibi. vr̄ a ꝑte approbata. aut appellatio appro
bat̄ a ꝑte ⁊ terminus aſſignatur ab homine. appellat⁹
petit ut ſuper negocio principali ēt ꝓcedatur ⁊ tūc ⁊ cau
ſa appellationis ⁊ cā principalis cognoſcet̄ in curia. ⁊ ter
minus erit ꝑemptorius quo ad appellanteꝫ ⁊ appellatū
Jſta fuit diſtinctio ex men e. d. de rota. in. d. deciſ. cciiij.
in ꝑe. ⁊ fi. col. Appellatus tamē ipſi appellanti nō poteſt
terminū ad appellationem ꝓſequendā prefigere. tuꝫ qꝛ
nō dꝫ actor vel appellans accipere terminū ſue appella
tionis ex ꝑſona rei. l. de die. in prin. ff. qui ſatiſda. cogā
tum qꝛ eſſet iniquū ut idultum a iure beneficiū alicui au
feratur facto ſui aduerſarii. regula indultū de reg. iur. li.
vi. Jta rota. d. deciſ. cciiii. in. i. ⁊. ii. col. Panor. hic. Ge
mi. in. d. §. poſt hec. in. ii. col. Et ē aduertenduꝫ ꝙ ubi
dixi ꝙ non hꝫ appellatio in ſe uim ꝑemptorii. tūc requi
ritur citatio ad hoc ut ꝯ appellatuꝫ ꝓcedatur ſiue appel
lantem caſu quo etiam ꝯ eū non hr̄et uiꝫ ꝑēptorii ubi āt
uī ꝑēptorii hꝫ non ē citanda ꝑs. ⁊ ſicut per receptionem
appellationis cum aſſignatione termini uidetur pars ci
tata ad curiaꝫ peremptorie. Jta ſi papa ſuper cauſa ap
pellationis uel principali velit cognoſcere in curia. Etiā
cāu quo cauſa appellatiōis uel natura ſui uel cā non de

bet tractari in curia quod poteſt facere papa. Jta gemi.
in. d. §. poſt hec. in. i. col. tūc unica citatio emiſſa a papa
in qua pars uocat̄ ad curiaꝫ legitime hꝫ uim perempto
rii ita ut teneat̄ uenire inſtructus. nec ulterius ſit citād⁹.
Jta. d. de rota. deciſ. ſua. cxv. que incipit. itē ꝙ in cōmiſ
ſione. ⁊ ꝙ dicitur ꝙ aſſignatio termini in cāu noſtro hꝫ
uim ꝑemptorii intelligit̄ reſpectu iudicis ad quem nō au
tem reſpectu iudicis a quo. qꝛ ſi iudex a quo aliquid uel
let facere de his que poteſt circa appellationem de quib⁹
in. c. ſi a iudice. eo. ti. li. vi. in quibus requireret̄ citatō ꝑ
tis. tunc talis aſſignatio termini non ſufficeret q° ad hūc
actum. ſed deberet citari ꝑs qꝛ terminus iſte opat̄ ꝑem
ptorium quo ad iudicem ad quem non auteꝫ quo ad iu
dicem a quo. Et ideo ſi uellet ꝓnunciare iudx a quo ap
pellationem deſertam in cāu quo poteſt de quo dixi i. c.
ex rōne. in. xv. q. principali. iſte terminus peremptorius
non excuſaret eum quo minus requiratur citatio. ita pa
nor. hic in. vj. col. ⁊ ita. d. phil. peruſinus. Et per ꝑ
dicta habetis quid de negocio principali. nunquid predi
cti effectus ut cauſa cognoſcatur in curia. ⁊ terminus ha
beat uim peremptorii habeat locum etiam in negocio
principali. Et dicite regulariter ꝙ non. niſi caſu quo iu
dex detuliſſet appellationi ⁊ aſſignaſſet tempus ad ꝓſe
quendum. qꝛ lꝫ ſuper negocio principali non poſſit pro
cedi iſto cāu omiſſo articulo appellationis. tn̄ poſt illum
finitum ex quo cā principalis ē in curia. Poterit ſuꝑ ipo
ꝓcedi. ut nōt̄ in. d. c. i. §. poſt hec. ⁊ in. d. c. cum appel
lationibus. Jdeo ille cāus ſequit̄ effectus primus. qꝛ ne
gocium principale agitabit̄ in curia. ⁊ etiam alius effect⁹
quia talis citatio habebit uim peremptorii ut poſſit pro
cedi ad ulteriora. Jta rota in. d. deciſ. cciiii. Et primum
effectum bene ſentit Panor. in. iii. col. Sed circa ſm̄
uidentur tenere ꝯtrarium. d. Anto. ⁊ Jmo. qꝛ illud per
emptorium uidet̄ ſolum eſſe in cauſa appellatōnis. ergo
non extendet̄ ad cauſam principalem ⁊ faciunt que dicā
in ſequenti fallēcia. Jtē niſi appellatio fuiſſet appro
bata a parte ⁊ petitum ut ſuper negocio principali in cu
ria ꝓcederetur per appellatum extitiſſet ⁊ aſſignatuꝫ eēt
tempus ab homine. qꝛ tunc primus effectus ſm̄ omnes
ſequitur. qꝛ cauſa deuoluitur ad curiam etiam principa
lis. Secūdus autem effectus ſm̄. d. de rota. etiam ſe
quitur in. d. deciſ. cciiii. qꝛ habet uim terminus aſſigna
tus hoc cāu peremptorii. ⁊ ideo ſuper principali non erit
ulterius citandus. mouentur per tex. in. d. §. poſt hec.
ubi aſſignato termino ab homine quando pars petit ut
ſuper principali procedatur in curia uidetur appellatus
citatus ut ueniat inſtructus etiam ſuper negocio princi
pali. ergo dicta aſſignatio termini habet uim perempto
rii. Jn ꝯtrarium tenet. d. Anto. ⁊ Jmo. hic. ꝙ imo
non uidebitur peremptorie citata pars ſuper negocio pri
cipali. Sed iudex non obſtante prefixione temporis de
bebit ſi uult procedere in principali ipas partes citare. ⁊
pro hac parte facit tex. in. d. §. poſt hec. dū dic̄ ꝙ iudx ſꝫ
ꝙ de iure fuerit procedat. modo illa uerba ſecunduꝫ ꝙ
fuerit de iure procedendum. non habent effectuꝫ per
emptorii. c. cauſam que. ⁊ ibi glo. ꝟ. de reſcrip. ergo nec
ille terminus habebit vim peremptorii. Et faciunt nōta
per Bar. in. l. ſi finita. §. iuſ. in. iii. col. ff. de dam. infc.
fac̄ etiam tex. in. d. c. i. ꝟ. ꝙ ſi appellator. vbi dr̄ ꝙ ſi ap
pellator predicta non ſeruauerit ⁊ ſic puta non venerit ī
termino ꝙ caret appellatione ⁊ ꝯdemnatur in expenſis
⁊ remittitur ad iudicem a quo ergo ille terminus preciſe
non habet uim peremptorii ut iudex ad quem in princi
pali procedat. ergo lꝫ non ꝯpareat in termino ſuper ne
gocio principali non procedetur ad ulteriora. potuit eni
ignorare pars an papa uelit ipſe procedere an uelit re
mittere cauſam ad iudicem a quo principalis negocii.
Et ideo ut de hoc certioraretur debet citari quia cuꝫ pri
ma aſſignatio termini circa principale negocium ſit in
certa non ualebit. ⁊ iſte debebit citari denuo per ea que

UVA. BHSC. IyR_025

agereťur interdicto unde ui. qꝛ archi. ratã habuiſſet ſpo
liationẽ uel eam mãdaſſet diuinat ad tex. noſtrũ. iõ nõ
tenẽ. l. ſi purator cum vulgaribus. ff. ad. l. acqui. prete
rea cõfunditur eodẽ fundamẽto quo precedens intelle
ctus. In ca. in f. hẽs tertiũ intellectũ ꝙ hic ageretur
remedio attentati. ⁊ propterea ↄueniretur archi. ⁊ ſic ↄtri
us qui nõ attẽtauit principaliter. eo qꝛ ſciẽter ſucceſſit in
uiciũ per. c. qꝛ. ut. ſupra de iudi. Et ſic hẽs ꝙ lʒ interdi
ctum unde ui nõ detur ↄtra ſciẽter ſuccedẽtem in uiciuʒ
qꝛ ẽ perſonale. l. cũ a te. ff. de ui ⁊ ui ar: ſʒ datur condi
tio ex canone ſepe de reſt. ſpo. tamẽ remediũ attentati
datur cõtra ſciẽter ſuccedẽtẽ in uicium. ſ. in re attẽtata.
Sʒ ↄtra hũc intellectũ facit tex. in. c. romana. §. i alt
um. eo. ti. li. vi. ubi pendẽtia appellatõis imo ĩhibitoria
iudicis ad quẽ nõ habet impedire tertium. facit ẽt gl. in
l. creditor. in prin. ff. man. ubi pendẽtia appellationis
nõ operatur ↄtra tertiũ. Inno. hic ſoluit ꝙ ex quo h
appellatio fuit generalis reſpectu perſonaꝝ ꝙ ꝓpterea
appellatio operatur effectũ ſuũ ẽt ↄtra iſtũ archi. naʒ lʒ
laici principaliter attentaſſent ſpoliãdo abbatẽ. tamẽ ex
quo archi. nũc detinebat rem ſpoliatã ſatis dicebat mo
leſtare abbatẽ ⁊ monachos impediẽdo eos uti ſua poſ
ſeſſione. l. uim. facit. ff. de ui ⁊ ui ar. Iõ appellatio gene
ralis ne quis ipſos monachos moleſtaret extendit effe
ctũ ſuum. ẽt cõtra iſtũ archi. Et ita gl. in. c. nõ ſolum in
gl. fi. magna. eo. ti. li. vi. Et hic intellectus ẽ magis cõ
munis ad litterã. qꝛ hoc attẽtato nõ hẽmus diuinare di
cẽdo ꝙ iſte archi. ſuccederet in uiciũ ſcienter. prout aliq̃li
ter diuinat glo. noſtra. Et iõ ſic ẽ ille quartus intellect⁹
magis generalis ꝙ̃ intellectus glo. ⁊ ſequũtur oẽs. Uel
aliter põt ſolui ſʒ inno. ⁊ ẽt glo. in. d. c. nõ ſoluʒ in glo.
magna ſuſtinẽdo intellectũ glo. noſtre. ꝙ ex quo archi.
ſciẽter ſucceſſit in uiciũ dicitur aliquid cũ parte attentãte
agere. mõ ſuccedit regula ꝙ remediũ attẽtati extendit ui
res ſuas nõ ſolũ ↄtra pricipaliter attentãtem. ſed ẽt con
tra participantem aliquid ſiue agentẽ cũ parte attẽtãte
principaliter ut ẽ tex. in. l. chirographis. §. i. ⁊ ibi notat
Bart. ff. de admi. tu. uel ẽt extẽdit effectũ ſuũ ↄtra eum
qui attentauit aliquid cũ iudice a quo ẽ attẽtatũ. ut ẽ ca
ſus ad litterã in. c. cũ. M. ferrarien. in fi. ſupra de cõſti.
Et ibi utrũq; hoc dictũ ꝓbatur. nõ mirũ ergo ſi dictũ cõ
ueniebatur iſte archi. ꝑ remediũ attẽtati. lʒ ipſe principa
liter nõ attẽtaſſet. ⁊ ita tranſit hic Bal. ⁊ ẽt alij. Quin
tus fuit intellectus. d. phil. hic ꝙ hic remediũ attẽtati de
tur ↄtra iſtũ archi. eo qꝛ licet nõ operetur pendẽtia ap
pellationis effectũ ↄtra tertiũ principaliter attentãtem.
tamẽ operatur effectum ↄtra tertium ſuccedẽtem in uici
um. qꝛ ex quo per laicos fuerat attentatuʒ poſſeſſio erat
affecta uicio uiolentie. mõ uiciũ reale per regulas iuris
ſequitur rem quocũq; uadat. l. uicia ibi notatur. C. de
acquir. poſ. §. furtiue. inſti. de uſuc. hẽtur in. l. põponi⁹
§. cũ quis. ff. de acqui. poſ. nõ mirũ ſi remediũ attẽtati
nõ datur cõtra tertiũ. ex quo iſte tertius ſuccedat i re ui
cioſa ⁊ tranſiuit res ad eũ cũ ſuo uicio. Et hũc intellectũ
tʒ i ſimili imo. dicẽs ibi eſſe cãum in. c. ex parte adde. in
iiij. col. ſupra de reſti. ⁊ faciũt q̃ habẽtur i. c. ex pte. ſup
de reſcrip. Imo. tamẽ hic uoluit ⁊ uidet de mẽte do.
Anto. ⁊ panor. ꝙ ↄtra tertiũ nullo pacto detur remedi
um attẽtati niſi alio de tribus cõcurrẽte. uel ꝙ appellatõ
fuerit generalis uel ꝙ egerit aliquid cũ parte attẽrante.
uel ꝙ egerit aliquid cũ iudice. Et ita uidetur eẽ de mẽte
inno. h. ⁊ ẽt glo. in. d. c. nõ ſolũ. Sʒ nullũ ex iſtis tribus
cõcurrit ergo remediũ attẽtati nõ dabitur. Nec ob. fun
damẽtũ de. l. uicia cũ ſupra allegatis. qꝛ licet uicium rea
le tranſeat cum re tñ remedia q̃ datur ↄ ↄmittẽtẽ uiciuʒ
nõ trãſeũt cum re ut ille ad quẽ uadit res poſſit eiſdeʒ
remedijs cõueniri ⁊ maxime quãdo ſciẽter nõ ſuccedit
ut notatur in. c. ſepe ſupra de reſti. ſpo. in. l. in ciuile. C.
de fur. Habetis ergo regulã ꝙ regulariter pendẽtia
appellatõis nõ operatur effectum ſuũ nec remediuʒ at

tentatorũ datur ↄtra tertiũ. d. §. in aliũ. Fallit ubi ap
pellatio eẽt generalis. nam tũc nõ ſoluʒ ↄtra principalit
attẽtantem. Sed ẽt ↄtra tertiũ dabitur remediũ attẽta
ti ut hoc tex. noſtro ſm quartam lec. Fallit ſcõo quã
do tertius participaſſet cũ parte attẽtãte. gl. in. d. c. non
ſolum. ⁊ ſupra dixi. d. l. cirographis. §. i. Fallit tertio
quãdo participaſſet cum iudice a quo iſte tertius. d. c. cũ
M. ferrarien. Fallit quarto quãdo tertius ſuccederet
in re attentata ⁊ ſic affecta vicio de quo tamẽ dictuʒ ẽ in
ſeptima lectu. Fallit quinto quãdo tertius turbaret iuriſ
ditionẽ iudicis ad quem. ita glo. ⁊ alij in. d. §. in altum
faciunt que uidimus in. c. cũ teneamur ſupra eo. t. Fal
lit ſexto quãdo tertius ↄparuiſſet in cauſa ratõe ſui iter
eſſe ut in. c. ueniẽs. el. ij. ſupra de teſti. nã tũc ⁊ pẽdẽtia
appellatõis ⁊ remediũ attẽtati ↄ iſtũ dari poſſet. ita Io.
an. i. d. §. i aliũ. Sed dicet q̃ſpiã tu facis magnã dĩam
de ſuo titulo propter priuilegium attentati quod ſecum
nõ ↄpatitur q̃õnem proprietatis. ut hoc tex. in fi. ⁊ ibi di
xi. Et ita hic inno. faciunt que dixi in differẽtijs poſſeſſo
rij ⁊ attẽtati. Si uero ius cõe preſumit cõtra appellã
tem nõ tamẽ pro appellato. puta abbas ⁊ monachi al
legabant ſe poſſeſſores huius eccleſie. ⁊ ideo appellabãt
ne turbarẽtur. nec allegabãt aliquẽ tituluʒ ⁊ ſic cãm ueri
ſimilẽ turbati ſũt ab iſtis laicis uoluit agere ↄtra eos uia
attẽtati. ecce ius cõmune preſumit cõtra abbatẽ ⁊ mona
chos qꝛ cuſtodia eccleſie uacãtis de iure cõmuni ad eos
nõ ſpectat ut ſupra dixi. nõ tamẽ preſumit pro ſpoliãte
ideſt pro laicis. iſto cãu appellatio admittetur ⁊ operabitur
effectũ attẽtati. Ita inno. hic. ⁊ ſequũtur oẽs. Si vo
ius cõmune preſumit cõtra appellantẽ ⁊ ꝓ appellato.
puta qꝛ nõ expreſſo aliquo titulo. Abbas ⁊ monachi ꝓ
cuſtodia eccleſie uacãtis cuius dicebãt ſe poſſeſſores fuiſ
ſe tempore appellatõis uolũt agere ↄtra arch. iſtũ in uia
attentati tenẽdo ꝙ cuſtodia eccleſie ſpectet ad archi. de
iure cõmuni illo cãu remediũ attẽtati nõ hẽbit locũ. qꝛ
ius cõmune fundat intentionem appellati. ſ. Arch. ↄtra
appellantem. Et ideo cũ miniſterio dixit tex. ex uerisimi
libus ⁊ probabilibus cãis fuiſſe appellatum quaſi ſenti
at ꝙ cõtra iſtũ Archi. nõ hẽret locũ remediũ attentati ſi
ſoluʒ fuiſſet appellatum ex probabilibus cãis. Et ita in
noc. hic. Do. anto. ⁊ ẽt panor. in h tenẽt ↄtrariũ. qꝛ
dato ꝙ ius cõe preſumat ꝓ appellato tamẽ remediũ at
tentati habebit locũ. ⁊ ita tenet lapp. in. c. ad decimas.
de reſtitu: ſpolia. li. vi. nam notorius defectus proprieta
tis nõ obſtat agenti remedio attẽtati. d. c. ſi ↄtiterit. er
go multo minus obſtabit preſumptus a iure defectus ꝓ
prietatis. Quia ↄtra preſumptũ defectum ꝓprietatis a
iure multo ſpãlia poſſunt obſtare. priuilegiuʒ ↄſuetudo
uel ſimilia. ita ꝙ defectus nõ erit notorius. c. lʒ cõpus de
preb. li. vi. ergo ꝑꝑ ꝑſumptũ defectũ tituli nõ impediet
remediũ attẽtati. preterea remediũ attẽtati nõ tantũ tñ
datur ꝑꝑ interẽ ptis quãtum innititur officio iudicis ꝓ
pter ↄtemptam auctoritatẽ ſuã. ut dixi in differẽtijs attẽ
tati ⁊ poſſeſſorij. ergo lʒ ius cõe preſumat cõtra partem
dato ꝙ pars ipa impediretur. nõ tamẽ impediretur of
ficiũ iudicis ut iudex nõ poſſit reuocare ex officio attẽta
ta. ⁊ facit quod notat rota decil. precalle. xiiij. Reſtat
mõ materia appellatõis extraiudicialis quã expediaʒ ꝑ
quatuor q̃õnes pricipales. prima que requirãtur ad ap
pellationẽ iſtã. ſcõa cuius ſit effectus. tertia in quib⁹ diffe
rat ab appellatione iudiciali. quarta in quibus ↄueniat
cũ appellatõe iudiciali. Prima ergo que requirantur
dicite ꝙ requiritur uel grauamen de preterito uel timor
futuri grauaminis. naʒ cũ appellatio ſit inuenta ad re
mediũ oppreſſorũ. c. ſuggeſtũ. ſupra eo. ideo iſta ut ſit
appellatio dʒ ꝑcipare de cã principalit producẽte ipſaʒ
appellationẽ. Et d h ẽ tex. in. c. cũ inter. i. c. cum nobis
olim. in. c. audiẽ. ſupra de elec. in. c. i. in. c. ad audienti
am. ſupra eo. ⁊ hoc tex. noſtro. c. cuʒ certationi. eo. tit.
li. vi. Scõo requiritur expreſſio cãe. c. i. in prin. e. ti.



UVA. BHSC. IyR_025

in.vi.⁊ ibi glo.⁊ doc.c.cũ cãm.⁊ ibi glo. circa fi.infra.e.
c.ꝯſiderauim⁹.ſupꝛa de elec.⁊ ibi glo. Sed in cõtrariuꝫ
facit tex.noſter.ubi nulla expꝛimebatur cã. ⁊ tamẽ ualu
it appellatio.unde nõ recedẽdo a cartorio tex.noſtri.fa
cite regulã ꝙ appellatio extraiudicialis non requirit de
neceſſitate expꝛeſſionẽ cauſe. Fallit pꝛimo in appella
tione que interponitr a iudice lꝫ extraiudicialiter pꝛoce
dente.nam nũc requiritur cã.⁊ quod expꝛimatur. Ita
inno.i.c.ꝯſuluit lo.2°.ſupꝛa eo.⁊ ibi cõiter ſcrib. Fallit
ſcđo in appellatione interpoſita in cã beneficiali.qꝛ cum
habeat uim citationis.c.i.de elec.li.vi.intelligitꝛ quãdo
interponitur ad papam tũc cũ cãe expꝛeſſione fieri dꝫ.
c.ut circa de elec.li.vi. Fallit tertio quo ad retractiõeꝫ
attentatoꝛum.nam licet appellatio generaliter interpo
ſita ualeat ⁊ teneat ut hoc tex.⁊ uoluit hoſt.in.c.cuꝫ ſit
ſupꝛa eo.tamẽ ad hoc ut retractẽtur attentata dꝫ ſpãlis
cã grauaminiſ pꝛobari. Ita panoꝛ.⁊ imo.in.d.c.cũ ſit.
⁊ notatur in.c.ſuggeſtũ ſupꝛa eo.uoluit rota deciſ.ſua.
cccxxv.que incipit iteꝫ ſi rectoꝛ.uoluit rota i deciſ.cccxli.
que incipit itẽ lꝫ in cauſa beneficiali.uoluit glo.magna.
in.c.nõ ſolum.eo.ti.li.vi.uoluit inno.in.c.ſolet ꝺ ſen
ten.excõ.li.vi.⁊ ita h̄ ẽt.d.anto. Limitabitis quarto
nõ pꝛocedere in appellatione extraiudiciali a grauami
ne de pꝛeterito interpoſita.qꝛ tũc tale grauamẽ expꝛimi
debet. Ita põt ſaluari quod uoluit glo.in.d.c.i.in pꝛi.
⁊ in.d.c.cum cãm.⁊ i.d.c.ꝯſiderauimus. Et ꝙ uoluit
bar.in.l.fi.circa fi.ff.de appel.recip. Inno.in.c.ad au
res de tempo.oꝛdi. Tertio requiritur ꝙ cã appellatõ
nis ſit uerisimilis quo ad hoc ut interpoſitio appellatio
nis ualeat. Item ꝙ iuſta de quo tamen in glo.fi.nec ua
n⁹ timoꝛ grauaminis de futuro pꝛeſtaret facultatem ap
pellãdi quo ad hoc ut hic attentata reuocẽtur. Ita Pa
noꝛ.poſt alios i.c.cũ inter canonicos.ſupꝛa ꝺ ele. Quar
to requiritur ꝙ ipſa cã pꝛobetur.ſ.iuſta cã grauaminis
licet nõ requiratur pꝛobatio appꝛobati tituli.⁊ hoc quo
ad effectũ retractationis attẽtatoꝛum.qꝛ attẽtata nõ re
uocabũtur niſi pꝛobata ueritate grauaminis ⁊ ſic iuſtifi
cata appellatione.ita glo.in.dicto.c.non ſolum.⁊ que
allegaui pꝛoxime in ſecũdo requiſito. Quinto requi
ritur ꝙ fiat in ſcriptis.ita bonus tex.in.d.c.i.in pꝛinc.
eo.ti.li.vi. Et ita io.an.in.c.appellationem.eo.li.vi.
qui tamẽ dicit ꝙ nõ dꝫ eẽ publica talis ſcriptura.nec re
quiritur ꝙ de neceſſitate in pñtia partis legatur.lꝫ in ꝯ
triũ ꝙ nõ requiratur ſcriptura faciat tex.noſter.⁊ ẽt tex.
in.d.c.cum nobis olim.⁊ multa iura decretoꝛũ. Sꝫ
poteſtis reſpondere ꝙ loquũtur de iure antiquo ꝙ per
ius.vi.eſt imutatum.⁊ ad hoc facit glo.in.d.c.cũ cãm.
⁊ in.d.c.ꝯſiderauimus. Sexto requiritur ſciẽtia act⁹
per quẽ infertur grauamẽ.imo ꝙ ẽ plus ꝙ ſciat ẽt ſe ꝑ
illũ actũ grauari.glo.ẽ nota.in.c.cõcertationi.in ver.ſ.
ſi fuerit.de appel.li.vi. Et in dubio pꝛeſumitur pars ap
pellaſſe intra.x.dies a tempoꝛe ſciẽtie.qꝛ in dubio pſũi
tur ignoꝛaſſe grauamẽ. Ita rota deciſ.ſua.cccxiiij.que
incipit itẽ ſi reus.⁊ facit.l.uerius.ff.de ꝓba. Septio
requiritur ꝙ petãtur apoſtoli.ita glo.in.c.ſuper eo.ti.
li.vi.in uerbo ille iudex.lꝫ gl.in.c.coꝛdi.in pꝛinci.uidetꝛ
tenere hoc ꝓcedere qñ appellatur a iudice.ſed magis
cõiter tenetur hic indiſtincte ꝙ dũmõ ſubſit a quo petã
tur quia pars appellata eſt certa ꝙ debeantur peti apo
ſtoli.⁊ ſunt iſti apoſtoli nõ reuerentiales neqꝫ dimiſſoꝛij
de quibus in.d.c.i.ſed teſtimoniales uel cõuẽtionales.
ita hic panoꝛ. Gemi.in.d.c.coꝛdi.dicit tutius ꝙ petantꝛ
etiam ſi nõ ſit neceſſarium. Octauo requiritur pꝛeſẽ
tia partis ꝯtra quam appellatur.c.cum nobis olim.ſupꝛ
de elec.intelligitꝛ uerum quãdo pars ẽ certa.ſecus ſi in
certa eſſet pars.qꝛ appellatio eẽt generalis ut hic.quia
tunc pꝛocederet abſqꝫ alia pꝛeſentia.⁊ ita poteſt intelligi
quod uoluit innoc.in.c.dilectus.ij.eo.⁊ poteſt intelligi
tex.noſter.⁊ ita uoluit io.an.in.c.ſi duobus.ſupꝛa eo.
ubi dixit clandeſtinas appellationes paruꝫ operari. It

hoc uerum ſi poteſt haberi copia partiſ.alias interpona
tur corã honeſtis uiris.c.fi.⁊ ibi Imo.ij.eo.l.i.§.dies.
ff.quãdo appel.l.i.de his qui per met.iud.non appel.
Nono requiritur ꝙ appelletur ad ſuperioꝛẽ.c.a col
latione.eo.ti.li.vi.⁊ ẽ ratio.nam de natura appellatio
nis ẽ ut ad maioꝛẽ deuoluatur ut dixi ſupꝛa in rubꝛica:
in diffinitione.ergo etiã appellatio extraiudicialis deuol
uetur ad maioꝛẽ. Et intelligitur de maioꝛe reſpectu par
tis appellate ſi appellatur a parte.uel de maioꝛe reſpe
ctu iudicis ſi appellatur a iudice.ẽt extraiudicialiter.d.
c.a collatione.eſt tamẽ ſpecialis caſus in quo appellatõ
extraiudicialis a futuro grauamine ẽt interpoſita inter
ponitur ad minoꝛem ſiue parem.in.l.unica.C.ſi qua
cũ.pꝛed.pot.ubi de officiali appellatur ad ſuũ uicariũ.
nam appellatio illa extraiudicialis de qua ibi in uim ꝓ
teſtationis interponebatꝛ a pꝛeſide uel officiali qui uolue
rat ſuã ſubiectam in uxoꝛẽ.⁊ interponitꝛ ut eximat illam
mulierẽ ⁊ totã familiam ſuã a iuriſditione oꝛdinaria ip
ſius officialis.ẽt reſpectu gerẽdoꝛum de futuro.⁊ tamen
recurritꝛ ad eius uicarium.⁊ clarũ ẽ ꝙ illa pꝛoteſtatio eſt
appellatio extraiudicialis.ita bar.in.l.fi.in fi.ff.de ap
pel.recip. Decimo requiritur ꝙ fiat intra tempus ad
appellationẽ interponeñ.ſ.x.dies a die grauaminis il
lati.c.ꝯcertationi.eo.ti.li.vi.⁊ ꝙ finiatur intra annum
pꝛoſecutio appellationis a die appellationis interpoſi
te cõputañ.ſi appellatur a grauamine de pꝛeterito.⁊ a
die illati grauaminis ſi appellatur a grauamine de futu
ro.de.ſicut.eo.ti.nõ tamẽ per lapſum huiuſmodi fatali
um.nec.x.dierũ nec anni trãſibit ille actus extraiudicia
lis in rem iudicatã.qꝛ licet lapſus hoꝛum tempoꝛũ exclu
dat appellationem extraiudicialẽ dictis iuribus.nõ tañ
excludit uias alias oꝛdinarias que cõpetebant ad impu
gnationẽ huius actus uel poterũt cõpetere.d.c.ꝯcerta
tioni.ij.rñſo.⁊ hoc ẽ ꝙ dici ſolet ꝙ actus extraiudicialis
nũquã tranſit in rem iudicatam. Undecimo requiri
tur habilitas ex parte appellãtis.nam debet eẽ talis qui
poſſit ad iudiciũ pꝛouocare.cuꝫ.n.appellatio extraiudi
cials ſit ad iudiciũ pꝛouocatõ.c.cũ ſit romana.ſupꝛa eo
dem.ideo nõ ualenti agere uel ad iudicium pꝛouocare
nõ cõpetet.⁊ iõ excõmunicatus cũ ad iudiciũ pꝛouocare
nõ poſſit nõ poterit extraiudicialiter appellare. Ita io.
an.in.c.pia.de excep.li.vi.⁊ ibi Gemi.⁊ in.d.c.ꝯcerta
tioni. Ita Imo.⁊ panoꝛ.in.c.cum inter.ſupꝛa ꝺ excep.
Quod intelligatis uerũ in appellatione mere extraiudi
ciali.ſecus in appellatõe mixta doc.ubi ꝓxi.puta ab exe
cutoꝛe.⁊ dixi ſupꝛa in differẽtijs poſſeſſoꝛij ⁊ attẽtati.nã
ẽt ab executoꝛe cãu quo facti tantũ eẽt executoꝛ ⁊ nõ iurꝭ
⁊ ſic iuris pꝛeiudiciũ nõ inferret excõicatus ñ appellabit.
ita panoꝛ.in.c.dilecti in.fi.ſupꝛa ꝺ maio.⁊ obe. Duo
decimo ⁊ ultimo requiritur.ſ.intimatio appellatõis iter
poſite caſu quo interpoſita fuiſſet in abſentia partis.ita
Inno.dꝫ intelligi pꝛout vult ibi.d.anto.in.c.dilectus.
infra eo.⁊ ita imo.in.c.fi.infra eo.⁊.d.Ant.hic.quod
in beneficialibus pꝛocedit indiſtincte.de.cãm.de elec.lꝫ
quo ad alia intelligatis nõ quo ad ualiditatem appella
tionis.qꝛ ſine alia intimatione ualet.d.c.dilectus.⁊ ibi
Inno.ſed quo ad effectum reuocãdi attentata.naꝫ nũ
quam attentata poſt appellationem extraiudicialẽ reuo
cãtur niſi a die intimationis appellationis uel noticie ꝺ
ea.alias habite.ita rota in deciſ.ſua.ccviij.que incipit
itẽ ꝙ attentata.⁊ ẽ ratio quia ex tunc tantum incipit iſte
attentans eẽ in culpa attẽtãdo contra appellationem
cum illius noticiam habuit ⁊ non ante.item hoc uerum
niſi in appellatione generali qꝛ illa operatur effectum ſu
um contra quecũque etiam ſi nõ ſit intimata.⁊ in ea re
uocãtur attentata a die appellationis. Ita bal.per iſtũ
tex.quod tamen uidetur contra mentem do.de rota.⁊
rationem pꝛeallegatam.item hoc uerum ꝙ requiratur
intimatio indiſtincte in beneficialibus pꝛocedit quia in
eis requiritur intimatio appellationis ad curiaꝫ interpo

UVA. BHSC. IyR_025

ſite. clemē. cām de elec. ⁊ eſt ratio. nam appellatio in bn̄ficialibus habet uim citatōis. c. i. de elec. in. vi. ſed illa eſt regula ꝙ ubicūqʒ aliquis actus habet uim citationis ille debet intimari parti. alias nō habebitur pro citata. glo. eſt nota. in cle. i. in glo. fi. eo. ti. ergo nō mirū ſi requirit intimatio in beneficialibus. ⁊ facit quod uoluit bal. per illam glo. in. l. coſ. §. apoſtoloſ. C. eo. ubi uoluit ꝙ ſi arbiter ſiue arbitrator habet poteſtatē prorogandi terminum etiam abſente parte ꝙ cū intra illū terminum uideatur prorogata inſtantia ⁊ ſic monita pars ut faciat ſi qͩ habet facere intra illud tempus ꝙ talis prorogatio facta abſente parte debʒ intimari parti ⁊ allegat illā gl. Succedit queſtio quis ſit effectus huius appellationis extraiudicialis. ⁊ primus eſt effectus quia deuoluit cām ad ſuperiorem. ut uoluit glo. in. c. concertationi. in uerbo grauatus. ad fi. eo. ti. li. vi. uoluit inno. ⁊ imo. in. c. conſtitutus. ſupra. eo. in. c. cum nobis olim. ſupra de elec. ⁊ etiā imo. hic. In beneficialibus nō ē dubiuʒ ꝙ deuoluit cauſam ad curiam per. c. ſtatuimus. de elec. li. vi. ēt inuito appellante poſtquam ſemel appellauit ad papam rota deciſ. xxviij. incip. item fuit dubitatum et in conſilijs ſepe poſitum utrum appellatus. quātum aūt ad alias cauſas nō credo ꝙ ſit in arbitrio appellantis extraiudicialiter deuoluere cauſam ad curiam ⁊ trahere illuc appellatum niſi ipſe approbet iuxta ea que uidimus in. c. ſepe. ſupra eo. Et dicit hic imo. ꝙ licet deuoluat poteſtatē cognoſcendi de appellatione nō tamē ſi appelletur a collatione electione confirmatione ſiue inſtitutione beneficiali poterit ille ſuperior beneficium conferre ſuper quo ē appellatum. quia talis appellatio nō deuoluit poteſtatem conferendi. ita io. an. in. c. cuʒ. M. ferrarien. in uerbo innouata. ſupra de conſti. faciunt notata per eundem ī c. ſi electio de elec. li. vi. ⁊ ſic habes limitationem ad cle. auditor. ō reſcrip. dum vult ꝙ auditor qui cognoſcit an tuuʒ ſit beneficiū uel ne. ſi tuum pronūciauerit uel tibi debitum poterit conferre tibi quia non habet locum in auditore dato in cauſa appellationis extraiudicialis. poſſʒ tamen morderi. Secūduſ effectuſ quia appellatō iſta ſuſpendit poteſtatem eius a quo appellatur ne aliquid contra appellationē ⁊ poſt appellationem intentet. ⁊ ſi attentauerit propterea iſta annullantur ut dicaʒ ī ſequēti effectu. non tamē ſuſpendit facta ante appellationeʒ. imo nec effectum qui conſecutiuus eſſet ad ea que ante appellationem facta ſunt. c. conſtitutus. ſupra eo. nec ēt facta poſt appellationē ſuſpendit niſi contra appellationem fuerint attentata. c. cum nobis olim. ſupra de elec. ⁊ ſic duo requirūtur ad hunc effectum ſuſpenſiuum ꝙ poſt appellationem attentetur. ſcđo ꝙ contra appellatōnem alia nō ſuſpendetur. ⁊ ē ratio. nam appellatio extraiudicialis eſt ſimplex ad cauſam prouocatio. c. cuʒ ſit romana. ſupra eo. imo nec regulariter uim citationis habet gl. in. d. c. cum ſit. Sed citatio nō inducit pendentiā litis niſi circa ea circa que emanauit. ⁊ nō pluſ. nec retractat geſta de preterito. quia de geſtis ante litem nihil ad iudicium pertinet niſi petatur. l. ediles. §. item ſciendū. ff. de edil. edic. ideo cum litis pendentia ſolum operetur effectum ſuum in his tantū in quibus lis pendet. nec ꝑ ea impediatur quis uti iure ſuo. c. i. ⁊ ibi Io. an. ſupra. ut lit. pen. ideo a fortiori appellatio extraiudicialis que minus ē ꝙ̄ citatio ſolum operabitur effectum ſuſpēſiuū in his que ſunt contra eum ⁊ poſt eam geſta. ⁊ illa ratō ē de mente innoc. in. c. qr propter. ſupra de elec. ⁊ etiam panor. in dicto. c. cum nobis olim. faciunt que dixi in. c. i. ſupra eo. Tertius eſt effectus quia annullat attētata. ita hic tex: intelligite poſt eam ⁊ contra eam. d. c. cum nobis olim. Sed punctus ſtat nūquid annullet ipſo iure an ueniāt per iudicem annullāda. Hoſti. in. d. c. cuʒ nobis dixi ꝙ annullet ipſo iure per tex. in. c. auditis. ſupra de elec. Sed loquitur ubi precedebat alia cauſa ānullans electionem quam ſola appellatio. ideo non tam annullatur electio propter appellationem quam ex defectu ipſius electionis. Et pro opi. illa ponderat panor. tex. ī c. dilectus in ultimo nota. infra eo. Sed loquitur in ſententia cenſure. facit etiam tex. ⁊ ibi do. anto. notat in. c. ad audientiam. ſupra eo. cui eodem modo reſpondet. uel aliter his duobus poteſt reſponderi ꝙ loquūtur in attentatis per iudicem a quo eſt appellatum. licet extraiudicialiter. nam attentata per iudicem a quo extraiudicialiter appellatur bene poſſunt dici eē nulla ipſo iure. licet ſecus quādo attentatur a parte a qua extraiudicialiter ē appellatum. ⁊ pro iſta differentia eſt bonus tex. ī c. i. ⁊ ibi ponderaui ſupra eo. ⁊ in dicto. c. ad audientiā. ⁊ eſt ratio differentie. nam quādo appellatur a iudice licet extraiudicialiter exquo grauauit redditur poſtea ſuſpectus ut nō poſſit in alia cauſa procedere. c. ad hec. ⁊ ibi dixi ſupra eo. Et ideo appellando a iudice etiaʒ extraiudicialiter appellatio magis de facili etiam poteſtatem ſuſpendit quo ad omnia. quia uidetur cuʒ nota ſuſpitōnis afficere. ut in alio procedere nō poſſit. ⁊ hoc ē quod dicimus appellationē ſuſpendere ex toto iuriſditionem iudicis. c. ſuper eo. el. ij. ſupra eo. non mirum ergo ſi tā quam iudex aliquid poſtea attentat illud redditur nullum. Non ita ē in appellatione interpoſita a parte que ſimpliciter ſapit ꝙ appellans ſupponit ſe protectioni iudicis. ⁊ exquo pars in uno grauauit in alio eiuſ poteſtaſ non ſuſpenditur. quia eā non exercet ut iudex. ⁊ ideo ſuſpitio non poteſt opponi. ſed facit iure ſuo. non mirum ergo ſi nō ita de facili annullātur per partem attentata. Et illa ratio ē de mente panor. in dicto. c. cū nobis oliʒ in. xi. col. Hoſti. tenuit in dicto. c. cum nobis quod imo attentata ueniant annullāda. ⁊ pro eo eſt tex. ibi in uerbo irritanda. ⁊ in. c. conſiderauimus. ⁊ ibi ē tex. in uerbo caſſamus. ſupra de elec. tenet innoc. in. c. ad diſſoluēdum. infra de deſpon. impub. tenet imol. in. c. conſtitutus. ſupra eo. ⁊ ē cōmunis ſentētia hic ſcribentiū. Fallit iſta cōmunis opi. in appellatione interpoſita ab electione ſiue prouiſione alia facta de eccleſia cathedrali uel regulari. qr attentata poſt talem appellationē ab huiuſmodi interpoſita ſunt nulla ipſo iure. c. ſi poſtquā ō ele. li. vi. ⁊ ita do. Anto. hic. Fallit ſecūdo quādo appellatum eēt ad papā ⁊ cā iam eſſʒ cōmiſſa. nam exquo papa cōmiſit cām uidetur omnē poteſtatem circa illam ad ſe auocare. c. ut noſtrū. infra eo. ita ut inferior ſe impedire nō poſſit. ⁊ geſta in cōtrariū ſūt nulla. c. paſtoralis. §. ꝑterea. ē. de of. dele. nō mirū ſi attētata illo cāu ſūt nulla ipſo iure. ita rota. in. d. deciſ. cccxli. ⁊. d. Ant. hic. quod vr̄ procedere quādo appellatur a iudice. Fallit t̃io quādo poſt appellationem ad iudicem interpoſitam iudex ad quem inhibuiſſet parti ne aliquid attentaret. nā illo caſu attentata poſt talem inhibitionem eſſent nulla ipſo iure. tex. eſt ⁊ ibi glo. que ita intelligit in. c. nō ſolū §. illa u. ro. circa fi. glo. magne. eo. ti. li. vi. ⁊ ſenſit rota in dicta deciſ. cccxli. non tamen debet iudex ad quem eē promptus ad inhibendum. ſed prius debet cognoſcere de ueritate grauaminis propter quod extraiudicialiť eſt appellatum ⁊ uerisimilitudine eius. ita rota. in deciſ. ſua. ccxxv. que incipit item ſi rector. faciunt notata per Inno. in. c. ſolʒ. de ſentē. excō. li. vi. ⁊ ſupra dixi. Fallit quarto in ſententia cenſure. quia lata poſt appellationem extraiudicialem eſt nulla ipſo iure. c. per tuas ī generalitate ſui. ī. de ſentē. excō. c. ad audientiaʒ. ſupra eo. c. dilectus. ī. eo. ⁊ ibi uidebimus. c. cum contingat. ē. de officio deleg. ⁊ ita imol. hic. Fallit quinto ubi alia cauſa annullādi attentata ſubeſſet. nam illo cāu etiā in uiaʒ attentari dici poſſunt nulla ipſo iure. ex quo occurrit alia cauſa annullans. c. auditis. ſupra de elect. ⁊ ita imol. h.

Fallit ſexto ubicūque appellatum fuiſſet ab actu iudicis extraiudiciali. nam tunc attētata per taleʒ iudicē poſt ⁊ contra appellationem redduntur nulla ipſo iure. d. c. ad audientiam. ⁊ proxime dixi in ſolutione contrarior.



UVA. BHSC. IyR_025

Fallit ſeptimo ubicũq; cã circa quã eſt attentatũ nõ
eſſet retractabilis. nã tunc nec ipſo iure annullãtur. nec
per iudicẽ. puta in matrimonio cõtracto poſt ⁊ cõtra ap
pellationẽ eam interpoſitam per aliam que pretendebat ſe
uxorem. tale matrimoniũ nec eſt nullũ ipſo iure nec an
nullabitur in uiã attentati. glo. in. c. nõ ſolum. eo. ti. li.
vi. ſed fiet ſolum ſeparatio donec principalis cauſa pri
mi matrimonij fuerit deciſa. ita. d. Anto. hic allegat no
tata in. c. lator. ⁊ in. c. tenor. ſupra de re iudica. Fallit
octauo antequã probata ſit ueritas appellationis extra
iudicialis. nam ante nõ reuocatur attentatũ ſed ſtat in
pendenti. ita glo. in. d. c. nõ ſolum in gl. magna. Fal
lit nono quãdo fuiſſet attentatum contra appellationẽ;
ſed nõ contra poſſeſſionem appellantis. quia appellãs
nõ eẽt in poſſeſſeſſione nec quaſi eius iuris in quo per
attentatum fit preiudicium. nam tunc nec ẽ nullũ nec ue
nit annullãdum attentatum. ita inno. in. c. dilecti. ſupra
de maio. ⁊ obe. Et ſic vult ꝙ ad hoc ut attentatũ; reuo
cet requiritur ꝙ ille qui appellauit ſit poſſeſſor eius iu
ris circa quod fit preiudiciũ per attentatũ. Sed. d. Ant.
panor. ⁊ imo. ibi tenẽt contrarium. quia ſufficit ꝙ atten
tatum fuerit contra appellationem ⁊ poſt. dũmodo ille
habuerit iuſtam cauſam appellandi. Quartus ẽ effe
ctus quia annullat attentata etiam appellatione deſer
ta. nam deſertio appellationis nõ facit ut attentata con
ualeſcant. c. licet. ⁊ ibi glo. ⁊ omnes de ſentẽ. excõ. li. vi.
Lapp. allegatione prima. ⁊ dixi in. c. ſepe. ſupra eo. licẽ;
do. Anto. ⁊ imol. ibi aliter teneant in appellatione ex
traiudiciali. Quintus ẽ effectus qꝛ ſũmarie procedit
in reuocatione huiuſmodi attentatorum. nec requiritur
plena probatio tituli. nec colorationis nec probatio ſpo
liationis. ut poteſt colligi ex differẽtijs quas ſupra poſui
inter poſſeſſorium ⁊ attẽtata. Sextus ẽ effectus. qꝛ
conſtituit in mala fide appellatum a die ipſius appella
tionis. ita tex. in. l. ſi fundum. C. de re. uen. Et ita do.
Anto. ⁊ imol. hic intelligite quo ad nouum poſſeſſorem
qui de facili in mala fide conſtituitur. ſed non ſic quo ad
antiquum poſſeſſorem. quia cum appellatio extraiudici
alis nõ impediat quem uti iure ſuo. Innoc. in. d. c. dile
cti. Et facit vulgare nemini iniuriam facit qui utitur iure
ſuo. c. cũ eccleſia. ſup̃ de elec. nõ mirũ ergo ſi ſola appel
latio extraiudicialis non nocet antiquo poſſeſſori niſi dũ
mum uerificato titulo propter quem pars appellat. tũc
enim bene noceret. puta appello ne uendas talem rẽ;
quia eſt mea. iſtud conſtituit nouũ; poſſeſſorem ĩ mala
fide qui habet notitiã appellationis. d. l. ſi fundum tamẽ
nõ antiquum poſſeſſorem. ⁊ ideo ſi uendat ualebit uẽdi
tio nec retractabitur niſi ego probauero titulum quare
res ſit mea illo caſu bene retractabitur uenditio. Ita
inno. in. d. c. dilecti. ⁊ ibi. d. an. ⁊ ſenſit hic inno. Se
ptimus eſt effectus qꝛ cauſat officiũ iudicis ac habetur p
inde ac ſi quis officiũ iudicis imploraret. Ita bar. in. l.
fi. ff. de appel. recip. imo uſq; adeo excitat officiũ iudicis
ꝙ etiam ſi pars nõ ueniret amittenda. tamen iudex ex
officio reuocabit attentata. ita rota deciſio. decimaquar
ta. que incipit item fuit dubitatum in fine. ⁊ ſupra dixi.

Octauus eſt effectus quia pars ĩ uiam attentati audi
tur uſque ad cõcluſionem in cauſa principali. ita rota.
deciſ. lviij. que incipit item ꝙ attentata poſt cõcluſionẽ;
autem in cauſa nõ audietur. Nonus eſt effectus quia
cauſat ſurreptionem litterarum ſi de ea nõ ẽ habita mẽ
tio ſicut de iudiciali dicimus. ita innocẽ. in. d. c. dilecti. ⁊
ibi do. an. faciunt notata in. c. ex parte. s. ſupra d reſcri
ptis. in. c. oblate. j. eo. Decimus eſt effectus qꝛ in be
neficialibus ubi habet uim citationis prout eſt regularit
quãdo appellatur ad curiã in cauſa beneficiali. c. i. de ele
ctio. li. vi. uſque adeo habet uim citationis ꝙ conſtituit
appellatum in uera cõtumacia. ita ꝙ nõ poſſit appella
re uel ſaltem ut lapſis. x. diebus a die ſententie in cauſa
appellationis etiam ſi pretendat ignorantiam ſententie
nõ audiatur. ita rota deciſ. ſua. cxxviij. que incipit item
ſi appellatus. ubi dicunt licet ita ſit de iure ꝙ uiderunt
admitti appellantem ſi allegaret iuſtam ignorantiam.

Undecimus eſt effectus qꝛ ſpecialiter ſub protectiõe
eius iudicis ad quem appellatur uidetur appellans cõ
ſtitui. l. unica. C. ſi quacũ. p̃d. pot. Bar. i. d. l. fi. Duo
decimus eſt effectus quia plenariam reſtitutionem attẽ
tatorum cũ fructibus perceptis ⁊ quos potuit percipere
cũ damnis ⁊ expenſis inducit illa appellatio. ita tex. hic
in fi. iuncta glo. ⁊ hoc uoluit Bal. Succedit tertia pri
cipalis queſtio. in quibus differant iudicialis ⁊ extraiu
dicialis appellatio. Et primo differũt nomine. quia ſub
nomine appellationis proprie non cõtinetur appellatio
extraiudicialis. ⁊ ideo nõ continẽtur in ſtatuto loquẽte
de appellatione. ſed cõtinetur ſolũ iudicialis. ita panor.
per illum tex. in. c. cũ ſit ſupra eo. Secũda eſt differẽ
tia quia excõmunicat⁹ extraiudicialiter appellat. c. ſigni
ficauerunt. ſupra de excep. cũ ſimilibus. extraiudicialiter
autem non. ſed dicite ut ſupra dixi in requiſitĩ ad appel
lationem. Tertia eſt differentia quia iudicialis prete
rita ſuſpendit a quibus interponitur. c. uenientes. ſupra
d iuriu. ⁊ dixi ſup̃ in rubrica futura ſuſpendit omnia. im
mo annullat. c. ſuper eo. el. ij. ⁊ ibi dictum eſt ſupra eo.
Extraiudicialis autẽ nõ ſuſpendit preterita nec effectũ;
eorũ. c. conſtitutus. ſupra eo. futura autem ita demum
ſuſpendit ſi ſint cõtra appellationem. d. c. cum nobis.
⁊ dixi ſupra in tertio effectu. Quarta ẽ differentia. ap
pellatio extraiudicialis generalis reſpectu perſonarum
⁊ cauſe ualet. ut hoc tex. noſtro iudicialis autem non. c.
ij. ſupra eo. Quĩta eſt differentia extraiudicialis requi
rit cauſam ſimilem ⁊ probabilem. non tamẽ eſt neceſſe
ꝙ nominatim exprimatur. Do. anto. poſt Hoſtiẽ. in. c.
cum ſit romana ſupra eo. iudicialis autem tantũ cauſã;
probabilem. ſ. grauaminis requirit. ⁊ eius nominatim
expreſſionem. c. ut debitus. j. eo. Sexta eſt differẽtia
oblatio probationis grauaminis iuſtificat appellationẽ;
iudicialem. c. interpoſita. j. eo. extraiudicialem autẽ nõ.
Ita notant docto. maxime. d. Anto. ⁊ panor. in. c. cum
inter canonicos. s̃. de elec. ⁊ in. c. interpoſita. ⁊ imol. h.

Septima eſt differentia itineris areptio non hꝫ uim
appellationis in iudiciali ſicut in extraiudiciali. dicam in
c. proxi. ſequenti. ⁊ uidimus in. c. meminimus. ſup̃. eo.

Octaua ẽ differẽtia aſſignatio termini facta in appel
latione iudiciali habet uiꝫ citationis. c. ſepe. ⁊ ibi dixi. s̃.
eo. Secus eſt in extraiudiciali. quia illa nec cum ter
mino nec ſine termino habet uim citationis. ita glo. in
dicto. c. cum ſit. s̃. eo. Nona eſt differentia. appellatõ
iudicialis ſtatim deuoluit cãm ad ſuperiorem nec de ueri
tate grauaminis habet cognoſcere ad effectum deuolu
tiuum neq; ſuſpenſiuum neque ad inhibitoriam mitten
dam. c. romana. §. quod ſi obijciatur. eo. ti. li. vi. in ex
traiudiciali autẽ requiritur ꝙ d ueritate grauaminis cõ
ſtet intelligẽdo ut ſupra latius dixi in requiſitis. Deci
ma eſt differentia in apoſtolis. quia in extraiudiciali apo
ſtoli non uocantur nomine quo in iudiciali. nec etiam d
neceſſitate ſemper petuntur ſicut in iudiciali. ita do. An
to. hic. ⁊ panor. Gemi. in. c. i. in principio. eo. li. vi. ubi
dicit tuti⁹ eſſe ꝙ petantur dixi ſupra in requiſitis. Un
decima ẽ differentia qꝛ appellatio iudicialis annullat at
tentata ipſo iure de quo tamen in. c. non ſolum. eo. ti.
li. vi. in. c. ſuper eo. el ſecũdo. s̃. eo. extraiudicialis autẽ
regulariter non annullat ipſo iure. ſed ſunt annullãda
per iudicem. ut dixi ſupra in quarto effectu. Duodecĩa
eſt differentia ⁊ ultima in appellatione extraiudiciali ñ
requiritur intimatio niſi in caſu ſpeciali. de. cauſã de ele
ctio. In extraiudiciali autem quandoq; requiritur ut di
xi. ſupra de requiſitis. Reſtat quarta principalis que
ſtio in quibus conueniant. do. Anto. in. c. cum ſit roma
na. s̃. eo. poſt Inno. dicit ꝙ fere in omnibus conueni
unt. ⁊ primo conueniunt. quia ſicut in appellatione iudi

UVA. BHSC. IyR_025

ciali requiritur quod cauſa ſubſit ſcilicet ipſum grauamẽ
c. ad noſtram. c. ſuggeſtũ. ẜ. eo. c. ut debitus. j. eo. Ita
in appellatione extraiudiciali requiritur ꝙ ſubſit de pre
terito uel uériſimiliter timeatur de futuro. ut hic in ſi. ⁊
dixi in glo. ſi. Secũdo conueniũt. qꝛ ſicut in appella
tione iudiciali requiritur expreſſio cãe ⁊ nominatim quã
do ab interlocutoria appellatur. c. i. in principio. eo. ti.
li. vi. ita in extraiudiciali quando a certo grauamine ap
pellatur. d. c. i. in principio. dixi. ſupra in. i. queſtione pri
cipali. Tertia quia ſicut in iudiciali in ſcriptis ẽ appel
landum niſi ubi ſtatim poſt diffinitiuaꝫ appellatur a dif
finitiua. l. a ſententia. ff. eo. d. c. i. in principio. ita in ap
pellatione extraiudiciali eſt in ſcriptis appellandũ. Jo.
an. in. c. appellatio. eo. ti. li. vi. ⁊. d. c. i. Quarto con
ueniũt in appellatione interponẽda. quia ita dantur. x.
dies ad appellandũ extraiudicialiter ſicut iudicialiter. c.
concertationi. eo. ti. li. vi. Quinto fatalia ad proſequẽ
dũ appellationem ita ſũt annus ⁊ ex cã bienniũ ⁊ ex re
ſtitutione quicquid temporis amiſſũ ẽ in extraiudiciali
appellatione ſicut in iudiciali. cle. ſicut. e. ti. ⁊ dictũ ẽ in
c. ex ratione ſupra eo. Sexto ſicut de ſubſtãtia appel
lationis iudicialis eſt ut fiat ad ſuperiorem. ita de ſubſtã
tia appellationis extraiudicialis. c. a collatione. eo. ti. li.
vi. Septimo ſicut iudicialis appellatio deuoluit cãm
a iudice a quo ita extraiudicialis intelligendo ut ſup di
xi in tertio effectu. Octauo petitio apoſtolorum ita re
quiritur in extraiudiciali ſicut in iudiciali. dixi. ẜ. i requi
ſitis. Nono circa attentata eodem modo proceditur ĩ
appellatione iudiciali ⁊ extraiudiciali. nec deſertione cõ
ualeſcunt ⁊ faciunt que ſupra dixi in differentijs poſſeſſo
rij ⁊ attentati. item in tertio ⁊ quarto effectu. Decio
ſicut appellatio iudicialis in his que impetrantur ea pẽ
dente niſi exprimatur inducit ſurreptionem. c. oblate. j.
eo. c. ex parte. a. ẜ. de reſcrip. ita in appellatione extra
iudiciali. Undecimo ſicut in appellatõne iudiciali ſuc
cumbens condemnatur in expenſis ſi temere appellauit
c. reprehenſibilis. ⁊. c. ſepe. ẜ. eo. ⁊ appellatus cõdemna
tur ſi temere perſiſtit in appellatione. d. c. ex parte a. ita
in appellatõne extraiudiciali. d. c. dilecti. ⁊. c. ut debitus.
infra eo. Duodecimo quia tam in appellatione iudi
ciali ꝙ̃ extraiudiciali fit plenaria reſtitutio fructuum ⁊ dã
norum ea pendente paſſorũ ex defectu appellati uel ter
tij ſuccedentis ut hoc tex. in ſi.

Ilecti. Si contra ſuperiorem ſuum quis itineret ad papam habeẽ
pro appellante. adeo ꝙ ſententia excõmunica
tionis poſtea lata nõ ualet. h. d. Diuiditur ĩ
duas partes. in prima facti narratio. in ſecũda deciſio.
ſcda ibi cum autem. Nota primo ex tex. ibi prioris ⁊
moneant eccleſie. ꝙ cũ appellatione eccleſie nomine ꝓ
prio nõ expreſſo intelligamus de eccleſia cathedrali. c.
cum eccleſia ſutrina infra de cau. poſ. ⁊ ꝓprie. qđ cathe
dralis eccleſia poteſt eẽ regularis. ⁊ facit tex. in ſimili i. c.
cauſam el primo. ẜ. de iudic. in. c. ij. l viij. diſti. ⁊ ibi glo.
Nota ex tex. ibi archiepm iuncta deciſ. ꝙ ubi appella
tur extraiudicialiter a iudice innouata per eum penden
te appellatione ſunt nulla ipſo iure. quod patet ex tex.
ibi denũcietis ⁊c̃. Et licet do. Anto. hic intelligat hoc ꝓ
cedere quãdo appellatur a iudice ut iudice. ſec⁹ ſi appel
latur ab eo ut a parte. qꝛ tũc cũ uideatur actus penitus
extraiudicialis appellatio nõ habet operari ut attẽtata
ſint nulla ipſo iure. per ea que habẽtur in. c. cũ nobis.
olim. ẜ. de elec. ⁊ dixi in. c. bone. in effectibus. tñ Jmo.
hic reprobat. d. Anto. qꝛ hic fuit appellatũ ab illo archi
epiſcopo nõ ut iudice. qꝛ nõ poſſet eẽ iudex in facto pro
prio. ſed ut a parte. ⁊ ideo ſtat cõcluſio ex tex. q ubi ap
pellatur extraiudicialiter a iudice ẽt ſuſpenditur eius iu
riſditio. ita ꝙ etiam iudicialiter per eũ attentata poſtea
ſunt nulla ipſo iure. ⁊ ꝓ h ẽ tex. in. l. unica. C. ſi quacũ.
pred. pot. ⁊ faciunt que notat bar. i. l. ſi. in ſi. ff. d appel.

recip. ⁊ hunc intellectũ expreſſe uoluit gl. hic. in quarta
parte ibi preterea archieps nõ poterat eẽ iudex. ⁊ cum
hoc notabili ſimpliciter tranſit panor. Nota ex tex.
ibi priorem ⁊ monachos. ꝙ ubi capitulũ litigat cũ ſuo p̃
lato etiam ſi ſit eccleſie cathedralis nõ habꝫ de neceſſita
te conſtituere ſindicũ. ſed poteſt per ſe ſtare in iudicio ꝯ̃
ſuũ prelatũ ⁊ iudiciũ proſequi. quod nota ad ea que dc̃a
ſunt in. c. ſignificauit. ẜ. eo. Nota ex tex. ibi facto ꝙ̃ v
bo vulgare ꝙ plus ẽ facto aliquid facere ꝙ̃ uerbo ꝯcor
dantes. allegantur in prima parte glo. que per h ſit ex
pedita. Nota ex tex. ibi propter dictam cãm. ꝙ id qđ
dicitur ꝙ itineris areptio ad papam habet uim appella
tionis. hoc uerum ſi propter illam cãm fiet. Et ideo di
xit hic bal. ꝙ ſi nõ ſolũ propter illaꝫ cãm iret. ſed ẽt pro
pter aliam ꝙ illo cãu nõ haberetur pro appellante. niſi
appareret ꝙ principaliter propter hoc iret. Nota ex
tex. ibi intelligatur prouocatũ. ꝙ itineris areptio ad pa
pam facta habet uim appellationis. quod intelligit lap.
allegatione ſua. xxxviiij. in. i. col. ⁊ refert hic Jmo. ꝓce
dere quãdo ante ceptum iudicium fit itineris arreptio.
uel totaliter extra iudicium. puta dicit ipſe in cãu hui⁹ de
cretalis timẽtes prior ⁊ monachi ne cum de facto ꝓprio
tractaretur archiepiſcopus eos grauaret coram eo dixe
runt ſe ob cãm talis dubij ſe iter arripere ad curiã. tunc
hoc obtinebit uĩ appellationis. ſecus ſi cepto iudicio iter
arriperẽt. quia nõ ſaperet appellationem per. c. ut debi
tus. j. eo. Sed ueritas ẽ in ꝯtrariũ. ut uidebimus in gl.
⁊ tenet hic imol. ⁊ de intellectu. c. ut debitus ibi dicam.
Limitat ſecũdo bal. hic illud nõ procedere quãdo iti
neris areptio fieret de uno iudice in loco exiſtente. puta
epiſcopo ueneciarũ ſi ibi eẽt ad aliũ iudicem in eodẽ lo
co exiſtentem. puta ad patriarchã ueneciaꝝ. talis itineri
areptio nõ ſapit appellationem. quia nõ exit locum nec
dicitur nauigare qui in portu uerſatur. ideo nõ habebit
uim appellationis. ⁊ per hoc faciunt notata in. c. perſo
nas. ẜ. eo. fatetur tamen bal. ꝙ excõmunicatio illo caſu
lata per epiſcopũ ueneciaꝝ nõ haberet ligare iſtũ itinerã
tem ad patriarcham qꝛ nõ põt inferior inhibere ne ſub
diti ſui reclamẽt ad ſuum ſuperiorem. alleg. l. unicã. ff.
de eo per quem fac. erit. ⁊ faciũt notata per Barto. in. l.
i. ff. a quib. appella. nõ. lic. Et que dicam in. c. proxime
ſequenti in principio. Limita tertio hoc nõ procedere
quãdo nõ iret ad curiã propter hãc cãꝫ. ut. ẜ. dixi. tamẽ
licet talis itineratio propter aliam cãm factam nõ hẽat ĩ
ducere appellationem. Eſt tamẽ iſte itinerãs priuilegia
tus ſi cã illa iuſta fuerit uel probabilis. puta etiã deuotio
nis ꝙ nõ põt interea ab ordinarijs uexari ſed ẽ ſub pro
tectione apoſtolica beneficio. c. unici infra de peregri. et
ibi ita Jnno. Et ideo infert hic panor. ꝙ licet nuncij qui
uadunt romaꝫ pro appellationibus aliorũ ipſi nõ dican
tur appellare ſed ſui principales. quia ipĩ ſunt pica ⁊ or
ganum. ut notatur in ſimili in. l. i. ff. de contrahẽ. emp.
tamẽ per iudicẽ a quo nõ poterũt iſti nũcij excõicari nõ
priuilegio appellationis ſed priuilegio. d. c. unici. de pe
gri. Nota ex tex. ibi excõicatõis ⁊c̃. ꝙ ſicut excõicatio
poſt appellationem lata ẽ nulla ipſo iure. c. per tuas. j.
de ſen. excõ. ita poſt itineris arreptionem factam ad pa
pam. Et dicit hic bal. eẽ rationem ne impediãtur inferi
ores recurrere ad papam. nam excõicatus in auditorio
pape nõ admittitur. c. dilectus el. i. ẜ. de reſcrip. c. i. d re
ſcrip. li. vi. Ideo ne ſi ordinarius iſtũ excõmunicaret ſe
quereretur per indirectum effectus ꝙ iſte nõ poſſet adire
papam cum nõ poſſet audiri. ideo nõ põt excõicari. vel
aliter dicit ipſe ꝙ ideo excõicatio ẽ nulla. qꝛ cauſa ꝓpter
quam itineris arreptio fiebat contra iſtũ archiepm erat
annullans iuriſditionẽ in ipſo archiepo. ſ. quia recede
bant ab eo. quia nõ poterat eſſe iudex in facto proprio.
⁊ timebant grauari. ideo cum cauſa ſit annullans non
mirum ſi et effectus ſequitur null⁹. i. excõicatio ẽ nulla. ⁊
facit in ſimili tex. in. c. audiĩ. ẜ. de elec. declaratus ut dixi



UVA. BHSC. IyR_025

in.c.precedenti in tertio effectu. Sed ſm cōem opi. glo. ⁊ ſcri. cum ratio expreſſe in.l.iudicetur finalis.glo.in.l. quāuis.C. de fideiuſ. ⁊ hic exprimatur ratio quia itineris arreptio ſapit appellationē. ideo nō eſt eundū per mendicata ſuffragia. ſed propterea dicemus excōicationē nullam quia lata eſt poſt itineris arreptionem que hꝫ uim appellationis. Glo. in uerbo prouocare. diuiditur in quinqꝫ. In prima allegat concor. ad vulgare. de quo in tex. In ſecūda que ē ibi. ſed non ē. querit an tex. noſter habeat locum in inferioribus. ⁊ nō firmat. In tertia que eſt ibi. Sed uidetur ꝙ iter arreptum opponit cōtra tex. In quarta ibi. puta archi. iuſtificat itineris arreptionē. In quinta que ē ibi ⁊ credo idem. ſoluit queſtionē poſitam in ſecūda parte. In eadē glo. in fi. duo principaliter tangit glo. primum ē nūquid itineris arreptō ſapiat appellationem. ſecūdū nūquid idem ſit in itineris arreptione ad inferiores quod ē in itineris arreptione ad papam. Circa primū dic cum gl. ⁊ cōiter ſcrib. ꝙ itineris arreptio ſapit appellationē ſiue fiat in iudicio ſiue extra iudiciū ſiue ab actu iudicia ut iudicis ſiue ab actu iudicis ut ptis. ⁊ ꝓpea ſicut appellatio requirit cāꝫ qnꝫ. ſ. qn̄ appellatur a grauamīe qd̄ requirit ſcripturam. ſ. petitōnem apoſtolorum ⁊ ſimilibus. de quibus in.c.i.eo.ti.li. vi. ita itineris arreptio. ita glo. hic quam extendunt docto. ad predicta. Et ideo forma erit ꝙ grauatus dicat ⁊ in ſcriptis porrigat hanc reclamationē. d. iudex. uos me grauaſtis tali grauamine quod facere nō potuiſtis. propterea iter arripiam ad curiam. ⁊ intendo ꝙ cognoſcat quare inſtāter ⁊ inſtantiſſime peto apoſtolos. ita panor. hic. nam hoc cāu cum nō refert ꝙ ex equipollentibus fiat l.ſi mr̄. C. de inſt. ſub ꝯdi. fac. nec iura curēt de nom īe. c. petitio ſupra de procur. ideo illo caſu itineris arreptio ſapit appellationē. ⁊ ita ē ſi quis grauetur in diffinitiua nam itineris arreptio circa diffinitiuā eodem modo interponēda erit quo ⁊ appellatio. Et ita dicunt declarari que uidimus in.c.meminimus.ſ.eo. Secūdus ē articulus nūquid itineris arreptio ad inferiorem idē operetur quod appellatio ſicut quādo fit ad curiam. glo. in ultima parte uidetur reſidere in opi. ꝙ nō. uos dicite ſm panor. ⁊ do. an. aut ē talis iudex qui poteſt adiri ꝑ querellam. puta legatus ut in.c.i. ſupra de offi. lega. ⁊ tunc ſiue ab actu iudiciali ſiue extraiudiciali fiat itineris arreptio ſapit appellationē quia tex. noſter nullam ſpecialitatem ponit in papa. unde cum eadem ſit ratio in inferioribus que in papa ceſſat arg. glo. noſtre. de.c. ad honorem ſupra de auct. ⁊ uſ. pal. Item ceſſat aliud arg. dum dicit ꝙ inferiores nō poſſunt adiri per querelam. quia nos loquimur in his qui poſſunt adiri. Aut uero loquimur in inferioribus qui nō poſſunt per querelam adiri. ut de ſuffraganeo archiepiſcopi ſubditi iui non poſſunt recurrere ad archiepiſcopum per querelā regulariter. d.c.i. ⁊ illo cāu. aut fit itineris arreptio ab actu iudiciali ⁊ tunc ſeruatis ſeruandis ut ſupra dixi cū iura nō curent de nomine illo cāu ſapit appellatiōē itineris arreptio. nec dicetur iſte aditus per querelam. ſꝫ per appellationem. Si uero interponatur ab actu extraiudiciali. ⁊ tunc cum etiā fiat in forma appellationis tn̄ ex quo appellatio extraiudicialis ē prouocatio ad cauſā c.cum ſit ſupra eo. ⁊ ſic ſapit potius querelam quam appellationem proprie ex quo iſte inferior non potuiſſet ꝑ querelam adiri nō poterit etiam per appellationem extraiudicialē ⁊ ſic multo minus itineris arreptio que pluſ nō eſt q̄ꝫ appellatio operabitur illo cāu effectum appellationis. Et ſic habetis duo elicere. primum ē ꝙ appellatio extraiudicialis nō poteſt interponi ad eum qui per querelam nō poteſt adiri. quia eſt potius querela q̄ꝫ appellatio. Secundo habetis id quod pollicitus ſum uobis in.c.bone. ſupra eo. in differētijs ꝙ aliud operatur itineris arreptio in appellatione iudiciali ⁊ uel in actu iudiciali q̄ꝫ in actu extraiudiciali. nam in appellatione ſiū actu iudiciali itineris arreptio ad inferiorem operatur effectum appellationis. In actu aūt extraiudiciali ita demū operatur effectum appellationis ſi adeatur ſiue arripiatur iter ad iudicem qui alias per querelā adiri poſſet. qr tunc itineris arreptio non operatur effectum appellatōnis. In propoſito ergo gl. noſtre. inquātū vult i tertia parte in itineris arreptione formā appellatōis eē ſeruandam ad hoc ut habeat effectū appellationis glo. bn̄ loquitur. ⁊ nota eā. Nec obſtat ſi opponatur de tex. nr̄o. ubi nulla mentio fit nec de forma nec de cā. quia loquitur ſm antiqua tempora ſm que nō requirebatur expreſſio nec alia forma in appellatōe. ij.q.vi.c. ad romanam. Nos loquimur ſꝫ iura hodierna per que ſuperuenit forma appellationis.c. ut debitus.j.eo. ⁊ d.c.i. inquantū autē vult ꝙ ſi ſubditus habet cāꝫ cū epiſcopo ꝙ itineris arreptio ad archiepm̄ operatur effectū appellationis. nec excōicatio poſtea lata tenet ⁊ poſtea glo. mutat opi. dicite ꝙ male mutauit. ⁊ melior ē prima ſnīa. nam licet in cauſa ſubditorū epiſcopi inter eos ſubditos uertēte archieps̄ per querelam adiri nō poteſt ⁊ ſic nō principaliter. tamē in cauſa ſubditi cum ep̄o bene archiepiſcopus ē iudex. ⁊ principaliter pōt adiri. ⁊ de eo querela deferri ad archiepiſcopum.c. paſtoralis. in principio. ubi illa ꝓbātur. ſ. de offi. ordi. ergo cum in cauſa ſubditi ⁊ ep̄i archiepiſcopus poſſit principaliter adiri ⁊ querelari ad eum. ergo itineris arreptio ad eū interpoſita ēt ab actu extraiudiciali operabitur effectum appellationis. Et ſic non ualebit excōmunicatio poſtea lata.

P Aſtoralis. Pro euidentia ꝑmitto ꝙ ſm antiqua tēpora permittebatur appellatio ex omni cauſa dūmō non eēt manifeſte friuola.c.ad romanā. ij.q.vi. etiam ſi eēt dubia an eēt iuſta uel ne.c. ꝑuenit.c. conſuluit.ſ.eo. poſtea frequētata clauſula ap. remota in ſcriptis ſolum permittebatur appellare in caſibus a iure expreſſis ut hoc tex. noſtro. poſtea per.c.ut debitus.j.eo. ē inductum ut in oī appellatione requiratur cauſa iuſta quādo a grauamine appellatur. imo ex quacūqꝫ minima cā licitum ē appellare dūmodo ſit iuſta.c. de appellationibus.ſ.eo. poſtea inductū ē per iura noua ut nominatim cā exprimatur ⁊ in ſcriptis.c.cordi.eo.ti.li.vi. Et ꝙ eēt licitū aliā proſequi q̄ꝫ in ſcriptis expreſſam.cle. appellanti.eo.ti. Hoc dicit uſque ad verſ. uerum per clauſulam ap. re. uidetur ibibita omis appellatio que nō eſt a iure expreſſa.h.d. Nota ex tex. ibi fruſtratoria appellatio ēt ſi expreſſe nō inhibeatur uidetur ſemper a iure inhibita. ⁊ ē ratio qr ceſſat cauſa finalis appellationis que fuit relaxandi grauamē.c. ſuggeſtum.ſ.c. Sed fruſtratorie appellās nō uidetur grauatus ergo ⁊c. Nota ex tex. ibi. a iure nō indulget v̄ba reſcripti ēt odioſi debent intelligi ut aliquid operētur. nam remotio appellationis dicitur eē odioſa qr tollit dēfenſionē.c.cū ſpāli.§.porro.j.eo. ⁊ tamē illa uerba appellatione remota. extendūtur ut aliquid operētur nō ſolū ad remouendū appellatōem friuolā. ſed ēt ad remouendū oēm appellationē iuſtā. dūmō nō ſit a iure expreſſe approbata. Et ideo infert hic panormi. ꝙ ſtatuta quantūcūqꝫ odioſa ⁊ correctoria debēt intelligi ut aliquid operētur etiam per impropriationē uerborū. adducit tex. in.c.ſi ſnīam in fi. de ſentētia ex.li.vi.in.l.ſi ſtipulatus fuero ꝑ te.ff. de uerb. ob. Et uoluit hic bal. qui dixit cāum eē meliorē de iure. in.l. heredibus.§.fi.ff. ad treb. facit quod notat bar. in.l.iiij.§. pretor ait in.iiij.col.ff. d dā no. infec. in.l.ij.ff. de uſucap. in.l.fi.§. in cōputatione. C. de iur. deli. quod notat Ange. in.l.vij.ff. de cōdi. inſti. qd̄ notat glo. in.l. locatōis.ff. locati. in.c.ſi romanorum.xviiij.di. notat Bal i.l.ſi quādo.C. d ioffi. teſta. non tamē fieri debet ipropriatio que trahat ad iniquitatem. ita.d. Anto. in.c.pe.ſ. de reſt. ſpo. notat Ange. in d.l.vij. Et ideo ēt ſi a cōtrario ſenſu ſumēdū eēt arg. ⁊

UVA. BHSC. IyR_025

reſultaret legū correctio lꝫ tūc regulariṫ nō ꝺꝫ ſumi arg.
a contrario ſenſu. c. ſignificaſti. ⁊ ibi glo. ſupra de for. cō
pe. c. unico. de eta. ⁊ quali. li. vi. ⁊ ibi glo. habeṫ ī. l. i. §.
huius rei. ff. de offi. eius cui mādata ē iuriſditio in. l. cō
uenticulā. C. de epi. ⁊ cle. tamē ut ſtatutū aliquid opeṫ
etiam ſi corrigat ius cōe ſumimus arg. a cōtrario ſenſu
glo. eſt in. l. nulli. in principio. C. de epi. ⁊ cle. quam ad
hoc ponderat ſulg. in. l. ut liberis. C. de colla. ⁊ ludo. ꝺ
roma in. l. ſi cū dotē. in prin. ⁊ ibi hoc uoluit bal. ff. ſol.
matri. puta diſponit ſtatutū ꝙ nō extātibus filijs maſcu
lis filia femina dotata ſuccedat illud ſtatutum intelligen
do ut iacet nihil operaretur ultra ius cōmune. quia ꝺ iu
re cōi filia ſuccedit patri ſicut ⁊ maſculi. l. fi. C. de lib. pre
te. ut aliquid operetur ſumiṫ arg. a ꝯrio ſenſu. ex quo ſta
tutum uoluit nō extantibus maſculis filiā ſuccedere er
go a cōtrario uidetur uelle ꝙ extantibus maſculis filia
nō ſuccedat. Et per predicta infert hic bal. ꝙ ſicut reſcri
ptum appellatione remota nō excludit appellationē in
iure expreſſam. ita ſtante ſtatuto ꝙ procedaṫ ad executō
nem inſtrumēti omni exceptione remota. intelligeṫ ꝺ ex
ceptionibus que nō ſunt in iure expreſſe. Et ideo nō in
telligetur excluſa exceptio ſolutionis uel nouationis. de
qua conſtat per publicū inſtrumētū. Et ideo nō itellige
tur excluſa exceptio que ſumiṫ a ceſſante ſubſtātia diſpo
ſiti in ſtatuto uel ſenſu ſtatuti. puta ex quo ſtatutū dicit ꝺ
inſtrumēto exequēdo ergo a cōtrario ſi opponatur non
eſſe inſtrumētū uel eē falſum uel nō factū a tabelliōe uel
ſimulatū uel nō ſolemne quo cāu cū nō inſtruat mentē
nō poteſt dici inſtrumētū. l. notionē. §. inſtrumētorū. ff.
de uerbo. ſig. tales exceptiones nō erūt excluſe. de h ta
men dicit uti per barto. in. l. i. §. parui. ff. ꝙ ui aut clā
per canoniſtas maxime panor. in. c. ex parte. el. ij. ſupra
de offi. dele. per do. Ant. ⁊ panor. i. c. itē cū quis. ſupra
de reſtitutione ſpo. per do. anto. ⁊ Inno. in. c. cū io. ſu
de fide inſtru. per imol. in repetitione. c. cū contingat in
xxvij. car. ſupra de iur. per Cardi. in cle. i. §. pe. de ſeq.
poſ. ⁊ fruc. Nota ex tex. ibi poterit emēdari ꝙ clā. ap.
re. licet impediat appellationē in caſibus qui nō ſunt ex
preſſi a iure. tamē ſi iuſta ſit cauſa grauaminis ēt in iure
expreſſa poteſt iudex ad quā admittere appellationem ⁊
grauamen reuocare per uiā appellationis ſm cōmunē
intellectū. licet aliqui uoluerūt tenere ꝙ per uiam querel
le ⁊ nō viā appellationis. qr in ſimili uidemus ꝙ ubi ap
pellatio ex priuilegio pſone eſt excluſa. ſ. in ꝑeminentiā
iudicis. l. i. ff. de offi. prefec. preto. tamē contra talē ſen
tētiā licitum eſt ſupplicare ⁊ quereláre auctētica que ſup
plicatō. C. de preci. impa. offe. c. cū ex litteris. ⁊ ibi no
tatur ſupra de in integ. reſti. Ita in ſimili quando remo
uetur appellatio in reſcripto. tamē cōmunis opi. eſt ꝙ ꝑ
uiam appellationis. Et ex predictis habetis notare
ꝙ licet appellatio ſit defenſio. d. c. cum ſpāli. §. porro. ⁊
defenſio ſit de iure naturali. l. ut uim. ff. de iuſti. ⁊ iure.
cle. paſtoralis de re iud. ⁊ ius naturale tolli nō poſſit. v.
di. §. di. Inno. ⁊ alij in. c. que in eccleſiarū. ꝰ. de cōſti.
§. ſed naturalia inſti. ⁊ iure natura. gent. ⁊ ciuil. tamen
appellatio pōt per reſcriptū tolli. ut hoc tex. ⁊ ē ratio. nā
lꝫ defenſio tolli nō poſſit. tamē modalitas ſiue forma de
defendēdo bene poteſt tolli. qr illa ē inducta a iure poſi
tiuo. ⁊ ideo cū appellatio ſit huiuſmodi. ſ. forma defēſio
nis inducta a iure poſitiuo. nō mirū ſi poteſt per ſuperi
orem tolli. Et ita bar. in ſimili in extrauag. ad repri. in
verſi. ſine figura. Ita. d. Anto. hic. ⁊ in. c. i. in. i. car. ꝰ.
de reſcrip. ⁊ facit glo. nota. in. l. ſed ⁊ ſi ꝑ pretorē. §. ſed
ſi dum decreto. ff. ex quib. cau. ma. quod notat panor.
poſt bal. in. c. quoniā frequēter in prin. ut lit. nō conte.
Et bar. in. l. ticia. ff. de accuſa. Glo. in verbo expreſ
ſe in fi. duo habetis ex glo. primū ꝙ ita demū intelliga
tur tex. noſter ꝑmittere appellationē in caſibus in iure
expreſſis quādo illi caſus ſunt expreſſi in ſpecie iſta. i. qr
expreſſe ius diſponat ꝙ ubi adeſt clauſula ap. re. propṫ

tale grauamē pōt appellari uel tolli. Sed cōiter in hoc
reprobatur glo. qr nimis reſtringit tex. noſtrū. imo hoc
ē de mente tex. ſm cōiter omnes ꝙ vbicūqꝫ in iure exp̃
mitur ꝙ aliqua cā ſit iuſta cauſa appellandi. licet illō iuſ
nō loquatur in terminis quādo cōceſſum ē reſcriptum
ap. re. puta in. c. ſignificāte. uel in. c. rodulphus. ꝰ. ꝺ re
ſcriptis. illis omnibus caſibus etiā ſi reſcriptū hēat clau
ſulam appellatione remota licitum erit appellare. ut h
tex. noſtro. Secūdo habetis ex gl. ꝙ per decre. ut de
bitus clā appel. re. hodie nihil operetur. ⁊ ſic ꝙ decreta.
noſtra ſit correcta. ⁊ in hac opi. ubiqꝫ perſiſtit glo. ⁊ In
no. hic dicit ꝙ dicentes in cōtrariū ſoniant. Hoſti. hic. ⁊
qui poſt eū ſcripſerūt in hoc ſōnium Inno. inciderunt.
tenētetes ꝙ imo per decret. ut debitus nō annulletur ef
fectus clē ap. re. nec decreta. noſtra ſit correcta. moueṫ
qr iurium correctio ē euitanda. c. cū expediat de elec. li.
vi. Secūdo adducūt tex. in. c. inquiſitioni. ī. eo. ubi pa
pa dubitauit de effectu huius clauſule ap. re. an extenda
tur ad oīa in reſcripto poſita. certe ſi per decre. ut debitꝰ
effectus huius clauſule eſſet ſublatus ſuper uacuum eēt
dubitare ⁊ magis ſtringit ille tex. ex quo poſitus ē poſt ꝺ
creta. ut debitus. nam compoſitores qui nihil ſuperflui
ſe appoſituros profitētur ut ſupra in prohemio. certe eā
decreta. ibi nō appoſuiſſent ſi iam fuiſſet ſublatus effectꝰ
eius clauſule per decreta. ut debitus. imo dicatis clariuſ
iſta decreta. ⁊. c. ut debitus fuerūt edita per inno. tertiū
⁊. c. inquiſitioni fuit editum per gregoriū nonū qui fuit
poſt innoc. tertiū ad quid fuit neceſſe Gregoriū reſpō
dere ad conſultationē illā ⁊ edere illam decretalem ſi ꝑ
c. ut debitus. iſta decretalis fuiſſet correcta ⁊ ſublatus e
fectus clauſule ap. re. Preterea decreta. ut debitus ī ge
nere loquitur quādo appellatio a grauamine dicitur eē
iuſta quādo exprimitur cā grauaminis probabilis. nec
tangit aliquid quādo per reſcriptum eſt excluſa appella
tio. ſed decreta. noſtra in ſpecie loquitur que appellatio
dicatur iuſta quādo per reſcriptū apponiṫ clauſula ap.
re. ergo dicta. l. generalis nō corriget iſtam in ſpeciem lo
quētem. l. doli clauſula. ff. de noua. l. ſanctio legum. ff.
de penis. Sed imol. cum generi per ſpeciem derogaṫ
regula generi de regu. iur. li. vi. illa decretalis generaṫ
reſtringetur per decreta. noſtram ut iſte caſus ſit excep
tus vt ſit ſenſus ꝙ ex decre. ut debitus fiat regula ꝙ ubi
cūqꝫ quis eſt grauatꝰ uel allegat ſe grauatum iuſta cau
ſa grauaminis ⁊ hoc exprimit in appellatione ualeat ap
pellatō. Fallit ubicūqꝫ in reſcripto adeēt clauſula ap. re.
nam tunc nō ſufficit cām grauaminis eē iuſtam ⁊ proba
bilem ad hoc ut admittaṫ appellatio uel ualeat de neceſ
ſitate. ſed requiritur ꝙ iſta cā in iure ſit expreſſa. ut hoc
tex. Sed pro complemēto materie treſ ſunt principa
les queſtiones circa iſtam clām appel. re. pria quis poſ
ſit appellationē remouere. ſcda an regulariṫ ⁊ quibꝰ ca
ſibus illa clauſula opereṫ effectū. tertia qui ſint effectus
huiꝰ clauſule. Circa primā dic ꝙ pṙceps ſupremꝰ po
teſt remouere appellationem ī terris eccleſie. ſ. papa ut
hoc tex. c. ſup qōnū. ī prin. c. paſtoralis. §. preterea. ꝰ. de
offi. dele. in terris imperij ipe iperator. l. i. §. i. ff. a qui.
app. nō lic. itē. l. uniuerſalis pōt appellatōem tollere. c.
ut inquiſitionis de here. li. vi. l. i. ff. de offi. prefec. pret.
itē oīs pṙceps nō recognoſcēs ſupiorē ſiue de iure ſiue
de facto. Bal. in. l. nouū. C. eo. ita hic panor. naꝫ tales
pṙcipes equiparātur pape uel iperatori ī terris ſuis. In
no. ī. c. cū io. tabellio. ꝰ. ꝺ fide iſtru. ī. c. quāto. ꝰ. de iur.
do. Anto. ⁊ alij ī. c. cū oēs. ꝰ. de conſti. ⁊ in. c. cū te. ꝰ. de
ſnia ⁊ re iudi. Bar. in. l. hoſtes. ff. de cap. ⁊ poſt. re. bar.
in. l. infamē. ff. de pub. iud. Itē ſtatutū ciuitatis uel
ipſa ciuitas in his ē in quibus de minori magiſtratu ap
pellādū ē ad maiorē ipſius ciuitatis. nā tūc poſſit appel
lationē remouere ī preiudiciū ſui magiſtratꝰ. alias regu
lariter ꝑ ſtatutū nō pōt tolli appellatō ut uoluit io. an.
in. c. fi. eo. ti. li. vi. uoluit bar. in. l. i. §. interdū. ff. a qui.



UVA. BHSC. IyR_025

app.nõ lic.in.l.fi.ff.de aqua plu.ar. Bal.in.l.fi.C. de
tempo.appel.uoluit bar.in.l.omnes populi.ff.de iuſti
cia ⁊ iure. Et etiam uoluit bal.in.l.pꝛogramma.C. co
mi.uel epiſto.notãt cano.in.c.uenientes.ẽ.de iureiurã.
Bal.in.l.fi.C.de ſentẽ.⁊ interloc.om.iud.in.l.ſi appel
latus.C.eo.in.l.cũ cõſuetudine.ff.de legi.in repeti.§.
ius aũt ciuile in.viij.col.inſti.de iuſti.⁊ iure.in.l.pꝛeſcri
ptione in.viij.col.C.ſi cõtra ius uel uti.pu.in.l.cũ an
teriozibus.§.illud.C.de tempo.appel.Pe.de ancha.i
c.i.in.iiij.car.de conſti.Bal.in.l.i.ff.de of.pꝛefec.pto.
in.§.quibus.in.i.conſti.C.in.l.i.ff.de cõſti.pꝛincipũ.
Ludo.in rubꝛica de arbitris in.xxiij.col.bar.in conſilio
qḋ incipit in ciuitate tridẽtina. Ange.in.l.ij.ff.re iudi.
Dicam aliquid ſaltem remiſiue in.c.interpoſita.§.illa
denique infra codem.⁊ ibi ponam unam cautellam in
materia. Põt ẽt delegatus a pꝛincipe remouere ap
pellationẽ certis cãibus.nam licet regulariter dicatur ꝙ
delegatus ẽt cũ clauſula ap.re.non poteſt ipſe alteri ſub
delegare appellatiõe remota ut ẽ tex.i.c.ſup queſtionũ
§.ſi uero.ẽ.de offi.dele.Bal.in.l.ij.C.eo.in fi.tamen
delegatus i p̄iudiciũ ſuũ põt ſubdelegare re.ap. Ita eſt
tex.in.l.fi.C.de ſentẽ.⁊ interloc.om.iudi.quẽ ita intel
ligit ange.in.d.l.i.§.i.ff.a quib.appel.nõ lic. Et iõ licꝫ
de ſubdelegato appellandũ ſit ad ſubdelegãtẽ.d.c.ſup
qõnũ.§.pozro.tñ illo cãu ſi appellabiẗ ad eũ qꝛ ſibi p̄
iudicauit ſubdelegãdo ap.re.ſꝫ appellabiẗ ad aliuꝫ ſupi
ozem. Et ſic habetis limitationẽ ad id qḋ diciẗ gradatiꝫ
eẽ appellãdum de ſubdelegato ad ſubdelegãtem.d.§.
pozro.qꝛ hoc cãu fallit.⁊ eſt ratio.qꝛ ſua tacita renũcia
tione uidetur ſublatus de medio ſicut in ſimili.in.c.ſi a
ſubdelegato.⁊ in.c.ſi is cui de of.dele.li.vi.⁊ idem dicit
ibi ang.per illaꝫ.l.de oꝛdinarijs inferioꝛibus a pꝛincipe
cõmittẽtibus ap.re. Ex quo infert limitationẽ ad.l.im
peratoꝛes.ff.eo.que vult in oꝛdinarijs eẽ gradatim ap
pellandum.qꝛ fallit illo cãu quãdo oꝛdinarius cõmiſiſſꝫ
ap.remota. Secũdus ẽ cãus in quo iferioꝛ põt remo
uere appellationẽ.ſ.ab iterlocutoꝛia.qꝛ ab iterlocutoꝛia
quilibet inferioꝛ poterit inhibere appellationẽ cũ ſit mi
noꝛis pꝛeiudicij.qꝛ ſi interlocutoꝛia ferẗ de reſpiciẽtibus
negociũ pꝛincipale ſi nõ emẽdatur p̱ appellationẽ ab in
terlocutoꝛia tamẽ poterit poſtea emẽdari p̱ appellatiõꝫ
a diffinitiua.c.fi.eo.ti.li.vi.⁊ cle.fi.eo.ti. ideo nõ mirũ
ſi inferioꝛ põt remouere appellationẽ ab interlocutoꝛia.
ita bar.⁊ angel.i.d.l.fi.per illũ tex. Sed idẽ bar.i.d.
l.i.§.i.tenet cõtrariũ. Et cõtrariũ tꝫ hic panoꝛ.⁊ imol.
qꝛ ꝙ inferioꝛ nõ poſſit remouere appellationẽ.hoc ẽ ꝓ
ditum eo qꝛ nõ põt derogare iuri ſuperioꝛis.ad quẽ per
appellationẽ cauſa ẽ deuoluẽda.d.c.uenientes.ſꝫ illa rõ
habet locũ ⁊ i iterlocutoria ⁊ in diffinitiua.ergo ⁊c. Et
iõ dicit ibi bar.in.d.l.i.i cõcluſione ꝙ tã de iure canoni
co ꝙ̄ de iure ciuili inferioꝛ nõ poſſit ibibere appellationẽ
niſi friuolã.⁊ tũc parum aut nihil opatur talis inhibitõ.

Tertius ẽ cãus qñ cã appellationis uideẗ friuola.ſed
appellãs aliquo coloꝛe uel excuſatõe aliqua illaꝫ palliat
ita ut credaẗ dubia.uel ẽt cãu quo cã appellatõis nõ eẽt
clara ſed dubia an ſit iuſta uel ne.in his cũ iudex a quo
nõ teneatur deferre ſed tamen ratione dubij poſſet dẽer
re poterit inferioꝛ cõmittere cuꝫ hac conditione ut huiuſ
modi dubijs appellationibus nõ poſſit deferre.⁊ ſic in
hoc remouere appellationem. Et ita dicit hic panoꝛ.ſe
dare nouum intellectum ad illã.l.fi.nec illo cãu uideẗ
derogare iuri ſuperioꝛis.nam omnino ipſe inferioꝛ cõ
mittens ex quo appellatio erat dubia potuiſſet non de
ferre. ergo poterit etiam committere ⁊ in commiſſione
inhibere ne huiuſmodi appellatiõib⁹ deferaẗ. Quar
tus ⁊ ultimus eſt caſus ubi inferioꝛ eſſet delegatus cum
clauſula appellatione remota ⁊ ius permitteret aliquo
cãu appellari.ſꝫ ille ꝯ quẽ appellaẗ aliqd poſſꝫ opponẽ
quominꝰ illa appellatio ꝓhẽderet ſub illo iuẽ dãdo ali
quã iſtãtiã uł diuerſitatẽ iter cãuꝫ a iuẽ expreſſũ ⁊ iſtũ ꝗ

cãu poſſet ſubdelegare ap.re.ſ.ne in illa ſpecie admitta
tur appellatio.qꝛ ipſe delegatus potuiſſet nõ admittere
⁊ hoc mõ intelligit panoꝛ.d.l.fi. Sed iſte intellectus ẽ ꝯ
c.ſuper qõnum in pꝛĩcipio.in fi.pꝛin.in generalitate iui
ſupꝛa de offi.deleg. Quintus ẽ cãus in.c.paſtoꝛalis.
§.fi.ſupꝛa de offi.dele.quãdo pars malicioſe ꝓcurauit
ut delegatus auocaretur a pꝛincipe ne poſſet in cã pꝛoce
dere.tũc talis delegatus cũ hẽat ſe de neceſſitate abſenta
re in penam doloſi ſubdelegabit cãm ap.re. Põt etiã
cõſenſus partiũ remouere appellationẽ.⁊ erit in totum
quo ad oẽm effectũ remota.dum tamẽ fiat in uiaꝫ pacti
uel renũciationis valide.ſ.in iudicio facte.ita hic.d.An
to.alias renũciatio appellationis nihil operaretur. qḋ
notate ad limitationẽ.l.fi.§.fi.C.de tempo.appel.⁊ fa
ciũt pꝛo hac cõcluſione notata in.l.i.C.de pac.i.l.i.ff.ḋ
cura.bo.dan.⁊ dicit hic.d.an.poſt hoſt.in.d.§.fi.in.c.
paſtoꝛalis.ꝙ ubi excluditur appellatio a iure uel renun
ciatione partis ꝙ tunc ẽt in cãibus a iure regulariter per
miſſis nõ poterit appellare Ang.in conſi.clxxxvi.facit
gl.in.l.tale pactuꝫ.§.qui pꝛouocauit ibi bal.ff.de pac.
facit glo.in.c.cum dilectus in glo.magna.in fi.ẽ.de ar
bi.Bal.in.d.l.fi.§.fi.⁊ in.c.ex parte s.ẽ.de reſcriptis.

Sed quid de legato ḋ latere an poterit remouere ap
pellationẽ ⁊ dicite ꝙ nõ.glo.eſt ſingularis in.c.quo ad
tranſlationem in glo.magna.in fi.ſupꝛa de offic.lega.
uoluit Spe.in titulo de lega.§.nũc oſtẽdẽdũ.vſi.xiiij.
⁊ facit.nam appellatio ẽ remedium iuris.c.ad noſtraꝫ.
ſupꝛa eo.c.cum ſpeciali.§.pozro.ĩ.eo.⁊ ẽ oꝛdo a iure in
uentus ut dixi.ſupꝛa in rubꝛica.⁊ habetur in.l.i.in pꝛi.
ff.eo.ſed legatus de latere nõ poteſt ſolẽnitates iuẗ.nec
remedia tollere.glo.in.c.fi.de here.li.vi.in cle.ſepe.in
uerbo mãdamus.de uerbo.ſig.in c.ſtatutũ.§.fi.de re
ſcri.li.vi. Notat imol.in cle.ij.i.iij.col.de ele. Bal.in.l.
nec quicquã.§.ubi decretum.ff.de offi.pꝛocõ.in.l.i.ff.
de fer.⁊ ẽt in.l.reſcripta.C.de pꝛeci.impera of.⁊ ita cõ
cludit panoꝛ.poſt imol.⁊ ita bal.in.l.ij.C.eo.imo etiã
ſi haberet poteſtatẽ legatus cũ clauſula ap.re.nõ tamẽ
poſſet cõmittere cãm ap.re. Bal.in.d.l.ij.⁊ pꝛobaẗ op
time in.c.ſuper queſtionũ.§.ſi uero.ſupꝛa de offic.de
lega.iũgendo.c.ſtuduiſti.ſupꝛa de offi.lega. Salic.i.l.
fi.C.de iuriſdi.om.iudi.imo ẽt ſi haberet omnimodaꝫ
poteſtatem ⁊ baliũ quo cãu videtur ſibi ⁊ in oꝛdinarijs.
⁊ in extraoꝛdinarijs data poteſtas ⁊ in ſpũalibus ⁊ i tẽ
poꝛalibus ⁊ in ciuilibus ⁊ in criminalibus. ut uoluit gl.
que reputatur ſingularis in cle.unica i uerbo oĩmodã.
de foꝛ.compe. tamẽ nõ poſſꝫ cõmittere ap.re. Secũ
da ẽ pꝛincipalis qḋ an regulariter habeat locũ effectus
huius clauſule ⁊ in quibus cãibus nõ. Et dicite ſm do.
Anto hic ⁊ alios.aut mouetur appellatio ex defectu foꝛ
me uel ex defectu cãe.⁊ tunc in totũ uidetur remota quo
ad oẽm effectũ.c.i.eo.ti.li.vi.c.ut debitus.ĩ.eo. Aut
remouetur pꝛopter lapſum tẽpoꝛis ut in cle.ſicut.eo.ti.
in.c.cõcertationi.eo.ti.li.vi.uel pꝛopter multiplicitateꝫ
appellationũ.l.unica.C.ne li.tertio pꝛouo.c.ſua.ĩ.eo.
uel pꝛopter manifeſtam contumaciã.cle.ſi ante.de dolo
⁊ contu.habetur in.l.ex cõſenſu.§.fi.ff.eo.⁊ tũc in to
tuꝫ uidetur remota.d.iuribus. Aut remouetur pꝛo
ter delicti notoꝛietatẽ.c.cõſuluit el.i.ſupꝛa eo.⁊ tũc in to
tum ab ipſa diffinitiua ẽ remota.ſ.a pena delicti.⁊ ita i
telligitur.d.c.cõſuluit cum ſimilibus.⁊ facit tex.cum ibi
nota.in.c.ut inquiſitionis de here.li.vi.tamẽ cum an
tequã ſuper pena ꝓnũcietur requiratur ꝙ iudex pꝛonũ
ciet notoꝛiũ eẽ delictũ ⁊ ſic ſup qualitate ꝓnũciet ab iſta
pꝛonũciatione ſup qualitate nõ erit remota appellatio
ita archi.Jo.an.⁊ Gemi.in.d.c.ut inquiſitionis. Et
d.anto.⁊ Imo.hic.⁊ ita bal.in ſimili in.l.cum pꝛopo
nas.C.de reb.cred. Et ſic habes inferre ꝙ lꝫ a pꝛĩci
pali remoueaẗ appellatio nõ.n.remoueẗ ab icidẽti uel
emergẽti faciũt notata p̱ bal.i.l.unica.C.ne lic.tertio ꝓ
uoc.ideo poterit ab interlocutoꝛijs in tali materia appel

UVA. BHSC. IyR_025

lati per pꝛedicta.⁊ nō Bar.in.l.conſtitutiones.ff.e. ar
chi.in.d.c.vt inquiſitionis.facit quod ꝯcludit paulus ď
caſtro.ꝯſi.xxiij.incip.viſo puncto.ubi uult ꝙ ſtatutū lo
quens de appellatione a diffinitiua non hꝫ locum in ap
pellatione ab interlocutorijs. Aut remouetur appellatio
ꝓpter priuilegium perſone iudicantis.ut in.l.i.ff. de p̄
fec.p̄to.in.l.vnica.C de ſent.pꝛefect.⁊ tunc ex toto ad
oēm effectum videtur remota in viam appellationis q°
ad effectum ſuſpenſiuū.tamen ſi appelletur reſoluet̄ in
uiam querelle.⁊ ita ſicut potuiſſet pꝛincipaliter per que/
rellam adiri ſuperioꝛ auten.que ſupplicatio.C.de pꝛec.
imp.off.c.tum ex lr̄is.⁊ ibi habetur.ā.de in integ.reſti.
ita illa appellatio reſoluetur in uiam querelle.ita glo.in
cle.i.in uerbo oneramus.de iure patro.quam ita hic in
telligit panoꝛ.⁊ facit quod nōt Bal.in.l.ii.C.de re.cre.
⁊ iuriu. iunctis que notat Gemi ⁊ pe.de anch.in.c.ſta
tutum.§.aſſeſſoꝛem.de reſcrip.li.vi. Aut remouet̄ ap
pellatio ſtatuto ⁊ tunc tribunal ad quod debet appellari
ſit ſub poteſtate ſtatuentium erit remota appellatō quo
ad omnē effectum.al's nihil ualebit tale ſtatutum. Ita
d.anto.hic.⁊ faciunt que dixi in pꝛima pꝛincipali queſti
one.tamen in dubio tale ſtatutum remouens appellatō
nem ſi expꝛimat uerbū a ſnia tunc uidetur ſolum remo
uere a diffinitiua.non autē ab interlocutoria.ita panoꝛ.
hic.qꝛ in dubio appellatione ſnie intelligimus de diffini
tiua.glo.in.c.cum olim.ā.de teſti.⁊ ibi Imo.⁊ in.l.ii.§
biduū.ff.quando appel.ſit.notatur in.l.quod iuſſit.ff.
de re iud.lꝫ glo.uideatur contraria in cle.i.de ſent.⁊ re
iud.de quo ibi per Imo.⁊ faciunt ad pꝛedicta que uolu
it bal.in.d.l.unica.C.ne lic.tertio ꝓuoc.⁊ i.l.vnica.C.
de ſen.pꝛefec.que notat gemi.in.d.c.ut inquiſitōis.aut
remouetur a partibus.⁊ tunc ſi ſit in uia ualida ut dixi ī
pꝛima queſtione erit remota ad omnē effectum al's nihil
operabitur.ita.d.anto.hic.aut remouetur per reſcrip/
tum pꝛincipis aut alterius habentis poteſtatē ita reſcri
bendi.⁊ tunc ſit regula ꝙ operatur plures effect⁹ ď qui
bus in.iii.qōne.⁊ facit tex.noſter. Fallit pꝛimo illa re
gula hodie de conſuetudine qꝛ de conſuetudie nihil ope
ratur clauſula ap.re.ita lapus allegatione ſua.cxxviii.
ita hoſti.in ti.de offi.dele.§.quid ſit eius officium ad ſi.
ita Spec.co.ti.§.in quibus.v.ego dico.ang.in.l.fi.C.
de ſen.⁊ interlo.om.iud.ita.d.an.hic.circa fi. Fallit
ſ'o quando remouetur a crimine notoꝛio.nam tūc reſpe
ctu pronunciationis ſuper qualitate illa.ſ.ſuper notoꝛie
tate criminis nihil operabitur talis clauſula.qꝛ ubicūqꝫ
in reſcripto apponitur clauſula ap.re.circa materiā ubi
ius cōe remouet appellationem nihil amplius operatur
illa clauſula ꝙ ius cōe.c.licet.ā.de offi.oꝛd.ſed ſi a iure
ꝓpter notoꝛietatem criminis remouetur appellatio itel
ligitur remota ſuper ipſo pꝛincipali.non autem ſuper i
terlocutoꝛia qualitatis.ſ.notoꝛietatis.d.c.ut inquiſitōis
⁊ ibi arch.⁊.ā.dixi.ergo ita ſi remouetur in reſcripto ni
hil operabitur quo ad illam qualitatem notoꝛietatis. et
ex hoc habetis inferre tertiam fallētiam magis genera
lem ꝙ ubicunqꝫ in reſcripto apponitur illa clauſula i ma
teria in qua ius cōe pꝛohibet certo cāu appellationem.
puta in materia coꝛrectionis regulariter.tunc talis clau
ſula interpꝛetatur ſm̄ ius cōe nec aliud operatur.tex.eſt
.⁊ ibi.d.anto.⁊ alii in.d.c.licꝫ.ī coꝛrigendis Quarto
fallit qn̄ tractat̄ de pꝛeiudicio alterius iudicis ꝙ iudicis re
ſcribentis.puta qꝛ papa reſcribit cōmittendo oꝛdinario
puta alicui p̄poſito cauſam in qua erat oꝛdinarius.⁊ di
cit ap.re.de illo p̄poſito appellandum erat ad ep̄m.⁊ ď
ep̄o ad archiep̄m.⁊ ſic gradatiꝫ talis clauſula in pꝛeiudi
cium hoꝝ inferioꝝum nihil operabitur.qꝛ operabit̄ ſolū
in pꝛeiudicium reſcribentis.ſ.pape.ita Imo.poſt.d.an
to.in.d.c.lꝫ.⁊ ibi nouiſſimi.quod tamen non audeo af
firmare qꝛ ē contra generalitatem tex.hic.⁊ nimis reſtri
geret iſtā decre.videte ibi. Fallit quinto in executoꝛ be
neficiali qui non citata p̄te exequitur ut merus executoꝛ

nam circa iſtū clauſula ap.re.nihil operabit̄.ita lapus
allega.ſua.cxix.⁊ ita hic.d.phil. Sexto fallit ubicun
qꝫ expꝛimeret̄ verbū ſententia qꝛ diceret̄ a tua ſententia
ap.re.nam tūc circa interlo.nihil operaret̄ qꝛ cum v̄ba
reſcripti debeant capi pꝛopꝛie.c.ſi.j.de ver.ſig.l.nō alit̄
ff.de leg.iii.videbitur ſolū remouere a ſententia diffiniti
ua.qꝛ illō tantū pꝛopꝛie impoꝛtat v̄bum ſnia vt pꝛedixi
non autem ab interlocutoꝛia.⁊ ita ſenſit hic panoꝛ. tam̄
in contrarium facit quod voluit Imo.in.d.cle.i.de ſen.
⁊ re iud.dum ibi uult ꝙ in materia indifferenti appella
tione ſententie compꝛehendatur interlocutoꝛia per glo.
ibi tamen ſimpliciter ꝓhibita per ſtatutū uel reſcriptū ap
pellatōe uoluit bal.ꝙ ſup emergētib⁹⁊ ſic ſup ītlocutōia
uidebit̄ ꝓhibita ſꝫ ſup deciſiuis ⁊ ſic ſup diffinitiua bal.
in.l.ſi ex cauſa.§.nūc in minoꝛibus.p illū tex.ff.ď mio.
facit quod ſcribit poſt Io.an.in.c.ut inquiſitionis.uerſi
cu.nō obſtantibus de here.li.vi.⁊ ſenſit hic bal.ī.ii.col:
Septimo fallit poſtꝙ appellationi a iudice a quo de
latum ē.nam tūc nihil eum adiuuabit illa clauſula ap.
re.ita Imo.hic.⁊ facit.c.cum appellationibus.eo.ti.li.
vi. Octauo fallit quo ad effectum deuolutiuum.nam
ad impediendum ne per appellationem cauſa deuolua
tur ad ſuperioꝛem ⁊ poſſit ſuperioꝛ adiri nihil operat̄ ta
lis clauſula.intelligite per uiam querelle.naꝫ poterit adi
ri etiam in caſibus in quibus a iure non permittitur ap
pellatio.dixi in tex.hic in ver.ſed ſi appellans.⁊ ibi no
taui. Nono fallit reſpectu appellationis per ſuperioꝛē
admittende.nam ſicut cogitur ſuperioꝛ admittere appel
lationem iuſtam quando nulla adeſt clauſula.ita nō ob
ſtante illa clauſula cogetur licet in reſcripto fuerit dictum
ap.re. Ita panoꝛ.hic in fi.faciunt que habentur in.c.ut
conſtitueretur.⁊ in.c.ď ſcō.l.di.in.c.exigūt.i.q.vii.ī.c.
bone memoꝛie.ā.de poſtu.pꝛela.in.c.cupientes.§.de
niqꝫ.de elec.li.vi.ubi quando gratia dependꝫ ex iuſticia
cogitur ſuperioꝛ diſpenſare ⁊ gratiam facere ut notat.d.
anto.⁊ panoꝛ.in.c.at ſi clerici.v̇.de adul.ā.de iud.ergo
ita ex quo appellatio ē iuſta cogetur ſuperioꝛ illā admit
tere non obſtante.d.clauſula. Decimo fallit ubi illa
clauſula apponeretur in reſcripto per non habentē po
teſtatem eam apponendi.ut dixi in pꝛima queſtione.nā
tunc nihil operatur. Undecimo fallit quo ad pꝛeiudi
cium tertij.qꝛ talis clauſula non operatur in pꝛeiudiciū
tertii.c.ſuper eo.ubi caſus nō.ā.de offi.deleg.bar.i.l.
i.§.i.ff.a quib.ap.non lꝫ. Et ideo ſtante ſtatuto in ciui
tate per quod excludatur nullitas uel appellatio tale ſta
tutum etiam non operatur quo ad pꝛeiudiciuꝫ tertij.ita
d.anto.ꝯſi.xviii.quod incipit.ieſu xp̄i ⁊c.in qōne pꝛedi
cta. Duodecimo fallit in caſibus a iure expꝛeſſis.naꝫ
ubicūqꝫ a iure expꝛeſſe permittitur appellatio talis clau
ſula nihil operabitur ut hoc tex.noſtro ibi.niſi indulget̄
⁊ ē ratio ſm̄.d.anto.hic.nam cauſe iuris cum ius ipſuꝫ
notoꝛium ſit dicuntur notoꝛie.l.officiuis.ff.de leg.iii.er
go ⁊c. Tertiodecimo fallit ubicūqꝫ cauſa ſit notoꝛia.
qꝛ notoꝛia ſit iniuſticia.nā etiam ſi ille caſus non ſit exp̄ſ
ſus in iure ſpecifice tamen illa ē regula ꝙ ubi notoꝛiuꝫ ē
grauamē cl'a ap.re.nihil opatur.ita ē tex.⁊ ibi glo.ī.c.
ex cōqueſtione.ā.de reſti.ſpo.ita ē tex.quem ad hoc di
xit notañ.d.Anto.in.c.inter ceteraſ.ā.ri.i. Quarto
decio fallit poſt ihibitoꝛiā miſſā a iudice ad quē.nā tūc ď
cetero nihil opabit̄.d.cl'a ita Imo.hic.⁊ faciūt q̄ hn̄tur ī
c.nō ſolū.§.fi.e.ti.li.vi. Quītodecio fallit ubi p q̄rel
lā p̄cipalit̄ ſupioꝛ adiret̄.nā lꝫ clauſula illa excludat ap
pellatōꝫ nō excludit q̄rellā uel aliā uiā nullitat̄.c.ꝯcertati
oni.e.ti.li.vi.c.paſtoꝛalis.§.p̄tea.⁊ ibi hēt̄.ā.ď cſ.ōl.
Sextodecio ubicūqꝫ uno cāu tm̄ eēt rēota.puta ab iter
locutoꝛia.nā tē q°ad aliū caſū puta diffinitiuā nihil opa
bit̄ l'eꝫ.c.q̄l.i ar.xxv.di.c.nōne.ā.ď.ꝓſū.ita āg.⁊ imo.
i.l.i.§.i.ff.a q.ap.ñ lꝫ. xvii.fallit ubicūqꝫ papa ul'ali⁹
ſupp̄m⁹ p̄riceps ſ ex certa ſcīa applōnē r̄cipꝫ nā tē excludit
oīſ effcūſ h⁹cle.d.c.paſtōal.§.p̄tea.xviii.⁊ ul.fallit circa

UVA. BHSC. IyR_025

retractationem attentatorum principaľr ꝛ uia ordinarí
petendam. non aūt in uia priuilegiatiua attentati. nam
principaliter poterit peti attentata reuocari non obſtan
te illa clā. ita panor. in. c. ut debitus. in prin. j. co. Suc
cedat tertia qō principalis. ſ. quos effectus paria clā iſta
ap. re. d. anto. in. c. vt debitus. in ſa charta. j. eo. ponit
multos effectus. vos dicite ꝙ primus eſt effectus quia ď
iure antiquo appellabatur dūmō cauſa non eſſet friuo
la manifeſte. c. ad romanā. ii. q. vi. per decre. vt debitus
inductū eſt. vt debeat cā rationabilis exprimi. hui⁹ clau
ſule effectu. inducitur vt etiā non ſufficiat cauſam rōna
bilem exprimi ſed debet eſſe in iure expreſſa. vt hoc pri.

Secūdus eſt effectus. q2 ſecūdū reſcripū impetratū
facta mentione de primo. ſed non facta mētione de illa
clauſula in primo apposita eſt ſurrepticiū. c. ceterū. ŝ. ď
reſcrip. q2 cum ſit nō. clauſula exprimi debuit in reſcrip/
to ad uitañ ſurreptionem. c. ii. ŝ. de dol. et contu. c. inter
monaſteriū cū ſimilib⁹. ŝ. de re iud. Tertius eſt effec/
tus. q2 ſi cōceſſum eſt reſcriptū cū illa clauſula et poſtea
concedatur aliud reſcriptum ſiue priuilegiū generale vt
omni cāu poſſit appellare. tale reſcriptū generale reſtrin
giť per clauſulā iſtam in primo reſcripto appoſitam. vt
poſſit appellare ī caſibus a iure expreſſis. et nō aliť. c. i.
ŝ. de reſcrip. Quartus ē effectus. q2 appellatio regu/
lariter eximit appellātem a poteſtate iudicis a quo. vt. j.
verſi. ſequenti. ſed per iſtā clauſulam non erit exemptus
niſi appellet in caſibus a iure expreſſis. Quitus eſt ef
fectus. q2 appellatio extinguit pronūciatum inſpecto ſta
tu preſenti. l. ii. ff. de pen. l. i. in fi. ff. ad turp. ꝛ tamē ubi
adeſt iſta clā non operať effectum extinctiuū niſi in caſi
bus a iuř expreſſis appelleť. Sextus ē effectus q2 ap
pellatio hꝫ effectū ſuſpenſiuum inſpecto ſtatu futuro vel
ēt preterito. c. veniētes. ŝ. de iureiu. c. paſtoralis. §. pre
terea. ŝ. de offi. dele. ꝛ tamē ubi eſt illa clā opabitur effe
ctum ſuſpenſiuum ſolū in caſibus a iure expreſſis. ꝛ hos
tres effectus volūt doc. hic ex mente tex. noſtri. dum ꝓ
hibet appellatōem totaľr reſpectu iudicis a quo niſi in ca
ſibus a iure exꝑſſis. Septimus ē effectus q2 pēdente
appellatione non ē ſnīa executioni mandanda. c. ſup eo
el. ii. ꝛ ibi uidimus. ŝ. e. l. non tantum. ff. eo. ſecus ē ubi
adeſt iſta clā. q2 tunc impeditur tātum executō vbi appel
latur in caſibus a iure exꝑſſis. ita Jmo. hic per hūc tex.
lꝫ panor. in. c. ut debitus. j. co. dixerit ꝙ imo poteſt ſnīa
indiſtincte executioni mandari quouſqꝫ inferiori conſti
terit ꝙ papa ex certa ſcientia admiſerit appellationem ꝑ
c. paſtoralis. §. preterea. de offi. delega. ſed melior uide
tur declaratio Jmo. cum oino clā ap. re. operetur in ca
ſibus a iure expreſſis. ꝛ ad hoc quid ī diffinitiua quādo
ab ea appellatur dicam in. c. ut debitus. ŝ. alľato. circa
tex. ang. in. l. fi. C. de ſen. ꝛ interlo. om. iud. Octau⁹
ē effectus q2 vbi adeſt illa clauſula attentata ꝑ iudicem a
quo vel etiam ꝑtem non redduntť nulla nec in viam at/
tentati poſſunt ānullari niſi ubi appellať in caſibus a iu
re expreſſis. ita panor. in. c. vt debitus. in princ. j. co. hi
tamen. v. effectus ꝓxime precedentes non haberēt lo/
cum ſi iudex a quo detuliſſet appellationi. ꝑ. c. cuꝫ appel
lationibus eo. ti. li. vi. vel ſi iudex ad quem miſiſſet inhi
bitoriam iudici a quo ꝑ. c. non ſolum. §. illa. e. ti. li. vj.
vel ſi papa ex certa ſcia cōmiſiſſet cām appellationis q⁹
cāu videtur huic clauſule derogať ꝑ. c. paſtoralis. §. pre
terea. ŝ. de offi. delega. vel traxiſſet ex certa ſcia cām ad
ſe. per. c. vt noſtꝛ. j. eo. iuncto. d. §. preterea. nam iſtis
caſibus appellatio indiſtincte effectum ex emptionis ex
tinctiuum ſuſpenſiuum executionis impeditiuū ꝛ atten
tatorum retractiuū opaſtur. Nonus eſt effectus. q2
cenſura poſt appellationem interpoſitam lata regulari
ter ē nulla. c. ꝑ tuas. j. de ſen. exco. tamen ubi adeſtꝫ illa
clauſula ꝛ appellaretur in caſibus a iure nō expreſſis va
leret cenſura ſiue excōicatio. ita panor. hic. qui dixit no/
tan. ꝓ limitatione. c. per tuas. Decimus eſt effectus

q2 impetratio facta in cā appellationis non fcā mentiōe
ſpēali de appellatōne interpoſita in cāu a iure permiſſo
quando adeſt. d. clā uel non fcā mentione de ipa clauſu
la redditur ſurreptitia. nec valet. d. §. preterea. Un/
decimus ē effectus q2 regulariter a diffinitiua licitum eſt
appellare ſine expreſſione cāe. ꝛ ſufficit dicere appello.
quando icontinenti. l. i. §. ſi. cum. l. ſeq. ff. eo. glo. in. c.
ſ. in uerbo ſtatuit. eo. ti. li. vi. tamen ubi adeſt illa clauſu
la a diffinitiua non appellabitur niſi exꝑſſa cā. ut intelli
gatur an ſit de caſibus a iure expreſſis. gl. ē nō. ꝛ ibi do
cto. in. c. romana. §. ſin autem. eo. ti. li. vj. Dicit tamen
d. Anto. ꝛ panor. in. c. ut debitus. in. iiij. col. j. eo. quod
hoc dictum ē verum. ſed pro cā ſufficiet dicere appello.
q2 uolo non ꝓbatum ꝓbare. ꝑ. c. cum ioannes. ŝ. de fi.
inſtru. cū ſi. d. Anto. idem in. c. ex cōqueſtione. de reſtit.
ſpo. in fi. Duodecimus ē effectus. q2 ſicut reſpicit illa
clā cām conuentionis ita porrigit etiam effectum ad cām
reconuentionis. c. ii. ŝ. de mut. pet. faciunt nōta in cle. ſe
pe. §. verum. ꝛ ibi per glo. de uer. ſig. Tertiuſdecimus
ē effectus. q2 ſi cōmittatur cā ordinario ap. re. etiam iter
ſuos ſubditos cum alteretur modus ꝓcedendi videbiť ď
legatus non autem exercitata iuriſdictione ordinaria. c. lꝫ
in corrigeñ. ſm. unum intellectum. ŝ. de offi. ordi. faciūt
nōta per glo. ꝛ doc. in. c. cum aliquibus. de reſcrip. li. vj.

Quartuſdecimus eſt effectus q2 ſi duo ſunt dati dele
gati cum clā illa ꝛ unus ſubdeleget alteri. uel uelit ſubde
legare college collega poteſt recuſare illum conſociū ſub
delegatum uel ſubdelegactionꝫ ſibi factam ne uulnere
tur ſua delegatio. q2 admiſſo ſubdelegato preiudicaret ſi
bi reſpectu huius clauſule ap. re. c. ſuper qōnꝫ. §. ſi ue
ro. ubi tex. ŝ. de offi. dele. Quintuſdecimus ē effectuſ
q2 ubi adeſt illa clauſula non poteſt impetrans reſcriptū
cum ea renunciare huic clauſule. q2 ē effectus cōis ēt ad
uerſario ꝑ ea que habenť in. c. ex ꝯqueſtione. ꝛ in. c. au
dita. ŝ. de reſti. ſpo. in. c. is qui. de procu. li. vj. in. l. petē
de. C. de rem. in integ. reſti. pet. ꝛ facit tex. in. d. c. ii. ŝ.
de mut. pet. Sextuſdecimus ē effectus. q2 ubi de con
ſenſu partium ē appoſita in reſcripto illa clauſula exclu
dit oēm penitus appellationem. ita Bal. in. l. iii. C. e.
ꝛ ſenſit hic. d. anto. Eſt. xvii. effectus q2 hec clauſula
excuſat iudicem qui non detulit appellationi a pena de
qua in. c. de priore. ŝ. eo. de quo dicitc ut ibi dixi. uult pa
nor. in. d. c. ut debitus. Jmo. hic. d. Anto. in. c. paſtora
lis. §. fi. poſt hoſti. ŝ. de offi. dele. uoluit unum notabile
ꝙ ubi a iure uel a conuentione partium remouetur ap
pellatio tūc non hꝫ locū iſte tex. ut in caſibus a iure exꝑſ
ſis liceat appellare q2 nec illis caſib⁹ appellať. ꝛ itelligiť
rēota ad oēꝫ effectū applō. d. āto. hic. ꝛ ſequūť alii. De
cimuſoctauus effectus ē q2 ubi ē clauſula ap. re. appella
tio non iuſtificatur ꝑ oblationē probationis. ita. d. ant.
in. c. ii. de his que fi. a ma. par. ca ſequitur uerſus uerū.

**Erum.** A ſnīa excommunicationis appellatio interpoſita eius
executionem denunciationemqꝫ non impe
diet. ꝛ interea fructus beneficii ipſi excōicato
non dabuntur. h. d. Diuiditur in duas in prima narra
tio. in ſecunda deciſio. ſa ibi nos itaqꝫ. Nō. ex tex. ibi
eximitur ꝙ appellatio eximit appellantem a poteſtate
iudicis a quo. ꝛ de hoc in. c. ſi a iudice. ꝛ in. c. non ſolum
eo. ti. li. vi. ꝛ faciunt que dicta ſunt. ŝ. in rubrica. Nō
ex tex. ibi dormitaſſe ꝙ per appellationem ſopitur iuriſ
dictio iudicis a quo ꝛ ſic habetis hic tex. ſm. d. Anto. ꝛ
Jmo. ꝙ appellatio non in totum extinguit ꝓnunciatuꝫ
ſed ſuſpendit quod dicunt uerum inſpecto ſtatu preteri
to uel futuro. ſed inſpecto preſenti bene extinguit ꝓnun
ciatum ꝛ iuriſdictionem iudicis a quo. l. ii. ff. de pen. ꝛ di
xi ſupra in rubrica. Nō. ex tex. ibi cum excommunica
tus ꝛc. rationem quare appellatio interpoſita ab excom
municatione ipſam excommunicationem non ſuſpēdit
q2 trahit ſecū executionē. ita hic papa. ꝛ ex quo iſta ra

UVA. BHSC. IyR_025

tio exprimitur hic a.l. cenſetur ſi. glo. in.l. quamuis.C.
de fideiuſ. ⁊ dicam in glo. latius. Nõ. ex tex. ibi per de
nunciatõem ꝙ quotienſcunq; actus de futuro tendit ad
executõem neceſſariam actus d̉ p̃terito qui actus ꝑ actũ
mediũ nõ ẽ ſuſpenſus ut hic excõicatõ nõ ſuſpendit̃ ꝑ ap
pellatõem certe nec actus qui tendit ad executõem iſtius
facti de p̃terito ſuſpendetur per hunc medium actũ ⁊ ita
in ſimili faciũt nõta in.c. ↄſtitutis. s̃. eo. ⁊ ẽt gl. in cle. vni
ca. de teſta. ⁊ ẽt nõta in c.fi. s̃. de conſti. vbi ꝓbatur ꝙ ſi
cut ↄſtitutio ñ reſpicit preterita ita nec futura que tendũt
ad executõem p̃teritorum. ⁊ ita põt intelligi tex. ſm pa/
nor. hic. in.c. cum tu. j. de vſur. Nõ. ex tex. ibi nõ lige
tur ꝙ per denunciatõem excõicatõnis quis non ꝓbatur
excõicatus. nam ſi denunciatio non ligat excõicatum. er
go alio nõ precedente denunciatio non probat excõicati
onem. ⁊ ita hic panor. ⁊ ita ẽ glo. in.c. pia. in ver. nomẽ
quem dixit hoc ꝓcedere in grauibus non leuibus de ex/
cep. li. vi. in.c. l; d̉ ſen. exco. li. vj. Nõ. ex hocmet tex.
ibi non ligetur ſm Bal. hic ꝙ excõicatus ob vnam cãm
ſi appellet ſaltem hoc operatur appellatio ꝙ non pote/
rit ob illam cãm amplius excõicari. ita tex. hic dum pon
derat ꝙ denunciatio non ligat quaſi ſentiat ꝙ ſi ligaret
denunciari nõ poſſet. ergo nec excõicari denuo. Et faci
unt que habentur in.c. ad reprimendã. s̃. de offi. ordi.
vbi appellatio ab excõicatione bene operatur effectũ de
uolutiuum l; non excõicationis de preterito ſuſpenſiuu;
faciunt notata in.c. ad audientiam. ⁊ in.c. dilecti. s̃. eo.
bonus tex. in.c. per tuas. ibi panor. circa prin. ⁊ in pen.
col. j. de ſen. exco. Nõ. ex tex. ibi. ut ab aliiſ euitetur ꝙ
non ſolum excõicatus a canone debet euitari a ſcientib⁹
ut in.c. cum non ab homine. j. de ſen. exco. ſed ẽt excõi
catus ab homine quod p; q; denunciatio fit ut illi ſciant
⁊ ita euitent. non autem ut aliquid de nouo operet̃. Et
ſic habetis ꝙ denunciatio fit ad finem ut habeat̃ noticia
de excõicatione. ⁊ ita excõicatus vitetur ⁊ non ad alium
finẽ. imo a ſcientibus ſine denunciatione uitari d;. ut p;
per tex. ibi aliis. quaſi ſentiat ꝙ ab ipo excõicatore ex q⁹
ſcit eum excõicatum d; ſtatim vitari ſine alia denunciati
one. de hoc in. d.c. cum non ab homine. c. cum excõica
to. ⁊ c. quoniam multos. xi. q. iii. ⁊ ita panor. hic. Nõ.
ex tex. ibi ꝓuentus eccl'iaſtici. ⁊c. ꝙ excõicato poſſunt ſub
trahi eccl'iaſtici ꝓuentus durante excõicatione. de quo di
cam in gl. Glo. in uerbo executione ibi.c. ſignificauerũt
illud arg. non ↄcludit ſm Bal. hic. nam abſolutoria nõ
trahit ſecum executionem ſtatim lata ſnĩa. ſed ſtat in pẽ
denti uſq; ad. x. dies. quod p;. q; ſi ille vellet petere. j.
x. dies non poſſet opponi exceptio abſolutionis. q; ẽ ex
ceptio rei iudicate ⁊ res iudicata non dicitur niſi poſt de
cem dies. c. quod ad ↄſultationem. de re iudi. l. i. ff. d̉ re
iudi. cum ãt ſtatim ſententia abſolutoria non h; in ſe exe
cutionem q; ſtatim non naſcitur exceptio non mirum ſi
eo tempore quo ẽ impendẽti poteſt ab eo appellari. qd̃
ſecus ẽ in excõicatione. q; illa ẽ gladius penetrabilis qui
ſtatim percutit ⁊ penetrat. vt dictum ẽ in.c. preterea. s̃.
eo. Et ꝓbatur in tex. noſtro. ideo per appellatione; nõ
debet ſuſpendi. In ea. ibi quod ad ↄſultationẽ. iſtud
arg. ẽt nihil concludit. q; ab executorẽ appellatur ſi mo
dum excedat iuribus allegatis in glo. ⁊ dicitur modũ ex
cedere quãdo egredit̃ metas ↄmiſſionis ſibi facte ad exe
quendum. vel egredit̃ ꝓnunciationem quam exequitur
d.c. quod ad ↄſultationem. Sed in caſu noſtro. l. ẽ que
facit executionem excõicationis ut hic in tex. nec exequẽ
do modum excedit q; ꝓnuncians hoc determinabat vt
iſte eſſet excõicatus ⁊ de uerbo ad verbum exequitur vt
ille ꝓnunciauit. ⁊ ideo ſicut ab executore qui non excedit
modũ non poteſt appellari ergo nec ab executiõe. l. que
modũ non excedit. In ea. ibi. l. furti. iſta ratio nihil
ↄcludit. nam ꝙ condemnatum de furto ſequatur iſamia
eſt executio. l. l. i. ff. de his qui. not. iſa. l. non poteſt. ff. d̉
furt. eſt ergo executio. l. ſed non principal' executio ſentẽ

tie ſed acceſſoria. nam principaliter ſententia fertur ſuꝑ
furto non ſuper infamia. modo ſuccedit regula ꝙ acceſ
ſorium regul'r ſequitur ſuum principale regula acceſſori
um. de reg. iur. li. vi. ſed per appellationem ↄ condẽna
to de furto interpoſitam cum ſuper ipo furto nondũ ſit
executioni mandata ſententia et indigeat facto hominiſ
ad plenam executionem. ſ. vel ad penam pro furto infe
rendam vel ad reſtitutionem rei furtiue ſuſpenditur pri
cipale ſuper quo lata ẽ ſententia. ergo non mirum ſi ⁊ i
famia que ẽ acceſſoria magis de facili ſuſpenditur. ⁊ exe
cutio iuris ſuper infamia facta per appellationem retra
ctatur q; corruente principali corruit acceſſorium. ſed in
cãu noſtro ꝙ excommunicatus ſit ligatus illa ẽ executio
iuris principal'r de eo facta ſuper quo ẽ ꝓnunciatum. q;
ipe ꝓnuncians principl'r voluit hunc eſſe excommunica
tum. ideo cum non alterius rei acceſſoria non ita retra/
ctatur ſicut infamia per appellationem. Glo. in. l. fi. C.
ſi a non compe. iu. fiũt. adducit aliud fundamẽtu;. nam
ſnĩa corporalis lata ꝓpter delictum qua quis damnatur
ad mortem ſortitur executionem a iure ſtatim ex quo la
ta ẽ. quia ſtatim efficitur ſeruus pene qui ad mortem dã
natur. l. qui vltimo. ff. de pen. Et tamen a tali ſententia
poteſt appellari. l. non tantum. ff. de appel. l. addictos.
C. eo. ⁊ C. de epiſ. audi. ergo non ẽ bona ratio quia ex
communicatio habet executionem iuris ideo appellatur
ab ea. ⁊ ita tranſit ibi glo. Sed reſpondet hic Bal. ꝙ in
ſententia corporali licet ius faciat executionem non tamẽ
plenam. q; ſupereſt factum homis ſuper executione cor
porali. quod in ſententia fuit magis pricipale. vnde non
mirum ſi appellatio cum non inueniat executionem ple
nam ſententie factam fuiſſe ſi ꝓpterea operatur effectu;
non ſolum circa id quod reſtat agendum. ſ. executione;
facti ſed etiam circa id quod iam erat factum. ſ. executio
nem iur̃. Nos loquimur in excommunicatione que a iur̃
habet pleniſſimam executionem. neq; expectat factum.
non mirum ſi res de ſe imperfecta quo ad executionem
magis de facili retractatur quam ea que eſt perfecta ſm
Bal. Panor adducit quartum fundamentu; de. l. ii. ff.
de pen. vbi appellatio extinguit ꝓnunciatum. ergo etia;
extinguet executionem ꝓnunciati que eſt acceſſoria. ſed
dicite ꝙ illa. l. loquitur in his que non habent plenam
executionem tempore appellationis. quia cum non ſint
plene roborata magis de facili poſſũt tolli nos loquimur
in his que habent plenã executionem tempore appella
tionis. que cum habeant plenum robur non ita de facili
tolli poſſũt. ⁊ ſic ſtãt firma ratio tex. noſtri tanq̃ pricipa
lis ꝙ iſta ſit ratio quare ab excommunicatione non ap
pellatur quo ad ſuſpendendum effectum eius quia a iu
re ſortitur executionem ſtati; ex quo lata eſt. vt vult tex.
et ita videtur latis conari ſubſtinere Bald. In ea. ibi
non appellatur. hẽtis ex gl. aliam ratione; quare appel
latio excommunicationem non ſuſpendit. quia in ea nõ
eſt homo qui ligat ſed deus. xi. queſtione. iii. c. nemo. el
primo. ideo ſicut a ſententia ſuppremi principis non ap
pellatur. l. i. C. de ſen. perfec. preto. Ita ab hac ſentẽtia
que potius videtur dei quã hominis non appellat̃ quo
ad effectum ſuſpenſiuum. Iſta ratio impugnatur hic a
panor. primo per ea que habentur in.c. cum l'ris. s̃. de
in integ. reſti. in auten. que ſupplicatio. C. de prec. imp.
off. quia ſententia principis per ſupplicationem ſuſpen
ditur. ergo ita dicendum eẽt in excommunicatione. Se
cundo deus ligat in excommunicatione ſi iuſta eſt. ſecus
ſi iniuſta c. cum eterni. de ſen. ⁊ re. li. vi. c. a nobis. el. ii.
j. de ſen. exco. ⁊ tamẽ ſiue iuſta ſiue iniuſta ſit excommu
nicatio non ſuſpenditur per appellationem. In ea.
ibi. c. cum apud. Gl. ponit duas alias rationes que ad
vnum tendunt. ſcilicet quia homo debet creſcere pro/
pter meritum. ⁊ ex conſtitutione eccleſie excommunica
tio eſt medicinalis propterea ſancti⁹ duxit canon ut excõi
catio executõe; hẽat ⁊ ci pcat̃ quã ut ꝑ uiã appl'onis ſub

UVA. BHSC. IyR_025

terfugiatur. vt ꝓpter bonum obedientie homo creſcat'ꝛ illa rō compꝛobat in.c.i.de ſen.exco.li.vj.ꝛ in.c. per tuas.ibi ne ꝯtemnere videat.ȷ.de ſen.exc. In ea.in' fi. Iſta ſo.recte intelligendo eadem ē cū rōe tex.lꝫ per alia verba.nam vult Bernar. ꝙ excōicatio nō habeat ſpālē naturam ab alijs ſententijs.ſed ſicut alie ſnie que plenā ſortiunt executionem a iure per appellatōem nō ſuſpendūtur,ita nec iſta.alie aūt que executōem hominis'deſiderant ſuſpendunt per appellatōem.ꝛ ſic ē ratio ō qua ī tex.qꝛ excōicatio executōem ſecum trahit ꝓpterea non appelletur quo ad effectum ſuſpenſiuū. Et ſi dicatis q̄ ē ratio quare excōicatio habꝫ executōem a iure magis ꝙ̄ alie ſnie regulariter.dicite ꝙ rō ē quam ponit glo.in.ij. ꝛ.iij. rōe hic.ut homo creſcat per meritū obedientie. Et qꝛ eſt potius medicina ꝙ̄ pena obedienti. Alia fuit ꝛ ſexta rō in oꝛdine hoſt.que rō melius iudicio meo dicit rō quare executōem hꝫ excōicatō a iure quam quare nō poſſit appellari.ſ.qꝛ excōicatio afficit aiam.c.a nobis.el.ii. ȷ.de ſen.exco.c.ſi quis pꝛeſbyteroꝝ.ꝛ ibi habetur.ȷ.de reb.ec.non alie.anima ē quid indiuiſibile.ideo materiali telo offendi nō poteſt.ſed offenditur īuiſibili telo .modo cū excōicatō ſit quid inuiſibile quatenus ligat aiam ī uiſibilia momēto tranſeunt.ꝛ faciūt que vidimus in.c. pꝛeterea.ſ̄.eo.non miruꝫ ſi momēto ꝛ illico ex quo excōicatio lata ē vulnerat aiam.ꝛ ſic hꝫ executōem a iure ſtatim.ꝛ ideo non mirum ſi per appellationem non ſuſpenditur.ꝛ ſic rō hoſt.iuncta cum rōne text.noſtri erit optima. Septima fuit rō quia excōicatio non ferť niſi pꝛecedente peccato moꝛtali.c.nemo.el.ii. c .quicūqꝫ.c. nullus.xi.q.iii.ſed peccatum moꝛtale per appellationeꝫ non tollitur.ergo nec excōicatio. Iſta ratio non concludit vniuerſaliter.pone enim ꝙ excōicatio ſit iniuſta nullo peccato moꝛtali pꝛecedente certe tenet licet ferri non d̄beat.c.i.xi.q.iii. Et tamen generaliter dicitur hic ꝙ excōicatio nō ſuſpenditur ꝑ appellatōem ergo intelligemus de iuſta ſiue iniuſta. Octaua fuit ratio.d.anto.qꝛ excōicatio fertur ex ptāte clauiū.ut habetur in.c.ab excōicato.ſ̄.de reſcrip.in.c.ſi ſacerdos.ſ̄.de offi.oꝛd.ꝛ melius abſolutio ipā de neceſſitate requirit claues ſacerdotales ad hoc ut ab excōicatione ſit abſolutus.c.a nobis.el grande.ȷ.de ſen.exco.nōtur in.d.c.ab excōicato ſed appellans hoc caſu non dicitur uti miniſterio clauiū.nō mirum ſi'per appellatōem non ſuſpenditur effectus excōicationis qui ſola abſolutione tollitur.panoꝛ.repꝛehēdit d.anto.per tex.in.l.furti.in pꝛin.ff.de his qui not.iſa.nam infamia non poteſt tolli a p̄te niſi a ſolo pꝛincipe. l.i.§.de qua.ff.de poſtul.c. cum te.ſ̄.de re iudi.ꝛ tam tollitur per appellationem.d.l.furti. Sed reſpōdere vt dixi in pꝛin.gl.ex mente Bal.ſo adducit papa pōt tollere excōicationem vnico verbo ſine alia forma abſolutionis.de.ſi ſūmus pontifex.de ſen.excō.īmo conſtitutōeꝫ faciendo poteſt ſtatuere ut excōmūicatio que quandoqꝫ valuit habeatur pꝛo non facta ꝛ non ualida ut ex retro gl.ē ſignanda in cle.i.in uerbo pꝛo infec.de imu.eccl.ergo ita'potuit.l.ſtatuere ut ſecuta appellatiōe per excommunicatum habeatur excōicatio pꝛo nō lata .multo magis ſuſpendatur.ſed fateboꝛ ingenue ꝙ l.facere'hoc potuiſſet.ſed diſputamus quare hoc nō fecit imo ꝯtrariū permiſerit. Nona ē rō.d.card.hic.qui dixit ꝙ cū excōicatio magis accedat interlocutoꝛie ꝙ̄ diffinitiue ut notatur in rubꝛica.ꝛ in.c.per tuas.ȷ.de ſen.exco.in īterlocutoꝛia ſtatim per appellationem non ſuſpenditur effectus iſte ſuſpenſiuus ſed pendet ex futuro euētu.ſ.an appellatio cenſeatur iuſta uel iniuſta.c.non ſolum.eo.ti.li. vj.ideo excōicatio per appellationem non dicatur mere ſuſpendi ut de pꝛeſenti dicamus eam ſuſpenſā.ꝛ ita dat nouū intellectum ad hunc tex.ſed ſtabit excōicatio in pēdenti.qꝛ ſi ꝓnunciabitur appellatōem iuſtam excōicatō iudicabitur nō ualuiſſe ſi ꝓnunciabitur iniuſtam appellatiōem excōicatio ut ex retro tenebit. Iſta ratō repꝛobatur a panoꝛ.qꝛ videmus ꝙ ſuſpenſiōis ſnia eſt'interlocutoꝛia ꝛ tamen dicimus'ꝙ ſi ſuſpenſio ē ſpūalis quo caſu habet uim cenſure non ſuſpenditur per appellationem. c.is cui in fi.de ſenten.exco.li.vj.ſi eſt tempoꝛalis puta a beneficio vel ingreſſu pomerij ſuſpenditur per appellatōem.ut glo.in.d.c.is cui.ecce ergo qualiter ſententia cenſure habet quid pꝛecipuum ab alijs īterlocutoꝛiis circa effectum appellatōis.ergo nō eſt bona ratō card.pꝛeterea in ſententijs cenſurarum non habet locum fictō ut ex retro.c.pꝛeterea.ꝛ ibi dixi.ſ̄.eo.ergo ꝛc. Decima fuit ratō quam ponit Bar.in.l.fi.C.ſi a non compe.iudi.quem panoꝛ.male refert quia voluit ibi Bar.ꝙ ꝓpterea per appellatōem non ſuſpendatur excōicatio quia ē medicinalis ꝛ ꝯditiōem habet in ſe ut iſto purgante ꝯtumaciā d̄beat tolli ꝛ ptās purgandi ē in facultate excōicati.qꝛ ſi ē excōicat⁹ d̄ facili pōt petere ſe abſolui iurādo ſtare mādatis eccleſie cauendo vbi dubia offenſa.ſatiſfaciēdo quādo manifeſta ꝛ ſi nō poteſt ſatiſfacere excuſatur c.p ꝛ g.ſ̄.de offi.deleg.habetur in.c.odoardus.de ſol. ꝛ vbi nō poteſt dare aliam cautōem admittitur ſimplex iuratoꝛia.ut nōtur in.c.quāq̄ꝫ.de vſur.li.vi.in .c. venerabilibus.§.ſecus.ꝛ in.c.ſolent.de ſentē.exco.li.vi. ꝛ ita intelligitur.c.ex p̄te.el.i.ȷ.de uer.ſigni. Unde cum iſte poſſit abſolui de facili ꝛ hoc grauamen releuare a ſe ſit in poteſtate ſua quia iurando abſoluetur nec aliquid damnum patitur.nō mirum ſi iura que non permittūt appellatōem niſi grauato.c.ad noſtram cum ſimilibus ſ̄.e.uoluerunt iſti dare remedium appellatiōis ad excōicatōnem ſuſpendendam.qꝛ reſpectu illius ligaminis eſt medicina.ꝛ intus habet remedium releuandi ſe.ſ.iurādo.ideo ad hunc effectum appellatio non operabitur. Sed qꝛ cā excōicatōnis potuit grauare iſtum iō quo ad effectum deuolutiuū ꝛ effectum vt ꝓ iuſticia ſnie nō pꝛeſumatur ius bene permiſit appellatōem.c.ad repꝛimendam.ꝛ ibi gl.ꝛ doc.ſ̄.de offi.oꝛd. Iſta rō in excōicatōe optime ꝯcludit.ſed qꝛ eadem eſt regula in alijs cenſuris que ē in excōicatione ut etiam per appellatōem non ſuſpendantur.c.is cui.§.fi.de ſen.exco.li.vi.ꝛ tamen ille non ſemper releuātur ꝑ cautionem.pone enim ꝙ quis ſit ſuſpenſus ꝓpter crimen ꝛ non ꝓpter ꝯtumaciā uel īterdictum ſit latum ꝓpter crimen . quod fieri pōt ut dixi in.c.ad hec ꝯſtituti.ſ̄.e.certe tunc non habebit locum . rō Bar.ꝛ tamen illa cenſura non ſuſpēdetur per appellationem.d.c.is cui. Sed non eſſet ſacrilegium tenere ꝙ in ſententiis cenſurarum propter crimen ꝛ non contumaciam illatis non habet locum ille.§.fi.nec iſte tex.ſꝫ tunc ſuſpendantur huiuſmodi cenſure per appellatōem ꝛ ita tenet Panoꝛ.in.c.ſepe.ꝛ ibi poſui.in glo. in uerbo rata.ſ̄.e.ꝛ hoc modo ſuſtinebitur opi.Bar. Undecima eſt ratio panoꝛ.hic ꝙ ꝓpterea appellatio nō ſuſpendat excommunicationeꝫ ꝓpter bonum obedientie.ꝛ etiam qꝛ ubi tractatur de periculo anime melius eſt timere culpam ubi culpa non eſt.c.ii.ȷ.de obſ.ieiu. ꝛ ſecurioꝛ pars capitur in foꝛo anime.c.iuuenis.ȷ.de ſpon. ꝛ ideo pꝛo anima iudicamus in du° glo.in.c.unico.ſ̄.de ſeru. ideo non mirū ſi cum excommunicatus in dubio imiſcēdo ſe ſacramētis icurreret ꝑiculū.c.ꝑ tuas.ȷ.d̄ ſen.exco. dicim⁹ꝙ ēt ꝑ appellationē illa excommunicatio non ſuſpēdiť.nec obſtat dictū Inno.in.c.cū ſup ſ̄.de offi.d̄le. ꝛ in.c.bone.el.i.ſ̄.de elec.ꝛ quod nōt glo.in.d.c.ad repꝛimēdam.ubi ꝯcludiť ꝙ appellatio tollit p̄ſumptionem que ē ꝓ excōicatione ut ſit iuſta qꝛ rñdet quod illud ē uerū quo ad cōmodū aduerſarii ut ipe ꝑ hoc nō releueť. quo minus ī cā appellatōis hēat ēt iuſtificare excōicatōeꝫ Sed quo ad dubium euitandum ꝛ ut excommunicatus abſtineat ſe a ſacramentis per appellationem non tollitur pꝛeſumptio que reſultat ex excommunicatōe ad hoc ut excommunicatus ſibi pꝛecaueat. Sed contra Panoꝛmitanum facit dictum Innocen.in capitu. cum tu.ſ̄.de teſti.ubi voluit ꝙ excōicatio in foꝛo penitentiali

UVA. BHSC. IyR_025

preſumat̃ iuſta lȝ contra eam opponatur. q2 ſecurior pˀs
ē capienda ſed in foro iudiciali ⁊ in foro fori in dubio pre
ſumatur non tenere ⁊ non ligare. nam nos tracta/
mus non ſolum in foro anime an appellatio ſuſpendat
ſed in foro iudiciali etiam. quod patet dum querimus
an poſſit denunciari pen. ap. iteȝ an fructus beneficii de
beant iſtis ſubtrahi. ut hoc tex. in fi. ergo nō eſt bona ra
tio Panor. ꝙ ſecurior pars eſt capienda ⁊c. Duodeci
ma ⁊ vltima eſt ratio panor. hic. quia appellatio non ex
tinguit ſed ſuſpendit pronunciatum. c. venientes. ſ̃. de
iureiur. c. paſtoralis. §. preterea. ſ̃. de offi. dele. ſi nō
extinguit appellatio ab excommunicatione remanet er/
go excommunicatio. modo effectus excommunicatiōis
eſt inſeparabilis ab excommunicatione. quia fieri nō po
teſt ꝙ non liget. ergo appellatio ab excommunicatione
interpoſita hunc effectum non ſuſpendet ex quo non tol
lit actum. ⁊ actus non poteſt ſtare ſine illo effectu. Sed
illa eſt contra tex. in. l. ij. ff. de pe. ⁊ in. l. i. §. fi. ff. ad tur
pil. ⁊ contra ea que dixi in nō. ex mente. d. anto. ⁊ Jmo.
⁊ que firmaui ſupra in rubrica quia appellatio inſpecto
ſtatu preſenti bene extinguit pronunciatum. ergo extin/
gueret excommunicationem ⁊ per conſequens eius effe
ctum quod negat tex. noſter. ⁊ ideo ratio panor. nō bo
na. ſed reſtat defenſata pro magis ſuſtentabili. ratio tex.
noſtri coadiuuata per ſecundam ⁊ tertiam rationes glo.
vel melius per rationem hoſt. Glo. in verbo ſecuȝ tra
hat. Duo habetis ex glo. primum nunquid excommu/
nicatio ex quo appellatum eſt dicatur quo ad omnes effe
ctus durare. circa quod dicite aut notorium eſt appellati
onem fuiſſe iniuſtam ⁊ tunc per talem appellationem ex
communicatio non ſuſpenditur. nec etiam poſtea lata
ānullatur. c. cum appellationibus. co. ti. li. vj. c. vt debi
tus. j. eo. aut notorium eſt appellationem eſſe iuſtam et
tunc quo minus liget lata excommunicatio nō operetur
appellatio. ut hoc tex. noſtro. ſed quo ad effectum deuo
lutiuum ⁊ etiam ad ſuſpendendum ſuſpitionē que erat
pro ſententia ꝙ ſit iuſta. iuxta notata in. c. in preſentia.
ſ̃. de renuncia. in. l. haberemus. §. gaia. ff. de eui. in. c.
cum ad ſedem. ſupra de reſti. ſpo. ⁊ tunc appellatio be/
ne operatur. c. ad reprimendam. ⁊ ibi notatur ſupra de
offi. ordi. habetur per. d. Jnno. in. d. c. cum ſuper. ſ̃. de
offi. delega. Sed ſi appellatio preceſſit excommunicati
onem illo caſu excommunicatio non valebit. c. dilecti. et
ibi dixi. ſ̃. co. aut ſumus in caſu dubio ⁊ tunc ſi excōmu
nicatio preceſſit appellationem dicite ut dictum eſt in pre
cedenti membro quando notorium eſt appellationeȝ te
nere. ſi autem excommunicatio ſecuta eſt appellationeȝ
⁊ tunc pendebit ex dubio euentu. quia ſi pronunciabitur
bene appellatum non valebit excommunicatio. ſi pnū
ciabitur male appellatum valebit. c. licet. in princ. co. ti.
li. vj. ⁊ ita intelligitur. c. per tuas. de ſen. exco. poteſt ni/
hilominus interea petere abſolui ad cautellam. d. c. per
tuas. ⁊. c. ſolent. de ſen. exco. li. vj. tamen per deſertionē
appellationis illo caſu non conualidabitur excommuni
catio. Jta notatur in. c. ſepe. ſ̃. co. ⁊ etiam in. d. c. licet.
⁊ ita. d. anto. hic. Secundo habetis notare ex gl. nū
quid geſta cum excommunicato hoc medio tempore quo
pendet appellatio valebunt ⁊ tenebunt. ⁊ dicite ſcdm d.
anto. ⁊ panor. hic. aut loquimur in his que ſunt publici
officii puta eſſe iudicem ⁊ tunc ex quo per appellationeȝ
res eſt dubia ⁊ ille excommunicatus tolleratur valebunt
geſta per eum. c. ad probandum. ſ̃. ti. i. iij. q. vij. §. veꝝ
⁊ faciunt notata in. l. barbarius. ff. de offi. preto. ⁊ in. c.
ſciſcitatus. ſ̃. de reſcrip. ⁊ aliquid tetigi in. c. preterea. ſ̃.
co. aut loquimur de his que geruntur nomine priuati
officii ut gerere negocia ſua eſſe procuratorem ⁊ ſimilia.
Et tunc geſta cum illo excōicato non obſtante ꝙ poſtea
appellauerit nō valent nec tenēt. quia in his que gerun
tur nomine priuati officij per excōicatum non adiuuat
tollerantia. lȝ adiuuet in his que gerunt̃ nomine publici

officij. ita Jnno. in. c. cum dilectus. ſ̃. de conſue. ⁊ faciūt
notata in. c. veritatis. ſ̃. de dolo ⁊ contu. aut loquimur
quo ad penam irregularitatis incurrendam ⁊ tūc appel
latio habet excuſare excommunicatū ex quo poſt appel
lationem eſt excōicatus quia potuit veriſimiliter exiſtima
re illam non tenere. ita panor. hic. ⁊ Jmo. ⁊ faciūt nota
ta in. c. apoſtolice. j. de cle. exco. mini. ⁊ in. d. c. licet. ſic er
go dum glo. hic vult ꝙ pen. ap. collatio beneficij facta ex
cōicato valet ⁊ tenet dicite ꝙ male loquitur q2 acceptare
beneficium quo ad excommunicatum eſt priuati officij.
⁊ ideo non debet valere data etiam tollerantia illa colla
tio. per notata in. d. c. cum dilectus. ita panor. hic. Gl.
in verbo. ſubtrahuntur ibi in. c. diaconi. habes ex gl. ꝙ
excommunicato ſubtrahuntur fructus omnes dummo
do egeſtate non laboret. ſed glo. poſtea in vltima ſui ꝑ
te ponit veritatem ꝙ immo in totum auferantur fructus
excommunicato nec precauendum ſit ꝙ egeſtate non la
boret. nec obſtat. c. ſtudeat. l. di. quia loquitur in depoſi
to. nam depoſito bene debet prouideri ne egeſtate labo
ret. ⁊ eſt ratio differentie. quia depoſitus non habet in
facultate ſua vt a depoſitione releuetur. ⁊ ideo iura miti
us agunt cum eo. excommunicatus autē habet in facul
tate ſua ut abſoluatur cauendo ſtare mandatis eccleſie
vel ſatiſfaciendo cum poſſit. c. ex parte. el primo. infra d
ver. ſignificatio. ⁊ vbi ſatiſfacere non poſſit per inopiam
excuſatur. c. p. ⁊. g. ⁊ ibi Jnnocen. ſupra de offici. deleg.
c. odoardus. infra de ſol. ſi tamen fame periret excom
municatus tunc in viam elemoſine ſibi prouideri debet.
vt vult hic glo. in vltimis verbis. per quam elicit panor.
ꝙ excommunicato non eſt facienda elemoſina niſi fame
periret. faciunt notata in. c. quoniam multis. xi. qōe. iii.
⁊ facit quod notabiliter voluit Bal. in. §. finitur. inſtit.
de vſufruc. vbi dixit per excommunicationem vſufructu
arii finiri vſumfructum. ergo cum clerici in beneficiis nō
habeant plus iuris quam vſumfructum ut notat Joā.
an. ⁊ alii in. c. preſenti. de offi. ordi. lib. vi. Archid. in. c.
ſtatutum. §. aſſeſſorem. de reſcrip. lib. vi. Joā. de ligna
no in clemen. gratie. de reſcrip. habetur per ſcribentes
in. c. fina. de peculio clericorum. non minus ſi ſaltē pri
uantur clerici excommunicati fructibus beneficiorum d
quo late Card. in repetitione. c. perpendimus. j. de ſen
ten. excommunica. Gemi. in. c. preterea. xxiii. di. Jn
ea. ibi. xvi. queſtione. i. c. illud. inquantum glo. equipa
rat excommunicatum relegato dicite ꝙ male loquitur.
quia relegatus ſolum in uno certo loco uidetur relega
tus. l. relegatorum. ff. de interdi. ⁊ releg. excommunica
tus autem ubiqȝ idem eſt excommunicatus. xi. queſtiōe
iii. c. cure. ⁊ relegatus non eſt in totum extra ciuitatem
ſicut excommunicatus in totum eſt extra eccleſiam. glo.
alibi equiparauit excommunicatum deportato in. §. me
dia. inſti. de capit. dimi. que etiam non bene loquitur.
quia deportato ſunt omnes contractus interdicti. ⁊ etiā
teſtamenti factio quod non eſt in excommunicato ita ex
pedit eum. ut notat Jnno. in. c. ueritatis. de dolo ⁊ ptu.
habetur in. c. decernimus. ⁊ in. c. ſolet. in fi. de ſentē. ex
communi. li. vj. in auten. cedentes. C. de here. ⁊ per no
uiſſimos. in. l. i. ff. de teſta. ſed inquantum glo. uult ꝙ
excommunicato non adimuntur fructus beneficii niſi ꝑ
ſententiam expreſſe adimantur. ⁊ faciunt pro ea nota
ta in ſimili in. l. ſi qua per gl. ff. ex quib. cau. ma. Joā.
an. ⁊ qui ante eum ſcripſerunt ſecuti ſunt glo. d. Anto.
hic Jmo. ⁊ panor. tenēt ꝯtrarium. adducunt. i. notata
per glo. in. c. preter hoc. xxxii. di. in prin. per. Uin. in. c.
quotiens. de ſimo. nōta per Jnn. in. c. qualiter ⁊ quan
do. el grande. ad fi. j. de accuſa. nōta per Hoſtiē. in ti. de
ſēt. excō. §. quis ſit effectus. p ſpec. in ti. de expē. ⁊ intereſſe
§. fi. circa fi. adducūt et gl. hic. i pri. vbi uult ꝙ excōicatꝰ
exqᵒ ē extra eccliā nihil d hōis eccleſie poſſidere poteſt.
ſed iſte effectus ꝙ excōicatus ſit extra ecclīam ineſt in ſē
tentia etiam ſi iudex aliud non dicat. ergo in ꝯſequētiā

UVA. BHSC. IyR_025

uenlet etiam effectus ademptionis bonoꝝ adducit pa
noꝛ.tex.noſtrum in fi.hoc mō appellatō ab excōicatione
non ſuſpendit effectum excōicationis ēt quo ad fructus.
ergo de neceſſitate dicendū ē ꝙ fructus expꝛeſſe nō ſunt
adempti in ſnia.nam ſi eēnt adempti expꝛeſſe in ſenten
tia tot eēnt ſnīe quot capitula.l.carmelia pia.ff.de iure
pa.l.ēt.ff.de minoꝛ.c.raynaldus.j.de teſta.⁊ ſic due eſ
ſent ſnīe una excōicationis alia ademptionis fructuū.ſꝫ
appellatio bene ſuſpendit iterdictōem fructuū exp̄ſſe fac
tam.c.is cui.§.fi.⁊ ibi glo.de ſen.exco.li.vj.ergo nō ē
dicendū ꝙ excōicato expꝛeſſe adimantur fructuſ.imo ta
cite adimūtur.qꝛ ſi expꝛeſſe adimerentur p appellatōeꝫ
ſuſpenderetur talis effectus quod negat tex.noſter.ſed
hoc nō ꝓcederet quando illa pl̄a capitula ſe hn̄t vnuꝫ ut
pꝛincipale aliud ut acceſſoꝛiū ꝓut hic quando excōicaret
⁊ quaſi in conſequentiam ei quaſi adimerent fructus un
de vis eēt in mō ꝓnunciandi.an eque pꝛincipalr̄ adime
ret in ſnia iudex fructus an uero in quandā conſequen
tiam ſicut in ſimili dicimus.in.l.iij.C.ſi pen.ap.moꝛs i
terue.⁊ in.l.i.C.ſi reus uel accu.moꝛ.fu. In ea.ibi.
lxiij.di.c.ij.habetis ex gl.ꝙ ſuſpenſus ab officio ubiqꝫ
ē ſuſpenſuſ.⁊ ē rō ſm doc.hic.qꝛ ſuſpenſio ab officio affi
cit pſonam ideo quocūqꝫ uadat erit ſuſpenſus ſicut le
pꝛoſus. Sed in veritate illa rō videtur ꝯ tex.in.l.ex ca.
ff.de poſtul.vbi iterdicto officio alicui poſtulañ.nō per
hoc afficitur pſona ut nō poſſit alibi poſtulare. Habetiſ
aliud ex gl.ꝙ ſuſpenſus a beneficio in uno loco pōt ali
bi habere beneficium.⁊ ſic habes dr̄iam inter ſuſpenſuꝫ
ab officio ⁊ ſuſpenſum a beneficio. Uos dū queritur an
ſuſpenſus a beneficio poſſit alr̄ beneficium habere. Dici
te ex mēte Jmo.d.Anto.⁊ panoꝛ.hic.ꝙ aut loquimur
in ſuſpenſione hominis aut in ſuſpenſione iuris. Si in
ſuſpenſione hominis ⁊ tunc ſi expꝛimat ꝙ ab uno tātuꝫ
ſuſpendit ab alio non erit ſuſpenſus ut hac gl. Si expꝛi
mit ꝙ ab oibuſ intendit ſuſpendere erit ſuſpenſus ab oi
bus ēt alibi ſitis.qꝛ reſpectu pſone hꝫ ptātem eam priuā
di beneficijs alibi ſitis.c.poſtulaſti.ā.de fo.compe.i du
bio aūt videtur ſolum ſuſpendere a beneficio ſibi ſuppo
ſito.⁊ nō ab eo quod alibi hꝫ.l.cum vnus.§.i.ff.d bo.
auc.iud.poſ.faciūt notata in.c.a nobis.el.ij.j.de ſent.
exco.in.c.ij.de conſti.li.vj.ſi ſuſpenſio ē iuris inſpicien
da ē cā ꝓpter quā fertur ſuſpenſio.ſi ꝓpter cām vnius tā
tum ecclie in qua hꝫ beneficium.ſuſpenſus ē ſolum ab il
lis beneficijs que in illa ecclia hꝫ.⁊ non alibi.c.cum i cun
ctis.§.clerici.ā.de elec.iuncto tex.in.c.ſi cōpꝛomiſſariꝰ
de elec.li.vj.⁊ ē glo.in cle.ij.in uerbo beneficioꝝ.de
vit.⁊ hone.cle.ſi cā non reſpicit particulariter illam eccle
ſiam ⁊ tunc in dubio ſicut cā ē uniuerſalis uel indifferēs
ita ſuſpenſio erit uniuerſalis ab oibus beneficiis.d.c.ſi
compꝛomiſſarius in rōe ſui. Sed pꝛo complemento que
rit hic.d.anto.nūquid ex quo quis ē ſuſpenſus ab officō
fit ēt a beneficio ſuſpenſus.⁊ dicite cām eſſe inſpiciēdaꝫ
ſi ē grauis uidebitur a beneficio ſuſpenſus.vel ēt qꝛ pꝛo
pter crimen ſuſpendatur.ſi ē leuis uel ꝓpter ſolam infa
miam ut pꝛimo caſu extendatur ad beneficium.ſo non.
niſi beneficium conſiſteret in diſtributionibus quotidia
nis.qꝛ tunc indiſtincte ſuſpenſus ab officio cum diſtribu
tiones quotidiane non percipiantur niſi ꝓpter officiuꝫ
diuinū.c.unico.d cleri.nō rſid.li.vi.tūc ſuſpēſio extēdit
ad beneficium.ita gl.in cle.cupientes.in glo.magna.in
fi.de pen.⁊ per hec cum ſuſpenſo omnia beneficia aufe
rantur in penam delicti ut videbitis.⁊ ē gl.i.d.cle.cupiē
tes.in glo.magna. Infert panoꝛ.ꝙ ſuſpenſo ꝓuideñ.
tamen erit ne egeat uel mendicet in oppꝛobꝛium cleri.
quia eadem ē ratio quam dixi.ā.in depoſito.ſecus ſi eſ
ſet ſuſpenſus ꝓpter contumaciam quia tunc non pꝛoui
dereī ſibi ſicut nec excōicato.⁊ hoc mō declarat glo.nō.
in.c.cuꝫ vintonienſiſ.ā.de elec. In ea.gl.ibi.l.qui ꝓ
pꝛio habes ex hoc ꝙ iſte excōicatus licet poſt appellatio
neꝫ amittat fructus ſi tamē iniuſte fuit excōicatus eos po

ſteā recuperabit ex quo conſtat iniuſtam eē appellatōeꝫ
ſecus ſi fuit iuſta.⁊ glo.appꝛobant doc.dicūt.tamen.d.
anto.⁊ Jmo.ꝙ hanc recupatōem non facient in uiam
attentati quaſi pen.ap.ſint ſibi ablati.ſed faciet pꝛicipa
liter in uiam iuſticie querellādo vel ſuper hoc agendo.
nam ex quo iure permittente iſti fructus ſunt ſibi ablati
pen.ap.non poteſt fieri reuocatio in viam attentati.qꝛ
quod fit.l.permittente penam nō meretur.c.qui peccat
xxiii.q.iiii.l.grachus.C.de adul.⁊ allegat.d.Anto.ro
tam ita tenere in deciſ.antiquis.deciſ.ccccxvi.⁊ dciſ.ſua
ccccxl.que incipit.item ſi lata.in fi.colū. Sed cui applica
buntur fructus ablati excōicato.dicite ſm glo.nō.in cle.
ii.in uerbo ſuſpenſus.de vit.⁊ ho.cle.⁊ ſentit glo.in cle
men.ut hii qui.in ver.dimidia.de eta.⁊ quali.⁊ Jmol.
hic.ꝙ ſi ſunt fructus beneficii.ſ.pꝛebende applicantur ec
cleſie.ſi ſunt fructus diſtributionum quotidianarum ac
creſcunt ſociis.⁊ ideo infert hic Bal.⁊ latius in.c.i.ā.de
iudi.ꝙ ſi excōicatus fuiſſet poſtea ex indulgentia reſtitu
tus a papa ꝙ non recuperabit fructus medii tempoꝛis.
nam reſtitutio non operatur in pꝛeiudicium tertii.c.quā
uis.de reſcrip.li.vi.l.i.⁊ fi.C.de ſen.paſſ.ſed iſti fructus
medii tempoꝛis ſunt aliis acquiſiti.ergo per reſtitutioneꝫ
illos non recuperabit. Sed nūquid ſicut excōicatus per
dit fructus ita etiam perdet adminiſtrationem beneficii
⁊ voluit.d.anto.hic ꝙ non.qꝛ non per hoc amittit titu
lum ⁊ per conſequens nec adminiſtrationem que depen
det ex titulo.c.tranſmiſſam.ā.de elec.panoꝛ.hic tenꝫ ꝯ
rium per ea que habent in.c.veritatis.ā.de dolo ⁊ con
tu.item qꝛ excōicatuſ uidetur a beneficio ſuſpenſus ergo
non poterit illud adminiſtrare.c.i.de elec.li.vi. Sed nū
quid amittet beneficiuꝫ excōicatus.⁊ dicite ſm Jmo.ꝙ
non.niſi perſeuerauerit in excōicatione per annuꝫ quia
tunc bene amittet beneficium.c.quicūqꝫ.c.rurſus.xi.q.
iii.quod uerum ſi excōicatio lata ē ꝓpter crimen ꝙ ipſo
iure pꝛiuat clericum beneficio.nam tunc ſtando in excōi
catione per annum habetur pꝛo confeſſo.glo.ē nō.i.c.
cum pꝛ̄ūa.de here.li.vi.ideo pꝛiuari poteſt ſed ſi excōica
tio lata ē ꝓpter crimen ꝓpter quod non eſſet pꝛiuatuſ ip
ſo iure ſed bene ueniret pꝛiuandus tunc lapſu anni non
eſt pꝛiuatus beneficio.ſed bene poteſt pꝛiuari per ſniam
d.c.quicūqꝫ.ſi vero eſſet crimen ꝓpter quod etiam poſ
ſit pꝛiuari ⁊ tunc non ſufficit lapſus anni ſed eſt neceſſe
ꝙ vltra annum ſtet contumaciter excōicatus per notabi
le tempus uel alio modo poſt annum conuincatur eius
contumacia.c.cum bone.ā.de eta.⁊ quali.ita panoꝛ.in
c.i.ā.de iudi.⁊ late in.c.fi.j.de pen. Sed ad aliam par
tem tex.noſtri.ab extra.queritur nunquid omnis iudex
pen.ap.poterit hanc denunciationem excōicationis face
re.⁊ dicite ſm.d.Anto.⁊ alios.aut loquimur in oꝛdina
rio ⁊ tunc quilibet oꝛdinarius poteſt aut i delegato ⁊ tūc
poſtꝙ detulit appellationi non poteſt denunciare.c.cū
appellationibus.cum ibi nō.eo.ti.li.vi.vel poſtꝙ ſcep
ta eſt appellatio a ſuperioꝛe.c.paſtoꝛalis.§.preterea.ā
de offi.dele.⁊ ideo nec denunciationem alteri cōmittere
poterit.c.ſignificaſti.iuncto.c.ex litteris.ſupꝛa de offici.
delega.alias delegatus etiam ipſe poterit denunciare.

Sed nunquid eſt indiſtincte uerū ꝙ poſſit excommu
nicatus pendente appellatione denunciari. Et dicite ſe
cundum.d.Anto.⁊ Jmo.hic regulam eſſe ꝙ ſic. Ita ē
hic tex.in fi. Fallit pꝛimo quando iudex denuncians
eſſet delegatus ⁊ detuliſſet appellationi.uel appellatio
fuiſſet a ſuperioꝛe recepta.ut pꝛoxime dixi. Fallit ſe
cundo quando denunciatio ligaret magis excōmuni
catum quam eſſet pꝛimo ligatus.ut in caſu.c.tua.infra
de ſenten.excommuni.nam tunc pendente appellatiōe
fieri non poterit ita.d.Anto.hic.⁊ Jmo.⁊ eſt hic tex.ibi
amplius non ligetur. Tertio fallit quando excommu
nicatio fuiſſet lata contra ignoꝛantem quod poteſt fieri.
capitu.apoſtolice.capitu.illud.de cleric.excommu
nicato miniſtran.illo caſu ſi a die ſententie appel

UVA. BHSC. IyR_025

lauerit lȝ non ſuſpēdat excōicationem tamen impediet denunciationem. ita ē bonus tex. in. c. dilectis. ⁊ ibi uidebimus. j. e. ita. d. anto. ⁊ Jmo. hic. Quarto fallit quādo quis fuiſſet excōicatus a canone quo caſu bene requiritur ſnīa declaratoꝛia facti. niſi factum ſit notoꝛiuȝ ut dixi in. c. ꝑuenit. ſ. e. ſi a tali ſententia declaratoꝛia ſit appellatum quod poteſt ut ē glo. nō. in. c. cupientes. §. ꝙ ſi per. xx. in verbo pꝛiuatos de elec. li. vj. ⁊ dixi in. d. c. ꝑuenit. pendente illa appellatione impedietur denunciatio excōicationis. ita. d. anto. hic. ⁊ Jmo. Ultimo ꝑ iſtam lr̄am infert lapus alſone. ſua. xlviij. ad deciſioneȝ qōnis. ⁊ refert hic. d. anto. nūquid ſi iudex cōdemnauit titium ad. x. ⁊ tanꝙ temere litiganteȝ ad expenſas quarum taxatōem ſibi reſeruat. cum iſta taxatio ſit ſimplex declaratio ⁊ nudi facti ut notat panoꝛ. in. c. i. ad fi. ſ. de ſeqſtr. poſ. ⁊ fruc. notant legiſte in. l. terminato. C. de fru. ⁊ lit. expen. ſi a tali ſnīa fuerit appellatū poterit pen. ap. iudex a quo taxare iſtas expenſas. ⁊ dixit lapus ꝙ ſic qꝛ ſicut per appellatiōis pendentiam non impeditur dnūciatio excōicationis. ita nec iſta declaratio expenſaruȝ cū ſit nudi facti. d. anto. repꝛobat lapū qꝛ tex. noſter hoc n̄ ꝓbat cum ſit caſus longe diuerſus a qōne ꝓpoſita. naȝ hic per appellatōnem non ſuſpenditur pꝛincipale. ſ. excōicatio. ideo determinat tex. ꝙ nec ſuſpendatur acceſſoriū. ſ. denunciatio. ſed per appellatōem in qōne ꝓpoſita ſuſpenditur pꝛincipale. ſ. condemnatio ad. x. ergo ad expenſas. l. fi. C. quando ꝓuo. non ē neceſ. ideo nō miruȝ ſi magis de facili ſuſpenditur hic denunciatio ſed nō declaratio harum expenſarum. Quo ad aliam ꝑtem nunquid ſicut excōicatio non ſuſpenditur per appellationeȝ ut hic. ita abſolutio ab excōicatione nō ſuſpendetur. Et cōcludunt doc. ꝙ ſic. ꝙ non ſuſpēdetur ita. d. anto. hic. ⁊ faciūt notata in. c. ab excōicato. ſ. de reſcrip. in. c. i. de ſen. exco. li. vi. facit tex. in. c. venerabilibus. §. vbi aūt. de ſen. exco. li. vj. iuncto. c. ſacro. j. de ſen. exco. d. anto. poſt Jnno. in. d. c. ab excōicato. in quarta charta. nam ſicut excōicatio iniuſta ualȝ lȝ ferri nō debeat. d. c. ſacro. ita abſolutio. d. §. ubi aūt. in. d. c. uenerabilibus. facit ēt qꝛ abſolutio ē fauoꝛabilioꝛ quā excōicatio. l. arianus. ff. de ac. ⁊ ob. notatur in. c. ex lr̄is. ſ. de pꝛob. ergo ſicut excōicatio per appellatōem non ſuſpenditur ita nec abſolutio. pꝛeterea abſolutio ita ſoꝛtitur executōem a iure ſicut excōicatio. ergo ita nec ſuſpendetur per appellationē ſicut nec excōmunicatio.

**Sollicitudinem.** Si excōicatus ab epiſcopo poſtquā appellauit ad papam ꝓponat ſimplr̄ querellam de eo coꝛaȝ archiepō de iniuſticia ſnīe renunciare uidetur appellationi ⁊ archieps cām audiet. ſecus ſi ꝯrium ꝓteſtetur. qꝛ tūc archieps non cognoſcet quod ſi fecerit appellare poterit niſi notorium ſit excōicationem nō tenere. h. d. ſm Jo. an. Diuiditur in duas. in pꝛima ponitur thema. in ſecunda deciſio ibi nos igitur. Nō pꝛimo ex tex. ibi ſe reputās cōtumacem ꝙ lata ſnīa interlocutoꝛia per iudicem ſi pars appellauerit iudex non tenetur deferre appellationi. immo pōt ipm appellantem contumacem reputare ⁊ excōicare ꝓpter contumaciam. c. tue. ſ. ut lit. non conte. ⁊ ſic duo habebit remedia ipe iudex pꝛimū quod dat tex. noſter excōicandi iſtum ut contumacem ex quo non uult deferre ipe appellationi quaſi reputet eam iniuſtam. ſcdm ē remedium ut ꝓcedat ſi natura cauſe patitur ad ulteriora ēt uſqȝ ad diffinitiuam pꝛocedi. qꝛ ille appellando videtur ꝓteſtari ꝙ non uult āmodo comparere coꝛam eo c. ij. de dolo ⁊ contu. li. vj. ita panoꝛ. hic. Nō. ex tex. ibi iuſticiam exhiberi ſm Bal. optimaȝ clauſulam apponendo in libello circa concluſionem ut libellans petat et concludat ſibi iuſticiam exhiberi. nam tunc conditio libelli extendetur ad omnia que ſunt de natura cauſe pꝛopoſite ⁊ facti narrati. concoꝛdat quod voluit Jo. an. in. c. cum dilectus. ⁊ ibi alij ſ. de oꝛd. cog. d. Anto. ⁊ panoꝛ. in. c. i. de offi. deleg. Jmo. in. c. ſi cautio in. viij. col. de fide inſtru. Bal. in. l. incerti. C. de interdict. in. l. pe. vl. fi. ff. de iuſti. ⁊ iur. ang. in conſi. xxvii. quod incipit. in dei noīe. ⁊ in conſi. cclviij. incip. tutoꝛ bal. in. l. edita in repetitione paduana. in. vij. charta. C. de edendo. ang. i. l. ſolemus. ff. de iudi. d. anto. in conſi. quod incipit punctꝰ queſtionis. paulus de caſtro conſilio. lxiij. incip. in chꝛiſti nomine. queritur pꝛimo. ⁊ ideo infert ꝙ ſi contra officialem in ſindicatu tu poꝛrigas libellum in quo petas iuſticiam tibi exhiberi cōcludet iſte libellus ut teneatur tibi n̄ ſolum ex dolo qꝛ fecit litem ſuam doloſe ſed etiaȝ ex magna impitia. ⁊ ſubicit ꝙ lȝ glo. in. l. ij. ff. quod quiſqȝ iur. uoluerit ꝙ ꝓpter imperitiam aſſeſſoꝛis agatur ꝯtra magiſtratū ꝙ fecit litē ſuam eius impitiā ſequendo hoc eſt verum ſi ſit magna impitia. ſecus ſi nō admodum magna. qꝛ tunc non teneretur magr̄atus. ſed aſſeſſoꝛ tātū.

Nō. ex tex. ibi. ſe ad eum ſtatum iuncto tex. ibi abſolutum denunciari ꝙ ſicut pendente appellatiōe nō impeditur denunciatio excōicatōis ut in. c. pꝛecedenti. v. uex. ita pen. ap. non impeditur denunciatio abſolutionis data cōpetentia iudicis ꝙ ſi talis iudex qui poſſit denunciare. ⁊ dato ꝙ denunciatio nihil de nouo inducat. ſ. qꝛ excōicatio nō tenuerit. Et per iſta met v̄ba ibi abſolutum infert hic bal. quod vbicunqȝ ē aliquod dubium iuris uł facti ꝯ aliquā ꝑtem etiam que videretur eſſe rea tamen poteſt agere in viā actionis concludendo in libello declarari ſe abſolutā uel declarari tale quod de iure uel de facto non tenetur. ⁊ ita voluit glo. in ſimili in. l. aurelius. §. ſi centum. ff. de lib. leg. ⁊ ibi Bar. i. l. ſi ꝯtendat. ⁊ ibi bar. ff. de fideiuſ. in. l. ſi finita. §. elegāter. ⁊ ibi bar. ff. de dā. infec. d. Anto. in. c. nam concupiſcentiā. ſ. de conſti. panoꝛ. in. c. ſin āt. ſ. de reſcrip. Jmo. in. c. ſignificauit. ſ. de teſti. Nō. ex tex. ibi. cognoſcere omnio nō ualet ꝙ appellatione interpoſita ad papā nullus inferioꝛ cognoſcere poteſt de illa cā neqȝ incidenti circa cam vel emergenti omnino ⁊ ſic nec in viam appellationis nec in uiā querelle nec nullitatis nec alio modo. facit tex. in ſimili in. c. qualiter ⁊ quādo ibi omnino fieri ꝓhibemus. ſ. de iudi. facit glo. in cle. i. in verbo oīmodam. de ſo. compe. ⁊ in cle. ut hij qui. in ver. oīmodo. de eta. ⁊ quali. ⁊ eſt ratio qꝛ per appellationem cauſa cum omnibus dependentibus deuoluitur ad ſuperioꝛem. ita ut etiam nullitas videatur coꝛā eo deducta ſi qua ē in ipa ſnīa. c. dilecto. ⁊ ibi videbimus. j. e. l. ſi expꝛeſſim. in pꝛin. ⁊ ibi bar. ff. eo. l. i. ⁊ ibi bal. C. quando ꝓuoc. Hoc tamen fallit niſi in caſu in quo nulla cāe cognitio requireretur. nam tunc iferioꝛ pen. ap. coꝛam ſuperioꝛe poteſt adiri. ita tex. hic ponderando a contrario uerba illa cognoſci non poſſit. Et ideo quando notoꝛia eſſet iniuſticia iudicis a quo excommunicant licet appellatio fuiſſet interpoſita ad papam. tamen ſuper excōmunicatiōe potuit archiepiſcopus adiri ⁊ denunciare poterit iſtum abſolutum uel illegitime ligatum ita tex. hic in uer. ſi uero notoꝛium. ⁊ eſt ratio qꝛ in notoꝛijs non requiritur cauſe cognitio. c. ad noſtram el. iij. ſ. de iur. c. euidentia. j. de accuſa. Et ideo cum abſolutio ad cautellam poſſit impendi pꝛeſtita cautōne abſqȝ alia cauſe cognitione. c. cum contingat. ſ. de offi. dele. c. ꝑ tuas. j. de ſen. exco. pendente appellatione coꝛaȝ papa a ſcō epiſcopi poterit excōicatus ab iſto epiſcopo petere ab archiepiſcopo ad cautelam abſolui ab excōmunicatione non obſtante ꝙ interpoſuerit appellationem ad papam. ita. d. Anto. hic. Fallit ſcdo quādo inferioꝛ a papa pendente appellatione adiretur circa cauſam de qua eſt appellatum. ⁊ tamen illud ſuper quo adiretur non reſpiceret ipſam cauſam appellationis. nec faceret pꝛeiudicium appellationi. nam tunc poſſet inferioꝛ adiri non obſtante appellatione ad papam interpoſita. ita tex. hic ibi. de his q̄ appellatōis cām ꝯtigere dignoſcūt a ꝯrio. Fallit tr̄io ubicūqȝ appellās renūciaſſȝ appellati

UVA. BHSC. IyR_025

oni expreſſe uel ēt tacite q꜡ eēt ꝯtentus ꝙ adeundo infe
riorē a papa uideretur renūciatum appellationi nec ī ꝯ
rium ꝓteſtatur ut hoc tex. ibi ꝓſecutioni renūciaſſe taci
te uideatur. nam tūc poſſet adire īferiorem a papa non
obſtante appellatione ſuper ipa met cā ſuper qua eſt ap
pellatum. Nō ex tex. ibi ſi vero notoriū ꝙ archieps in
fcō notorio pōt adiri a ſubdito ſuffraganei ſui ut ipm ab
excōicatōe abſoluat uel ꝓnūciet eam iniuſtam nō obſtā
te ꝙ in illa cā ſit appellatum ad papam. ⁊ hodie iſtud ē
regulare ꝙ archieps in tribus notorijs hꝫ ptātem ſupra
ſubditos ſuffraganeorū. c. romana. §. notoria. de cēſi.
li. vj. Sed elegantia huius deciſionis ſtat q꜡ ēt poſt īter
poſitam appellatōem ad papam hoc pōt. Nō ex tex.
ibi ad appellatōis beneficium ꝯuolare ꝙ ſi archieps cir
ca cām appellationis interpoſitam ab epo ad papam uł
circa attentata ꝑ ipm epm aliquid uelit inouare pte vo
lente renūciare appellationi ꝙ illo caſu eps pōt appella
re ab archiepo. ⁊ ſic lꝫ excōicationis ſnīam tuliſſet ad in
ſtātiā ptis tn̄ quaſi circa eā ab archiepo ipe eps grauēt
poterit appellare. quod nōte ad declarationem eorꝫ q̄
habentur in. c. venerabilibus in prin. de ſen. exco. li. vj.

Nō. ex tex. ibi ptes ſuas ꝙ appellatio deuoluit cauſā
nō ſolum reſpectu ipius appellantis ſꝫ ēt reſpectu oium
que habent ꝯnexitatem in cā. quod pꝫ. nam hic fuerat
ad papam appellatū ad inſtantiā priuati. pendente ap
pellatōe eps excōicauerat priuatum. priuatus ſuper fcō
excōicationis ꝯ epm detulerat querellam ad archiepm
de iniuſta excōicatione. uult hic tex. ꝙ per talem actum
ubi non adeſt ꝓteſtatio in ꝯrium vr̄ renūciatum appella
tioni īterpoſite ad papam que tamen reſpiciebat diuer
ſum ⁊ diuerſum articulū ob hoc ſuꝑ quo adibat̄ archie
piſcopus ſed rōe ꝯnexitatis ex quo aditur ſuper uno. ſ.
excōicatione vult ꝙ uideat̄ renūciatum ſuper alio. ſ. ap
pellatōe. ⁊ ſic ſuper principali. ita hoſti. panor. ⁊ Imol.
hic. Et quod plus ē vult tex. ꝙ iſto cāu uideatur deuo
luta cā non ſolum excōicationis ſuper qua reuocāda ad
hibatur archieps ſed ēt princ palis cā deuoluatur ſuper
qua fuerat appellatū ad papam rōe ꝯnexitatiſ quod pꝫ
per illa uerba metropolitanus ad cognoſceñ. de cā pōt
īterponere ptes ſuas in tex. poſita. certe niſi videret̄ ap
pellatum ad eum tam ſuper principali cā q̄ ſuper excōi
catione non poſſet archieps de principali cā inter ſubdi
tos ſuffraganei ſui ſe ītromittere. quia inter eos non hꝫ
ptātem niſi per appellationem regulariter. c. paſtoralis
in prin. ŝ. de offi. ord. ecce ergo qualr̄ aditio unius iudi
cis que ſapit appellatōem ſuper uno articulo ⁊ quo ad
vnam perſonam. ſ. epm excōicantem deuoluit cām con
nexam quo ad alias perſonas. ſ. principales in lite. Ita
hic panor. ꝑ hunc tex. dicens de neceſſitate id ita debere
ītelligi. ⁊ dicam. j. in oppōſibus. ⁊ hoc uoluit ang. in. l. ſi
ſuſpecta. in princi. in fi. col. ff. de inoffi. teſta. facit quod
notat Inno. in. c. q̄uis. ⁊ ibi per alios. ŝ. de re iud. faci
unt notata per Inno. in. c. cum ſuper. ŝ. ti. i. per Imo.
⁊ nouiſſimi in. l. a ſnīa. §. i. ff. eo. Nō. ex tex. ibi renū
ciaſſe ꝙ nō ſolum adeundo iudicē a quo uidetur renūci
atum appellationi. c. gratū. ŝ. de offi. dele. ⁊ dicam. j. ſꝫ
ēt adeundo quēcūqꝫ inferiorem a iudice ad quem eſt ap
pellatum ſuꝑiorem tamen iudicis a quo ſuper fcō uel de
pendentibus ab eo in quo appellatum eſt uidetur renū
ciatum appellationi quo ad primū ſuꝑiorem corāꝫ quo
fuerat introducta. ⁊ quod plus ē uidetur appellatō trāſ
lata ad illū inferiorem a iudice ad quem ē appellatuꝫ ſu
ꝑiorem tamē iudicis a quo. ita panor. hic. ⁊ fuit de men
te aliorū. Nō. ultimo ex tex. ibi ꝓteſtetur. ꝙ ꝓteſtatō
ꝯria effectui cōſecutiuo ex fcō impedit actum. q꜡ uidetur
ſibi ꝯrius ⁊ illō imitatur. vole ⁊ deſuole in vno momēto
Et ſic habetis tex. nō. ꝙ allegans ꝯria nō uenit audien
dus hꝫ tamen in. l. nō ſoluꝫ. §. morte. in. vij. col. ff. ď
op. no. nūc. intelligit ipe hunc text. ꝙ ꝓpterea ꝓteſtatio
ꝯtraria fcō iſto caſu nihil operetur eo q꜡ effectus facti non
dependebat ex ptāte ꝓteſtantis. ⁊ factum gerebatur cū
alio. nō mirum ſi ꝓteſtatio nihil oꝑatur. ſicut in ſimili ē
tex. in. c. cum. m. ferrarieñ. ŝ. de ꝯſti. tamen. j. latius de
clarabo. nam hic appellatio ſiue ꝯditio iſta que ſapit ap
pellatōem facta ab epo ad archiepm gerebatur cuꝫ alio
ſ. cum ipſo archiepo. effectus eius ꝙ derogaretur appel
lationi īterpoſite ad papam venit ex ꝯſequentia iuris.
q꜡ ſi vult ꝙ inferior cognoſcat de illa cā ergo uī renunci
are appellationi īterpoſite ad ſuperiorem. Et ſi dicatis
ītellect⁹ bar. ē ꝯ hunc tex. nam uult expreſſe hic tex. ꝙ ī
mo ꝓteſtatio ꝯtraria facto operet̄ effectum. quod patet
q꜡ actum impedit. ⁊ dicit tex. in fi. ꝙ iſte non ueniet audi
endus ſuper fcō. ſ. ſuper aditōe quam facit de archiepo
quaſi allāns ꝯtraria q꜡ Rx⁹tinē tex. ꝓcedere quando an
te actum celebratum qui fit cum ꝓteſtatōne ps opponit
ne actus fiat. nam tūc rōne ꝯtrarietatis que reſultat ex
ꝓteſtatōe ꝯtraria facto talis actus īpedietur ⁊ ꝓteſtatio
oꝑabitur effectum. Sed ſi hoc nō fuerit oppoſitum a ꝑ
te uel ēt iudice ⁊ actus fuerit celebratus tunc nō obſtante
ꝓteſtatōe actus ꝑfectus operabitur effectum. ⁊ ꝓteſtatō
nihil oꝑabitur. quia facto ꝯtraria. ⁊ ita uult tex. in uer.
cum autem qui appellauerat iuxta preſcriptam formam
ſ. cum ꝓteſtatione vt apparet. ŝ. in themate iuncto text.
ibi ꝓſecutioni renūciaſſe. nam clare uult ꝙ ſi quis appel
lauit ad papam pendente appellatōe fuit excōicatus ſu
per illa excōicatione adit archiepm cum ꝓteſtatōe de nō
renunciando appellationi ad papam interpoſite ꝙ illo
caſu ſi aditio coram archiepo ꝓceſſit q꜡ non fuerit oppo
ſitum uidetur renūciatum appellatōi ad papaꝫ interpo
ſite non obſtante ꝓteſtatione. Et ideo ex hoc fi. tex. īfert
hic Imo. poſt. d. Anto. dum dicitur ꝙ proteſtatō facto
ꝯtraria nihil operatur illud debet intelligi poſt actum ce
lebratum. ſed an actum celebratum operatur quia pote
rit opponi ꝯtra volentem gerere actum ꝙ non veniat
audiendus niſi proteſtationi renunciet tanq̄ ꝯtraria tē
tans. ⁊ facit quod notat glo. in cle. gr̄e. de reſcrip. ⁊ lati⁹
j. dicam in materia proteſtationis. ⁊ hoc idem uoluit pa
nor. hic. Alius fuit intellectus hic ad tex. noſtrum Io.
an. quem dicit veriorem hic. d. phil. ꝙ proteſtatio in ca
ſu noſtro impediat renunciationē appellationis. ſed nī
poſſit iudex ex officio opponere exceptionē uel etiā ps
aduerſa opponere exceptionem ꝙ iſte non debeat audi
ri tanq̄ allegans contraria. ⁊ ita tranſit cald. in rubrica.
eo. ti. conſi. v. ⁊ ſic uult ꝙ ſi non fuerit oppoſitum ꝙ ua
lebit actus geſtus coram illo iudice. nec per eum tamen ī
ducetur renūciatio appellationis. ⁊ ita intelligit tex. nr̄m
dum dicit ꝙ videtur renunciaſſe appellationi. ſ. quādo
non premiſit proteſtationem. ⁊ pro hac opi. facit dictum
Inno. in. c. cumana. ŝ. de elec. ubi dixit ꝙ in iudicijs pro
teſtatio actui contraria impedit actum fieñ. quaſi ſentiat
ꝙ non impediat perfectum. ⁊ pro hac opi. facit quod uo
luit Hoſti. ⁊ Io. an. in. c. ſignificauerunt. ŝ. de teſti. ubi
lꝫ adeundo iudicem a quo uidetur pars renunciare ap
pellatōi. c. gratum. ŝ. de offi. deleg. hoc uerum dicit niſi
pars proteſtetur ꝙ per hoc non intendit renunciare. nā
tunc proteſtatio conſeruabit appellationem. Et ideo di
xit ibi Imo. cautellaꝫ eſſe ut quando pro actu uadis ad
iudicem a quo proteſteris ꝙ non intendis renunciar̄ ap
pellationi tue. ⁊ facit ꝙ voluit Io. an. etiam in. c. fi. co.
ti. lib. vj. ⁊ pro iſta opi. adducit. d. phil. quod ſenſit hic
Imo. nam illa renunciatio appellationis eſt actus depē
dens ex uoluntate ⁊ poteſtate renunciantis ergo prote
ſtatio impediet eam. l. qui in aliena. §. celſus. ff. de acq.
here. Sed ut dixi in precedenti intellectu in caſu noſtro
illa renunciatio geritur cum alio. nec dependet ex mera
poteſtate renunciantis. nam adeundo archiepiſcopum
gerit cum eo actum ut eum faciat iudicem in eo articulo
ſuper quo aditur. Item non dependet ex mera poteſta
te renunciantis. imo naſcitur renunciatio ex effectu con
ſecutiuo ex iuris neceſſitate. nam ſi adit archiepiſcopuꝫ

UVA. BHSC. IyR_025

ſi vult ꝙ de illa cã cognoſcat de neceſſitate iuris ſequitur
renũciatio appellationis interpoſite ad papam. nam ex
quo vult ꝙ inferioꝛ cognoſcat uelit nolit reſultat preſũ
ptio ꝙ intẽdat recedere a ſuperioꝛe qꝛ alias inferioꝛ nõ
poſſet cognoſcere ut hoc tex. ibi olo nõ ualet. Sed da
to ꝙ ſit uerũ ꝙ dependeat a uolũtate unius renũciatio
appellationis. tamẽ ex quo geritur in actu facto cum tertio
talis proteſtatõ nõ habebit releuare indiſtincte. Sed ita
demum ſi ille tertius cõſenſerit qꝛ etiam in actu depẽdẽ
te ex uoluntate noſtra quẽ expedimus contrahẽdo cum
alio proteſtatio nõ operatur niſi illo cõſentiẽte. puta in
aditione hereditatis que dependet ex animo noſtro. tamẽ
ſi fiat cõtrahẽdo cũ aliquo ex creditoꝛibus hereditarijs
uel alio tertio proteſtatio nihil operatur niſi ille conſenſe
rit. ita imol. in. c. cũ. M. ferrarien̄. ſ. de cõſti. bart. i. d.
§. moꝛte in. v. col. quod notate ad limitationẽ. d. §. cel
ſus. ⁊ de veritate huius dicã. j. in materia. Tertius fu
it intellectus ad hũc tex. io. mon. in. c. in generali. ⁊ ibi
io. an. in mercurialibus in pe. col. de reg. iur. li. vi. queꝫ
ſentit etiam bal. in. l. pacta nouiſſima. in. iiij. col. C. de
pac. Et etiam ludo. de roma ſenſit in. d. §. moꝛte. ꝙ dũ
querimus an ꝓteſtatio facto cõtrario ꝑimatur diſtinguatur.
aut loquimur de facto verbali ⁊ tũc magis de facili operatur
aut de facto actuali. ⁊ tũc proteſtatio nihil operatur. ⁊ ita di
cunt hic eſſe caſum. nam intelligũt ꝙ hic adiretur archi
epiſcopus. Et ſic h̄ factũ interueniret actualiter iõ ꝓteſta
tio nihil operatur. ſed ꝑ talem actũ inducatur renũciatio appel
lationis. Et facit tex. in verſi. cũ aũt. ⁊ facit ratio qꝛ pluſ
eſt facto facere ꝙ̃ uerbo. c. dilecti. ⁊ ibi glo. allegat cõcoꝛ.
ſupꝛa eo. ⁊ pꝛo illa opi. adducitur tex. in. l. cum plures.
§. locatoꝛ hoꝛrei. ubi dicũt eẽ caſum pꝛo illa diſtinctione
ff. loca. Quartus ẽ intellectus quem uoluit Jmol. in
d. §. moꝛte. ⁊ in. d. c. cum. M. demum uiuitur ex rapto.
fuit do. anto. in repetitiõe. d. c. cum. m. i pꝛima cõbinatõe
in quarto caſu pꝛincipali. ⁊ uoluit ꝙ aut loquimur in ex
traiudicialibus ⁊ tunc proteſtatio facto contraria nihil
operetur. d. c. cum. M. aut loquimur in iudicialibuſ ⁊ tũc
pꝛocedat tex. noſter. qꝛ poterit proteſtans repelli tãquã
contrarius. ⁊ ſic intelligũt tex. noſtrũ ponere ius ſpecia
le in iudicialibus. de hoc tamẽ articulo an proteſtatio fa
cto contraria aliquid operetur dicam. j. Gl. in verbo
reſpõdemus. in fi. iſta glo. qꝛ opponi poſſet ad tex. ꝙ vi
deatur ſibi cõtradicere. pꝛimo dũ dicit ꝙ archiepiſcopꝰ nõ
põt cognoſcere de illa cauſa excõmunicationis. poſt hec
ſubicit papa ꝙ epiſcopus poterit appellare ab iſto archi
epiſcopo. poſtea ſubicit ꝙ imo poterit abſoluere ſi iniu
ſticia ẽ notoꝛia. poſt hec in uerbo cũ autẽ. videtur cõtradi
cere pꝛedictis. qꝛ dicit ꝙ archiepũs poterit cognoſcere. iõ
facta eſt illa glo. que ad pꝛimũ reſpõdet ꝙ una erat que
ſtio an archiepiſcopꝰ poſſet cognoſcere ex quo appella
tio erat interpoſita ad papam de ſentẽ. epi. item facta eſt
glo. in uerbo in quo que vult ꝙ duꝫ papa vult ꝙ epũs
poſſit appellare reſpõdeat alteri qõni. nõ autem pꝛime
poſt hec facta ẽ glo. in uerbo notoꝛium que vult ꝙ dum
papa loquitur de notoꝛio nõ reſpõdeat ad pꝛimã qõnẽ.
Sed ad aliã incidentẽ. poſt hec facta ẽ glo. in vſi. Cum
autem que vult ꝙ papa ibi nõ attingat nec qõneꝫ õ no
toꝛio nec qõnẽ an epũs poſſit appellare. ſꝫ qõnẽ pꝛĩcipa
lem ſuper qua fuit pꝛopoſita cõſultatio. ⁊ ſic per diſtinctõ
nem ceſſat ꝯtrariũ. ⁊ per hoc remanẽt expedite iſte qua
tuoꝛ gloſelle. Panoꝛ. hic quicquid dicat. d. Anto. qui
ſꝫ eũ ⁊ imol. hic male loquitur dicit ꝙ papa in illa decre
tali pꝛĩcipaliter fuit cõſultus. an archiepũs poſſit cogno
ſcere de appellatõe interpoſita de epo ad papã ⁊ pꝛo õ
cidẽda illa qõne iſta alia mẽbꝛa iterſerit ad plenioꝛẽ intel
ligẽtiã reſpõſionis. Et iõ dicit hic bal. ꝙ ſex h̄ papa deci
dit qõnes. pꝛio ꝙ archiepũs nõ cognoſcit de appellatio
ne iterpoſita ad papã. ſcdo ꝙ nõ cognoſcit ẽt de attẽta
tis circa dictã appellatõꝫ. tertio ꝙ ſi uelit cognoſcere i ꝑ
iudiciũ iudicis a quo puta de excõicatõe iniuſta ab eo la

ta ꝙ põt appellari. quarto ꝙ ſi notoꝛie factũ iudicis a
quo ẽ idiſcretũ lꝫ appellatũ ſit ad papã tñ archiepũs illꝰ
iudicis poterit h̄ factũ notoꝛiũ declarare iniuſtũ. quinto
ꝙ ſi adeũdo archiepũm nõ proteſtatur õ cõſeruãda ſua ap
pellatõe uidetur renũciare appellatõi. ſecꝰ ſi proteſtetur ⁊ nõ
opponatur. ſꝫ aliquid faciat corã archiepo. ⁊ ita intelligit
bal. vſ. cũ aũt. ⁊ ſic cõcoꝛdat cũ intellectu io. an. hic. ſ. rela
to. ſexto decidat ꝙ ſi ꝓteſtatur ꝙ nõ itẽdit appellationi re
nũciare tãquã ſibi ꝯrariuſ nõ ẽ audiẽdus. Capio glo. in
vbo cognoſcere i fi. circa rõneꝫ dubitãdi ⁊ decidendi ad
tex. gl. bñ loquitur qꝛ ad ꝯrariũ. d. c. ꝓcedẽti. qd uẽit a foꝛtio
ri. nã ſi pen. ap. põt quis denũciari excõicatꝰ ut ibi glo.
cũ abſolutio ſit magis fauoꝛabilis. poterit pen. ap. denũ
ciari abſolutꝰ qd vr̃ ꝯ tex. noſtrũ. dicite ꝙ ibi ꝑ denũcia
tõꝫ excõicatõiſ nullũ fiebat ꝑiudiciũ appellatõi. iõ denũ
ciari põt excõicatꝰ. h̄ aũt ꝑ denũciatõꝫ abſolutõis cũ nõ
poſſit denũciari iniuſta excõicatio uel ab eo abſolutõ fie
ri tãꝙ̃ iniuſta requiritur cãe cognitio q̃ ꝑiudiciũ faceret cãe
appellatõis. qꝛ huiuſmõi cognitio ſpectat ad iudiceꝫ ad
quẽ ẽ appellatũ. nõ mirũ ergo ſi pẽdẽte appellatõe non
põt denũciari abſolutus ꝑꝑ iniuſtã excõicatõꝫ. ⁊ iõ cum
qñ notoꝛiũ ẽ iniuſtã eẽ excõicatõꝫ nõ requiratur cãe cogni
tio illo cãu põt pen. ap. denũciari abſolutus ut in vſ. ſi
uero notoꝛiũ dixi in tex. Gl. i vbo epũs ibi tãquã eius
intereſt. glo. nõ bene remouet ꝯrariũ ꝙ iſte epũs nõ poſſit
ſe ꝑ appellatõꝫ adiuuare ex quo excõicãdo poſt illam ap
pellatõem nõ detulit regula ex eo. õ reg. iur. lib. vi. uos
dicite ſꝫm Jo. an. h̄ ⁊ alios ꝙ hic epũs nõ dicebat ꝯrariũ eiꝰ
qd pꝛio dixit appellationẽ ipugnãdo. qꝛ nec nũc fatetur
appellationẽ iuſtã fuiſſe. Sꝫ dicit ꝙ ſiue iuſta ſiue iniuſta
cũ ẽt huius declaratio nõ ſpectet ad eũ iuriſditio in iſta
cã ẽ penes ſupioꝛẽ. uel aliter iſte epũs erat appellatus ⁊
ſic reꝰ. Et iſta ẽ regula ꝙ reꝰ uarijs ⁊ ꝯrarijs remedijs uti
põt lꝫ nõ actoꝛ. ut nõ. i regula nullus pluribꝰ de reg. iu
ris. li. vi. iõ põt nũc ꝓtextu appellatõis ſe adiuuare. In
ea. i fi. qꝛ rõ gl. ẽ ꝑplexa. uoſ dicite clariꝰ ſꝫ io. an. ⁊. d. an
to. ꝙ ꝑꝑea iudex a quo non cognoſcit an appellatio ſit
iuſta uel iniuſta. lꝫ h̄ i cõſequẽtiã uideatur reſpicere an ſua
ſit iuriſditio an nõ. ⁊ tñ regulariter quilibꝫ iudex cognoſcit
an ſua ſit iuriſditio qꝛ ius i cã appellatõnis deuoluit ẽt i
iſto articulo. iuriſditionẽ ad aliũ. c. dilectus. el. ij. ſ. õ re
ſcrip. ſ. ad iudicẽ ad quẽ. ⁊ fac ſiľe adductũ i gl. quia iu
dex nõ cognoſcit õ ſuſpitõe ꝯ ſe oppoſita. ex quo ius i h̄
arti. iuriſditõꝫ dedit alij. ſ. arbitris. c. ſuſpitionis. ſ. õ of.
dele. c. cũ ſpãli. ⁊ ibi uidebimus. j. eo. Sꝫ ſcda rõ cum ſit
poſitiua ⁊ ſic refugiũ miſeroꝛum dicẽdo; qꝛ ius ita uoluit
iuxta gl. i. l. filiũ quẽ abſentẽ. C. fami. herc. iõ maioꝛi de
claratõe idiget quare ius hoc cãu trãſtulit iuriſditõeꝫ in
aliũ potius ꝙ̃ i alijs cãibus. ⁊ rõ ẽ huius ſꝫm panoꝛ. nã
appellãs dicit ſnĩam iniuſtã uel nullã. ⁊ ſic i aliquo ſigil
latur uel nota aut offenſa afficitur iudex a quo. iõ ſicut in
cã pꝛĩcipali eẽt ſuſpectus. iõ ẽt i hoc articulo an ſit iuſta
uel iniuſta appellatõ ex quo nõ. ipe uel leditur erit ſuſpe
ctus. faciũt nota i. c. ad hec. el. i. ſupꝛa eo. facit ꝙ uoluit
bar. in ſimili in. l. quidã cõſulebat. ff. de re iudi. q̃ notat
d. anto. i. c. ſuꝑ litteris. ſ. õ reſcrip. in alijs aũt cãibus ñ
ita afficitur ꝑſona iudicis ex declinatoꝛia iuriſditõis. nõ
mirũ cũ nõ pꝛeſumatur multum affectus ſi põt cognoſcere
an ſua ſit iuriſditio uel ne. Et facit qd nõt bart. i. l. ij. ff.
ſi quis i ius uoc. nõ ier. Et iõ ẽt iſtis cãibus ſi eẽt aliqua
ꝑſũptio ꝯ iudicẽ ꝙ nimis afficeretur ad retinen̄. cãm ñ poſ
ſet cognoſcere an ſua ſit iuriſditio. puta ꝑꝑ ꝯmodũ ſpoꝛ
tularũ ꝙ ſit magnũ iuxta gl. i. l. de iure. ⁊ ibi nõt barto.
ff. ad munici. ⁊ bar. i. d. l. ij. ⁊. d. ant. ⁊ panoꝛ. i. d. c. ſuꝑ
lr̃is. uel puta qꝛ aſſumẽt ipe uices ptis i defendẽda iuriſdi.
nã tũc nõ cognoſcit an ſua ſit iuriſdi. ita gl. nõ. i. c. ſtatu
tũ i pꝛi. i vbo copia. de reſcrip. li. vi. Et iõ iſert h̄ pa
noꝛ. nũquid ubi iudex ꝓcedit per iquiſitionem poſſit co
gnoſcere an ſua ſit iuriſdi. ⁊ uidebatur dicẽdũ ꝙ ñ. ex quo
aſſumit uices ptis ipe iudex. Et ita alle. d. anto. tenuiſſe

UVA. BHSC. IyR_025

in.ð.c.ſuper litteris. ſed ipſe tʒ cōtrariū qꝛ hic nō aſſūit
ſpōte uices partis. ſed coactus ipe iudex exquo nō ē ali⁹
accuſatoꝛ. qđ notate ad limitationē.ð.glo.in uerbo co
pia. nā tūc nō redditur tātū ſuſpectus imo poſſumus di
cere ꝙ iudex nō ſupplet uices ptis i inquiſitōis.ſ.accuſa
toꝛis. Sʒ ē fama que repꝛeſentat accuſatorē.c. qualiter
ꝛ quādo el grāde. ibi nō tanquā idē ſit actoꝛ.j.de accu.
Et ꝓ iſta cōcluſione panoꝛ. adducit tex.i.c.cū pſone.ð
pꝛiuilegijs li.vi. Gl.i v̄bo declarare ibi.ſʒ nō credo.
Glo male loquitur qꝛ imo ſi mādatū epi ē notoꝛie indi
ſcretū tūc nō ſolū denūciabit archieps excōicatōʒ nō ua
lere.ꝛ ſi opus ſit abſoluet. Sʒ ēt denūciabit mandatum
pp qđ fuit excōicatus eē iniuſtū. qꝛ illa denūciatio cū fiat
ſuper notoꝛio potius dicit̄ extraiudicialis ꝙ iudicialis.
ita hoſti. hic ꝛ poſt eū alij. In fi.gl.glo.ſaluari pōt ut
bn̄ loquat̄ cāu quo notoꝛiū nō eēt mandatū eē iniuſtuʒ
quo cāu iudicialis denūciatio requirit̄ ꝛ ſic cāe cognitio.
iō ad hoc ut archieps poſſit hoc facere requirit̄ ꝙ ſit re
nūciatū appellatōi iterpoſite ad papā.ut vult gl.ꝛ tunc
abſoluere ꝛ denūciare mādatū iniuſtū poterit. Sʒ cō
tra extra gl.opponitur ꝙ imo archiepſ nō poſſit cogno
ſcere ēt ſi ſit renūciatū appellatōi.ð.c.ſignificaſti.ǝ.ð fo
ro cōpe. ubi quādo cā ē coꝛā ſuo iudice nō pōt adiri ali⁹
ſine cōſenſu eius coꝛā quo ē itroducta cā.ꝛ melius facit
c.pꝛopoſuiſti.ǝ.de foꝛo cōpe.ergo exquo cā ē coꝛā papa
niſi papa cōſentiat nō pōt adiri inferioꝛ. ēt ſi renūcietur
appellatōi. Dicite ꝙ iſtō ꝓcedit i ꝓrogatōe q̄ fit recedē
do a ſuo iudice oꝛdiario ꝓpꝛio ꝛ imediato expſſe ð cōſen
ſu ptiū. Nos loquimur de ea que tacite iducitur a.l.ex fa
cto ptis renūciantis.qđ ē i ptāte ſua iuxta nota.i.l.poſt
quā liti.C.de pac.ꝛ iſto caſu i tacita ꝓrogatōe que fit a
iure nō requirit̄ cōſenſus oꝛdinarij.c.dilecti.ǝ. de foꝛo.
cōp. Secūdo opponit̄ de.c.cū ſup.ǝ.ti.i.de le.ſi un⁹
v̄ſi.aut oīa.ff.de pac.ꝛ toto titulo.C.res inter ali.act.
nam hic archieps fuit aditus cōtra epm ergo uidebit̄ re
nūciatū appellationi quo ad factū epi nō aūt quo ad fa
ctū ptis alterius. Innocē.ꝛ.ð.anto.hic fatētur ꝯtriū qđ
renūciatū ſit hic appellatōi ſolū quo ad retractioneʒ ex
cōicatōiſ ꝛ ſic factū epi. ſʒ negocio pꝛīcipali renūciatō ap
pellatōis nō piudicet. Hoſti.imol.ꝛ panoꝛ.tenēt ꝙ illa
renūciatio pꝛeiudicet ēt pti nō ſolū epo.ꝛ ſic archiepus
cognoſcet de negocio pꝛīcipali ꝛ ē ꝛ excōicatōe.mouētur
qꝛ de cōnexis idē ē iudiciū.c.trāſlato.ǝ.de cōſti. Sʒ ꝯne
xitas cāe ē iter pꝛīcipalē ptē ꝓ qua iudicauit eps ꝛ ipm
epm excōicātē.ergo renūciatio facta quo ad epm. ꝓde
rit ēt ꝛ nocebit quo ad ptē. Secūdō mouetur imol.per
tex.noſtrū qui vult ꝙ appellationi uideatur renūciatuʒ
certe appellatio fuerat iterpoſita a pte ꝯ aduerſariū.nō
aūt ꝯ epm excōicātē.qꝛ eius pſona h̄ nō attēdit̄ i appel
latōe.c.uenerabilib⁹.i pꝛi.de ſen.ex.li.vi. ergo itellige
mus renūciatū appellatōi.ſ.quo ad id ſup quo ē appel
latū.ꝛ ſic quo ad ptē pꝛīcipalē appellātē. ꝛ omne nego
ciū pꝛīcipale. Nec obſtat ꝙ p additōeʒ iſtā archiepi nihil
geritur cū pte aduerſa appellata cū adeat̄ ꝯ epm.qꝛ ex
quo p tale factū declarat animū eē ſuū recedendi ab ap
pellatōe exquo vult ꝙ de attētatiſ cognoſcat iferioꝛ a pa
pa idu͡cit̄ renūciatio appellatōis. ꝛ i renūciatōe iur̄ ſui n̄
requirit̄ pn̄tia ptis aduerſe.c.ueniēs.ꝛ ibi nō.ǝ.ð renū
cia.qn̄ renūciatio pficitur ſolo aīo renūciātis. nā anim⁹
pōt declarari abſente parte.l.pōponius ſcribit ſi negoci
uʒ.ꝛ ibi nō.ff.ð neg.geſt.bar.i.l.fulcini⁹.§.qđ ſit latita
re.ff.ex qbi.cau.i poſ.ea.iō i iſta renūciatōe appellatōiſ
nō attēdit̄ an cū pte appellata ſit aliquid geſtum uel nc.
Tertio adducit panoꝛ.tex.nr̄m ibi tanquā aduerſa pe
[illegible]a.nā ſi p additōʒ iſtā ſolū piudicaret̄ i facto epi nō i ne
gocio pꝛīcipali.exquo factū epi ē ſepabile a negocio pꝛin
cipali iſte ꝓteſtās ꝙ nō itēdit renūciare appellatōi nō ð
beret repelli tanquā ꝯtrius.qꝛ circa diuerſa bn̄ admittit̄ ꝯ
rietas gl.i.c.nullus pluribus de reg.iur.li.vi.exquo er
go iſte in tex.dicitur ſibi cōtrarius.ꝛ tamē ſolū ꝓteſtaba

tur de appellatōe ꝯſeruāda.ergo de neceſſitate uenit di
cēdū ꝙ p iſtā aditionē ſit piudiciū appellatōi ſup cā pꝛīci
pali. Tertio opponitur cōtra pꝛedicta archieps n̄ po
teſt eē iudex i cā ſubditoꝛū ſuffraganei ſui regulariter ni
ſi p appellationē.c.paſtoꝛalis.i pꝛi.ǝ.de offi.oꝛ.qūo er
go dicemus ꝙ hic iſte archieps cognoſcat de cā pꝛīcipali
cū p appellationē nō ſit aditus. ꝛ lʒ tex.dicat ꝙ uidetur
renūciatū appellatōi iterpoſite ad papā non tamē ſeqi
tur ergo appellatū ē ad archiepm.qꝛ hoc nō apparet ex
tex. So.dicit panoꝛ.ð neceſſitate dicēdū eē ꝙ p aditōeʒ
archiepi hic duplex effectus reſultet.pꝛīo renunciatio ap
pellationis iterpoſite ad papā.ſcđo trāſlatio eius appel
latōis i pſonā archiepi. ꝛ ſic ex toto p renūciationē iſtaʒ
nō extinguitur appellatio.ſʒ transfertur de uno ſupioꝛe
ad aliū. Perinde hētis elicere unū mirabile ꝙ nō ſoluʒ
licitū ē ante citationē emanatā renūciare inſtātie ſaluo
iure cāe ut nō.i.l.poſtꝙ liti.C.ð pac. Et ēt in cā appel
latōis renūciare appellatōi iā interpoſite.c.directe.ǝ.e.
c.interpoſita.§.ille deniqʒ.j.eo.etiā ſi ſit iterpoſita ad
papā.c.quāuis p locū a ſpāli de elec.li.vi. Sʒ ēt licitum
ē renūciare appellatio i interpoſite ad papaʒ ita ut p h̄
ſn̄ia nō trāſeat i rē iudicatā.ſʒ papa tantū deſinat eē iu
dex.ꝛ trāſferat̄ appellatio ad aliū.qđ eo magis ē notan
dū pp ꝯtriū formatū.ǝ.i pꝛīa oppoſitōe. Quarto op
ponit̄ de.c.cū ueniſſēt.ǝ.de eo qui mit.in poſ. ubi fuit
aditus iferioꝛ a papa.ꝛ tamē p h̄ nō renūciat̄ appellatō
ni interpoſite ad papā. So.ibi additio iferioꝛis nō fuit
acceptata a pte aduerſa. nec conſenſit illi aditioni. imo
ꝯdixit. Et iō ſuccedit regula.c. ex eo ꝙ quis impugnat
ſe iuuare nō pōt de reg.iur.li.vi.ppea hētis ꝙ de neceſ
ſitate iquātū h̄ dicit̄ renūciatū fuiſſe appellatōi p aditio
nē archiepi dʒ itelligi ꝙ illud factū nō impugnabatur a
parte.ſ.epo.imo ꝙ ipe cōſenſit ut adiret̄ archieps pmit
tēdo actū fieri coꝛā eo. De itellectu tamē.c.cū ueniſſēt.j.
dicā i ſequēti gl.i limitatōibus. Quinto ꝛ ultīo oppo
nitur.ꝙ imo archieps potuerit adiri ſup iniuſta excōica
tione.qꝛ ex ſeperat̄ nō infert̄. vulgata.l.pāpinian⁹ exu
li.ff.de minoꝛ.ſʒ cā iniuſte excōicatōis late poſt appella
tionē ē ſepata ab appellatōe.qꝛ ſup ea potuit adiri archi
eps p aliā uiā.ſ.i uiā querelle.c.ad repꝛimenī. ſup ð of.
oꝛ.ergo p hoc qđ ſit appellatū ad papā nō impediet̄ po
teſtas archiepi aditi p querellā. So.dicit hic imol.ꝙ ex
quo appellatio deuoluit cām nullitatis ꝛ ſup pꝛīcipali ꝛ
ſup attētatis ꝙ iō archieps non poſſit ēt de nullitate at
tētatoꝛū cognoſcere p querellā.qꝛ illa cognitio ē deuolu
ta ad papā.ꝛ hoc ſenſit tex.ibi. nos igitur ēt faciunt que
uidebimus i.c.dilecto.j.eo. Glo.i v̄bo renūciaſſe i fi.
hētis ex gl.relata ad tex.noſtrū.ꝛ ad tex.c.gratū. queʒ
allegat ꝙ ſi appellās adit iferioꝛē a iudice ad quē appe
lauit. Aliū tn̄ ſupioꝛē iudicis a quo uel adit poſt appella
tionē ipm iudicē a quo ꝙ uidetur renūciare appellatio
ni.ꝛ illa ſit uobis regula. Fallit pꝛīo quādo ille alius
uel ēt ille iudex a quo adirētur ut mediatoꝛes ad cōpo
nēdum ptes.nā tūc nō uidet̄ renūciatū appellatōi. Ita
hoſti.in.ð.c.cū ueniſſēt qui ita itelligit iſtuʒ tex.facit qđ
notat gemi.i.c.ſi a iudice.eo.ti.li.vi.ubi vult ꝙ p aditō
nē extraiudicialē factā de iudice a quo nō uidet̄ renūcia
tū appellationi. Fallit ſcđo qn̄ iſte alius iudex uel iu
dex a quo ſe interponerēt i cā ad eaʒ inſtructā remitten
daʒ nō ad iudicādaʒ uel cognoſcēdā.nam tūc nō uidetur
renūciatū appellatōi quicquid gerit pars cū iſtis inſtru
ctoꝛibus.ita ſm aliū intellectū intelligitur.ð.c.cū ueniſ
ſēt.ꝛ ibi.ð.anto.ꝛ panoꝛ. Tertio fallit quādo ille in
ferioꝛ hēret ex pꝛiuilegio ut poſſet cognoſcere de appel
lationibus interpoſitis ad ſuperioꝛem ut dicit̄ de legato
marchie ꝙ hēat pꝛiuilegiū cognoſcēdū de appellationi
bus interpoſitis ad papā.tūc ſi adeatur talis inferioꝛ n̄
uidetur renunciatum appellationi interpoſite ad papaʒ
ita inno.ꝛ bal.in.ð.c cum ueniſſēt.qui ita intelligūt illū
tex. Quarto fallit quādo aditur inferioꝛ iudex a quo

UVA. BHSC. IyR_025

ut reuocet grauamẽ uel alius inferioꝛ. tũc nõ uideť renũ
ciatũ appellationi. ita ẽ tex. in. d. c. cũ ueniſſet. ⁊ ibi Jo.
an. ⁊ panoꝛ. faciunt notata i. d. c. ſi a iudice ⁊ que. j. dicã
Quinto fallit quando actus geſtus coꝛã inferioꝛe uel
ipſo iudice a quo impugnatur a pte nec acceptatur. naȝ
tũc per talẽ actũ nõ renũciatur appellationi. ideo cautel
la ẽ acceptãdi in ptibus ⁊ punctis facientibus pro me. d.
c. cũ ueniſſet. ubi ẽ glo. ⁊ doc. Sexto fallit quando in
iſto actu facto coꝛam inferioꝛe uel iudice a quo inſeritur
ꝓteſtatio de nõ renũciando appellationi. nam tũc ñ re
nũciatur. cãus ẽ hic ſm intellectũ relatũ. ŝ. ſecundo loco
ex mẽte Jo. an. ⁊ faciũt que ibi dixi. Septio fallit qñ
appellãs compareret coꝛã altero ex dictis iudicibus ad ĩ
pediẽdum executionẽ ſnie. naȝ tunc ñ uidetur renũciare
appellatõi. Jta. d. de rota deciſ. ſua. cccclxvij. que icipit
itẽ ſi ille. Jta. d. Ant. in. c. quod ad cõſultationẽ. ŝ. ti. i.
Octauo fallit quando actus ille geſtus ab appellante
coꝛam dictis iudicibus ſonat ĩ pati tantum ⁊ non in age
re. puta qꝛ iudex poſt appellationẽ aliquẽ excõicauit. ⁊
iſte precauet ſibi ꝙ nõ ĩmiſcet ſe diuinis. certe p hec non
uidetur exequi preceptũ iudicis. ita ut uideatur renũcia
re appellationi. ita innoc. in. c. olim el iij. ŝ. de reſt. ſpo.
ita io. an. ⁊ ibi alij ĩ. c. quod ad cõſultationẽ. ſupra ti. i.
ita ludo. de roma. in. l. i. in. xxvij. col. ff. de arb. faciunt
notata p bar. in. l. nõ fatetur. ff. de confeſ. ⁊ in. l. nõ uti
qȝ. ff. de excep. Nono fallit quãdo iudex a quo detuliſ
ſet appellationi ⁊ eẽt delegatus. nam ex quo abdicauit p
delationẽ totã iuriſditionẽ a ſe ita ut reaſſumere eaȝ nõ
poſſit. c. cum appellationibus. eo. ti. li. vi. uideť iſto cãu
clariſſimuȝ ꝙ ſi adeatur cum nec ſit nec poſſit eẽ iudex ñ
renũciatur appellationi. ita rota deciſ. ſua. ccdx. que ici
pit ex hoc inſurrexerũt circa fi. in oꝛdinario aũtẽ ſecus.
ut dicunt ipſi. Decimo fallit ubicunqȝ aditur iudex a
quo ad oſtendendũ ſibi ꝙ grauauit ut de facili inducať
ad reuocationẽ. tũc nõ renũciatur appellationi. ita glo.
i. d. c. ſi a iudice in ṽſ. tenẽis. ⁊ ita panoꝛ. in. d. c. gratũ.
Undecimo ubicũqȝ ex aditione alicuius ex dictis iu
dicibus apparet ꝙ potius aditur ad excludendam pote
ſtatem ſuam quã ad dandum ei nouam poteſtatẽ uel cõ
ſeruandũ antiquã. tũc poteſt adiri nec renũciatuꝛ appel
lationi. hanc regulam facit rota in deciſ. cdxxx. que icipit
item licet in fi. ⁊ faciunt notata in. d. c. ſi a iudice. ⁊ in. d.
c. gratũ. Duodecio fallit reſpectu appellatõis iterpo
nende. nam ſiue pars ſuſcipiat ab altero ex dictis iudici
bus intra. x. dies ad appellan terminũ ad opponẽdum
declinatoꝛias. ſiue aſſignetur ſibi terminuſ uel fiat alius
actus reſpiciẽs executionẽ ſentẽtie. puta terminus ad ſol
uẽdum ⁊ illi cõtradicat ſiue fiat alius actus nõ reſpiciẽs
executionẽ ſentẽtie uel terminus aſſignatur ñ reſpiciẽs
executionẽ ſentẽtie ⁊ pars taceat nõ expꝛeſſe ꝯſentiẽdo
iſtis caſibus nõ uidetur renũciatum appellationi inter
ponende. ſecus ſi terminum ad ſoluẽduȝ ſuſciperet. uel
ſponte compareret ad gerẽdum aliquid coꝛam dictis iu
dicibus tanquã iudicibus. tũc renũciaretur appellatiõi
ẽt interponẽde ita limitatur ⁊ ꝓdeclaratur dictum aureuȝ
Jnno. hic ⁊ per docto. hic ſcrib. ⁊ ita uoluit. d. Anto. ⁊
poſt eum panoꝛ. ⁊ Jmo. in. d. c. quod ad cõſultationem
notat imol. ⁊ panoꝛ. in. d. c. gratum. ⁊ ẽt Bal. aliquid ⁊
ibi bonus tex. in. l. ad ſolutionẽ. C. de re iudi. Et ludo.
in. d. l. i. in. xxij. col. Jmol. in. c. ſignificauit in. ij. col. d̃ te
ſti. Deciotertio fallit quo ad hoc ut poſtea iudex ad
quem cognoſcat de attẽtatis poſt appellationem in uiaȝ
nullitatis. nam licet millies ſit renũciatum appellationi
adeũdo iudicẽ a quo uel alium eius ſuperioꝛẽ ut ſtat re
gula. tamẽ iudex ad quem cognoſceť de attẽtatis in uiã
nullitatis. cãus ẽ ſm aliũ intellectũ in. d. c. cum ueniſſent
⁊ ibi Jo. an. panoꝛ. ⁊ imol. faciunt notata in. c. lȝ de ſen
tẽtia excõ. li. vi. ⁊ dicta in. c. ſe. ŝ. eo. Decioquarto fal
lit quãdo excõicatus petit abſolutionẽ a iudice a quo. p
hoc nõ renũciat appellationi iuxta ea que habẽtur in. c.
per tuas. j. de ſen. ex. ⁊ dixi in. c. qua fronte. ŝ. eo De
cimoquinto fallit quãdo pꝛemiſſa proteſtatione aliquid
geritur cum dictis iudicibus. ⁊ aduerſarius opponit ne
actus procedat ratione ꝯtrarietatis. nam tũc nõ renun
ciatur appellationi. ut hoc tex. in fi. ⁊ dixi. ŝ. in. i. intelle
ctu. Glo. in uerbo aduerſa ibi. c. ſicut. el. i. ille tex. ni
hil obſtat qꝛ nõ erant ex toto cõtraria. lȝ pꝛĩa facie pꝛeſu
mať. põt enim eẽ ꝙ quis erit inſanus ⁊ tamẽ timebit d̃
moꝛte. Jn ea. ibi. §. ſed nec impuberis. ibi contraria
allegans utebatur cõtrarijs in diuerſa inſtañ. ⁊ iam ĩ p̃
ma ſuccubuerat. ita bar. ibi. nos loquimur in eadem in
ſtañ. ⁊ ita glo. in. c. nullus pluribus. de regu. iur. lib. vi.
Jn ea. ibi. c. auditis ibi allegans contraria allegabat
talia cõtraria que effectu ſe cõpaciebantur inuicẽ. hic au
tem effectu illa ꝯtraria erãt incõpaſſibilia. ita glo. in. d.
c. nullus pluribus. Jn ea. in fi. dicite circa queſtioneȝ
de litis ꝯteſtatiõe facta cũ proteſtatione ꝙ gl. male loqui
tur in pꝛima parte. ſȝ bene in ſcda. qꝛ cũ proteſtatio fit
ſuper actu dubio qui põt ſe habere ad diuerſos effectuſ
tunc bene reſtringit effectũ actus. tex. ẽ in. c. cum. M. fer
rarieñ. ponderando ſecũdam proteſtationẽ. ŝ. de cõſti.
Sed reſpõſio que fit libello põt ſe habere ad effectuȝ ut
uelit litem cõteſtari per hanc reſpõſionẽ in. c. unico. ŝ. d̃
lit. ꝯteſta. põt ẽt ſe hẽre ad effectũ ut inſtruat iudicẽ non
ut lit̃ ꝯteſtetuꝛ. ideo proteſtatio cũ hac reſponſione ema
nans illo cãu hȝ declarare reſpõſionẽ reſtringẽdo ad ef
fectum ſolũ ut inſtruat iudicẽ. ergo p hãc proteſtationeȝ
ĩpedietur lit̃ ꝯteſta. ita. d. Ant. hic. Sed clarius in. d. c.
unico. ⁊ ibi panoꝛ. ita bar. in. l. unica. C. de lit. ꝯt. Duo
bus tamẽ cãibus ſaluaretur pꝛĩa opi. glo. quãdo ex ĩter
uallo poſt proteſtationẽ reſpõdiſſet libello. nam tũc cuȝ
ꝓteſtatio nõ trahatur ad futura que fiunt ex lõgo inter
uallo. ut uoluit Jnno. in. c. cumana. ŝ. de elec. Jo. an.
i. c. i generali in mercu. de reg. iur. li. vi. ⁊. j. dicã. ideo ta
lis proteſtatio nõ impediet lit. ꝯte. Secũdo ſaluabiť cãu
quo reſpõſio cũ ꝓteſtatiõe nõ fuit acceptata a iudice ſm
do. Anto. i. d. c. unico. uel ſm panoꝛ. ibi nõ fuit accepta
ta a iudice. ⁊ pars rñdet poſtea pure. nã uideť recedere
a proteſtatione ut cõdeſcẽdat ĩ uolũtateȝ iudicis. Jn
quãtũ aũt glo. ſe remittit de materia ꝓteſtatõis. Jncipe
caliope libẽt hic cõſiſtere nõ ẽ cantandũ. res uera agiť.
narrate puelle pierides. pꝛoſit in uos dixiſſe puellas.
Pꝛio queritur quid ſit ꝓteſtatio. io. mona. ⁊ io. an.
in. d. c. in generali. dicũt ꝙ proteſtatio ẽ clamoſa atteſta
tio ad cautellã faciẽtiũ cã inuẽta. Adducit tex. quid ſit cla
moſa in. c. ſanctoꝛũ. ibi pro clamatõe ſinodali. ſup̃ de p
ſcrip. Bar. in. l. nõ ſolũ. §. moꝛte. ff. de oper. no. nũci. re
pꝛehẽdit iſtam diffinitionẽ nam uerbũ. clamoſa. uocalẽ
actum impoꝛtat. ⁊ ſic uidetur illa diffinitio inferre ꝙ nõ
ſit proteſtatio niſi que fit uerbo qđ ẽ falſum. qꝛ ẽt ꝓteſta
tiones fiunt in ſcriptis. ut ẽ tex. in autẽtica hanc querellã
C. de nõ nume. pecu. in. l. fi. C. de nego. geſt. in. l. ut p
fecerius. C. de anna. excep. in. c. fi. j. eo. ⁊. c. appellatio.
eo. ti. li. vi. ⁊ ipſe io. an. ut infra uidebimus fateť ꝙ quã
doqȝ ꝓteſtatio requirit ſcripturã. ergo nõ ẽ bona diffini
tio dicere. proteſtatio ẽ clamoſa ⁊c. quia nõ cõpꝛehẽderȝ
proteſtatões que fiunt in ſcriptis. ⁊ pro bar. facit tex. i. c.
ubi periculũ. §. nulli. de elec. li. vi. vbi ſi pꝛohibeť loqui
cũ aliquo nõ uidetur pꝛohibita ſcriptura uel nũcius. qđ
patet ex quo ille tex. uno expꝛeſſo. tñ ẽt aliud expꝛimitur
⁊ ꝓhibet. lȝ ille tex. in cõtrariũ pondereť a ludo. de ro
ma. i. l. i. in pꝛin. ff. de verbo. ob. Et pro bar. facit quod
uoluit ange. i. l. i. §. poſtulare. ff. d̃ poſtu. ubi ex quo ṽbũ
poſtulare diciť ĩ iudicio ꝓponere ẽt ſi aduocatus ꝓhibe
tur poſtulare nõ extẽdetur ad allegantẽ ĩ camera uel in
ſcript. facit qđ notat ĩ ſimili bar. in. l. paulus. §. i. ff. d̃ le
ga. ubi ſi doctoꝛ legẽs ꝓhibeť aduocare nõ uideť ꝓhibi
tus ĩ ſcriptis allegare. Nec ob. dicit bar. ſi tu dicas ꝙ le
ges ĩ ꝯtrariũ allegate nõ loquũtur de proteſtatõe ſȝ de atte
ſtatione uel ꝓpoſitõe qꝛ hoc bene fatetur io. an. ꝙ ṽbũ



UVA. BHSC. IyR_025

ꝓteſtatio atteſtatio cõteſtatio deteſtatio teſtatio ꝓpoſitõ
ꝓhibitio denũciatio uetatio ⁊ ſimilia ſint ſynonia. ut ꝓ
batur i. l. fi. C. de neg. geſt. in. l. i. §. pe. ff. d lib. agnoſ.
in. l. i. ⁊ fi. C. d his qui per met. iud. nõ appel. i. l. plebs.
§. i. l. ſubſignatũ. §. deteſtatio. cũ. l. ſeq. ff. de verb. ſig.
in. l. ait pretor. §. ſiquis. ff. de his que in frau. cre. in. c. i.
ſupra qđ met. cã in. c. fi. j. eo. in. l. ſi fundũ. C. de re. uẽ.
in. l. ſi maior. C. de reſcin. vindi. in. l. ſiquis ꝓhibuerit
ff. de pub. in. l. ſi ꝓ te. C. man. in. l. ſeruus uetãte. ff. d
ver. ob. Sed ne uideamur eẽ ex iudicibus de cacapiſtis
qui ut dicit glo. in. c. i. de ꝓceſ. preb. li. vi. ſuis cõiter ad
uerſantur. Diffinitio io. an. ratione intellecta põt ſubſi
ſteri. nec obſtat de uerbo clamoſa. qꝛ cũ dictũ doctoris d
beat intelligi ſm legem quã allegat bart. i. l. nõ ſolũ. §.
liberatꝫ verba. ff. de lib. lega. Jo. an. intellexit per illud
uerbũ clamoſa tam de ſcripta ꝙ̃ de uerbali ꝓclamatiõe
quod patet dum allegat. c. ſanctorũ ibi ꝓclamatione ſy
nodali. ubi illud uerbũ capitur tam ꝓ ſcripta ꝓclamatõ
ne quaꝫ; pro non ſcripta proclamatione. ⁊ pro Joanne
an. Adduco uobis cãum in l. itẽ apud labeonẽ. §. ꝯui
cium iuncto. §. ſiquis libellum. ff. de iniur. ubi cõuicium
dicitur quaſi ꝯuociuꝫ. ⁊ tamẽ põt fieri abſenti. ⁊ ſic ẽt per
ſcripturã. Et ita determinauit per illũ tex. ludo. d roma
in conſilijs ſuis in ꝯſi. ultimo. Et ita in ſimili refert do.
and. ſiculus in cle. cãm. in. ij. carta de elect. Et pro iſta
opi. adducitur tex. in. l. nõ figura. ff. de act. ⁊ ob. ubi in
ſtrumẽtum dicitur loqui. ⁊ facit glo. nõ. in. c. ꝯſtitutioneꝫ
i verbo participatõe de ſen. excõ. li. vi. ubi ſicut loquens
cum excõicato incidit in excõicatõem. ita litteras ad cuꝫ
ſcribẽs. nam ſcribẽs in materia indifferẽti dicit loqui. ita
ludo. in. l. i. in prin. ff. de verbo. ob. Jmo. iunior ſenſit
iſtam ſaluationẽ. adducit ipſe. c. cũ marte ibi lege moſay
ca clamat. ſed nõ inuenio in tex. bene dicit tex. populi te
ſtantur. j. de cele. miſ. Adducit ẽt. l. ariani. iũctis his que
notat ibi barto. C. de hereti. ubi dicitur ꝙ lex loquitur.

Alia fuit diffinitio ſiue deſcriptio iuriſcõ. in. d. l. ſubſi
gnatum. §. fi. cum. l. ſeq. ⁊ in. l. plebs. §. i. ff. d uer. ſig.
quã refert Jo. an. in. d. c. i generali. quicquid dicat bar
to. in. §. morte qui ſibi aſcribit ꝙ proteſtatio ẽ denuncia
tio cum teſtatione facta denũciatio. ponitur ad differen
tiã ꝯtractuũ uel ultimarũ uolũtatũ que nõ denũciationes.
ſed diſpoſitiones ſunt cum teſtatione ponit tanquã genꝰ
ut cõprehẽdat proteſtationẽ ſcriptã ⁊ nõ ſcriptã factã in
preſentia teſtiũ. l. fi. C. de neg. ge. Viſa diffinitione
pro ordine infra dicendorũ ex mente bar. ubi ſupra diui
do proteſtationẽ i quatuor ſpecies. una ẽ declaratoria.
ut hoc. tex. alia prohibitoria ut. l. ſiquis ꝓhibuerit. ff. de
publi. alia incitatoria in. l. ſi ex legati cã. ff. de verb. ob.
in. c. paſtoralis. §. fi. ſupra de offi. ord. alia ẽ certificato
ria ut in cle. cãm. de elec. Capiẽdo primã ſpẽm. ſ. dcla
ratoriã. qꝛ de ꝑſonis primo ẽ querẽdũ. ut. l. ſi queriturꝰ
ff. de teſta. Queritur per que poſſit fieri proteſtatio iſta.
Et dicite ꝙ nemini dubiũ ꝙ per principalẽ parteꝫ fieri
poteſt animũ ſuũ declaranteꝫ. ut hoc tex. noſtro. c. cum
M. ferrarieñ. ſupra de cõſti. ⁊ in. c. i. ꝰ. ꝙ met. cã. l. qui
in aliena. §. fi. ff. de acquir. here. Sed punctus ſtat
nũquid per procur. Bar. in. d. §. morte. in. iiij. col. ſen
tit hanc qõnẽ. ⁊ dicit eã decidi per notata i. l. paulus.
ff. de acquir. here. vos dicite ꝙ aut tractamus de prote
ſtatõe que fit circa ea que geruntur cũ animo noſtro. nec
geritur cũ alio ⁊ illo cãu cũ declarare animũ ſit perſona
liſſimũ. l. unica. §. ne aũt. C. de cadu. tol. ⁊ ẽ glo. in termi
nis. i. l. ſicuti. ff. de arbi. iõ ꝑ aliũ illa ꝓteſtatio fieri non
põt. ⁊ ſic nõ ꝑ ꝓcura. facit qđ notat Bal. in. l. i. C. qui
admitti. ubi dixit declarationẽ uſqꝫ adeo eẽ ꝑſonalẽ ut
nõ poſſit ꝑ aliũ fieri. ⁊ facit tex. pro eo. in. l. ſi ſtipulatus
fueriꝫ. in pri. ff. de verb. ob. ⁊ ibi notat bar. facit glo. in
l. põponius. ſcribit ſi frumẽtũ. in fi. ⁊ ibi nõ. per ſcrib. ff.
de re. uen. notat bar. in. l. iter ſtipulãteꝫ. §. i. in. l. fi. in
prin. ff. de ver. ob. bar. in. l. edita. in. ij. col. C. de ed. in

l. gerit in. x. col. ⁊ in. viij. ff. de acqui. here. d. Anto. i. c.
fi. j. de ſuc. ab inteſt. facit glo. nõ. in. l. pe. C. de manu.
uindi. que voluit ꝙ ea que nõ ſunt in adminiſtratõe pa
trimonij noſtri nõ poſſunt geri per aliũ. ſed declaratio
animi ẽ mere facultatis ut patet ad ſenſum. ⁊ facultas nõ
ẽ in patrimonio noſtro. l. ut pomũ. ff. de ſeruitu. ergo d
declaratio animi non poteſt expediri per aliuꝫ. Et ad
predicta faciũt que uoluit Bar. in. d. l. paulus. dũ vult
ꝙ aditio hereditatis cũ conſiſtat in aĩo. ⁊ declaratõ ani
mi ſit perſonaliſſima. nõ poſſit expediri ꝑ ꝓcuratorem
tamẽ unũ me vrget. nam electio alicuius prelati fit iudi
cio ⁊ declaratõe animi eligentiũ. c. oſius. ꝰ. de elec. ⁊ tñ
põt ꝑ ꝓcuratorẽ expediri ſiue ꝯmittẽdo ei declarationẽ
animi ⁊ ſic dando mandatuꝫ ad incertã perſonã eligen
dam prout uoluerit. ſiue cõmittẽdo nudum miniſteriuꝫ
electionis dando mandatũ de certa ꝑſona. c. qꝛ ꝓpter
§. fi. ꝰ. de elec. c. ſiquis iuſto. de elec. li. vi. imo ẽt nuda
electio ẽt temporaliũ quatenꝰ ẽ ẽt facti ⁊ facultatis abſqꝫ
alia admixtione iuris põt expediri ꝑ ꝓcuratorẽ. ita bar
to. in. d. l. ſi ſtipulatus fuerim. in fi. prin. ergo ita erit in
proteſtatõe declaratoria animi. Aut loquimur de prote
ſtatione declaratoria que expeditur per actũ factũ cum
alio uel etiam declaratoria actus dependẽtis ex uolũta
te mea ⁊ alterius. ⁊ tunc ſicut videmus ꝙ in cõtractibus
requiritur animus partium. l. obligationũ ſubſtãtia. §.
fi. ff. de act. ⁊ ob. ⁊ tamẽ iſte animus reſpectu ſimultanei
conſenſus qui fit in concurſu uolũtatũ neceſſario ad cõ
tractuꝫ expedieñ. talis animus põt i eo actu ſimultaneo
expediri ꝑ ꝓcur. ita dicemus in iſta proteſtatione. cum
ipſa ẽt requirat ſimultaneũ actuꝫ alterius cũ quo gerit
actus vel ex cuiꝰ volũtate actꝰ dependꝫ. ut patebit. j. in.
iij. q. huius mẽbri pricipalis ergo talis ꝓteſtatio ꝑ ꝓcur.
expediri poterit. ita colligit ex nõtis ꝑ bart. i. d. l. paulus
Et ita faciũt nõta i. l. fi. C. de neg. ge. Secũda. eſt q
ſtio añꝙ̃ ad ꝑſonã paſſiuã veniamꝰ. cũ illa qđ ex iſta de
pendeat. circa que põt fieri ꝓteſtatio iſta. Et primo po
teſt fieri circa ea que dependẽt ex animo nr̃o mere ⁊ ſim
pliciter. l. at ſi quis. §. plerique. ff. de rel. ⁊ ſump. fun. l.
ꝓ hꝛede. §. pãpinianꝰ. ff. d acquir. here. c. i. ꝰ. ꝙ met.
cã. ſecũdo põt fieri circa ea que dpendẽt ex volũtate nr̃a
⁊ alterius. c. tua. j. de ſpon. l. ſi debitor. §. i. ff. qui. mo.
pig. vel ypo. ſolui. puta in cõtractibus. l. codicillis. §. i. ff.
de lega. ij. Poteſt tertio fieri circa ea que depẽdẽt de
iure ex uoluntate noſtra. ſed de facto nõ. qꝛ per aliũ ipe
diũtur. puta in. c. fi. j. eo. puta in. l. ſi preſens. C. d epa.
audi. in. l. ut ꝑfectius. C. de anna. excep. Põt quarto
fieri circa ea que dependẽt ex facto noſtro. ⁊ aĩo nr̃o d fa
cto. ſed de iure nõ. puta in delictis. c. fi. de homi. li. vi. c.
cũ uolũtate. j. de ſen. excõ. Põt quinto fieri circa ea q
nõ dependẽt ex uolũtate nr̃a nec de facto nec de iure. ſꝫ
dependent ex diſpoſitione iur. uel diſpõne alterius. c. cũ
M. ferrarien. ꝰ. de cõſti. cle. gratie. ⁊ ibi nõ. de reſcript.

Tertia ẽ queſtio cui poſſit fieri illa proteſtatio ⁊ debe
at. et dicite aut fit circa ea que dependẽt mere ex animo
nr̃o et tũc aut ego quero me exonerare ꝑ iſtã ꝓteſtatiõeꝫ
et tamẽ aliuꝫ nõ grauo. puta ſm bar. i cãu. d. l. at ſi quis
§. pleriqꝫ. ex quo declaro me nolle eſſe heredẽ. per iſtaꝫ
ꝓteſtationẽ me exonero nõ tñ aliuꝫ grauo uel puta i. l.
neſennius. ff. de neg. geſt. ex quo declaro me facere ex
pẽſas animo repetendi ⁊ tamꝙ̃ negotioruꝫ geſtor tuus
me exonero. quia iſtas expenſas nõ facio ſumptu meo
nec burſa mea ſꝫ potero repeter. aliũ nõ grauo quia ex
quo tanꝙ̃ negotioꝝ geſtor facio tenetur ſolũ de his que
ſunt vtiliter geſta. ſꝫ ſatiſfaciẽdo de vtilr geſtis ille nõ gra
uatur. c. i. ꝰ. de integ. reſt. ⁊ illo cãu ſi iſte actus ad queꝫ
declarandũ fit ꝓteſtatio nõ geritur ſpecifice cũ alio tunc
ꝓteſtatio nõ dꝫ fieri alicui. ſꝫ põt fieri ꝑ ſolũ ꝓteſtanteꝫ
dũmõ fiat ita ꝙ de ea ꝯſtet. ita bar. i. d. §. morte in. iiij.
col. ⁊ ẽ rõ. quia declaratio meri animi nõ requirit pñtiaꝫ
alicuius glo. eſt et ibi bar. in. l. pomponiꝰ ſcribit ſi nego

UVA. BHSC. IyR_025

dum in glo.ij.ff.de nego.ge. uoluit bar.in.l.certũ.§.ſi
quis abſente.ff. de confeſſ. melius in.l.quo enim.§.i.
ff.rem ra.haberi.Ci.in.l.i.in.i.q.C.ſi quid in frau.
pate.Bar.in.l.fulciniuſ.§.quod ſit latitare.ff.ex quib.
cau.in poſ.ea.in autẽtica ſacramenta ꝓuberũ.C.ſi ad
aduerſ.uen.Ange.in.§.ſi uero expreſſim in autẽtico.ꝺ
here.⁊ falci.d.Anto. in.c.fi.s̃.de cõfeſſ.Jmol.hic ut di
xi.s̃.in.ij.oppoſitione. Aut expeditur ꝑ actum qui
geritur cum alio illa declaratio animi.puta aditio here
ditatis pendet ex aĩo.heres inſtitutus declarat animum
adeundi ſoluẽdo uni ex creditoꝛibꝰ hereditarijs. uel ca
piendo ſolutioneꝫ ab uno ex debitoꝛibus hereditarijs.
ecce ꝙ aditio ⁊ ſic deliberatio animi expeditur per actũ
qui geritur cum alio. ⁊ tũc ꝓteſtatio debet fieri illi cum
quo geritur actus ſicut in contractu.ad hoc ut operetur
aliquid.alias tolleretur per illum actũ. ita Bar.ubi.s̃.i
quinta col.ita Bar.in..d.l.pꝛo here.§.pampinianus.
Jta ludo.in.d.l.qui in aliena.§. celſus.ita imol.in .c.
cum.M.ferrarieñ.s̃.de cõſti. Sed audite iſtud dcꝫ
redditur dubiũ.pꝛimo per tex.˹cũ ibi nõ.in.l.nenſenius
ff.de nego.ge.intelligẽdo maxime ut vult bar.ibi ſupꝛa
in.iiij.col. nam ibi declaratio uolũtatis expediebatur ꝑ
actum qui gerebatur cũ alio tacite.ſ.ꝙ uelim eẽ negocio
rum geſtoꝛ ⁊ expenſas iſtas ꝓpterea facio declaratur ex
pendẽdo per quẽ actum expenſarũ quaſi contrabit̃ cuꝫ
illo pꝛo quo expenditur.l. ex maleficijs.ff.de act. ⁊ ob.
Et tamẽ intelligit bar. ꝙ illa pꝛoteſtatio ꝙ non intẽdit
gratis facere põt fieri in abſentia eius cuius negociũ ge
ritur et ualet. ⁊ ſic recte ponderando ẽ ſibi contrarius.
bar. Secũdo redditur dubium. nam hoc retẽto ſeq̃
retur ꝙ omnis aditio nõ impediretur per ꝓteſtationẽ
niſi fuiſſet notificata creditoꝛibus hereditarijs pꝛoteſta
tio.nam adeũdo hereditatem ſemper quaſi cõtrabit̃ cũ
creditoꝛibus.l. apud iul.§.fi.ff.ex qui.cau.in poſ.ca.l.
ex maleficijs.§.heres.ff.de act.⁊ ob.⁊ ſic ſemper actus
adeũdi per quẽ declarat animũ geritur cum alio.qꝛ ſta
tim ex quo declarat ſe uelle eẽ heredem ſubintrat quaſi
cõtractus.⁊ tamẽ hoc ẽ falſuꝫ ſm oẽs ꝙ pꝛoteſtatio que
fit ad impediẽdum ne quis uideat̃ adire debeatur iniũa
ri alicui.l.qui in aliena.§.celſus.ff. de aqua her.l. pꝛo
herede.§.pampinianuſ.s̃.alle.⁊.d.§.pleriqꝫ.niſi dica
tis ꝙ his caſibus de quibus ꝓxime obieci lꝫ aliqualit̃ ne
gocium geratur cum alio ut in aditõe hereditatis.⁊ i.d.
l.nẽſenius.ꝯnõ tamẽ tracto ego pꝛoteſtans de aĩo meo
per hoc illos grauare.uel illis pꝛeiudiciũ inferre.nõ mi
rum ſi coꝝ pꝛeſentia nõ requiritur i pꝛoteſtatõe ut dcꝫ
ẽ pꝛoxime i pꝛimo mẽbꝛo.Tamẽ bar.ludo.⁊ alij pꝛoxi
me allegati uolũt requiri in pꝛoteſtatõe ꝙ fiat illi cũ quo
actus geritur. Aut ꝓteſtãs de ſua uolũtate tractat de
ſe exonerañ.⁊ aliũ grauãdo. Et tunc aut iſtud a quo q̃
rit ſe exonerare natũ fuerat ex facto ꝓteſtantis per quod
factum ẽt grauaretur alius.puta qꝛ dedi mandatũ ꝓcu
ratoꝛi. Ab hoc facto meo mãdati uolo me exonerare ꝓ
teſtañ.ꝙ volo ꝙ cõtrahat niſi ſub tali foꝛma aliter nolo
teneri uel pꝛoteſtãdo de reuocatione. qꝛ ſi iſte ꝓcura. ꝯ̃
quẽ ẽ pꝛoteſtatũ ˹gereret aliquid cõtra pꝛoteſtationeꝫ ip
ſe grauaretur uel˹etiam alius cũ quo contractum ẽ poſ
ſet grauari.ideo talis pꝛoteſtatio debet fieri ipſi qui lede
tur.alias nõ operabitur effectum.l. ſi mãdaſſem.ff.mã
dati.Notat Di.in.l.ſi pater.ff. de manu.vindi. Ci. ⁊
alij in.l.mandatum.C.man.Cano.in.c.mandato.⁊ i
c.ex inſinuatione.s̃.de pꝛocurato. in.c.ex parte decani
ſupꝛa ꝺ reſcrip.quod uerum ſi perſona que grauaretur
eſſet certa.ſed ſi eſſet incerta ⁊ tunc debet cum nõ ſit per
ſona certa cui intimetur pꝛoſcribi publice pꝛoteſtatio ſi
ue reuocatio.l.ſed ſi pupillus.§.pꝛoſcribere.ff.de inſti
to.notat bal.in.d.l.mandatum.⁊ ibi dixi.ꝙ ſi locus eſt
certus ubi ẽ deputatus pꝛocuratoꝛ licet generalis. puta
magiſter apothece ſiue inſtitoꝛ.⁊ tunc ſatis ẽ pꝛoſcriptõꝫ
apponere apothece. ſed ſi locus nõ ẽ certus ubi deberet
adminiſtrare ſed ẽ pꝛocuratoꝛ gñalis per ciuitateꝫ. Et
tunc debet pꝛoſcribi i locis publicis ⁊ notioꝛibus ꝑ tex.
quem dicit ſingulaꝛem ad hoc in.l. iubemus.C. de de
fen.ciui. Et facit quod uoluit bar.in.l. qui hominem.
§.titium.ff.de ſolu.ubi idem tenet ꝙ i.dicto.§. moꝛte.
Jn cõtrariũ notat Jnno.in.d.c.ex parte decani.⁊
ibi cõmuniter Cano.ubi concludũt ꝙ quãdo pꝛocura
tor nõ ẽ ꝺputatus contra certum aduerſarium pꝛoteſta
tio uel reuocatio mãdati valet abſque eo ꝙ alij intimet̃.
Bar.in.l.unica.C.de ſatiſda. Diſtinguit aut pꝛocu
ratoꝛ generalis ẽ deputatus in certo loco uel ciuitate. ⁊
tunc ex quo facile ẽ facere pꝛoſcriptionem debeat pꝛoſcri
bi.⁊ ita loquitur.§. pꝛoſcribere. Et ita pꝛima opi.˹aut
ẽ uniuerſalis pꝛocuratoꝛ unius negociationis nõ in cer
to loco ſed ubiqꝫ.⁊ tunc cum difficile ſit iſtam pꝛoſcriptõ
nem facere pꝛocedat reuocatio ⁊ pꝛoteſtatio ſine alia inti
matione uel alia pꝛoſcriptione.⁊ ita pꝛocedat ſecunda
opi.canoniſtarum. Aut pꝛoteſtans agit ſe exonerare
a grauamine quod infertur ex iuris diſpoſitione. puta
pater obligatur pꝛo filio qui magiſtratũ ſuſcipit ex iuris
pꝛeſumptione ⁊ illo caſu pꝛoteſtañ.in contrarium agit ſe
exonerare ab iſta obligatione ⁊ grauat alios ſcꝫ reꝫ pu
blicam pꝛo qua a iure tacite uidebatuꝛ obligatus ꝓ filio
⁊ eos quos filiuſ ledet in magiſtratu.puta iniuſte iudicã
do: ⁊ tunc pꝛoteſtatio nõ debet alicui intimari.l. bono/
res.§.fi.de decur.l.i.⁊.ij.C.de filioſa.⁊ queãd.pꝛo his
pat.fa.li.x.⁊ poteſt eẽ ratio.nam ꝙ pater obligetur pꝛo
filio inducitur ex iuꝛ̃ pꝛeſumptione que ita coniecturatur
uoluntatem patris. ex quo˹ſcit ⁊ patitur filium gerere ma
giſtratum.l.i.§.ſcientiam.in ſimili.ff.de trib. Sed i cla
ris nõ ẽ opus ꝯiecturis.l.cõtinuus.§.cũ ita.ff. de ver.
ob.ideo an pater pꝛoteſtando ꝙ nõ vult teneri ꝓ filio
declarat ſuam volũtatem legalis pꝛeſũptio nũquã potu
it operari nec opata ẽ ꝙ pater voluerit obligari ꝓ filio
⁊ ſic nec reipub.nec alij fuit obligatio unquã nata.iõ nõ
mirũ ſi pꝛoteſtatio nulli debet intimari. Aut fit pꝛote
ſtatio circa ea que dependẽt ex uolũtate mea ⁊ alterius.
puta in ꝯtractu.⁊ tũc debet fieri ipi ꝯtrahenti.c.tua nos
j.de ſpon.l.obligationũ ſubſtãtia.§.fi.ff.de act.⁊ obli.
l.ſi debitoꝛ.§.i.⁊.d.l.codicillis.§.i. Aut fit circa ea q̃
dependẽt ex uolũtate mea de iure ſed de facto impediũ
tur per aliũ.⁊ tunc aut impedimẽtũ pꝛouenit ꝓpter po
tẽtiam aut ꝑꝑ abſentiam. ſi ꝓpter potentiã ⁊ tũc ſi actꝰ
ueniebat gerẽdus corã iſto ut iudice debet corã honeſtis
ꝑſonis pꝛoteſtari cõtra iſtũ.⁊ ille ẽ tex.in c.fi.j.eo.in.l.
i.⁊ toto ti.C. de his qui per met.iud.nõ app. Si ve
ro actus ueniebat expediẽdus corã illo ut parte ſꝫ in iu
dicio tamẽ. Et tũc corã alio iudice dꝫ pꝛoteſtari.l.ſi pꝛe
ſes.C.de epa.audi. Si uero ueniebat expediẽdꝰ cuꝫ
parte extraiudicialꝫ.⁊ tũc debet corã honeſtis viris fieri
pꝛoteſtatio.l.de pupillo.§.ſiquis ipi pꝛetoꝛi.ff.de oper.
noui nũcia.faciunt notata ꝑ bal.in.c.ceterũ.s̃.de reſcri
ptis. Si aũt impeditur quis ꝑꝑ abſentiã alterius. ⁊
tunc aut erat gerẽdus actus cũ illo ut iudice ⁊ debet corã
tribunali pꝛoteſtari ⁊ nõ alibi. Jta tex.in.l.ij.§. adeun
di.ff.quãdo appel.ſit. Si tribunal nõ habet pꝛoteſtetur
coꝛam honeſtis perſonis.c.paſtoꝛalis.§.fi.s̃.de offi.oꝛ.
Si aũt actus ueniebat expediẽdus cum parte ⁊ tũc ſi in
iudicio debet ſeruari foꝛma.l.ut ꝑfectius.C. ꝺ anna.ex
cep. Si aũt extra iudiciũ ⁊ tũc corã honeſtis ꝑſonis dꝫ ꝓ
teſtari.d.§.ſiquis ipſi. Sed opere pꝛeciũ ẽ ſcire quã
do dicatur actus fieri cũ parte ⁊ quãdo cũ iudice. ⁊ dici
te ex mente Jo.an.in.d.c.in generali.in.iij.col.ꝙ con
ſideratur cuius actus pꝛincipaliter ꝑ ꝓteſtationẽ impu
gnatur. nã ſi pꝛĩcipaliter agit̃ de impugnãdo facto iudi
cis licet illud reſpiciat ꝯmodũ ptis tũc dicit̃ factũ illud fie
ri cũ iudice. puta in ſentẽtia cõtra quã uolẽs appellare ⁊
impeditus ꝓpter abſentiã iudicis pꝛoteſtat̃ uel pꝛopter
metum.certe licet talis ſentẽtia reſpiciat partem tñ ma
gis pꝛincipaliter dicitur h̃ ꝓteſtatio geri cum iudice.quia



UVA. BHSC. IyR_025

tendit ad impugnãdum factum iudicis. ⁊ ẽ ratio quare
appellatio debet interponi corã iudice nec ſufficeret iter
poni coram parte.l.cũ quidam ff. eo.l. eos.§.fi.C.eo.
c.fi.j.co.⁊ ideo cum reuocatio miſſionis in poſſeſſioneꝫ
ex primo ſiue ſecũdo decreto licet reſpiciat cõmodũ ꝑtis
tamẽ principaliter reſpicit factũ iudicis. ideo ꝓteſtatio ħ
cãu emiſſa debet emitti coram iudice. ⁊ ipſo abſente corã
tribunali. Et ſi tribunal nõ habuerit coram honeſtis ꝑ
ſonis.c.cum ueniſſent ibi coram.ṡ. ꝺ eo qui mit.ĩ poſ.
c.paſtoralis.§.fi.ṡ.de offi.ordi. Et ibi habet̃ faciũt no
tata in.l.de pupillo.§.qui nũciat.ff.de oper. no.nũci.
Ita etiam ubi ꝓteſtatio reſpicit principalit̃ factũ ꝑtis licꝫ
ꝑ viam iudicis fiat illud factum uel impugnet̃ tamẽ dicet̃
actus fieri cum parte. Et ideo ꝓteſtatõ coram ꝑte emit
ti debet.⁊ iſta ẽ ratio autẽtice hanc querellam iũcta.l.in
cõtractibus.§.fi.C. de nõ nume.pecu.ẽ ratio deciſiõis
l.ut perfectius.C.de anna.excep.nam ĩterruptio biẽnij
circa exceptõem nõ numerate pecu. vel interruptio pre
ſcrip.fiunt in iudicio. Sed tamẽ qꝛ reſpiciũt factum ꝑtis
principalr̃ dicit̃ interruptio ipſa ⁊ ꝓteſtatio ꝓinde ema
nãs geri cum parte potius ꝙ̃ cũ iudice. Aut proteſta
tio emanat in facto quod pendet a uolũtate noſtra de fa
cto ſed nõ de iure puta circa maleficia.⁊ tũc aut fit ꝓteſta
tio ad tollendũ delictuꝫ ex toto. ⁊ tũc ſi cũ certa perſona
ueniebat illud factum exquo poterat reſultare delictum
cõmittẽdum qꝺ agit ꝓteſtans impedire dꝫ illi ꝑſone fie
ri proteſtatio.l.aut qui alit̃.§.i.⁊.ij.ff. ꝙ ui aut clam fa
cit in ſimili.c.lꝫ.j.de regu. Si uero factum reſpicit in
certam perſonã ⁊ tũc debet proteſtatio fieri in gener̃ ĩ lo
co in quo ⁊ tempore quo factum fit.ita eſt,tex.in.c. ex lit
teris iuncta glo.ibi.⁊ in.c.fi.j.de homi.l.ſi putator.⁊.l.
qui foueas.ff.ad.l.acquil. Aut proteſtatio fit ad deli
ctum minuẽdũ. Et tunc aut factum per quod delictũ ꝑ
petratur depẽdet totalit̃ ex volũtate noſtra. ⁊ iſto caſu
proteſtatio fieri põt.ſed debet fieri illi cum quo factũ hoc
geritur ⁊ de cuius preiudicio tractat̃. Ita bar.ubi.ṡ. Et
ita ẽ ex mẽte Io.an.in.d.rſa.in generali.in.iij.col.pu
ta ego ſpolio aliquem ſua poſſeſſione.ecce delictum hoc
pendet ex uolũtate mea an uelim eum ſpoliare reſpectu
naturalis poſſeſſionis tantũ recognoſcẽs in eo ciuilem.
puta tanquã emphiteota ſuus.aut volo ſpoliare in toto
⁊ naturali ⁊ ciuili.ideo ſi proteſtor ꝙ intẽdo ſpoliare eaꝫ
naturali tantum dꝫ hec proteſtatio ſibi fieri ut me adiu
uet. Adducunt glo. in.l.unica.C.uti poſ.⁊ lꝫ in lectura
mea Bar.habeat litterã affirmatiue ꝙ debeat preſenti
fieri proteſtatio.tamẽ cõmunis littera ẽ negatiua ꝙ iſta
proteſtatio nõ debeat fieri in preſentia.nullam tamẽ ſuf
ficiẽtem rõem aſſignat. Sed ex premiſſis uidetur ſentir̃
ꝙ exquo querere poſſeſſionẽ pendet ex animo.l.lꝫ.C.
de aqui.poſ.illa ꝓteſtatio nõ requirat p̃ñtiam ꝑtis qua
ſi declaratoria animi.que ratio nõ concludit. nã ẽt ĩ his
que ſunt animi ſi actus geritur cum alio ꝓteſtatio debꝫ
fieri illi preſenti. ut in ſecũdo mẽbro dictũ ẽ in principio
huius queſtionis.puta ꝓteſtatio que fit ad tollẽ. deli
ctum debet fieri parti.ergo ⁊ proteſtatio que fit ad minu
endũ.qꝛ bonũ ẽ ar.de toto ad partẽ.c.paſtoralis.ṽſ.itẽ
cũ totũ.ṡ.de offi.dele.l.que de tota.ff.de re.uen.prete
rea ne clã uideatur facta proteſtatio dꝫ fier p̃ñti.ut dc̃m
ẽ in mẽbro p̃cedẽti.ergo ⁊c̃.ad minuẽdũ ſpoliationem
dꝫ fieri p̃ñti parti ſicut ad minuẽdã clãdeſtinitatẽ ſiue tol
lendãm.aut illud factũ nõ poterat ex mea uolũtate limi
tari.⁊ tũc illo cãu nihil ualꝫ.ideo nec cui fiat curamꝰ.c.
fi.de homi.li.vi.⁊ ibi tex.l. quoniã multa cũ ibi nõt.C.
ad.l.iul.de vi. Aut ꝓteſtatio fit circa ea que nõ depẽ
dẽt ex aĩo ſꝫ depẽdẽt ex facto alterius uel neceſſitate iur̃
puta in cle.gratie.⁊ ibi nõ.de reſcrip.in.c.cum.M.fer
rarieñ.in ſcda ꝓteſtatõe.ṡ.ꝺ cõſti.ĩ.l. alimẽti.⁊ ibi nõ.
C.de neg.ge.⁊ illo cãu ꝓteſtatio nihil opat̃ niſi ĩ cãibuſ
a iure expreſſis.puta ĩ cãu.c.paſtoralis.ṡ.de excep. Au
tẽtica ſi dicat̃.C.de teſti.ideo cũ fieri nõ poſſit nõ cura

mus cui fiat. In cãibus tamẽ ĩ quibus a iure fieri ꝑmitti
tur.puta in.d.c.paſtoralis credere ꝓteſtationẽ debere
fieri ꝑti de cuius p̃iudicio tractatur ꝑ regulas.ṡ.factas.
⁊ uoluit iõ.an.ĩ.d.c.ĩ generali in fi.iij.col.dũ dicit ꝙ ini
quũ eẽt ꝙ ꝑ ꝓteſtationẽ fieret alij p̃iudiciũ ignoranti.iõ
ei fieri dꝫ ꝓteſtatio.l.i.§.itẽ cũ ex edicto.ff.que ſnĩe ſui
appel.reſt. Sed circa iſtã qõnẽ nũquid ꝓcuratori de
beat fieri ⁊ ſufficiat hec ꝓteſtatio io.an.ĩ.d.c. ĩ generali
r̃ndet ꝙ nõ ꝑ tex.nõ.ĩ.l.item ueniũt.§.petitã.⁊ ibi nõt
bal.ad ħ ff.de pet.here.facit gloſella in cle. cãm ĩ ṽbo
appellatũ de elec.que uoluit ⁊.j.põderabo ꝙ ubi requi
ritur plena ſcia nõ ſufficit denũciatũ fuiſſe ꝓcuratori. fa
ciunt notata ꝑ Ci.ĩ.l.ĩ minorũ.C.ĩ quib.cau in integ.
reſt.nõ ẽ nec. Faciũt que notat bar.ĩ.l.i.§.pena.ff.ꝺ li
be.agnoſ. Et ponit remiſſiue bar.ĩ.l. ꝺ pupillo.§.i.ff.
de op.no.nũc.⁊ alle. Di.in.§.meminiſſe.ea.l. Voluit
tamẽ io.an.ꝙ ubi.d.nõ inueniretur ſeruãda ſit forma
ĩ ꝓteſtatõe que ſeruat̃ ĩ intimãda appellatõe ĩ cle. cãm.
de elect.ſ.quãdo abſente dñ̃o intimet̃ ꝓcuratori ſi dimi
ſit.alias ad domũ uel ad eccleſiã ſi tractat̃ ꝺ bñficio faci
unt notata in.c.cãm.ṡ.ꝺ dolo.ꝑ bar.ĩ.l.iiij.§.p̃tor.ff.
ꝺ dam.infec. Quarta ẽ queſtio qñ debeat fieri iſta pro
teſtatio io.an.ubi.ṡ.diſtinguit aut a iure ẽ proteſtãti a
ſignatũ certũ tempus ⁊ illud totũ liberũ.ſ.qꝛ ad ultimũſ
momẽtũ temporis aduerſario nõ ẽ iuſ queſitũ.⁊ tũc ſuf
ficit quãdocũqꝫ ꝓteſtari intra illud tempus ẽt ultia ho
ra puta in preſcrip.quã per proteſtationẽ intẽdo iterrũ
pere.ut in cãu.d.l.ut ꝑfectius. aut illud tempus nõ ẽ ꝓ
teſtanti in totũ liberũ qꝛ ſingula dies que labitur querit̃
aduerſario ⁊ ab ea irreꝑabiliter ẽ excluſus ꝓteſtãs. pu
ta in quadriẽnio dato ad petẽdũ in integ. reſt. quecũqꝫ
tempora labantur nõ reſtituũtur amplius.⁊ ideo dicunt̃
queri aduerſario.l.fi.ff.de minori.⁊ iſto cãu põt prote
ſtari uſqꝫ ad ultimã ꝑtem huius temporis.ſꝫ caueat ſibi
ne ſe tantũ artet ꝙ nõ poſſit poſtea actum circa quẽ pro
teſtatur expedire.puta actũ in integrũ reſtitutõis.d.l.fi.
⁊ faciũt que notãtur in.c.i.de in integ.reſt.li.vi.⁊ ĩ ſimi
li põt exemplificari in ſecũdo anno qui datur ad appella
tõeꝫ proſequeñ.ut dixi in.c.ex rõe.ṡ.e. Aut circa hũc
actũ circa quẽ fit ꝓteſtatio ñ ẽ aliqꝺ t̃ps aſſignatũ. ⁊ tũc
aut fit ꝓteſtatio circa factũ ꝺ futuro fiẽdũ. ⁊ tũc põt quã
docũqꝫ fieri.ut ħ tex.noſtro.l.ſi quis ĩ p̃cipio teſtamẽ
ti ĩ prin.ff.de leg.iij. Aut fit ꝓteſtatio circa actũ iam
factũ.⁊ tũc ſi illud ẽ factũ meũ proteſtatio poſt factum ni
hil opat̃.⁊ iõ nec fieri põt.tex.ẽ nõ.⁊ ibi bal.ĩ.l.fi.C.ꝺ
neg.ge.facit.ĩ.l.ſi maior.C.de tranſac.l.ꝑfectã.C.de do
na.q̃ ſub mõ.⁊ ẽt ſenſit ubi.ṡ.cir. vi.col.⁊ ita io.an.ubi
ṡ. Si ẽ factũ alienũ circa qꝺ ꝓteſtor ⁊ tũc ĩcõtinẽti ex
quo ſcio factũ intelligite ⁊ me grauatũ ex facto debeo ꝓ
teſtari.alias ꝓteſtatio poſtea nõ operabit̃.ita Io.an.ĩ
l.ſi filius.ff.ad maced.facit cle.i.ꝺ ꝓcu. Quinta eſt
qõ ubi debeat fieri illa ꝓteſtatio. ⁊ dicit io.an.ubi ſupra
circa.iiij.col.ꝙ exquo ꝓteſtatio fit ad declarañ. aĩmũ ſi
ue circa factũ meũ ſiue alienũ ꝙ põt ubiqꝫ fieri. iſta ſit er
go regula. Fallit p̃mo ĩ cãu.d.l.ut ꝑfectius.qꝛ cuꝫ ſuc
cedat loco ĩterpellatõiſ iudicialiſ dꝫ fieri ſi põt in iudicio.
ſin aũt ad domũ eiꝰ ꝯ quẽ fit. Et ita poſſumꝰ dicere.d.l.
ſi p̃ñs.C.ꝺ epi.audi.ĩ cle.cãꝫ.ꝺ elec. Fallit ſecũdo qñ
ĩterponit̃ ab actu iudicis qui gerit̃ cũ iudice.nã tũc dꝫ fie
ri ad tribunal.l.ij.§.adeũdi.ff.qñ ap.ſit.imo ſi ſit talis
iudex qui ſolet dare audiẽtiã ĩ camera nec ueniat ad tri
bunal.tũc ſatis ẽ ĩterponere ĩ camera.⁊ ſi nõ pateat adi
tus ĩterponere corã hoſtiarijs.gl.ẽ nõ.ĩ.c.cupiẽtes.§.
ꝙ ſi ꝑ.xx.ĩ uerbo ꝓpoſita.ꝺ elec.li.vi.quã ad ħ põde
rat Imo.ĩ.l.ꝺ pupillo.§.meminiſſe.ff.ꝺ op.no.nũc.
Fallit t̃tio qñ dñs cũ quo eẽt fiẽda ꝓteſtatio. nec face
ret copiã ſui nec dimiſiſſet ꝓcura. qꝛ tũc ad domũ fieri
dꝫ ꝓteſtatõ.d.cle.cãꝫ.⁊ dixi ĩ fi.iij.q. Fallit quarto qñ
certa ꝑſona nõ eẽt que ex tali ꝓteſtatõe afficeret̃ ſiue le
deret̃.ſꝫ eẽt ĩcerta ⁊ acꝰ gerit̃ ĩ loco certo.nã tũc dꝫ ꝓte

UVA. BHSC. IyR_025

ſtari i loco i quo ſit actus tex. ē. i. d. c. ex lr̃is. ⁊ i. d. c. fi.
d. l. ſi putator. ⁊ facit qḋ nõt bar. ubi. ſ. in. viij. col. circa
quartũ mẽbrũ p̃rie ꝯbinatõis. facit tex. in. l. ſi pupill⁹. §.
ꝓſcribere. ff. ḋ inſti. Fallit q̇nto quãdo ꝑſona cũ qua
geritur actus uel gerẽdus uenit ſuꝑ quo emanauit ꝓte
ſtatio ē icerta. nec actus hꝫ certũ locũ. puta in ꝓcurato
re uniuerſali unius mercatoris ubiqꝫ de cuius ꝑtãte limi
tanda ꝑ proteſtationẽ tractatur. tũc talis ꝓteſtatio debꝫ
fieri in locis publicis ⁊ inſignibus ubi magis iſte verſat̃
ita bal. in. l. mãdatũ. C. man. ḋ hoc tñ dicite ut. ſ. i. iij.
qõ. Sexta ē qõ qualiter dꝫ illa ꝓteſtatio fieri. ⁊ dicit
Io. an. vbi. ſ. in quinta col. ꝙ añ oīa dꝫ ꝓteſtatio eſſe
clara. nam dubia eũ nõ iuuabit. facit tex. in. l. ueteribus
ff. de pactis. l. itẽ lꝫ quo ad ſubſtãtiã ſui ꝓteſtatio nõ dꝫ
ꝯtinere cãm. imo poſſit fieri ſine cã ⁊ ſit pro cã illud car
mẽ ſic uolo ſic iubeo ſit pro ratiõe uolũtas. l. qꝛ poterat
ff. ad treb. tñ ſi vult reſpectu certe cãe ſe iuuare ḋbebit i
ꝓteſtatõe exprimere. qꝛ ꝓteſtatio nõ extẽdetur niſi ad
cãm exp̃ſſaꝫ tex. ē i. l. at ſi quis. §. pleriqꝫ. ff. de relig. ⁊
ſump. fun. ubi expẽdẽs in funus patris ſepelieñ. ꝓteſtãſ
h̃ facere cã pietat̃ bñ iuuat̃ reſpectu cãe exp̃ſſe qḋ ñ uide
tur facere ut heres. ⁊ ſic nõ uı̃ adire. dicit tñ tex. i fi. ꝙ tñ
ſumpt⁹ repetere nõ põt. nã cã expreſſa i ꝓteſtatõe ad re
petitõem nõ extẽdit̃. facit i ſimili tex. i. c. cũ. M. ferrari
eñ. ſ. de cõſti. ubi ꝓteſtatio ſine p̃iudicio dicte cõſtitutõiſ
ēt bñ oꝑat̃ ꝙ nõ frãgit̃ numer⁹ p̃bẽdarũ. qꝛ ad h̃ tendit
⁊ acõmodari põt. ſꝫ nõ oꝑatur quo ad fructus ſuꝑ excre
ſcẽtes. ⁊ h̃ de cã fuit de mẽte bar. ubi. ſ. circa. iiij. colũ. ⁊
io. an. ubi. ſ. i. iiij. col. Sꝫ pũctus ſtat nũquid debeat
fieri ꝓteſtatio i ſcriptis. ⁊ dicit ſꝫ io. an. bar. ⁊ alios vbi
ſ. ſm bal. in. l. fi. C. de neg. geſt. i autẽtica p̃ſbiteros. ulti
ma. C. de epi. ⁊ cleri. in. l. ſi intra. C. de nõ nume. pecu.
i. l. nec ea. C. de appel. ēt imol. i. l. de pupillo. §. memi
niſſe. ⁊ ibi aliquid. bar. ff. de ope. no. nũcia. ſm. pet. de
ancha. ⁊ gemi. in. d. c. cupiẽtes. §. ꝙ ſi ꝑ. xx. lꝫ gl. i ver.
ꝓpoſita i fi. aliter dicat ḋ elec. li. vi. ꝙ rl̃a ē ꝙ ꝓteſtatio
nõ dꝫ fieri in ſcriptis. ſꝫ ſatis ē ꝙ alio mõ ꝓbet̃ qꝛ ſcriptu
ra nõ ē adeẽ alicuius ꝯtus. multo minus erit adeſſe ali
cuius enũciatõis ꝓut ē ꝓteſtatio. ut dixi. ſ. i diffinitõe.
⁊ facit tex. in. l. pactũ qḋ bona fide. C. de pac. facit qḋ di
ci ſolet ꝙ ſcriptura nõ ē ad ſolẽnitatẽ reglr̃. ſꝫ ad ꝓbatõ
nẽ. l. ꝯbitur. ff. de pig. ⁊ facit a ſufficiẽti ꝑtiũ enumerat̃
glo. magiſtra i. c. i. de cẽſi. li. vi. ubi ponit oẽs cãus qui
requirũt ſcripturã de neceſſitate. ⁊ tñ iſtũ nõ exprimit. ⁊
quid ampli⁹ egemus teſtib⁹ cãus ē in. l. fi. quẽ ibi põde
rat. bal. C. de nego. ge. facit tex. i. l. ſcire oꝫ. §. ſcire opꝫ
ff. de excu. tuto. ubi exceptio que ē diſpoſita ⁊ ēt que fit i
iudicio nõ requirit ſcripturã ex ꝑte ꝓponẽtis quã ad h̃
ponderat bar. in. d. l. ſi intra. ēt facit ꝙ nõ. i. l. i. i. ij. co
lũ. ff. de excep. Imo. i. c. quoniã. iiij. col. ḋ ꝓba. faciunt
notata i. c. prudẽtiã. §. ſexta ſupra de offi. dele. Iſta re
gula fallit ꝓrio in cãu autẽtice p̃ſbyteros. ultia. ⁊ ibi põ
derat bal. ſ. quãdo p̃ſbyter ſuſcipit tutellã agnati qḋ co
gi nõ põt ſi ꝓteſtat̃ ſe eã ſpõte ſuſcipere illo cãu dꝫ i ſcri
ptis ꝓteſtari. Et aſſignat bal. ibi rõem q̃ nõ ē ſufficiens
qꝛ in iudicio ſit iõ dꝫ i ſcriptis redigi. Secũdo fallit ubi
ꝓteſtatio ſuccedit loco actus. puta in cãu. d. l. ut p̃ſcri⁹
quãdo ꝓteſtatur ad interũpẽdaꝫ p̃ſcriptõꝫ. Ita io. an.
⁊ bar. ubi. ſ. Fallit tertio in cãu autẽtice hãc querellã
C. de nõ nume. pecu. Et uidet̃ bal. uelle ꝙ illa autẽti
ca ponat ius ſpeciale. nã exceptio reglr̃ nõ ē in ſcriptis a
reo opponẽda. d. §. ſcire oꝫ. ⁊ ita proteſtatio quãdo ſuc
cedat loco exceptõis nõ ē in ſcripis redigẽda. Fallit ſm
cũ in cãu. d. autẽ. que i hoc ponit ſpeciale ꝙ ꝓteſtatio lꝫ
ſuccedat in loco exceptõis tamẽ ē redigeñ. i ſcript̃. Bal.
in. d. l. fi. dicit ꝙ illa autẽtica nõ ponit ius ſpeciale. ⁊ aſſi
gnat rõnem. nam ibi ꝓteſtatio fit ad interrũpeñ. p̃ſcri
ptionem exceptõis nõ numerate pecu. Sꝫ interruptio
fit principaliter petẽdo ⁊ ſic ꝑ libellũ. nõ mirũ ergo ſi il
la ꝓteſtatio ibi cũ ſapiat quẽdã libellũ dꝫ redigi i ſcript̃.

Et pro opi. bal. ē glo. quã ibi ſequitur bal. in. d. l. ſi itra
C. de nõ nume. pecu. que vult generaliter ꝙ querimo
nia que uenit ad interrũpẽdũ illã p̃ſcriptionẽ exceptõis
nõ nume. pecu. dꝫ redigi in ſcriptis. Fallit quarto i ꝓ
teſtatõe que mittitur loco apoſtolorũ uel que apoſtolis i
ſeritur ad informãdũ ſuperiorẽ. ita bal. in. l. nec cãꝫ. alſ
in. l. ſeq. C. eo. ti. ubi vult iſtã proteſtationẽ debere fieri i
ſcriptis. Fallit quinto ubicũqꝫ ꝑ proteſtationẽ alteri i
fertur dãnũ irreꝑabile. nã tũc nõ ſufficit ei fieri ꝓteſtatõ
nem niſi fiat in ſcriptis. puta in cãu autẽtice ſiquis. C. ḋ
adul. quã ibi ponderat Salic. ⁊ ludo. in addi. nouiſ. in
d. §. morte. ubi ſiquis ſuſpicatur ne quis habeat rem cũ
uxore ſua põt ei proteſtari ſi uiderit eũ cum ea loquentẽ
uel alio mõ ſuſpicetur ꝙ ãmó nõ alloquat̃ uel cõuerſe
tur cũ uxore ſua ⁊ hãc ꝓteſtatõem dꝫ ei in ſcriptis facere
Et ſi poſt illã inuenerit eaꝫ in remotis locis uel ſemotis
arbitris in domo ſua lꝫ nõ reperiat in actu ueneris po
terit eã occidere. ⁊ ſic ſucceſſiue prouidet tex. ⁊ ſic ecce ꝙ
proteſtatio illa operabat̃ damnũ irreꝑabile. ſ. ꝑſone ꝑi
culũ. ideo requirtur ꝙ in ſcriptis fiat. Fallit ſexto in
caſu. c. ut circa de elec. li. vi. in eo qui opponit crimina ꝯ
electum. nã tũc debet ea quomõcũqꝫ opponat in ſcript̃
opponere. Septima ē qõ an ſufficiat ubi requirit̃ ꝓ
teſtatio ſemel proteſtari an uero requirat pluries ꝓteſta
ri. Et dicite ſm glo. nõ. in. d. c. cupiẽtes. §. ꝙ ſi ꝑ. xx.
in uerbo propoſita ꝙ cautũ ē ꝙ pluries fiat ſed nõ neceſ
ſariũ. Et ita tenet gemi. ⁊ ita ludo. poſt imol. in. l. de pu
pillo. §. ſi quis ipſi. ff. de oper. no. nũc hoc tamẽ limitat
ibi Bar. niſi tractaretur de aliquo iure querẽdo ex facto
aduerſarij cõtra quẽ fit proteſtatõ. puta ipedimẽto ſuo.
nam tunc facta proteſtatõe ꝙ per te nõ ſtat ſꝫ ꝑ aduerſa
rium impediẽtem ceſſante illo impedimẽto dꝫ iterari ꝓ
teſtatio. alias nõ erit proteſtans excuſatus. Ita. d. An.
in. c. plerũqꝫ circa prin. ſ. de reſcrip. ⁊ ē tex. in. d. §. ſi
quis ipſi faciunt nõta ꝑ inno. ⁊ ibi ponũt Panor. ⁊ Imo
la in. c. ex tranſmiſſa. ſ. de preſcrip. notat bar. in. l. ticia
§. uſuras. ff. de leg. ij. ⁊ dicam forte aliquid in. c. fi. j. eo.

Octaua ē qõ ex ꝑte perſone paciẽtis nũquid requira
tur conſenſus eius cui fit proteſtatio ubi proteſtatio uẽit
alteri fienda. Et gl. i. l. fi. §. itẽ ſi predixit. ff. nau. caup.
ſtab. tenet ꝙ nõ. Bar. ubi. ſ. diſtinguit aut tractatur de
obligatione iam nata per ꝓteſtationẽ tolleñ. Et tũc ꝓ
teſtatio requirit conſenſum expreſſũ eius cui fit alias ni
hil operabitur. l. ſiquis maior. C. de tranſac. l. perfecta
C. ḋ dona. que ſub mõ. qꝛ nõ dꝫ eẽ in poteſtate ipſius
obligati ſua proteſtatõe tollere obligationẽ. l. ſicut. C. ḋ
act. ⁊ ob. Aut proteſtatio fit circa obligationẽ de futu
ro cauſandã. ⁊ aut obligatio naſcitur ex aliquo actu pro
teſtatõem precedẽte. ⁊ ſic ē conſecutiua actus p̃cedẽtis. ⁊
illo cãu ꝓteſtatio requirit conſenſum eius cui fit ꝓteſta
tio. ⁊ expreſſum. ⁊ iſte ē uerus intellectus ad. d. §. itẽ ſi p̃
dixit ſm bar. ubi. ſ. ⁊ do. Anto. in. c. cũ. M. in. vi. car
ta. ſuꝑ de conſti. Aut obligatio naſcitura ē libera. qꝛ
nõ ē conſecutiua alicuius actus precedẽtis. Sed poſſꝫ ꝓ
teſtans ex toto nolle obligari ante obligationẽ introdu
cã. ⁊ tũc aut tractatur de obligatione per proteſtatõem
ex toto tollendam aut de limitãda. ſi de obligatione tol
lenda. puta quia ego interceſſurus ꝓ fideiuſſore tuo ad
banchum domini rectoris cum titio proteſtor ipſi titio ꝙ
nõ intendo etiã ſi pro te fideiubebã oligari. ⁊ illo cãu in
teruueniente conſenſu titij expreſſo proteſtatio operabit̃
ꝙ ſi fideiuſſero nõ ero obligatus ⁊ ſic tollet obligationẽ
l. obligationũ ſubſtantia. §. fi. ff. de act. ⁊ ob. Si autẽ ti
tius nõ conſenſerit proteſtationi ⁊ tunc ſi ex interuallo fi
deiuſſero proteſtatio tollitur ꝑ fideiuſſionẽ ſubſequẽteꝫ
⁊ ualebit fideiuſſio ⁊ ero obligatuſ. ille ē tex. ſecũdũ itelle
ctum Bartoli. Et. j. latius dicam in. l. cum imples. §. lo
cator horrei. ff. loca. facit tex. noſter in vſ. cum autem. ſi
uero in ipſo actu fideiubẽdi interuenit proteſtatio ꝙ nõ
intendo obligari tanquã eodẽ tempore uelim contraria

uiciatur obligatio. d. l. obligationum ſubſtantia. §. fi. iū
cta. l. ubi repugnantia. ff. de regulis iuris. ⁊ ponderat
tex. noſtrum in fi. ⁊ faciunt que dixi ſupra in primo intel
lectu ad hunc tex. Aut tractatur de obligatione limi
tanda per proteſtationem. ⁊ tunc aut ſumus in contra-
ctu qui cōſenſu ſine uerbis contrahitur. Aut ſumus
in contractu qui re contrahitur ſi ſumus in cōtractu qui
uerbis ſine cōſenſu cōtrahitur. ⁊ tunc aut illa limitatio
mutat qualitatem obligationis. puta quia prius erat pu
ra proteſtatio fit ſub conditione. uel proteſtatio fit ut ob
ligatio contrahenda ſub tali conditione intelligatur ſub
alia. uel intelligatur pure uel econtra quo caſu ex tali ad
iectione uariatur obligatio. l. i. verſi. cum addicit. ff. de
verbo. obliga. notat do. Anto. in. c. nam cōcupiſcentiā
in glo. ſ. de cōſtitu. ⁊ tunc proteſtatio operatur ⁊ requi
rere debet conſenſum ſicut quando fit de obligatione in
totum tollenda. Et ideo expreſſo conſenſu eius cui fit pro
teſtatio limitaret obligationem non interueniēte expreſ
ſo conſenſu proteſtatio nihil operaretur niſi fieret in ipſo
actu obligationis. quia tunc propter repugnantiam vi
ciaretur obligatio. l. i. §. ſiquis ſimpliciter. ⁊. d. verſic.
cum addicit. ff. de uerbo. obli. aut limitatio illa obligati
onis nō inducit diuerſam qualitatem in obligatione. pu
ta quia auget tantum uel minuit ſummā. d. l. i. §. ſi ſti
pulanti. ⁊ do. Anto. in dicto. c. nam cōcupiſcentiam. ⁊
tūc proteſtatio operatur limitationem obligationis. ſed
non aperit Barto. an requiratur conſenſus uel ne. Et
quicquid dicat hic Imol. ⁊ infra dicam adducit Barto.
l. modeſtinus. ff. de ſolu. Et ex quo illa lex loquitur in
pacto uel conuentione cum dictum docto. debeat intelli
gi ſecundum legē quam allegāt ut notat Barto. in. l. nō
ſolum. §. liberationis uerbo. ff. de libe. lega. uidet ſen
tire Barto. ꝙ in hac proteſtatione requiritur conſenſus
partis latius infra dicam. Aut loquimur in contractu
qui re contrahitur ⁊ illo caſu proteſtatio limitabit obliga
tionem cōtrahēdam ſiue actum fiendum. ⁊ ſufficiet taci
tus cōſenſus eius cui fit proteſtatio. ſatis eſt enim ꝙ non
contradicat. l. i. ⁊. ij. ff. de ſolu. Et ita dicit Bart. poſſe
ſaluari glo. in dicto. §. item ſi predixit. Aut proteſta
tio non fit ad obligationem tollendam uel limitandam
ſed fit ad impediendū ne alio actu proteſtans incurrat
preiudicium ⁊ in actu preiudiciali illi cui fit proteſtatio.
dum tamen non tollatur eius obligatio uel limitetur. ⁊
tunc ſufficit tacitus conſenſus eius cui fit proteſtatio. l. ſi
debitor. §. i. ff. quib. mo. pig. uel yppo. ſol. l. codicillis.
§. i. ff. de lega. ij. Inquantum Barto. uoluit in intellec
tum ad. §. item ſi predixerit ꝙ ibi requiratur cōſenſus
expreſſus ⁊ ſic reprobat glo. ibi. Idem Barto. in dicto.
§. item ſi predixerit. ſuſtinetur a glo. ⁊ ſuſtinet h imo.
ſecundum diſtinc. aut nauta caupo uel hoſpes proteſtat an
tequam illi ingrediantur ſuum hoſpicium uel nauē. Et
tunc bene loquatur glo. ibi. quia ſufficiet tacitus conſen
ſus ſcilicet quod proteſtationi iſti nō contradixerunt. ſ3
hoc non obſtante hoſpicium ſunt ingreſſi. quia tunc in
grediendo uidentur ratam habere proteſtationem. faci
unt notata per Barto. in. l. quo enim. §. i. ff. rem ratā
haberi. ⁊ in terminis ſimilibus de proteſtatione ꝙ non
intendit conteſtari litem ⁊ reſponſionē iudicis. In
contrarium notat Panormi. in capitulo unico ſupra de
lit. conteſtatione. Aut fit proteſtatio illa poſtquam
ſunt ingreſſi hoſpicium. ⁊ tunc non ualeat proteſtatio
niſi expreſſe conſentiant. quia nullus actus facti cum
taciturnitate concurrit. Et ita ſaluatur opio. bartol.
ubi ſ. ⁊ intelligitur. d. §. itē ſi pdixit. Tertius ē intel
lectus quem uoluit Barto. ubi ſupra in. vij. col. i pe. mē
bro articuli proxime relati qui intellexit illum tex. iuncta
glo in cōtractu qui re cōtrahitur. uel aliter ꝙ uerbis uel
conſenſu. prout ē illa obligatio nautica uel cauponula
que ſapit contractum quaſi celebratum. Inquantum. n.
tunc fit proteſtatio non requiritur expreſſus conſenſus

ſed ſufficit tacitus eius cui proteſtatur. Dñ aūt bart dat
itellectū ad. §. locator horrei. dicite h3 eū ꝙ ille tex. tres
h3 itellect⁹. pmus fuit petri quē refert Ci. i. l. pacta no
uiſ. C. de pac. ꝙ io ibi nō ual3 ꝓteſtatio q2 aduerſarius
cui fit proteſtatio nō cōſenſit proteſtatōi. Secūdus ē
intellectus quē uoluit Ia. but. ꝙ ideo ibi ꝓteſtatio non
operat̄ q2 fuit ſimpliciť facta nō autem per uerba de fu
turo. ⁊ ideo actū ſequētem ex interuallo nō reſpicit nec
ei preiudicat ſicut in. l. p retētionē. C. de uſur. Sed dicit
bar. ꝙ iſti duo intellectus ſunt cōtra illū tex. qui ſe nō fū
dat ꝙ proteſtatio nō ualeat. q2 aduerſarius nō cōſenſit
ut uoluit Pet. uel q2 proteſtatio ſit ſimpliciter facta. ⁊ nō
comprehēdat actū futurū. ut uoluit Ia. but. Sed ſe fun
dat q2 propoſitum uidet̄ remiſſū. ⁊ ſic uidet̄ uelle dicere
ꝙ a proteſtatōe ſit receſſum. Unde dicit bar. eē intel
lectū ad illū tex. ꝙ ibi pars nō cōſenſit proteſtationi. ſed
nō cōtradixit. ſed poſtea q2 iſte fecit factū cōtrariū prote
ſtatōi uidet̄ a proteſtatione receſſiſſe. ⁊ ſic bū ſonat tex.
a ꝓpoſito uidet̄ receſſū. facit tex. nr̄ in verſ. cū autem.
Quartus fuit intellectus qui fuit Io. mona. ⁊ uoluit
Io. an. in. d. c. in generali. voluit bald in. d. l. pacta no
uiſſima in. iiij. col. ꝙ ideo nō ualuit ibi proteſtatio pp fa
ctū cōtrariū ꝓteſtationi. nō pōderādo ꝙ ibi nō conſenſerit.
uł et cōſēſit. nam ex q⁹ p actū fcī cōuēit ꝓteſtatōi uſ a ꝓte
ſtatione receſſiſſe ēt ſi fuiſſet ualida. Et ideo tex. ibi dicit
a propoſito receſſum. nō aūt dicit proteſtatōem nō uale
re quaſi pſupponat proteſtationē ibi ualidā. ſed reuoca
tam p actū facti contrariū. Nec ob. ꝙ p proteſtatiōem
derogatur facto de futuro. d. l. qui in aliena. §. celſus. q2
dicūt ipi uerū eē niſi deuenerit ad actū facti. ⁊ ſic reſtrin
gūt illud ꝓcedere tantū in facto uerbali. imol. in. d. §.
morte impugnat iſtū intellectū q2 actus agentiū ēt facti nō
debēt opari ultra uolūtatē eorū. l. nō oēs in princ. ff. ſi
certū peta. ergo per iſtū actū facti nō uidetur receſſum a
proteſtatōe. ex quo de cōtraria uolūtate. apparet h3 imo.
iuniorē. iſtud eēt multū reſtringere. d. §. celſus. cū ſimi
libus. ⁊ tex. noſtrū hic. nō ne potuit ille archieps adiri ēt
uerbali aditōe. Inquātum bar. vult ꝙ ſi proteſtatio
incit obligationi ꝙ illo caſu habet uiciare obligationē q̄ī
tendit ad eā tollēdā ⁊ adducit tex. noſtrū in fi. dicite ꝙ h
prouenit potius ex ui repugnātie que ex actu naſcit̄ ⁊ ꝓ
teſtatione quā ex directo effectu proteſtatōnis. Et ita cō
probat tex. noſter in ultimis uerbis. Imol. reprehendit
bar. quia ubicūq3 proteſtatio contra ſubſtantiam actus
ingeritur actui qui geritur cum alio. tūc proteſtatio reiici
tur. tex. ē in. l. cum precario. ff. de preca. Ergo ita eſt in
caſu Bar. unde dicit ipſe ꝙ quo ad tex noſtrum in fi. re-
ſpondetur ꝙ procedit in iudicialibus in quibus cōtraria
allegans non debet audiri ut habetur in regula nullus
pluribus de regulis iuris li. vi. Bar. loquitur in obligati
one. ⁊ ſic in extraiudicialibus in quibus pactum obliga
tioni contrarium reiicitur. d. l. cum precario. pro eo faci
unt notata in. l. ubi ita donatur. ff. de dona. cau. mor.
Non obſtat tex. in. l. ubi repugnātia quia loquitur in re
pugnātia actuali uel naturali uel alia repugnātia que nō
oritur ex pacto uel proteſtatōe. Nos loquimur in repu
gnātia que naſcitur ex proteſtatione que de facili pōt tol
li ſublata proteſtatione. tamē notate Bar. quia in iudici
alibus bene ſequitur imol. ꝙ ex eo habetis ꝙ per actū
factum coram iudice a quo uel etiam alio eius ſuperiore
puta iudice ad quem ſi in actu ingeritur proteſtatio non
uidetur renūciatum appellationi. imo per repugnātiā
impeditur actus. ⁊ ideo tutum ē proteſtari. quod fac ad
intellectum Io. an. ſupra ſecundo loco relatum ad tex.
noſtrum. ⁊ ad ea que dixi in limitationibus. Quatenus
bar. vult ſi ego proteſtor ꝙ in fideiuſſione nō itendo ob
ligari interueniente conſenſu partis obligatio tollit̄ Lu
do. in. d. §. morte dicit hoc dictum procedere niſi poſt ta
lem proteſtationem fieret fideiuſſio pp graue piculū imi
nēs alicui. puta mortē ut liberet̄ iſte a morte ꝓ q⁹ ille q

UVA. BHSC. IyR_025

proteſtatus erat fideiuber. nam tunc fideiubendo uidet
recedere a proteſtatõe dato ꝙ in ea interuenerit conſen
ſus partis. Adducit quod uoluit Jo.an.in addi.ad ſpe
cu.in ti.de fideiuſ.§.i.uer.quid ſi fideiuſſor. hoc modo
inducendo quicquid dicat Jmo.iunior dicens ibi non ꝓ
bari.nam ibi uoluit Jo.an.ꝙ ſi quis iurauerit non fide
iubere pro aliquo ꝙ ſi fideiuſſerit pro aliquo eximendo
a periculo mortis ꝙ non erit periurus.imo non obſtan
te iuramento tenetur pro eo fideiubere.c.paſce.⁊.c.nõ
ſatis.lxxxvi.di.⁊ hoc dictum ſequitur.d.anto.⁊ Jmol.
in.c.cu3 quida3.ſupra de iuriu.⁊ eldra.in conſi.ſnis cõ
ſi.lxxxix.ſicut ergo uult Jo.an.ꝙ iuramentum de non
fideiubendo non includat caſum neceſſitatis ergo mul/
to magis uult ꝙ proteſtatio de non fideiubendo uel nõ
obligando ſi fideiuſſerit que ẽ ſimplex enunciatio nõ cõ
prehendet caſum neceſſitatis.nec excludet fideiuſſionem
interpoſitam propter iminens periculum ut ex ea obli/
gatio non naſcatur. Ceterum dum bar. uoluit facere
differentiam an proteſtatio fiat ad limitandam obligatõ
nem in contractu qui re contrahitur. ⁊ in contractu qui
uerbis aut conſenſu contrahitur utrq3 Jmo.male refe
runt bar.dicentes cum uoluiſſe facere differentia3 inter
contractum qui uerbis contrahitur tantum ex una parte
⁊ contractum qui ex conſenſu contrahitur ex alia. Et di
cunt ꝙ non eſt conſtituenda differentia cum ſit eadẽ ra
tio.ergo eadem debet eſſe iuris diſpoſitio in utroq3 cãu
c.tranſlato.ſupra de conſti.l.illud.ff ad.l.acquili. Sed
hoc met arg. etiam ſtringit contra id quod uult bartol.
bene referendo.i.dummodo facit differentiam inter cõ
tractum.qui uel uerbis contrahitur vel conſenſu ex una
parte ⁊ contractum qui re contrahitur ex alia. ideo cogi
tabitis.ꝙ attinet ad aliud membrum bart.dum vult ꝙ
q̃do tractatur de oblõne limitanda.⁊ nõ mutetur qua
litas obligationis puta quia fit mutatio reſpectu ſumme
tantum ꝙ illo cãu operetur proteſtatio Jmo.reprehen
dit bar.dicens velle bar.ꝙ hoc cãu non requiratur con
ſenſus quod uidetur iniuere. Bar.dum dicit ꝙ illo caſu
operatur proteſtatio ſicut ſi in actu fuiſſet interpoſita.ſ3
ſi interpoſita fuiſſet in actu non requiritur conſenſus er
go uidetur uelle ꝙ nec etiam hoc caſu ideo opponit.nã
proteſtatio que fit ad tollendam obligationem ex toto re
quirit conſenſum partis.ut ſupra dictum eſt. Sed eadẽ
eſt ratio de parte quo ad partem que eſt de toto quo ad
totum.l.que de tota.ff.de rei uen.ergo idẽ erit utroq3
cãu. Sed nimis udaice ponderat bart.non enim dixit
Bar.non requiri conſenſu3.nec per hoc quod dicat ope
rari proteſtationem hoc cãu ſi in actu fuiſſet interpoſita
uidetur illud innuere.quia illa equiparatio procedit reſ
pectu effectus non autem equiparat bar.reſpectu forme
nec modi interponẽdi.proteſtationem.⁊ ideo per.l.quã
allegat.l.l.modeſtinus.ff.de ſolu.que exprimit de pac/
to uel conuentione ⁊ ſic de conſenſu utriuſq3 uidetur in
nuere bar.ꝙ hoc cãu requiritur conſenſus. ⁊ ſic eadem
erit concluſio cum opi. Jmo.licet eius reprobatio mala
Et ex predicta theorica bar.colligit hic Jmo.⁊ male
velle bar.ꝙ ubi requiritur conſenſus eius cui fit proteſta
tio ꝙ ſemper requiritur expreſſus. Unde opponit ipſe
Jmo.de.c.diaconi.⁊ ibi notat Arch.xxviii.diſtin.de.c.
i.⁊ ibi glo.xxvii.di.de.l.ſi fideiuſſor.in principio.⁊ ibi gl.
ff.qui ſatiſda.cog.de.l.ſi.§.item ſi predixerit.⁊ ibi glo.
ſupra allegata.⁊ ẽ ſimilis glo.in.l.pretor.§.hoc autem
edictum.in uer.additum.ff.de oper.no.nunci.⁊ ibi põ
derat Jmo.ad hoc que tamẽ de neceſſitate hoc nõ uult
vbi concluditur ꝙ ad proteſtationem non ſufficiat tacit⁹
conſenſus eius contra quem fit. Jnno.in.c.cumana.et
ibi hoſti.ſ.de elec.tenet ꝙ imo requiratur expreſſus cõ
ſenſus.mouetur quia non ẽ ſtandum dicto proteſtantiſ
pro ſe niſi aduerſarius conſentiat.l.de etate.§.i.ff.de i
terrog.act.ergo proteſtatio non operabitur niſi conſen
ſus expreſſus accedat eius contra quẽ fit.unde pro ſo:

⁊ concordia dicit ipe Jm.ita cẽ diſtiguẽdũ.aut loquimur i
iudicialib⁹ ⁊ tũc ſufficiat tacit⁹ↄſẽſus.⁊ his t̃mis loquit̃
gl.i.d.l.ſi fideiuſſor.aut loqmur i actu extraiudiciali ⁊ tũ
ſi cũ patia ſiue taciturnitate eius ꝯ quẽ fit proteſtatio cõ
currit ali⁹act⁹ ſu⁹⁊ tũc ſufficiat tacit⁹ↄſẽſus.l.ſi fili⁹ fa.ii
ff.ad mace.vbi cũ patiẽ ꝯcurrebat receptio ſrãrũ de.i.
d.ꝓcur.aut nõ ꝯcurrit cũ patia alius actuſ.⁊ tũc nõ ſuffi
ciat tacitus ↄſẽſuſ ſ3 requirit̃ expſſus.⁊ ita itelĺat qđ vo
luit Jnn.i.d.c.cũana.⁊ qđ voluit bar.ſ.relatus.⁊ cũ
hac diſtictõe recte ↄſiderãti uĩ iddiare lud.i.d.§.morte.
⁊ i.l.q̃ doc̃.ff.ſo.ma.vos dicite reglã eẽ ex mẽte bar.vt
proxie retuli.⁊ ẽt.d.ant i.c.cũ.m.ferrariẽ.i.vi.⁊.vii.
cbar.ꝙ reglr i proteſtatõe requirit̃ ↄſenſuſ eius cui fit ꝓ
teſtatio ⁊ expreſſus.⁊ ita facit dictum Jnn.in.d.c.cuma
na.⁊ tex.in.d.§.item ſi predixerit non cauillando ſra3
Fallit primo quando ꝓteſtatio fiet in ipo actu q2 tunc
non requiritur ↄſenſus expreſſus eius cu fit.ita eſt de
mente bar.in articulo ꝓxime relato.dum allegat.l.ubi
repugnantia.⁊ ita.d.anto in.d.c.cum.m.in.xxvi.col.
hoc tamen declarans non ꝓcedere quando ꝓteſtatio fi
at ꝯ ſubſtantiam actus ſiue effectum ſubſtantialem. q2
tunc etiam ſi in actu fiat proteſtatio requiritur conſenſuſ
non ſolum tacitus ſed expreſſus.puta finalis ſubſtantia
matrimonii ẽ ad prolem ꝓcreandam ſi quiſ in contrahẽ
do matrimonio ꝓteſtetur ꝙ non intendit ꝯhere niſi cu3
hac conditione ꝙ ꝓles ex ea non concipiatur talis pro
teſtatio non interueniẽte expreſſo ↄſenſu fcie nihil opẽ
rabitur ⁊ reijcit̃. Et ideo dãt doc.cautellam ꝙ mulieres
taceant hoc cãu.ſi vero interuenerit conſenſus expſſus
tunc ꝓteſtatio opatur q2 vitiat matrimoniũ. ⁊ ita Joã.
an.in.c.ſi.ſ.de condi appo.ſequitur panor.in.d.c.cum
m. Fallit ſo qñ tractat̃ de oblõne re ꝯcta limitãda.nã
tunc ſufficit tacitus conſenſus.ita bar.ubi ꝓxime.⁊ dicit
ita poſſe ſaluari gl.in.d.§.item ſi predixerit.quã.ſ.ad
duxi pro ꝯria.⁊ facit.l.i.⁊.ii.ff.de ſo. Fallit tertio qñ
tractatur de alio preiudicio eius cui fit ꝓteſtatõ ꝙ obliga
tionis tollẽ.vel limitañ.q2 tũc ſufficeret tacitus ↄſẽſus
ita bar.ubi proxime allegat.l.ſi debitor.§.i.ff.qui.mo.
pig.vel hip.ſol.l.codicilli.§.i ff.de lega.ii.per que iura
hoc uoluit bal in.l.pacta nouiſſima.in.ii.col.C.d pac.
Fallit quarto qñ ꝓteſtatio emanauit ſup facto dubio
puta ſuſceptione habitus ⁊ portatione ultra annũ quẽ põt
ſe hẽre ad profeſſionẽ iducẽdã ideo ut diutiuſ velit experiri
auſteritatẽ regule.vel puta in viſione que fit libello quẽ
põt ſe hẽre ad lit.ↄt.induceñ item ad informañ.iudicẽ.q2
tunc proteſtatio nõ requirit ↄſenſũ pt̃.cũ qua gerit̃ act⁹
ſ3 ẽt pte ꝯdicente.tñ opabitur effectũ ſuũ vt declar3 hũc
actũ dubiũ.ita Jnno.i.c.i ꝙ met.cã.i.d.c.cũ.m.⁊ ibi
ponderat.d.anto.i.xxviii.col.facit nõ.bar.i.l.i.C.de
lit.ↄt.qui tñ alr̃ ſentit ibi qđ ẽt nõt Jo.an.d.anto.⁊ pa
nor.i.c.i.ſ.de lit.ↄt.d.anto.i.c.tua nos.j.de ſponſa.
Fallit quito q⁹ad derogatõ3 priuilegii ei⁹ ꝯ quẽ fit pro
teſtatio iduceñ.q2 tũc ſufficit tacit⁹ ↄſẽſus ei⁹ ꝯ quẽ fit ꝓ
teſtatio ad excludẽdũ ſuũ priuilegiũ.tex.ẽ quẽ ibi notat
ang.i.d.l.ſi fideiuſſor ꝓ ꝯria.ſ.allata. Fallit.vi.i actib⁹
iudicialib⁹q2 tũc ꝓteſtatio circa illa emanãs ſat̃ ẽ ꝙ habe
at tacitũ ↄſenſũ.ita Jm.i.d.§.morte ut p3 i ꝓ.di.l3
fuit bal.i.d.l.ſi fideiuſſor.qui ita itellit illã gl.ibi.⁊ ẽ vĩ ſ3
cũ.nã patia i iudicialib⁹pl⁹opat̃ ꝙ extraiudicialit⁹.l.cũ
ordinu⁹.§.i.ubi cãus.ff.d fideiuſ.tu.ñ mix g⁰ ſi patia i
iudicialib⁹opat̃ nalĩdicatẽ proteſtatõis l3 ñ i extraiudicia
lib⁹. Fallit.vii.qñ fieret proteſtatio ad iuſ ſuũ ↄſuañ.nã
tũc ſuffic̃ tacit⁹ↄſẽſus pt̃.ita uoluit bal.i.d.l.ſi fideiuſſor
⁊ ſẽſit io.an.ut.ſ.retuli i.q.qñ proteſtatio fieri d3 dũ alit̃
l.ſi fili⁹.ff.ad mace. Fallit.viii.qñ proteſtatio fieret ad pe
nã euitãdã.nã tũc ſufficit tacit⁹ ↄſẽſus pt̃ ad h⁹ vt prote
ſtãs euitet penã.ita panor.i.d.c.cũ.m.qui ita itellit gl.i
d.c.i.xxvii.di.ſ.allatã pro ꝯria.l3.d.ant.ibi itellat illã
gl.qñ proteſtatio fit i actu.⁊ ſic erit cãus poſit⁹i pria fallẽ
tia Fallit.ix.qñ cũ patia ꝯcurrẽ.receptõ ſra3 ſali⁹act⁹ki ꝙ

UVA. BHSC. IyR_025

tunc ſufficeret tacitus conſenſus. puta in caſu.l.ſi filius
la ſeconda.ff.ad maced.⁊ etiam de.l.de pꝛocura.ita eſt
de mente Jmo.in pꝛoxima diſtinctione.ita barto.in.l.
quo enim.§.i.ff.rem ra.ha.in.l.titius.ff.de conſti.pe
cu.in.l.cum tabernam.§.pe.ff.de pig.bar.⁊ bal.in.l.
ſi abſent.C.ſi cert.pet.in.l.litteras.ibi bal.C.mā.bal.
in.l.fi.C.ad mace.⁊ in rubꝛica.C.de fide inſtru.in.xix
col. Et notate quia Jmo.uult in.d.§.moꝛte.ꝙ caſus
d.l.ſi filiꝰ.⁊ per ꝯtrariũ.d.demen.i.habet locum non ſoluꝫ
in recipiente litteras.ſed etiam in recipiente nuncium.l.
qui autem.§.fi.in arg.ff.de conſti.pecu.l.i.in fin.ff.de
contrahen.emp.tamen Jmo.iunioꝛ ponderat ꝙ cum
miniſterio bar.⁊ docto.pꝛoxime allegati ſolum ponde/
rant receptionem litterarum.ergo non idem erit in nun
cio.ſed non uideo rationem differentie inter receptionē
litterarum ſine contradictione ⁊ receptionem nuncii.

Fallit decimo in odioſis quia pꝛoteſtatio emanans ad
excluderẽ.aliquod odium ſatis ualet adhibito tacito con
ſenſu partis.ita paulus de caſtro in.d.l.ſi filius.qui di/
xit ꝙ ex quo pater eſt pꝛeſens ſuſceptioni mutui quam
facit filius habebit locum.d.l.ſi filius.ſi non contradicat
quia macedonianum ē odioſum allegat ad hoc compꝛo
barẽ.l.ſed ⁊ iuſ.§.pe.⁊ fi.que ſecundũ Jmol.iunioꝛem
nihil facit.ff.ad maced.tamen ipſe Jmo.iunioꝛ hoc dic/
tum non ſequitur quia cum tractetur de graui pꝛeiudi/
cio pꝛeſentia cum taciturnitate non habet vim conſēſus
l.que dotis.⁊ ibi habetur per bar.⁊ alios.ff.ſolu.mat.ī
l.filiusfa.§.inuitum.⁊ ibi glo.ff.de pꝛocur.notatur i.c.
nonne.ſupꝛa de pꝛeſump.in regula qui tacet.de regu.
iur.li.vi.pꝛeterea docto.ponderant ꝙ in.d.l.ſi filius.
interuenit actus facti. Undecima ē limitatio ꝙ in fo/
ro penitentie in his que ſunt libere uoluntatis noſtre et
geruntur cum alio puta in matrimonio illo cāu pꝛoteſta
tio non requirit expꝛeſſum conſenſum partis nec etiam
tacitum quia in foꝛo penitentiali ſatis ē ꝙ ille non inten
debat contrahere matrimonium.uel non inten/
debat pꝛofiteri.licet pꝛoteſtatio non ſit a parte recepta
ita.d.anto.in.c.tua nos.j.de ſpon.qui tamen dicit ꝙ li
cet pꝛoteſtatio non operetur in foꝛo foꝛi ſed in foꝛo peni
tentiali ꝙ per hoc nō dꝫ iudiciũ eccleſie refugere,et nolle
hitarẽ cũ uxoꝛe ⁊ nolle mōachari ſꝫ uagari.qꝛ illo caſu ni
peccaret ex quo poteſt obedire ecctie ſine peccato ⁊ tamē
non obedit. Duodecimo fallit ubicunqꝫ ſumus in ma
teria in quo tacitus conſenſus ſufficit quia tunc pꝛoteſta
tio non requirit expꝛeſſum conſenſum.ita bar.in.l.i.§.
pena.ff.de lib.agno.in.l.i.C.de lit.conte.pen.colũ.in
hoc tamen articulo Jmo.iunioꝛ dicit poſſe diſtingui pꝛo
ut diſtinguit bar.in.l.que dotis.in fi.col.ff.ſolu.matr.
in illo articulo an quando ſumus in materia indifferen
ti que non ē neqꝫ contractus neqꝫ iudicium taciturnitas
habeatur pꝛo conſenſu.quia diſtinguit aut loquimur in
grauibus ⁊ tunc nō ſufficit tacitus conſenſus.l.pe.ff.de
fur.d.§.inuitum.⁊ ibi glo.aut in leuibus.⁊ tunc ſufficit
tacitus conſenſus.l.labeo.⁊ ibi notatur.ff.ḋ aqua plu.
ar.iſta diſtinctio ē de directo contra tex.iuncta glo.in.d.
c.i.xxvii.di.ubi tractabatur de grauibus.ſ.continentia
diaconi.⁊ tamen ſufficit tacitus conſenſus.⁊ etiam cōtra
allegata in pꝛoximis limitationibus ſi ponderabũt.nec
bar.in.l.que dotis loquitur in pꝛoteſtatione.puta licet
pꝛoteſtatio ſit actus indifferens quia nec contractus nec
iudicium nec ultima uoluntas tamen ſuſcipit naturā eiꝰ
actus ſuper quo interponitur.l.ſi quis.i pꝛincipio teſta
menti.in pꝛin.ff.de leg.iii.l.ſi ita ſcriptum.ff.de leg.i.
l.ut perfectius.C.de anna.excep.ubi ſuſcipit naturaꝫ iu
dicii.d.§.locatoꝛ hoꝛrei.ubi ſuſcipit naturam contractꝰ
⁊.d.§.item ſi pꝛedixerit.⁊ faciunt que dixi.ſ̄.in articulo
qualiter pꝛoteſtatio fieri debet ⁊ an debeat fieri in ſcript.

Succedit modo queſtio ſicut operatur circa obligati
onem tollẽ.uel limitarẽ.ita operetur circa modũ obli/
nis inducẽ.puta per ziferam.ecce conuenio tecum ꝙ ſi
dixero a uel b ꝙ̄ intelligatur pꝛomittis uel uendis.ſi di/
xero.c.uel.d intelligatur pꝛomitto uel uendo uel intel/
ligatur pꝛo tanto pꝛecio.ang.in.l.i.§.ſi quis ita.ff.de
uer.ob.tenet.ipſe ꝙ pꝛoteſtatio hoc cāu non operetur.
adducit glo.hoc tenentem in.§.ſed hec.inſti.de uerbo.
ob.glo.tamen ē contraria in.l.ſi quis in fundi uocabu/
lo.ff.de leg.i.in.l.que extrinſecus.⁊ ibi notatur.ff.ḋ.v.
ob.ubi ualet zifera ꝙ bos appelletur aſinus.⁊ ſic vnum
ponatur pꝛo alio inter contrahentes Jm.in.d.l.ſi quiſ
in fundi hanc contrarietatem ita ꝯcoꝛdat ⁊ ponit colẽ.
memoꝛie putheus noſter in.d.§.ſi quis ita.aut uerba q̄
per ziferam inducuntur ſunt uerba que de natura ſui ſi
non directo ſaltem per indirectum poſſunt impoꝛtarẽ id
ad quod impoꝛtarẽ.indducuntur puta uerbum quid ni
quare non vel ſimile directo non affirmat tamen per in
directum ratione pꝛecedentis interrogationis poteſt cō
tinere affirmationem.⁊ tunc ſiue in contractu uerboꝛuꝫ
ſiue in contractu alio ſiue in ultima uoluntate valeat talꝭ
zifera conuentio ſiue pꝛoteſtatio.d.§.ſi quis ita.aut illa
uerba directo non impoꝛtant nec per indirectum illud
ad quod impoꝛtandũ inducũt.puta a nũꝙ̄ ē dicere pꝛo
mittis nec bos unꝙ̄ ē aſinus.⁊ tunc ſi loquimur in ulti
mis uoluntatibus vel etiam contractibus qui uerbis nō
contrahuntur in eis valet talis zifera ⁊ pꝛoteſtatio. Jta
glo.in.d.l.ſi quis in fundi. Si uero loquimur in contra
ctu uerboꝛum.ſ.ſtipulatione aut illa zifera apponitur cir
ca foꝛmam contrahendi.ſ.uerba interrogatiua ⁊ ꝓmiſ
ſiua ⁊ tunc non ualet talis zifera nec pꝛoteſtatio ad actũ
conſeruandum uel inducendum.imo uiciatur actus nec
vllus inducitur.ita glo.in.d.§.ſed hec.puta pꝛoteſtoꝛ ti
bi quod ſi dicam a intelligo interrogare.pꝛomittis.
⁊ tu pꝛoteſtans ꝙ ſi dicis b intelligis reſpondere.pꝛomit
to.in hoc meminimus pone ꝙ dicam a ⁊ dicis b.nulla
obligatio nec ſtipulatio inducetur.aut illa zifera uel pꝛo
teſtatio non apponitur circa foꝛmam ſed circa materiaꝫ
ſ.circa rem que deuenit in contractu ⁊ tunc ualet talis ꝓ
teſtatio.⁊ intelligetur ꝓmiſſum pꝛout in pꝛoteſtatiōe cō
tinetur.puta conuenio tecum ꝙ ſi dixero aſinam intelli
go de boue.certe in contractu intelligetur uenire boſ ap
pellatione aſini.quod pꝛocedit in contractu uerboꝛũ qñ
res ē in pꝛeſentia.ita intelligitur glo.in.d.l.que extrinſe
cus. Dabit deus his quoqꝫ finem.vos ⁊ ſcilleam rabiē
penituſqꝫ ſonantes.acceſtis ſcopulos uoſqꝫ ⁊ ciclopea ſa
xa. Experti reuocate animos meſtũqꝫ timoꝛem mittite
foꝛſan ⁊ hec olim meminiſſe iuuabit. Nona ē queſtio
quis ſit effectus pꝛoteſtationis. Et dicite ꝙ pꝛius ē effec
tus quia ius pꝛoteſtantis conſeruat.d.l.ut perfectius.c.
paſtoꝛalis.ſupꝛa de excep.c.i.ſ̄.ꝙ met.cauſa. Scḋo
uerbũ dubiu interpꝛetatur ita ut ad alium ſenſuꝫ nō tra
hatur tex.eſt quem ibi ponderat ang.in.l.iuꝛ.gen.§.
quod fere.ff.de pac.uoluit Jnno.in.d.c.cum.in.⁊ i.d.
c.i.puta uerbum.conuentio.ē generale compꝛehendēs
ſub ſe ⁊ ſtipulationem ⁊ pactum nudum.pꝛoteſtatio hoc
verbuꝫ declarabit ut intelligatur ſolum de pacto nudo.ī
mo uſqꝫ adeo habet poteſtatem interpꝛetatiuam pꝛote
ſtatio vt poſſit impꝛopꝛiare uerba ut confoꝛmentur cuꝫ
pꝛoteſtatione.tex.eſt nō.⁊ ibi ponderat bal.in.l.ſi tam
auguſti.ff.de ſerui. Tertio operatur quia obligatio
nem quandoque tollit.ut in.d.l.obligationum.ff.fi.et
in.c.diaconi.xxviii.diſtin.vel etiam obligationem limi
tat.l.i.⁊.ii.⁊.l.modeſtinus.ff.de ſolu. Jtem operatꝰ
quia derogat ſenſui actus.c.olim cauſam.ſupꝛa de cen
ſi.c.tua nos.infra de ſponſa. Jtem operatur circa ac
quiſitionem poſſeſſionis.quia eam impedit quandoqꝫ
glo.eſt in.c.pontifices.vii.queſtione.i.notatur in.l.iꝫ.
C.de acqui.poſ.⁊ quandoqꝫ ipſam acquiſitionem limi
tat ſiue reſtringit ut uideatur facta uel de naturali uel ci
uili tantū.ut notatꝰ p gl.in.l.unica.C.uti poſ.uel iurꝭ fa
cultatꝭ.ut hētꝰ i.c.cũ eccleſia ſutrina.j.ḋ cā poſ.⁊ ꝓpꝛi.ī
l.ut pomũ.ff.ḋ ſ.p bar.i.l.i.§.i.ff.ḋ iti.actuqꝫ pꝛi.itē

UVA. BHSC. IyR_025

circa duo extrema uerſatur proteſtatio. ſ. intereſſe ex ꝑ
te proteſtantis ⁊ actum paſſiuum ſiue impugnationem
ex parte alterius contra quem fit uel cui preiudicat prote
ſtatio ut ſatis patet ſupra in tertia. q. Ita Io. an. in. d.
c. in generali in. viii. col. inferens ꝙ ſicut appellans cu/
ius non intereſt non auditur. ii. queſtione. vi. c. non ſo/
let. c. veniens. el grande. ē. de teſti. ita proteſtans cuius
non intereſt non audiatur. ⁊ ſic circa intereſſe proteſtan
tis uerſatur effectus proteſtationis. Item operatur ꝓ
teſtatio quia quandoqꝫ poſſeſſionem interrumpit tamē
pro clariori intelligentia huius effectus Io. an. vbi pro
xime primo arguit ꝙ imo poſſeſſionem non interrum
pat. nam litis conteſtatio non interrumpit poſſeſſionez.
c. i. ē. vt lit. pen. c. ii. ē de in integ. reſti. c. ex litteris. ī. de
iure patro. ergo multo minus proteſtatio puta per citati
onem neqꝫ libellum non efficitur quis reus. c. fin. xv. q.
viii. nec ei aliquid de iure ſuo aufertur niſi fuerit conuic
tus. l. facultas. ⁊. l. fi. C. de iure fiſci. li. x. ergo nec per ꝓ
teſtationem. ⁊ ſic non preiudicabitur ei in ſua poſſeſſiōe
contra quem ē proteſtatum. pro hoc facit tex. in. l. quidā
hiberius. ff. de ſer. vrb. pred. in. l. debitori. C. de pigno.
ubi denunciationes huiuſmodi extraiudiciales fiunt ad
vrbanitatem non ad aliquem neceſſarium effectum. im
mo per illa iura tenet panor. in. c. nouit. ad fi. ē. de iud.
ꝙ pauci ē effectus illa denunciatio. ⁊ ſolū operatur circa
expenſas contra iſtum reum in iudicio factas ſi peruenia
tur ad iudicium. In contrarium facit tex. in. c. cumana.
ē de elec. ubi proteſtatō uidetur interrumpere quaſi poſ
ſeſſionem illorum capellanorum. vnde diſtinguit Ioā.
an. aut ius cōmune facit pro proteſtante ⁊ contra prote
ſtatum. aut pro ꝓteſtato ⁊ contra proteſtantem. aut ius
cōe nec aſſiſtit nec reſiſtit. Circa primū ꝓteſtatio interrū
pit poſſeſſionem ⁊ ille ē tex. ad lrām in. c. cumana. ⁊ eſt
ratio ſm eum. nam ex quo ius cōe facit pro ꝓteſtante et
ſic pro canonicis ⁊ proprietas erat apud eos ⁊ facit cōtra
proteſtatum. ſ. capellanos ideo ibi cū ꝯſtaret de defectu
proprietatis proteſtati. non miruꝫ ſi de facili ꝑ ꝓteſtatio
nem tollitur poſſeſſio que ex natura proprietatis dꝫ tra
hi ad ipam ꝓprietatem cū petitoriū abſorbeat poſſeſſori
um. c. cum dilectus. ē. de cā poſ. ⁊ propri. Et ita fuit rō
d. c. cumana. ⁊ faciunt notata in. c. ad decimas. de reſti.
ſpo. li. vi. ſo caſu proteſtatio non interrumpit poſſeſſiōꝫ
c. in geneſi. ubi tex. ē. de elec. nam ibi ꝓteſtatio facta cō
tra illum canonicum nō operatur interruptionem quaſi
poſſeſſionis iuř eligendi. nam ex quo erat canonicus ius
cōe erat pro ipo proteſtato ⁊ contra alios canonicos pro
teſtantes. tertio cāu ꝓteſtatio non interrumpit poſſeſſio
nem tex. ē in. c. olim cām. ī. de cenſi. nam ibi epiſcopus
ille accipiebat pro ſinodatico tot denarios lucenſes. ⁊ qꝛ
pretendebat ſibi debere tot denarios papieñ. qui erant
maioris valoris ꝙ̄ lucenſes in repetitione ſinodatici pro
teſtatꝰ fuit ꝙ ſcipiebat ſaluo iuř ſuo uno āno. nec poſtea
aliis annis repetiit proteſtationem. Dicit ibi tex. ꝙ ibi ſi
illi ſolueñ. per. xl. annos ſoluerunt tantum denarios lu
cenſes. ꝙ illo caſu per preſcriptionem tuti erunt ne te
neantur ad papieñ. ſi per preſcriptionem ſunt tuti ergo
poſſeſſores ſemper fuerunt illis. xl. annis. ſi poſſeſſores
ergo per proteſtationem illā epi non fuit interrupta iſta
talis quaſi poſſeſſio huius iuris ſolueñ. magis de vna
moneta ꝙ̄ de alia. hoc cāu ius cōe bene ſtatuit ut ſinoda
ticum ſoluatur. c. cum querente. ſupra de offi. ord. Sed
quod ſoluatur magis de una moneta ꝙ̄ de alia ius cōe
nec aſſiſtit diſponendo ꝙ ſic nec reſiſtit diſponendo ꝙ ñ
Et ſi dicatis ibi proteſtatio non interrumpit preſcriptio
nem quia per actum contrarium ē ſublata. ſ. recipiēdo
poſtea ſine proteſtatione. d. §. locator horrei. Et eſt tex.
hic ſm intellectum Io. mon. ⁊ Io. an. in. d. c. in genera
li. ē. relatum. reſpondet Io. an. ꝙ ibi factum non fuit
directo contrarium proteſtationi. nam proteſtatio tēdit
ꝓ principaliter ad conſeruañ. ius eccleſie ⁊ in conſequent

in utilitatem prelati actus receptionis reſpicit ipſum pre
latum principaliter nec ius eccleſie principaliter reſpicit.
quia per actum facti prelatus non poteſt preiudicare
eccleſie. ſed preiudicat ſibi. notatur in regula delictum ꝑ
ſone. de reg. iur. li. vi. non mirum ergo ſi iſte actus non
derogat proteſtationi. ⁊ ideo ibi non eſt dicendum ꝙ ꝓ
teſtatio non interrumpat poſſeſſionem quia per actum
contrarium tollitur. ſed quia natura ſui non interrum
pit poſſeſſionē quando iuſ cōe nec aſſiſtit nec reſiſtit. Cō
catenatur alia queſtio nunquid per proteſtationem iter
rumpatur preſcriptio. ⁊ facite uobis regulam ꝙ non ita
ē tex. in. d. c. olim cauſam. ita Io. an. ubi proxime. i. ix.
col. ⁊. viii. lꝫ duas opi. referat tamen illa ē ultima. ita uo
luit bar. in. l. naturaliter. in. ii. col. ⁊ ibi alii. ff. de uſuc.
⁊ ē de mente. d. anto. ⁊ Imo. in. c. illud. ē. de preſcrip.
ita bar. in. l. pe. ff. pro emp. allegat notata per Inno. ī
c. dilecti. ē. de maio. ⁊ obe. Fallit primo in proteſtatio
ne facta per publicum executorem que ſapit citationem.
nam per iſtam interrumpitur preſcriptio longiſſimi tem
poris ita bar. in. d. l. pe. ita Ang. in. l. ſi eum. §. qui iniu
riarum. ff. ſi quis caut. ita glo. in. l. cum notiſſimi. C. de
preſcrip. xxx. vel. xl. an. Fallit ſecūdo in preſcriptione
que cauſatur ex ſola negligentia non petentis uel ſolo
curſu temporis. ſ. exceptionis non numerate pecunie.
l. ſi pñs. C. de epiſ. aud. l. in contractibus. §. fi. C. ꝺ nō
nu. pecu. iuncta. l. ſi intra. ⁊ ibi glo. C. de non nume. pe
cu. ita Io. an. ubi proxime. Fallit tertio in proteſtati
one facta ante apprehenſam poſſeſſionem per uolentē
preſcribere. nam proteſtatio facit nouum poſſeſſoreꝫ ma
le fidei. l. ſi fundum. C. de rei uen. Inno. in. d. c. dilecti.
dixi in. c. bone. ē. eo. cum mala fide non procedit preſcri
ptio. c. fi. ē. de preſcrip. ergo per proteſtationem impedi
etur preſcriptio. ⁊ ita bar. in. l. celſuſ. ii. col. ff. ꝺ uſucap.
⁊ in. d. l. pe. Fallit quarto in eo qui preſcriberet ſine
titulo ⁊ ex cauſa lucratiua. nam tunc proteſtatio impedi
ret preſcriptionem huius. l. item veniunt. §. petitam. ff.
de pe. here. bar. in. d. l. pe. Fallit quinto de iure cano
nico quando iſta proteſtatio fieret ita clara ⁊ certificato
ria ut. ī. dicam ꝙ inconuincibiliter conſtitueret iſtum pre
ſcribentem in mala fide. nam tunc cum ſuperueniēſ ma
la fides interrumpat preſcriptionem illa proteſtatō gene
rat malam fidem ergo interrumpet preſcriptionem per
ea que voluit Inno. in. c. fi. ⁊ ibi ſcrib. ⁊. d. anto. ⁊ In
no. in. c. illud. in fi. col. glo. ⁊ ſcrib. in. c. ſi diligenti. ēꝫ. de
preſcrip. Fallit ſexto ⁊ ultimo in quattuor caſibus. ſ.
abſentie infantie furoris. ⁊ potentie preſcribentis ꝑ que
impediatur iſte contra quem preſcribitur agere ad inter
rumpeñ. preſcriptionem. nam tunc ſufficit proteſtari ſm
formam. d. l. ut perfectius. ⁊ fuit Io. an. in. d. c. in gene
rali. in. viii. col. Alius eſt effectus ꝙ proteſtatio impe
dit actum fiendum. ſed reaſſumendo hunc articulum la
tius dicite ex mente bar. in. d. §. morte. in. iiii. col. qui di
ſtinguit aut proteſtatio fit per uerba de futuro ⁊ tunc tra
hitur ut impediat actum futurum. l. ſi ita ſcriptum. ff. ꝺ
lega. i. l. ſi quis in principio teſtamenti. in principio. ff.
de leg. iii. aut loquitur per uerba preſentis temporis. et
tunc non trahitur ad actum ex interuallo ſequentem ni
ſi proteſtatio fieret ex aliqua iuſta cauſa. nam tunc tan
tum extenderetur quantum duraret illa cauſa. ita bal.
in. l. ſi repeteñ. C. de condi. ob cauſam. puta quia prote
ſtor ꝙ facio per metum. nam tunc quandocunqꝫ feceriꝫ
durante metu. ⁊ ſic cauſa durabit proteſtatio ⁊ fuit dictū
Inno. in. c. i. per illum tex. ſupra quod met. cauſa. uo
luit Io. an. in. d. c. in generali. in. ix. colum. uoluit bar.
in. l. penulti. in penul. colum. ff. de condi. ob turp. cau.
in. l. ii. C. quod met. cauſa. in tractatu de tyranno. Et
Bal. in. l. decernimus. C. de ſacro ſan. eccle. ubi conclu
dunt ꝙ ſi proteſtor me aliquid facere metu tiranni du
rante illa tirannide quandocunqꝫ illud fecerim ſemper
proteſtatio operabitur ut actus videatur meticuloſu. s

UVA. BHSC. IyR_025

Aut pꝛoteſtatio fit ſimpliciter . quia non dicit per actum
quem fecero nec quem faciam . que uerba habent
tractum de futuro . nec dicit per actum quem facio.
Et tunc an pꝛoteſtatio trahatur ad actum de fu/
turo puta pꝛoteſtoꝛ ꝙ non intendo adire per imperi/
ſam funeris paterni. concludit bar. ꝙ ad actum de futu/
ro ex interuallo interuenieutem non extenditur. ſecus ſi
incontinenti fieret. ita bar. vbi pꝛoxime per tex. in. l. per
retentionem. ⁊ ibi ſequitur bal. C. de uſur. voluit bar. i
l. qui in aliena. §. celſus. ff. de acqui. here. in. l. ſi tibi li/
berum. ff. de act. emp. in. l. item qꝛ. §. item iuliano: ff.
de pac. in. l. titia. §. idem reſpondet. ff. de ver. obli. Et
banc opi. tenet Lud. ⁊ Imol . in. d. §. moꝛte. adducunt
l. ſi tibi certum. ff. de adi. leg. qui tex. optime ſtrigit quid
quid dicat Imo. Junioꝛ. nam ſtringit pꝛimo ponderā
do verbum. deinde quod denotat aliquid interuallu ꝫ tē
poꝛis. ⁊ etiam melius ponderando uerbum poſterioꝛeꝫ
ſcripturam. certe ſi loqueretur de actu incontinenti facto
non diceretur poſterioꝛ ſcriptura ſed eadem ſcriptura. l:
beredes palam. §. ſi quis poſt. l. ad teſtium: §. fi. ff. de
teſta. ⁊ tunc vult ille tex. ꝙ grauamen iniectum in vno
actu ſimpl'r non videatur repetitum in actu ex interual/
lo facto. ergo idem in pꝛoteſtatione. adducunt etiam. l.
pleriqꝫ. ff. de rit. nup. l. dotem. ⁊ l. poſt diuoꝛtium. ff. d̃
iure dot. l. pe. §. vxoꝛ. ff. ſo. ma. que iura ad vnum ten
dunt. contrariam opi. tenuit bar. nibil boni allegans in
l. pacta nouiſſima. C. de pac. in pꝛoteſtatione declarato
ria actus dependentis ex voluntate noſtra. licet in aliis
pꝛoteſtationibus videatur tranſire cum dicta diſtinctiōe
⁊ tenet bal. nihil boni allegans ibidem in. iiij. col. ⁊ tenu
it bal. in. d. §. idem iuliano. per illum tex. ⁊ ibi eſt caſus
recte ponderanti quicquid dicat ibi bar. non obſtant cō
traria. quia loquuntur de diuerſo actu ex interuallo ſe/
quenti. nos loquimur de eodem actu circa quem ē facta
pꝛoteſtatio. nam de natura pꝛoteſtationis ē non reſpice
re alium actum niſi cum circa queꝫ fit. l. at ſi quis. §. ple
riqꝫ. ff. de relig. ⁊ ſump. fune. c. cum. m. ubi caſus in pꝛi
ma pꝛoteſtatione. s̃. de conſti. ideo non mirum ſi pꝛote
ſtatio ſimpl'r facta non extenditur ad actum diuerſum d̃
quo non loquitur pꝛoteſtatio. Et hoc ſenſit bar. in. d. §
idem reſpondet. dum ponderat eundem actuꝫ. Et per
hoc quod vult bal. ibi reſpondetur ad contraria. nō ob
ſtat. l. per retentionem. vbi pꝛoteſtatio ꝙ pignus retine
retur pꝛo vſuris ſi fuerit facta conuentio vna cum uſuris
tunc ad illam bene extenditur. pone ꝙ fiat poſtea auc/
tio vſurarum quia maioꝛes pꝛomittuntur nunquid pi/
gnus poterit retineri pꝛopter has uſuras. reſpondet ibi
ꝙ non. ecce rationem pꝛoteſtando d̃ retinendo pignoꝛ̃
pꝛo vſuris uidetur ſenſiſſe de pꝛoximis. ⁊ de pꝛimis q̃ in
pꝛima conuentione deducte ſunt. l. eum qui kalendis.
in pꝛin. ff. de uer. ob. l. boues. §. hoc ſermone. ff. d̃ uer.
ſigni. ideo non trahitur poſtea ad ſequentem pꝛomiſſio
nem uſurarum ſ'o loco. qꝛ ē diuerſa a pꝛima ⁊ pꝛoteſta
tio non trahitur ad diuerſa. non obſtat. §. pleriqꝫ. l. do
tem cum ſimilibus. quia eodem modo reſpondetur . nā
ſcōm matrimonium factum poſt pꝛimum diuoꝛtium nō
ē idem quod deuenerat in pꝛimum pactum. d. l. pleriqꝫ
vbi cāus ⁊ iuriſcon. ibi ponderat rationem eſſe quia eſt
diuerſum. ideo non mirum ſi pactum ad hoc neceſſariū
ſequens non extenditur quod ē diuerſuꝫ. nos loquimur
quando pꝛoteſtatio fit ſimpl'r circa unuꝫ actum. quo ca
ſu pꝛobabiliter poteſt dubitari an extendatur ad eundē
actum ex interuallo factum an uero ex penitentia pꝛiuꝫ
interuallum tempoꝛis uideatur receſſiſſe a pꝛoteſtatiōe
non obſtat tex. in. l. ſi tibi certam. quia ſpeciale eſt ibi ut
pꝛoteſtatio non compꝛehendat hunc actuꝫ ad hoc ut ua
leat ſecundū legatum al' cū eodē mō repeterel̃ quo pꝛio
eſſet factū ſcōm legatū uideretur fruſtra factum de eadē
re. ita bar. ibi in ſumma. ſentit hanc rationem decidendi
ad illum tex. uel aliter ſi uolumus puta tenere opinio.

Imo. iunioꝛis ꝙ ibi loquatur in actu incontinenti factō
poſſumus dicere ꝙ illud deinde. ⁊ poſterioꝛem quod ibi
expꝛimitur intelligitur. ſ. ſine magno tempoꝛis interual
lo. ſed incontinenti ⁊ tunc uidebitur factum eodem teſta
mento ⁊ a pꝛoteſtatione receſiſſe ex quo incontinēti mu
tauit uoluntatem. ſed in contrarium huic ſo. ſtringit . l.
nam ad ea. ff. de condi. ⁊ demon. qꝛ incontinenti non p̃
ſumitur quis uelle ſe coꝛrigere. ideo melioꝛ ē ſol. pꝛima.

Decimo quero an pꝛoteſtatio finiatur moꝛte. ⁊ dic ſꝫ
bar. in. d. §. moꝛte. in. vii. col. ꝙ aut queritur de moꝛte
pꝛoteſtantis aut de moꝛte pꝛoteſtati. pꝛimo cāu ex quo il
la pꝛoteſtatio ē declaratoꝛia uoluntatis ⁊ uoluntas finil̃
moꝛte. c. ſi gratioſe. de reſcrip. li. vi. non tamen tolletur
effectus iam iam cauſatus. d. §. moꝛte. ⁊ ea ratione at/
tenta ſm bar. ibidem ubicunqꝫ ceſſat voluntas qꝛ uelle
non poſſunt finietur pꝛoteſtatio puta ſuperueniente fu/
roꝛe in pꝛoteſtante. ita ibi bar. in. ii. col. ſ'o cāu quando
tractatur de moꝛte pꝛoteſtati. ⁊ tunc etiam moꝛte finitur
niſi in pꝛoteſtatione ſit facta mentio heredis. d. §. moꝛ
te. Undecimo quero an pꝛoteſtatio per contrariaꝫ ꝓ
teſtationem tollatur. ⁊ dicite aut loquimur de contraria
pꝛoteſtatione ipſius pꝛimo pꝛoteſtantis. ⁊ tunc ſicut vo/
luntas hominis ē ambulatoꝛia uſqꝫ ad moꝛtem. c. cum
marte. de cele. miſ. ita ⁊ noua penitentia ipſius pꝛoteſtā
tis. ⁊ ſic noua pꝛoteſtatione tolletuꝛ pꝛīa pꝛoteſtatio tex.
ē in. l. ſi quis in pꝛin. s̃. allegato. aut querimus de ꝓte
ſtatione contraria per aduerſarium facta ⁊ tunc diſtiguit
Jo. an. in. d. c. in generali. in. viii. col. aut pꝛoteſtatio re
ſpicit actum cōem pꝛoteſtanti ⁊ aduerſario ⁊ cōe intereſ
ſe ⁊ tunc cum in re communi melioꝛ ſit conditio pꝛohibē
tis. l. ſabinus. ff. cōi diuidun. l. conſilio. §. fi. ff. de cura.
furi. ideo iſto caſu pꝛoteſtatio contraria tollet pꝛimam.
Et ita intelligit ipſe tex. in. l. i. §. denunciare. cum ſe . ff.
de lib. agno. aut pꝛoteſtatio non reſpicit actum commu
nem ⁊ intereſſe cōmune ſed ſolius pꝛoteſtantis. puta in
reſponſione que fit libello que cum pendeat ex uolunta
te pꝛoteſtantis an uelit litem conteſtari an uero iſoꝛmaꝛ̃
tantum iudicem ⁊ tunc pꝛoteſtatio contraria aduerſari
non tollit pꝛimam. ⁊ ſic ſi reus in reſpondēdo libello fu
erit ꝓteſtatus ꝙ non intendit litem conteſtari ⁊ actoꝛ ī
contrarium pꝛoteſtetur ꝙ non uult acceptare hanc rñſi
onem cum illa pꝛoteſtatione . tamen pꝛima pꝛoteſtatio
operabitur effectum ſuum ſecundum Jo. an. ubi pꝛoxi
me. ⁊ ita tenet bar. in. l. unica. C. de lit. conte. pe. colū.
⁊ ita. d. Anto. ⁊ Panoꝛ. in. c. vnico. ſupꝛa de lit. conteſ.
Aut pꝛoteſtatio reſpicit tantum actum ſiue intereſſe ad
uerſarij puta quia fiat ut conſtituatur in moꝛa . uel fiat
ut contra eum poſſit libere edificari ſine uitio clādeſtini
tatis. l. aut qui aliter. §. ſi quis denunciauerit. ff. qd̃ vi
aut clam. ⁊ tunc ſecunda pꝛoteſtatio operabitur effectuꝫ
ſuum ⁊ totaliter aduerſarium ne libere pꝛocederet i ope
re ipediet. aut ꝓteſtatio reſpicit actū indifferentem ⁊ tūc
ſecunda pꝛoteſtatio ualeat ⁊ teneat ⁊ aſſignat Jo. an.
huius membꝛi ⁊ pꝛecedentis rationem. nam ex quo ille
pꝛoteſtatur in cōtrarium contra pꝛimam pꝛoteſtationeꝫ
aduerſarij ſapit quandam ſpeciem defenſionis. ſed de
fenſio ē uſque adeo fauoꝛabilis ut non ſolum faueamuſ
reo circa eam quando directo uenit ſe defendendo . l.
arianus. ff. de acti. ⁊ obliga. c. ex litteris. ſupꝛa de pꝛob.
regula fauoꝛabilioꝛes. de regu. iur. lib. vi. habetur i. c.
cum ad ſedem. ſupꝛa de reſtitu. ſpolia. in. l. de die. in pꝛi
cipio. ff. qui ſatiſda. cogan. ſed etiam in omni ſpecie que
ſapit defenſionem fauemus licet ueniat impugnando.
c. ſignificauerunt. c. dilecti. c. fina. ſupꝛa de excep. etiam
ſi non ſit directa impugnatio ſed indirecta defenſio et
neceſſaria. c. exhibita. ⁊ ibi notatur ſupꝛa de iud. Ergo
cum illa ſecunda pꝛoteſtatio ſapiat defenſionem fauebi
mus ei magis quam pꝛime. ⁊ ſic pꝛeualebit pꝛime quaſi
iſte pꝛouocatus a pꝛima ſecundo pꝛoteſtetur bar in i. l.
unica. C. de lit. cōt. facit aliā odōnē ꝙ ubi ꝓteſtatō pꝛīa

UVA. BHSC. IyR_025

venit ad excludendum preiudicium quod ex mera tacі
turnitate uel patientia mihi infertur tūc proteſtatio non
poſſit per proteſtationem contrariam aduerſarij tolli. ⁊
ita intelligit tex. in. d. l. i. §. denunciationem. ⁊ ideꝫ bar.
in. §. pena hoc tenet. Item concludit ꝙ quando prima
proteſtatio inducit vnum effectum. puta proteſtatio ꝙ ī
tendit edificare inducit effectum ꝙ purgat uitium clādeſti
nitatis contraria tunc proteſtatio que alium effectum in
ducit operabitur ſuum effectum. non tamen tollit primā
ex quo tendunt ad diuerſa. puta retento dicto themate
ille cui denunciaui ꝙ uolo edificare proteſtatur ꝙ non
intendit pati ꝙ edificem. hec proteſtatio contraria prio
generat diuerſum effectum a prima. quia ſi edificauero
non uidebitur clam feciſſe ſed per uim. tunc utraque pro
teſtatio retinet ſuum uigorem. ita intelligit ipē tex. in. d.
§. ſi quis denunciauerit. item tertio concludit bar. in. d.
§. pena. ꝙ ubi fit prima proteſtatio ad conſtituen̄. in cō/
tumacia vel mora aduerſarium ꝙ tunc ſecūda ɔ̄ria per
aduerſarium facta tollit primam ſicut ultima mora nocꝫ
⁊ vltima contumacia. per notata in. l. i. ex legati cauſa.
ff. de ver. ob. in. l. ſi. ff. de in integ. reſti. Et ſic habetꝫ ex
predictis colligere. vi. caſus in quibus ſ̄a proteſtatio con
traria prime valet. tres ex mente Jo. an. ⁊ tres ex men
te bar. Duodecima ⁊ vltima ē queſtio nunquid prote
ſtatio tollatur per actum contrarium a proteſtante factū
Nunc animis opus enea nunc pectore firmo. cocyti ſta/
gna alta uides ſtigiāqꝫ paludem. Bar. ut dicta Jo. an.
omiſſa faciam. in. d. § morte. in. iiij. col. federe diſtinctō
nis hunc articulum diſcriminat. Aut loquimur de actu
dependente ex poteſtate noſtra ⁊ tunc ſi talis actus cum
alio non geritur proteſtatio contraria actui impedit actū
non autem tollitur ab actu. puta in aditione hereditatiſ
que pendet ex animo noſtro et poteſtate noſtra ſi prius
proteſtatus fuero ꝙ non intendo adire uel in ipō actu
proteſtatio impedit aditionem. d. l. qui in aliena. § . cel
ſus. ff. de acquiren. here. Si uero talis actus ex uolunta
te dependens expeditur cum alio ⁊ tunc proteſtatio tolli
tur per actum niſi proteſtatio fuerit illi preſenti facta . qꝛ
propoſitum in hiſque cum alio geruntur in mente retē
tum nihil operatur. l. ſi repetendi. C. de cond. ob cauſā
faciunt notata in. c. tua nos. ĵ. de ſpon. Et ideo ſi heres
receperit ſolutionem a debitore hereditario vel ſoluerit
creditori hereditario per hunc actum non obſtante pro
teſtatione contraria que non fuit facta creditori uel debi
tori uidebitur adiiſſe ⁊ concordantias allegaui uobis. s̄.
in tertia queſtione. ⁊ talis aditio non ſolum operabitur
quo ad hunc creditorem. ſed etiam quo ad omnes alioſ
videbor adijſſe. ita bar. per tex. iuncta glo. in. l. ſi. ff. de
interrog. ac. ſed contra bar. do tex. ad litteram in. c. i. s̄.
quod met. cauſa. Et ita Inno. ibi. vbi proteſtatio ema
nans in actu qui geritur cum vno etiam nomine alteri
us cum quo principaliter contrahebatur ob° licet inter
ueniat conſenſus illius cum quo geritur actus tamē nō
preiudicat quo ad alium abſentem nec prodeſt niſi fue
rit ueſtita iuſta cauſa. naꝫ ibi profeſſio monachalis emiſ
ſa in manibus epiſcopi cum proteſtatione ꝙ per metuꝫ
facit interueniente conſenſu epiſcopi operatur plenum
effectum. etiam ad tollendam obligationem que dirigit̄
in deum ex voto. c. ex multa. ĵ. de uoto. Et ratio eſt qꝛ
iuſta cauſa fuit veſtita proteſtatio. ſ. metu . ⁊ ſic a contra
rio ceſſante iuſta cauſa illa proteſtatio non impediret ac
tum profeſſionis dato ꝙ epiſcopus conſentiret . ita in ſi
mili aditio hereditatis facta ſoluendo uni creditori cum
proteſtatione tamen de non adeundo lꝫ ille conſentiat
non debebit impedire quo minus per actum contrariuꝫ
proteſtatio tollatur. Et iſte quo ad alios videatur eē he
res ex quo negocium aditionis principaliter nō dirigit̄.
cum iſto. ⁊ iō poſſet attentari ꝙ ex quo adeundo heredi
tatem principalr̄ geritur negocium cum vniuerſis credi
toribus quaſi contrahendo. l. apud iul̄. §. ſi. ff. ex quib.

cau. in poſ. ea: ꝙ illo cāu proteſtatio nunꝙ impediet adi
tionem niſi fuerit veſtita iuſta cā. ſicut in ſimili in. d. c. i.
⁊ hoc comprobat tex. in. d. §. celſus. dum ibi ſignant̄ pō
derat de metu. facit tex. in. d. §. pleriqꝫ ⁊ in. d. §. pāpini
anus. dum ibi proteſtatio ueſtitur cā pietatis. ⁊ hunc in
tellectum ad. c. i. per rōnes preallꝰatas voluit. d. anto. ī
d. c. cum. m. in. vij. charta. aut loquimur de actu qui ge
ritur cū alio ⁊ dependet ex voluntate noſtra ⁊ alterius ⁊
tunc per actum contrarium impeditur proteſtatio. niſi il
le ɔſenſerit ꝓteſtationi. vt hoc tex. noſtro. ⁊ ē text. in. d.
§. locator horrei. allegat etiam bar. ad hoc. c. i. s̄. quod
met. cā. quaſi ſentiat ꝙ ideo ibi ꝓteſtatio valuit qꝛ epī cō
ſenſerunt. ſed hunc intellectum reprobat. d. anto. ad. d.
c. i. vbi ꝓxime. qui dicit ꝙ ex quo ꝓfeſſio ɔ̄hitur principa
liter cum deo non dꝫ ſufficere principaliter ɔſenſus epī.
⁊ ideo ibi ꝓteſtatio non valuit ꝓpter ɔſenſum epī ſed qꝛ
iuſta cā metus ueſtita fuit. d. anto. in. d. c. cum. m. in. vi.
vij. ⁊. viij. charta late proſequitur hunc articuluꝫ. ⁊ dicit
ita diſtinguendum aut proteſtatio fit in ipō actu . aut fit
ante actum. aut poſt actum. Circa primū quando fit in
ipō actu. ⁊ tūc qn̄qꝫ proteſtatio tendit ad tollen̄. factum
ꝓut ſonat in factum. i. tendit ut factum non ſit factū. Et
tunc cum hoc priuetur deuſ ꝙ facta non poteſt infecta fa
cere multo magis erit priuatus homo. ⁊ ideo talis prote
ſtatio non ualebit. ⁊ tolletur per actum contrariuꝫ. c. fer
ruꝫ. l. di. l. in bello. §. facta. ff. de cap. ⁊ poſtl. re. ⁊ iōo di
xit bal. in. d. c. cum. m. in. ij. col. ꝙ ſtante ſtatuto in ciui
tate ꝙ nobilis ſi cōmiſerit homicidium capite puniat̄. ſi
vero ignobilis ſoluat mille. pone nobilis cōmiſit homici
dium iudex capit eum ⁊ ɔdemnat ad mille cum proteſta
tione ꝙ ſi aliquod ſit ſtatutum ꝙ aliam penam iponat
ꝙ intendit illam impoſuiſſe ⁊ ita pronunciaſſe ꝙ ex quo
proteſtatio reſeruatoria huius ſtatuti ē cōtraria fcō uſqꝫ
adeo ut uelit factum non eſſe factum qꝛ uult condemna
tionem de mille non eſſe factam illo cāu proteſtatio nihil
valet. quod dixit notandū in practica contra iudices ꝓ
nunciantes contra penas ſtatutorum ⁊ de ſtatutis prote
ſtantes. Quandoqꝫ proteſtatio tendit ad derogan̄.
ſenſui facti prout ſonat in ius. ⁊ tunc aut illud factum et
ſenſus facti dependet ex voluntate noſtra . puta quia ex
additione uelim eſſe heres ⁊ tunc proteſtatio impedit fa
ctum. d. §. celſus. ⁊ ideo ex iſtis duobus membris habe
tis ꝙ magna eſt differentia in mō proteſtandi circa adi
tionem . qꝛ ſi dicat adeo ⁊ proteſtor ꝙ non intendo adi
re tunc proteſtatio nihil ualet qꝛ contraria facto ut ſonat
in factum non ſolum ut ſonat in ius. ſi autem dicat uel
aliquid aliud faciat per quod inducatur aditio non aūt
dicit expreſſe ſe adire. ⁊ tūc ſi proteſtatur ꝙ non intēdit
eſſe heres cum proteſtatio non deroget facto ut fcō lꝫ de
roget ſenſui facti quia ex illo fcō reſultabat ſenſus ꝙ eſſꝫ
heres. ⁊ tunc proteſtatio contraria bene impedit actum.
ita loquitur. d. §. celſus ⁊ hec differentia ponitur ꝑ ang.
in. l. iuriſgentium. §. ꝙ fere. ff. de pac. quem tex. ad hoc
ponderat Inno. in. d. c. cum. m. ⁊ iō dixit ang. ꝙ ſi ego
obligo me tibi ad. x. cum ꝓteſtatione ꝙ non intēdo ob
ligari ꝓteſtatio non ualet. qꝛ contraria facto ut ſonat in
factum. ſi autem ego promitto. x. ⁊ ꝓteſtor ꝙ non inten
do obligari tunc talis proteſtatio derogat facto . quia tē
dit ad derogan̄. facto quo ad ſenſum facti. ⁊ ideo cuꝫ mi
niſterio bar. in. d. §. morte. in. vi. col. dixit ſi ꝓmitto tibi
decem cum ꝓteſtatione ꝙ non intendo obligari nō ero
obligatus. l. obligationum ſubſtantia. §. ſi. que ita intel
ligitur. ff. de ac. ⁊ ob. Et ideo per hoc membrū habetis
inferre. nam licet poſitioni impertinenti non tenetur
pars reſpondere ut in. capi. cum contingat . ⁊ ibi habe
tur. s̄. de offi. dele. ⁊ in. c. conſtitutionem. de electio . in
c. ii. de confeſ. lib. vi. i. l. ii. §. quod obſeruari. C. de iur.
cal. tñ ſi rn̄deat ualet rn̄ſio ⁊ preiudicat bal. nō. in. l. ſi ſi
ne. ff. de interrog. ac. ſi iudex te artauerit ad rn̄dendum
poſitioni iꝑtinēti ex quo rn̄dere ⁊ nō rn̄dere huiuſmodi

UVA. BHSC. IyR_025

poſitioni eſt uoluntatis tue. Cautella eſt ꝙ tu pꝛoteſte
ris ꝙ licet reſpondeas poſitioni hoc facis pꝛopter iuſ/
ſum iudicis. tamen non intendis quatenus ſint imper
tinentes illis reſpondiſſe uel per reſponſionem illam tibi
pꝛeiudicari. ita gemi. in p̄facti. c. vi. ⁊ in. c. ii. ſuper gloſ.
in uerbo rationabili. de confeſ. li. vi. Et facit nō. uerbū
Jo. an. qui voluit ꝙ nunꝙ per actum contrarium dero
gatur pꝛoteſtationi qui fit per metum vel per iuſſum iu/
dicis. quia potius dicitur pati ꝙ agere. ita Jo. an. in. d.
c. in generali. circa fi. vij. col. faciunt notata in. c. ex oꝛe.
j. de his que fiunt a maio. par. capi. ⁊ in. c. olim. el. iij.
ſupꝛa de reſtitutio. ſpo. Et ideo per pꝛedicta infertur ad
id quod fit quotidie per iudices dum poſitiones admit
tunt ſaluo iure impertinentium ⁊ non admittendoꝛum
diſputandoꝛum in fi. litis. nam ex quo competentia uel
incompetentia poſitionum eſt in voluntate iudicis quan
do de ea diſputetur. cum enim non ſit pꝛeiudicialis ex/
ceptio nec declinatoꝛia. poteſt a iudice reſeruari in fi. iux
ta notata in. c. exhibita. ſupꝛa de iudic. in. c. i. de oꝛd.
cog. ideo non mirum ſi iudex poteſt admittere poſitio/
nes cum illa pꝛoteſtatione. ⁊ ita tenet glo. in. d. c. cuꝫ cō
tingat. in. d. clemen. conſtitutionem. in ver. legitime. ita
Gemi. in. d. c. ii. in. v. col. ita bar. ⁊ Im. in. l. ille a quo
§. ſi in teſtamento. ff. ad treb. Ita Imo. in. l. iiij. §. pꝛe
toꝛ ait. ff. de dam. infec. ita Card. in clemen. ſepe. ii. col.
de ver. ſigni. ⁊ ita bal. ⁊ albe. ꝙ ſane magis faciet iudex
x. poſitiones impertinentes admittere cum pꝛoteſtatio/
ne quam unam pertinentem non admittere. Si tamen
eſſet notoꝛie impertinens tunc ex quo intereſt parti non
vexari friuol. interrogationibus nec iudex iuſtam cauſaꝫ
habet deferendi reiectionem huius poſitionis non tene
retur etiam ſi iudex illam admiſiſſet cum pꝛoteſtatiōe reſ
pondere huic impertinenti poſitioni. ita Panoꝛ. in. d. c.
cum contingat. ubi dixi hoc pꝛocedere etiam ſi ſtatuto ca
ueretur ꝙ iudex poſſit admittere poſitiōes impertineñ.

Ex hoc reſultat pꝛactica ꝙ in libello in fi. vel etiaꝫ in
capitulis pꝛobatoꝛiis pars pꝛoteſtatur non aſtringens ſe
tamen ad alia pꝛobanda niſi que faciunt ad obtentum
cauſe. nam cum atteſtationes pꝛoducere ſit in poteſtate
partis certe hanc poteſtatem ſuam poteſt per pꝛoteſtati
onem ſuam limitare ⁊ pꝛoteſtatio derogabit libello ⁊ ca
pitulis. ita Bartol. in. l. diuus. ff. de re iudi. ⁊ ibi Imo.
⁊ Imo. in. l. in ſumma. ff. de re iud. ubi ponit vnum nō
effectum. ita. d. anto. in. d. c. cum. m. xxxi. col. ita cōmu
niter canoniſte in. c. licet cauſam. ſ. de pꝛoba. Quando
qꝫ ſenſus facti reſultat ex diſpoſitione iuris nec pendet
ex uoluntate noſtra ⁊ tunc ſi ius pꝛocedit pꝛeſumendo
tantum non autem ſuper pꝛeſumpto diſponendo quo
caſu dicitur pꝛeſumptio iuris tantum non autem iuris ⁊
de iure ſecundum notata in. c. ferrum. l. di. in. c. is qui fi
dem. j. de ſpon. in. l. fi. ff. quod met. cauſa. puta in delic
tis ſiue facto ſonante in delictum. nam tunc ius p̄ſumit
contra delinquentem ꝙ malo zelo faceret. c. i. ſ. de pꝛe.
l. i. C. ad. l. iul. de ſicca. l. nullus. ff. ad. l. aquil. ⁊ illo ca
ſu pꝛoteſtatio contraria actui quo ad ſenſum actus qui
non ſonet in delictum non ualet neqꝫ tenet niſi fuerit ue
ſtita iuſta cauſa. d. l. i. ⁊. d. c. i. vbi in delicto non ſufficit
dicere ludens facio uel ludens feci. Si autem fuerit veſti
ta iuſta cauſa tunc bene valet pꝛoteſtatio. c. fina. ⁊. d. c.
ex litteris. j. de homici. c. quia ſepe. l. di. l. ſi putatoꝛ. ⁊. l.
qui foueas. ff. ad. l. aquil. Et ideo habetis ꝙ ex quo di/
cere tu mentiris ex ſenſu ſuo ſonat in delictum ⁊ iniuriā
⁊ voluit bar. in. l. item apud labeonem. §. ſed quid. ff.
de iniur. voluit Bal. ⁊ nouiſſimi in. l. turpia. i pꝛincipio
ff. de leg. i. ꝙ iſto caſu ſi quis dicat alteri tu mentiris cuꝫ
reuerentia talis pꝛoteſtatio cum reuerentia non habꝫ ex
cuſare cum quin dicatur illi dixiſſe iniuriam. ita bart. in
l. ſi quis extraneus in pꝛincipio. ff. de acquiren. here. et
ita Imo. in. c. ea. ſ. de iureiu. ſed ſi hoc verbum tu mē
tiris ex iuſta cauſa pꝛoferatur tunc bene excuſaretur abi
iuria talis pꝛoferenſ. puta quia falſo obiciat tibi ꝙ es fur
vel aliud ſimile poteris dicere tu mentiris nec illo cāu il/
le dicetur iniuriatus. quia ex iuſta cauſa dixiſti. que iuſta
cauſa temperat ſenſum facti ut non uideatur delictum.
Ita Bar. ⁊ Ang. per illum tex. in. l. que omnia. in pꝛin
ci. ff. de pꝛocur. ang. in. l. qui interrogatus. ff. de peti. he
re. Quandoqꝫ pꝛoteſtatio fit circa actum ad tolleñ. ſē
ſum facti qui reſultat ex pꝛeſump. iuris ⁊ de iure. qꝛ ius
ita pꝛeſumit ⁊ ſuper pꝛeſumpto diſponit ⁊ tunc pꝛoteſta
tio contraria facto nihil operatur. puta in caſu. c. is qui
fidem. j. de ſponſa. ſequens copula habet purificare ſpō
ſalia pꝛecedentia ⁊ ea reſoluere in matrimonium de pꝛe
ſenti. ⁊ hac pꝛeſumptione iur̄. quia ius ita pꝛeſumit ⁊ de
iure quia ſuper pꝛeſumpto ius diſponit ſi ꝓteſtatio ema
net ꝙ copula non uideatur facta in ſenſum matrimonii
non valebit. ita. d. anto. ubi pꝛoxie. ⁊ in. c. ueniens el. ij
⁊ in. d. c. is qui fidem. j. de ſpon. ⁊ ideo uidemus ꝙ per
adeptionem beneficii incompatibilis non ſolum renun
ciat quis beneficio quod quis habebat ut in. c. de multa
j. de pꝛeben. ſed etiam gratie ad beneficium quam pꝛius
impetrauerat cle. gratie. de reſcrip. illa renunciatio ē ſen
ſus facti reſultans ex illa acceptatione beneficii incompa
tibilis pꝛeſumptione iuris ⁊ de iure. illo caſu pꝛoteſtatio
ꝙ non intendit renunciare nihil operatur glo. eſt in. d.
clemen. gratie. Et ideo habetis inferre. naꝫ pꝛoducēs
inſtrumentum pꝛeſumptione iuris ⁊ de iure obligatur
regulariter illud acceptare etiam contra ſe. c. cum olim.
j. de cenſi. c. cum venerabilis ⁊ ibi Inno. ſ. de excep. fa
ciunt notata in. c. imputari. ſ. de fide inſtru. in. l. poſt le
gatum. ⁊ ibi bar. in pꝛincipio. ff. de his quib. ut indig. in
l. ſicut iniquum. C. de fide inſtru. ſi quis pꝛoduxerit cuꝫ
pꝛoteſtatione ꝙ pꝛoducit in punctis ⁊ paſſibus facienti
bus pꝛo ſe talis pꝛoteſtatio cum non adiuuat. niſi illud
inſtrumentum quod pꝛoduceret eſſet inſtrumentum pꝫ
aduerſe ⁊ a parte pꝛoductum vel factuꝫ ꝙ poſtea repꝛo
ducit ad aliquem effectum. tunc cum ius non pꝛeſumat
contra iſtum repꝛoducentem certe pꝛoteſtatio cum iuua
bit. ita rota deciſ. cclxxxi. que incipit item licet aliquis. ita
Imo. poſt alios in. d. c. cuꝫ venerabilis. in. x. col. ita. d.
anto. in. d. c. cum olim. ponit bal. in. l. i. C. ut que deſ.
aduo. in. l. i. iiii. col. C. de confeſ. Ja. bu. ⁊ Albe. in. l. ni
mis graue. C. de fi. inſtr. faciūt nōta p bal. in. l. i. §. i. ff.
de eden. Infertur etiam per litis conteſtationem pꝛe
ſumptione iur̄. ⁊ de iure excluduntur declinatoꝛie. c. inť
monaſterium. ſ. ti. i. l. fi. C. de excep. illo caſu pꝛoteſtatō
de non excludendo declinatoꝛias. videtur ꝙ non debe/
at aliquid operari. Sed tamen quia illa pꝛeſumptio iu
ris ⁊ de iure fundatur ſuper pꝛeſumpta voluntate partiſ
non autem ſuper facto ſumitur ⁊ per pꝛoteſtationem cō
ſtat de contraria voluntate partis ideo pꝛoteſtatio tollet
illam pꝛeſumptionem iuris ⁊ de iure ꝙ videar renuncia
re declinatoꝛijs. ⁊ ſic habetis rationem. c. paſtoꝛalis. ſ.
de excep. vbi dicitur ꝙ per pꝛoteſtationem quis reſer/
uat dilatoꝛias non obſtante liť. conteſtatio. Et ē bonus
tex. quem ponderat Panoꝛ. in. ii. colum. in. c. ex cōque
ſtione. ſupꝛa de reſtitutio. ſpolia. uoluit Bal. in. l. pacta
nouiſſima. v. colum. C. de pact. Et pꝛo hac ratione do
vobis glo. in terminis. in. c. ex parte. infra de regul. quā
ad hoc ponderat in ſimili. d. anto. in. c. cum. m. in. xxx.
colum. vbi dicit ꝙ licet ex ſuſceptione habitus monacha
lis ⁊ poꝛtatione per annum inducatur pꝛeſumptione iu
ris ⁊ de iure pꝛofeſſio. hoc eſt uerum niſi contraria ema
nauit pꝛoteſtatio in ipſa ſuſceptione habitus. nam tunc
ex quo pꝛeſumptio illa fit a iure pꝛopter coniecturatam
voluntatem per pꝛoteſtationem apparet ceſſare uolun
tatem. ergo pꝛoteſtatio impediet pꝛeſumptionem iuris
⁊ de iure. Sed contra. de. c. is qui fidem. iunctis pꝛedictꝭ
ubi eſt concluſum ꝙ pꝛoteſtatio non impedit illam pꝛe
ſumptionem que reſultat ex copula. Solutio. d. anto.
ubi pꝛoxime in. xxiii. colū. dicit hoc eſſe ſpeciale in matri

UVA. BHSC. IyR_025

moniis in quibus confeſſio partis contra matrimoniūʒ
nihil operatur.c.ſuper eo.ī.de eo qui cog.conſan.uxo.
ſue.non mirum ſi hoc caſu proteſtatio non operatur.
Et ideo infert.d.Anto.limitationem ad notabilem
regulam qua dicitur ꝙ contra preſumptionem iuris
⁊ de iure admittitur ꝓbatio ex confeſſione partis. glo.ē
⁊ ibi Cy.⁊ alij in auten.ſed iam neceſſe.C.de dona.añ
nup.in.l.in ꝯtractibus.§.illo.C.de nō nu.pecu.nam illa
regula non procedit in matrimonialibus vt patet ꝑ pre
dicta.vel alr̄ dicitē ꝙ in.d.c.is qui fidē.ſpāle ē ut ꝓteſta
tio non iuuet.qꝛ tractatur de pacto vitando ꝙ incurre-
ret ſi proteſtatio ualeret.nam ſicut uolens mori non au
ditur.l.non tm̄.ff.de appel.item uolens peccare nō au
ditur ⁊ eoʒ ꝓhibere.c.fortitudo cum ſimilibus.lxxvi.di:
c.nō inferenda.xxiii.q.iiij.⁊.lxxxiij:di.per totū peccatū
enim mors ē.ut habetur in.c.i.ī.de homi.in.c.a nobis
ī.de ſen.exco.ideo cum per iſtam ꝓteſtationem in copu
la emanatā factam cum ſponſa ꝙ non intendit ꝯhere ſi
valeret ꝓteſtatio reſultaret peccatum adulterij ſiue for
nicationiſ.nō mirum ſi ꝓteſtatio non ualet.ita.d.anto.
in.d.c:veniens.el.ij.Infert etiam ad qōnem nunquid
ſi quis compareret coram iudice cum ꝓteſtatione ꝙ nō
intendit conſentire in ipm̄ valeat talis ꝓteſtatio ad hoc
ut non uideatur conſenſiſſe ⁊ qꝛ iſtud conſentire in iudi
cē ꝙ ius ex fcō preſumit pēdet ex uoluntate ptis qꝛ ius ꝓ
ſumit illam eſſe uoluntatem ptis conſentiendi ex quo cō
paret coram eo illo cāu ꝓteſtatio ualebit ⁊ tollet dictam
preſumptionem que ex coniecturata uoluntate reſultat.
⁊ ideo non uidebitur conſenſiſſe.ita archi.in.c.diaconi.
xxix.di.ita ang.in.l.non uidetur la.ij.in.l.ſed ⁊ ſi ſuſce
perit.in prin.ff.de iud.faciunt notata per bar.⁊ ibi pōit
Imo.in.l.quidam conſulebat.ff.de re iudi.imo uſque
adeo ē potens illa proteſtatio ad excludendum conſēſū
in iuriſditionem iudicis ꝙ ſi iſte compareat coraʒ iudice
competenti ⁊ proteſtetur ꝙ non intendit in eum conſen
tire poterit damnari in verus contumax ac ſi dixiſſet no
lo venire.tex.ē nō.in.l.ij.in verbo contumaciter.⁊ ibi
ponderat bal.C.ubi de coarta.uel curi.nōt ang.qui dic̄
in hoc ſuperaſſe quendam magnum aduocatum in.d.
l.non videtur.la.ij.Et ideo conſuluit bal.⁊ ang.ꝙ cum
in comparitione dicat ꝙ proteſtatur per actum quem fe
cerit uel faciat non intendit in eum tanꝙ in iudicem con
ſentire niſi ſi ⁊ quatenus de iure artetur.qꝛ per iſta ver
ba ſi ⁊ quatenus euitabit contumaciam.⁊ per predicta
infertur ad id quod dicitur in mandato ꝓcuratorio cōſti
tuo te ꝓcuratorem meum ſaluis exceptionibus.ꝙ nō be
ne declarat bar.in.d.§.morte.in.ix.col.⁊ ē tex.in.d.c.
expoſuit.ſ.de dil.Quid operetur illo cāu proteſtatō ſal
uis exceptionibus.nam reſpectu dilatoriaruʒ ut ſi ꝓcur.
illas omittat ſalue ſint domio ⁊ dn̄ſ poſſit poſtea eas op
ponere cum reſeruare dilatorias poſſit dn̄s per proteſta
tionem illo cāu talis proteſtatio ſaluis exceptionibus in
mandato facta nō mirum ſi reſeruat domio dilatorias.
⁊ hoc uoluit glo.in.d.c.expoſuit.Et ibi cōiter ſcrib.alſ
autem exceptiones ⁊ ut nō teneatur per illa uerba habe
re ratum factum ꝓcuratoris nō poteſt per dictam prote
ſtationem effici.qꝛ ad hoc a iure artatur ut habeat ratū
quod facit procur̄.ita doc.in.d.c.expoſuit.Quādoqʒ ꝓ
teſtatio emittitur in actu qui dependet ex ptāte proteſtā
tis ⁊ alterius ⁊ ſic cuius ſenſus etiam ex poteſtate contra
hentium dependet.⁊ tunc ſi preſente parte ⁊ expreſſe cō
ſentiente fiat uel etiam tacite iſto cāu proteſtatio ipedit
actum.puta in matrimonio contrahendo proteſtor pre
ſente femina ⁊ conſentiente tacite uel expreſſe ꝙ truſato
rie ago.⁊ iſto cāu non inducetur matrimonium.c.tua
nos.⁊ ibi notatur in.c.ex litteris.ī.de ſpon.⁊ ita ē tex.i
l.obligationum ſubſtantia.§.fi.ff.de act.⁊ ob.⁊ faciunt
que dixi ſupra in articulo an requiratur conſenſus.⁊ ibi
aliqua contraria adduxi. Si autem fieret parte abſente
vel non conſentiente.⁊ tunc ſi proteſtatio ē veſtita iuſta
cauſa propter quam non fuit habitus conſenſus partis
puta quia per metum non ē auſus proteſtās preſenti ꝓ
teſtari.⁊ tunc ualet proteſtatio ⁊ excludit actum neqʒ ac
tus conualeſcet donec durabit iſta cauſa.ſcʒ metus.c.i.
vbi cāus ſupra ꝙ met.cauſa.⁊ ibi Imo.⁊ ſupra dixi i ef
fectu proteſtationis.ſi uero non ē ueſtita proteſtatio iu
ſta cauſa ⁊ tunc ſi factum ē certum ⁊ clarum proteſtatio
nihil operatur.c.ex litteris.infra de ſpon.ſi uero factuʒ
ē obſcurum uel uerba obſcura puta in profeſſione que
fit ex ſuſceptione habitus que non ē clara profeſſio ⁊ cer
ta uel etiam que fit in matrimonio contracto per aliquē
nomine mutato puta quis nomine petrus dicit ioānes
deſponſat te.⁊ illo cāu proteſtatio preualet actui ⁊ ope
ratur ſuum effectum ut actui deroget.ita Inno.in.d.
c.i.⁊.d.Io.an.⁊ alii in.d.c.tua nos. Quandoque
proteſtatio fit ad remouendam partem ſubſtantialem fa
cti ⁊ tunc in his que dependent ex animo noſtro libere
proteſtatio impedit.l.per ſeruum.§.fi.ff.de uſu.⁊ ha-
bita.vbi ſi teſtator legat vſufructum detracto uſu illa ꝓ
teſtatio detracto vſu annullat legatum vſufructus. nam
vſufructus ſine vſu ſtare non poteſt. ex quo ergo tollit
partem ſubſtantialem ſcilicet vſum ⁊ proteſtatio ineſt ac
tui talis proteſtatio annullat actum ⁊ ſic legatum. Si ue
ro fiat in his que dependent ex voluntate noſtra ⁊ alte
rius ⁊ tunc proteſtatio nihil operatur niſi interueniat cō
ſenſus expreſſus eorum cum quibus principaliter ⁊ non
ſecundario geritur.ita Io.an.in.d.c.fi.⁊ ibi Hoſtien.⁊
alii de condi.appo.⁊.d. Anto. vbi proxime. puta ſub
ſtantiale in matrimonio ē procreatio liberorum. qꝛ ad
illud ē inuentum proteſtatio facta in matrimonio. dum
liberos non habeat reiicitur ⁊ nihil operatur niſi conſen
ſus expreſſus ambarum partium interueniat. nec ſuffi
ceret tacitus. Si autem expreſſus interueniret vitiaret
matrimonium per proteſtationem.iuribus ſupra proxi
me allegatis.Et ex eo ꝙ dixi ſecundario habetis infer
re ꝙ non ualet proteſtatio per ingredientem religioneʒ
emiſſa in qua reſeruat ſibi aliquid proprii. nam pauper
tas in monacho ē de ſubſtantialibus. c.cum ad mona
ſterium.ī.de ſta.mona.⁊ non ualet proteſtatio circa ſub
ſtantialia niſi interueniat conſenſus expreſſus eius cum
quo actus geritur principaliter. nec ſufficit conſenſus eiꝰ
cum quo ſecundario geritur actus. modo ex uoto pro
feſſionis principaliter cum deo contrahitur.c. ex multa.
infra de uoto.ergo talis proteſtatio nihil valebit etiam i
teruenientе conſenſu abbatis.⁊ facit gl.in.c.ii. ⁊ ibi no
tatur.et in.c.cum ad monaſterium.ubi per Innocen.⁊
alios.ī.de ſta.mona.in.c.inſinuante.⁊ ponit.d.Anto.
in.c.ruſſus.ī.qui de.vel vouen.in.c.fina.⁊ ibi Ioan.
an.⁊ alii infra de condi.appo.quicquid dicat glo.in.d.
l.per ſeruum.§.i.notatur in clemen.i.de reg.per Io.
an.in mercuria.in regula nemo poteſt.de regulis iur.
lib.vi. Quandoque tendit proteſtatio ad tollendum
effectum conſecutiuum facti.⁊ tunc in his que dependēt
ex uoluntate noſtra clarum eſt ꝙ ualet proteſtatio.d.l.
per ſeruum.§.i.in his autem que geruntur cum alio
tunc non ualet proteſtatio niſi interueniente conſenſu il
lius tacito vel expreſſo.c.i.xxvii.diſtinctione. ⁊ ibi glo.
c.diaconi.xxviii.diſtinctione. Et ideo ex quo in eccleſia
orientali continentia in ordine ſacro non eſt neceſſaria
ad eſſe ordinis ſed ad miniſtrañ.in eo.c.cum olim.⁊ ibi
notatur infra de cleri.coniug.d.c.diaconi.et notat Io.
an.in.d.c.fina.infra de condi.appo.iſto caſu ſi diaco
nus in ordinatione proteſtetur ꝙ nequibit continere ꝓ
teſtatio epiſcopo tacente habebit eum adiuuare.d.c.di
aconi.et.d.c.i.ſecundum.d.Anto. Panor.in.d.cap.
cum.m.ſtudio contradicendi reprehendit.do.Anto.di
cens uelle eum ꝙ per proteſtationem predictam diaco
nus poterit uxorem habere et non continere.quod
dicit ipſe eſſe contra notata per Archidiaco.in dicto ca
pitu.diaconi.ubi proteſtatio bene ipſum adiuuat ne.

UVA. BHSC. IyR_025

punſatur de incontinentia. non tamen ut libere poſſit
non continere ⁊ nubere. non tamen facit valere actū li
cet liberet a pena. ⁊ ponderat tex. ibi qui dicit eos in mi
niſterio tollerandos non dicit valere actum. ſed credo
d. anto. idem uoluiſſe q2 non dicit valere actum. ſ3 dicit
ꝙ ꝓteſtatio ꝓteſtantem adiuuabit. intelligas. ſ. a pena.
Et ex hoc habetis inferre eſſe caſum in. d. c. diaconi. ſm
arch. ⁊ ex mente panoꝛ. in. d. c. cuꝫ. m. in. vij. col. ꝙ ubi
cūq3 pars gerit actum per quem poſſet puniri ⁊ cum ge
rit auctoꝛizāte ſcienter ſuperioꝛe ꝙ illo cāu excuſatur ge
rens a pena de quo ſolet allegari pꝛo ſingulari tex. in. l.
ſi. iuncta gl. in uerbo ſi qua. C. de magr̄a. cōueni. vbi ſi
tutoꝛ cum decreto iudicis pꝛo minoꝛi pꝛecio vendidit reꝫ
minoꝛis excuſatur pꝛopter decretum iudicis. Et per pꝛe
dicta infertur ꝙ ex quo dominus qui conſtituit ꝓcur̄. de
bet conſtituere talem cuius factum ratum habeat. l. vni
ca. C. de ſatiſd. ⁊ per quem legitime defendatur alſ dice
retur contumax ſi minus legitimū ꝓcur̄. dimittit. l. i. §.
pe. vbi tex. ibi Bar. ⁊ ang. ff. quod cuiuſq3 vniuer. l. ij.
§. defendi. ff. ex quib. cau. in poſ. ca. notat bar. in. l. ſi ſi
nita. §. iuſ. ij. col. ff. de dam. infec. panoꝛ. in. c. in ptrac-
tandis. s̄. de iura. calū. ⁊ ſic ꝯſecutiuum mandati pꝛocu
ratoꝛi ē ut dn̄s ratum habeat quod geſſerit ꝓcur̄. certe
mandatum factum cū pꝛoteſtatione de nō hn̄do ratū ni
ſi geſta legitime per ꝓcuratoꝛem non valebit. glo ē nō.
in. c. relatio. xxi. q. i. voluit card. ⁊ Jmo. in cle. i. de pꝛo
cur. ⁊ dn̄s anto. ⁊ panoꝛ. in. c. ſi. s̄. de dil. voluit bar. in
l. que omnia. ver. plane. ff. de pꝛocur. Bal. ⁊ Sali. in. l.
ſi ꝓcur. C. de ꝓcur. bal. in rubꝛica. C. de exerci. iij. col.
in. l. cū mandati. C. man. albe. in. l. ſi. in. vij. col. C. de
ꝓcur. Et ſicut uidetis ꝙ iſta ꝓteſtatio contra conſecuti-
uum facti valet de conſenſu ptis ita dictum mandatum
tacente aduerſario ⁊ non opponente valebit ⁊ tenebit.
⁊ interpꝛetabitur ut dominus teneatur ratum habere q̄
ſunt geſta ſm foꝛmam iuris cōmunis. ⁊ non aliter impu
tet enim ſibi qui non oppoſuit contra mandatum. Jta
d. Anto. ⁊ ſequitur panoꝛ. in. d. c. ſi. Si autem conſecu
tiuum facti pendet ex neceſſitate iuris non autem con-
ſenſu partium ⁊ tunc pꝛoteſtatio nihil operatur. nec po
teſt tale conſecutiuum tollere. Et ideo cum hoc ſit cōſe
cutiuum iuris ex actu receptionis in canonicum ut debe
at pꝛebendam habere. c. relatum. c. cum ſm. j. de pꝛeb.
ideo ſi in receptione tali fiat pꝛoteſtatio ꝙ pꝛebendā non
habeat nihil operabitur pꝛoteſtatio. d. c. cum. m. ubi ca
ſus ſm intellectum. d. anto. ibi in. xxx. col. licet panoꝛ. i
pugnare uideatur illum intellectum. Et ideo cum om-
nes baſilice ⁊ bona earum ſint ſub cura epi ⁊ hoc ſit iu-
ris conſecutiuum quod reſultat ex quo conſtructa ē eccle
ſia ſi in conſtructione eccleſie pars pꝛoteſtetur ꝙ non in
tendit ꝙ ep̄s de bonis illius eccleſie ſe impediat nihil ope
rabitur pꝛoteſtatio. c. ii. ⁊ c. nōuit. vbi cāus. x. q. i. c. re-
gēda. ea. cā. ⁊. q. iuncto. c. omnes baſilice. xvi. q. vii. ⁊ tō
cum facto libello ꝙ poſſit mutari uel emendari uel etiaꝫ
non poſſit hoc dependeat ex iuris diſpoſitione illa muta
tio eſt quoddam conſecutiuum iur̄. quod conſequitur
ad actum libelli certe pꝛoteſtatio ſaluo iure addendi uel
minuendi in libello appoſita que quotidie apponitur
nihil operabitur. ita glo. in. c. inter dilectos. ⁊ ibi ſequūt
doc. j. de fid. inſtru. d. anto. in. d. c. cum. m. xxxij. col. pa
noꝛ. in. c. ii. s̄. de libel. ob. Gemi. in. c. ab eo. de elec. li.
vi. Bar. in. d. §. moꝛte. in. ix. col. in. l. cuꝫ pꝛocur. §. do
minus circa medium. ff. de op. no. nun. bal. in. l. edita.
⁊ ibi bar. in pe. col. ſed bal. in repetitione paduana. in
pꝛima ⁊ pe. char. ⁊ in repetitione peruſina in. xxxv. col.
C. de ed. bal. in. l. tres denunciationes. in ſi. C. quō et
quando iud. in. l. neſennius. ⁊ ibi ponit vnum effectum
ff. de neg. ge. ang. in. l. omnem. in auten. de litig. ⁊ in. l.
ſi quis intentione ambigua. ff. de iudi. Quandoq3 ſit ꝓ
teſtatio ad tollendam parteꝫ ſenſus facti puta in fcō mul
tiplicater intelligibili pꝛeut ē reſponſio ad libellum uel in

caſu. l. in concubinatu. ff. de concub. vbi copula cuꝫ libe
ra perſona facta iuncta conuerſatione poteſt capi in ma
trimonium. l. ⁊ libere. ff. de rit. nup. ⁊ facit glo. nō. in. l.
ſancimus. C. de fideiuſ. poteſt etiam capi in concubina
tum. d. l. in concubinatu. puta etiam in. l. neſenius. ff.
d neg. ge. Et iſtis caſibus ſi actus dependet ex poteſta-
te noſtra valet pꝛoteſtatio. d. l. neſenius. Si vero depen
det ex poteſtate noſtra ⁊ alterius. ⁊ tunc ualet. ſed requi
ritur pꝛeſentia illius. ⁊ licet contradicat ille valebit ꝓte
ſtatio. puta in reſponſione ad libellum pꝛoteſtaris pꝛeſē
te aduerſario ꝙ non intendis litem conteſtari. talis pꝛo
teſtatio etiam eo contradicente ualebit. ita Jo. an. ⁊ ibi
alij in. d. c. i. s̄. de lit. conte. bar. in. l. unica. C. de lit. con
te. ⁊. d. anto. ubi. s̄. Si autem dependet ex iuris diſpoſi
tione ⁊ tunc pꝛoteſtatio nihil operatur niſi caſu quo ius
pꝛeſumat pꝛopter coniecturatam voluntatem actū agen
tis. ita. d. Anto. ubi pꝛoxime in. xxxi. col. per gl. in. c. ex
parte. j. de reg. ⁊ faciunt notata in. l. alimenta. C. de ne
go. ge. ſed licet. d. anto. hic hoc membꝛum inſeruerit in
hoc articulo quando pꝛoteſtatio ē facto contraria tamē
non meruit hic apponi. nam ad hoc ut actus dicatur cō
trarius pꝛoteſtationi vel econtra tria requiruntur. Pꝛio
ꝙ pꝛoteſtatio ⁊ actus circa idem fiant. ita Bar. in. d. l. i.
in pe. col. C. de lit. conte. Secundo ꝙ directo eundeꝫ fi
nem ⁊ actus ⁊ pꝛoteſtatio reſpiciant ut dixi. s̄. i. ix. q. cir
ca intellectum. c. olim cauſaꝫ. j. de cenſi. ⁊ retuli Jo. an.
in. d. c. in generali. in. ix. col. Tertio requiritur ꝙ actus
⁊ pꝛoteſtatio nō poſſint cum diſtinctione concoꝛdari. naꝫ
non dicitur contrarium quod cum diſtinctione concoꝛda
ri poteſt. tex. ē coniuncta glo. in. c. ſi. de iureiu. li. vi. in. l.
ſi. C. de fur. faciunt notata in cle. ii. de teſti. ⁊ in. c. frater
nitatis. s̄. de teſti. in auten. at qui ſemel. C. de pꝛob. ſed
quando actus eſt multipliciter interpꝛetabilis ⁊ poteſt in
terpꝛetari ſm pꝛoteſtationem poteſt actus federe diſtinc
tionis concoꝛdari cum pꝛoteſtatione. ergo pꝛoteſtatō nō
dicitur actui contraria. ⁊ ideo bar. qui cum miniſterio lo
quitur in. d. §. moꝛte. in. v. colū. dixit hunc actum ſupeꝛ
quo ē emiſſa pꝛoteſtatio ut. s̄. ambiguum non contrari
um. Scōm membꝛum pꝛincipale. d. anto. ē quando ꝓ
teſtatio contraria actui pꝛecedit actum. ⁊ tunc dic aut in
tendit pꝛoteſtatio ad tollendum factum ut non ſonabit
in factum ⁊ tunc nihil operatur pꝛoteſtatio. d. l. in bello.
§. facte. d. c. ferrum. aut tendit ad tollendum ſenſum fa
cti uel partem ſubſtantialem facti. ⁊ tunc ſi ſenſus iſte re
ſultat ex diſpoſitione iuris non ualet pꝛoteſtatio. c. ſi. de
homi. li. vi. ubi ſi mando tibi ut percutias titium ita tn̄
ꝙ non occidas. illa pꝛoteſtatio ꝙ non occidas non tollet
quin ſi occideris teneatur mandans de homicidio. quia
ſenſus facti ex diſpoſitione iuris reſultat ut qui cauſā de
dit facto uideatur factum feciſſe. facit. l. quoniam multa.
C. ad. l. iul. de vi. faciunt notata in. l. i. C. ad. l. coꝛne. de
ſica. in. c. i. s̄. de pꝛeſump. Si autem ſenſus facti depen
det ex uoluntate noſtra mere ⁊ tunc pꝛoteſtatio iuuabit.
d. l. qui in aliena. §. celſus. d. l. at ſi quis. §. pleriq3. Si
vero dependeat ex uoluntate noſtra ⁊ alterius ⁊ tunc ſi
conſenſus expꝛeſſus alterius interuenerit ualebit pꝛote
ſtatio. d. §. locatoꝛum hoꝛꝛei. d. c. i. ſupꝛa quod met. cā.
ſcōm intellectum bar. quem tamen uidiſtis. s̄. repꝛoba
tum. Et hoc pꝛocedit ſi actus ē certus ⁊ clarus. Si autē
actus eſſet ambiguus uel pꝛeſumptus tunc pꝛoteſtatio
ualeret nullo adhibito conſenſu alterius puta in ſuſcep
tione habitus ⁊ poꝛtatione que inducit pꝛeſumptaꝫ poſ
ſeſſionem non auteꝫ ē expꝛeſſa pꝛoteſtatio iſto cāu iuua
ret ſuſcipientem habitum ſine alio conſenſu alterius Jn
no. in. c. i. s̄. ꝙ met. cauſa. d. anto. ubi. s̄. in. xxx. col. neꝫ
hoc pꝛocedit niſi iuſta cauſa excuſaret quare non fuerit
requiſitus conſenſus alterius in pꝛoteſtatione. puta me
tus. d. c. i. ⁊ ſupꝛa dixi. ſi autem fieret ſine conſenſu alteri
us tunc non ualet pꝛoteſtatio etiam ſi conſenſus eius cū
quo ſecundario geritur actus interueniret q2 hoc non

UVA. BHSC. IyR_025

ſufficit. ſed requiritur ɔſenſus eius cū q̄uo p̄ncipalit̄ gerit̄
actus niſi iuſta cā iuſtificet ꝓteſtationē. ⁊ ille eſt intellectꝰ
ð.c..i. Aut ꝓteſtatio fit ad tollēduʒ ɔſecutiuū facti et
tūc ſi illud ɔſecutiuū dependʒ ex volūtate noſtra tantuʒ
valet ꝓteſtatio.ð.§.celſus. Si uero dependet ex pote
ſtate iuris ⁊ tūc nō valʒ ꝓteſtatio.c.cū.M.in intellectu
ſ̃.relato niſi hoc ɔſecutiuū iur̄ reſpiceret ɔmodū alteriꝰ
cui ille alius poſſet renūciare. nā tūc ꝓteſtatio tolleret cō
ſecutiuū effectū iuris interueniēte ɔſenſu expreſſo eiꝰ ad
cꝰ ɔmodū ius iducit illud ɔſecutiuū iſte ē tex.i.ð.l.fi.§.
itē ſi ꝑdixerit. nā ibi ꝙ caupo teneat̄ ð illat̄ ē iuris ɔſe
cutiuū. ſi ꝓteſtatio fiat ꝑcauponē ut n̄ teneatur ⁊ deſcen
dens in eā cauponulā huic ꝓteſtatiōi cōſentiat. quia ad
eius ɔmodum ius induxerat dictā obligationē ꝓteſtatō
illo ɔſentiēte derogabit obligationi ɔſecutiue. quia qui
libet pōt renūciare fauori ſuo. Illo aūt nō cōſentiēte ni
hil oparet̄ ꝓteſtatio ut ibi tex. a cōtrario. Et facit tex. i
l.ſiquis ſeruū.§.fi. ⁊ in.l.quotiēs in prin.ff.ð pecul. ⁊
ideo infert.ð.anto.ubi.ſ̃. ſe cōſuluiſſe ꝙ cū quidā. mer
catores haberēt ſocietatē ⁊ unus ꝓteſtaretur ꝙ nō intē
dit obligari ex facto talis ſocij ⁊ poſtea tm̄ ꝑſeuerabat i
ſocietate eius ꝙ talis proteſtatio eū non iuuabit, quo mi
nus obligetur niſi interueniſſet cōſenſus eius cū quo ɔ̄
heret̄ obligatio. nā ꝑſeuerādo i ſocietate facit actū ɔ̄riū
proteſtatōi cuius ɔſecutiuū tendit ad tolleñ. ꝓteſtatiōeʒ
ſcʒ ne ut ſocius obliget̄. ⁊ faciūt nōta i.l.ſi ex duobus.ff.
de neg.ge.i.l.ſi unus i prin.ff. de pac. Aut tēdit ad
tollendū effectū cōſecutiuū qui depēdet ex uolūtate mea
⁊ alterius. ⁊ tūc ſi proteſtatio fit cōtra ius cōmune in co
tamē ꝙ depēdet ex voluntate alterius ⁊ iuuabit prote
ſtatio ipſo cōſentiēte. alias nō.c. cum i veteri.ſ̃.de elec.
Si aūt nō ē cōtra ius cōe. ⁊ tūc ualet proteſtatio illo nō
cōſentiēte dūmō ſit preſens. puta in rñſione ad libelluʒ
ut.ſ̃.dixi. Dicit tamē.ð.anto.ubi.ſ̃.in.xxxi.col. ꝙ pro
teſtatio hoc caſu nō cōprehēdet actuʒ futurū ex interual
lo ēt ſi fuerit facta ꝑ v̄ba futurū tempus reſpiciētia. qꝛ ra
tione longi interualli uidetur receſſiſſe a ꝓteſtatōe. alle.
nō. ibi ꝑ io.an. Sed i.nol. ibi ipm̄ reprobat. qꝛ ubi ꝓ
teſtatio fit ꝑ uerba futuri temporis cōprehēdit ēt factum
ex interuallo.l. ſi ita ſcriptū.ff.de leg.i.l.ſiquis in prin.
teſtamēti.ff.de lega.iij. ergo male loquit̄.ð.anto. ⁊ faci
unt que dixi.ſ̃.in.viiii. qōe. hoc tamē qō dictū ē in ſpo
cōtradicēte ꝓcedit i actu multipliciter interpretabili. ſecꝰ
i actu certo. qꝛ tunc ad derogandū i tali requiritur ɔſen
ſus expreſſus per ea que ſupra ſunt dicta.ð.§.locator.
hec oīa dixit.ð. anto.ubi.ſ̃.i.xxviiij.col. ꝓcedere preter
quā in actu iudiciali. naʒ tūc ꝓteſtatio cōtraria actui iu
diciali pte opponēte opatur ſpecialē effectuʒ ꝙ ꝓteſtās
a iudicio repelletur quo ad illū actū tanquā contrarius
niſi proteſtationi renūciauerit. ⁊ dicit hic eſſe cāum in fi.
de quo dixi.ſ̃.in intellectibus huius tex. Tertiū mē
brū ē quādo proteſtatio fit poſt actū ut ſonat in factū nō
ualet proteſtatio.ð.c.ferrū. ad tollēdū ſenſum facti non
ēt ualet ꝓteſtatio. qꝛ de natura ſui ꝓteſtatio non retro
trahitur nec reſpicit preterita.l.fi. ⁊ ibi bal. notat ꝑ illuʒ
tex.C.de neg.ge. niſi hic ſenſus facti alienū cōmodū re
ſpiceret cui poſſet ille renūciare. nam tūc de cōſenſu eiꝰ
cuius cōmodū reſpicit ſenſus facti ꝓteſtatio ualeret ⁊ de
rogaret facto.l. ab emptōe.ff.ð pac. faciūt notata ꝑ bal.
i.ð.l.pacta nouiſſima. ⁊ idē dicite de cōſecutiuo facti per
ꝓteſtationē tollendo. imo idem de parte ſenſus facti re
mouēda qꝛ in actu multiplicit̄ itelligibili ꝓteſtatio facta
poſt actuʒ nihil opatur. imo actus iterpꝛabit̄ i potiori ſi
gnificatu nō obſtante proteſtatione poſtea facta.l.i.ff ſi
ager. uectig. uel emphi.pe. Et iō ſi reus reſpōdit libel
lo. poſtea proteſtatur ꝙ nō intēdebat litē eē conteſtataʒ
ꝑ ſuā reſponſionē talis ꝓteſtatio nihil operabit̄. qꝛ lʒ re
ſpōſio ad libellū poſſit ſe hēre multiplicit̄. tamē in dubio
vr̄ lit. ɔteſtari.ꝑ nō.i.c. unico.ſ̃.de lit. ɔte.i.c. cū ad ſe
dē.ſ̃.de reſti.ſpol.in.§. ſi uero. ubi glo.nō. in autēnco
de exhi. ⁊ introd.re.in.l.unica.C.de lit. ɔte. ideo h̄ ca
ſu nihil ualebit proteſtatio. Si aūt fit proteſtatio ad tol
leñ ſubſtātiale facti ⁊ tūc ſi illud ſubſtātiale depēdet ex li
bera uolūtate noſtra ualebit ꝓteſtatio ⁊ derogabit actui
iā facto. puta in legando ille actus depēdet ex uolūtate
teſtatoris. ſi poſt legatū ēt ex interuallo teſtator ꝓteſtet̄
ꝙ nō vult deberi legatū erit ademptū. ⁊ ſic ualebit ꝓte
ſtatio.l.iij. ⁊ toto ti.ff.de adi.lega. Si uero ſubſtātia
le facti nō dependet ex uolūtate noſtra ſʒ iuris. ⁊ tūc aut
ē ſeꝑabile ab actu ⁊ ualet ꝓteſtatio.l. ꝑ ſeruuʒ.§.i. ubi
tex.ff.de uſu. ⁊ habi. ubi uſufructus habet duas ꝑtes.ſ.
uſuʒ ⁊ fructū. ſi poſt legatū uſūfructū teſtator dixerit adi
mo fructū illa ꝓteſtatiōi adimo fructū faciet ⁊ uideat̄ le
gatus tantū uſus ſine fructu. Si uero ſubſtātiale nō
pōt ſeꝑari data ualiditate actus imo ſi ſepararetur corrue
ret actus ⁊ illo cāu proteſtatio nihil ualet.ð.l. ꝑ ſeruū.
§.i.in fi. ubi uſuſfructus hʒ duas partes uſuʒ.ſ. ⁊ fructū
ſed pars fructus ſine uſu eēt iutilis. ecce ꝙ i legato uſuſ
fructus uſus ē vſqʒ adeo ſubſtātialis ut nō ualeat legatū
uſuſfructus ſine uſu. pone teſtator legauit uſūfructū ex i
teruallo ꝓteſtatur ꝙ nō intendit legaſſe uſuʒ. talis pro
teſtatio nihil ualet imo debebit̄ uſuſfructus totus. hec ē
in effectu theorica.ð. Anto. ubi.ſ̃. qui ſubijcit ꝙ ſiquis
cāus accidat in materia proteſtationū qui nō determine
tur ꝑ hāc theoricā ꝙ vult reſarciri damnū. Secūda
ſpēs ꝓteſtatōis ē prohibitoria que fit ad prohibēdū pro
teſtatū aliquid facere. ⁊ in iſta tria mēbra ſūt principalia
ſm̄ bar.in.ð.§.morte.i.xxiiii. ⁊ xij.col. primū.ſ. qñ ꝓ
teſtatus prohibet̄ facere id ad qō faciēñ. tenebat̄. ſecūdū
qñ ꝓhibetur facere id ad qō nō faciēñ. tenebatur. tertiū
ꝓhibet̄ facere id i quo nulla erat obligatio nec ad faciē
dū nec ad nō faciēñ ſʒ materia erat indifferēs. Circa
primū aut loquimur de ipo creditore ꝓteſtāte debitori
ſuo ne ſibi ſoluat ⁊ tūc ualet ꝓteſtatio ⁊ opatur purgatō.
nē ex pte debitoris ⁊ ēt cōſtituit creditorē i mora.l. rō.
§.ſi per uēditorē.ff.de act.emp.l.mora in pri.ff.ð uſu.
Sʒ illa iura nō hn̄ ꝓbāt opi.bar. ſʒ pro eo do tex. ſingu
larē ⁊ ibi bar.in.i.col.in.l.ciuilius largiamus.ff. de mi
no. ubi dicit bar. per illū tex. ꝙ ſi debitor fuit in mora qꝛ
lapſus ē terminus ſoluēdi ꝙ noua iterpellatio creditoris
preſtat ei facultatē purgañ. morā que alias eēt impurga
bilis ſi noua iterpellatio affirmatiue facta nō eēt. ergo
multo magis ꝓteſtatio negatiue facta ne ſoluat debitorē
excuſabit. Aut ꝓteſtatio fit ab alio q̄ᷓ a creditore ⁊ tūc
aut iuſtam cām nō aſſignat nec aliquā prorſus. ⁊ tūc ꝓ
teſtatio nihil ualet. puta ꝓteſtor ſimplicit̄ ne ſoluas cre
ditori tuo.l.ſiquis prohibuerit.ff.de pub.l.ſi ff.ð cōſti.
pec.l.ſi fideiuſſor.ff. de fid. Si uero exprimo aliquā
cām ſʒ nō uerā nec ueriſimilē. ⁊ tūc nihil ēt operat̄.l. h
aūt in prin.ff. ſi cui pluſquā per.l. falc. puta p̄ſbyter de
nūciauit alieno ꝑochiano ne ſoluat decimas ſuo p̄ſbyte
ro ꝑochiali qꝛ ſibi deberentur rōne alterius ꝑochie. hic
cā nō ē ueriſimilis. qꝛ i aliena ꝑochia debeātur alicui ð
cime.c.ad decimas. de reſti. ſpo.li.vi. talis ꝓteſtatio ni
hil opabitur. Si uero cā ē veriſimilis ſʒ nō tamē uera
⁊ tūc ſi id qō ſolui dʒ ⁊ denūciat̄ ne ſoluat̄ debitū ē ex vl
tima uolūtate. puta legatū i hoc opatur ꝓteſtatio impe
dimētū huiꝰ debiti niſi caueat̄ ꝑ ipm̄ creditorē. Si uero
eſt debitum ex contractu proteſtatio nihil operatur.
l.fi.C.de petitione hereditatis. ⁊ licet Barto. ita tran
ſeat. Imola tamen iunior addit duos caſus in quibus
ēt in cōtractu operat̄ proteſtatio. primus i.l. ſiquis aūt.
C.depoſiti. qui tamē ē correctus ꝑ autēticā ibi poſitā. ſe
cūdus ē cāus i.l.ſi a furioſo.§.i. ⁊ ibi notat gl. bar. ⁊ an
ge.ff.ſi cer.pet. Si aūt ꝓteſtatio fit expreſſa iuſta cau
ſa ueriſimili ⁊ vera ⁊ tūc aut illa ꝓteſtatio fit ab eo qui
recepit ceſſionē iuris alterius debiti ad vtilitatē cedētis.
⁊ tūc nō ſufficit expreſſio vere cāe. ſʒ requiritur certiora
tio ꝙ ille cui fit ꝓteſtatio fiat certus hāc cām ꝓteſtatōis
eē verā. ſ. ceſſionē eē factā.l.iij. ubi tex.C.de noua.l.no



UVA. BHSC. IyR_025

mē ⁊ ibi nõt glo. ⁊ alij. C. que reſ. pigno. nõt bar. in. l.
ſi facta. §. ſi heres. ff. ad treb. Si vero ceſſio nō reſpi
cit utilitatē cedētis ſʒ utilitatem ceſſionarij. ſ. eius cui fit
ceſſio. ⁊ tūc nō requirit alia certioratō dūmō ille cui fit ꝓte
ſtatio ſciat cām eſſe uerā ⁊ iuſtā. d. §. ſi heres. ubi bar.
Si aūt ꝓteſtatio fieret ab alio ꝙ ab eo qui recipit ceſ
ſionē. Et tūc ſi illius ꝓteſtātis pricipalit intereſt vt ꝓte
ſtatio ſeruet nō requirit alia ꝓbatio cāe. puta denūciat
debitor fideiuſſori vt nullo pacto ſoluat creditori qr hʒ
exceptiōem cōtra eū puta pacti de nō petēdo uel aliaʒ.
ecce ꝙ proteſtātis. ſ. debitoris intereſt pricipaliter ne fi
deiuſſor ſoluat illo cāu ꝓteſtatio valet cā expreſſa lʒ nō
ꝓbata nec certiorata. ita ē tex. in. l. fideiuſſor. in prin. ff.
man. Si vero ꝓteſtātis pricipaliter nō intereſt ⁊ tunc
ꝓteſtatio ſi fiat a iudice valet abſqʒ alia certioratōe cāe
dūmodo exprimatur tex. eſt nō. in. l. fi. ff. de lege ꝯmiſſ.
ita ēt io. an. in. c. i. j. de cenſi. vbi nota. puta iudex probi
buerit ne tu ſoluas tali creditori tuo qr ē bānitus vl' alia
iuſta cā abſqʒ alia certioratōe. valebit ꝓteſtatio. ⁊ tūc de
bebis parere. qd̄ dixit imol. notan. ⁊ propterea ita eē de
ciſum ꝑꝑ magnā p̄ſumptionē que ē pro facto iudicis. l.
ij. C. de offi. iudi. q̄ male. c. in p̄ntia. ſ̄. de renū. Si
uero fiat a parte tantū ⁊ tūc in iudicio nihil ualebit ꝓte
ſtatio niſi expreſſa cā. ita bar. in. l. fi. in. xi. oppoſitōe in
v. col. C. de edic. diui. adri. tol. ubi dixit ꝙ ſi in iudicio ꝓ
teſtor ne aliquid fiat cōtra me uel in preiudiciū meū talis
proteſtatio nihil ualet niſi fiat cū cā ⁊ faciūt notata in. c.
bone. ſ̄. eo. Siue ēt fiat extra iudiciū requiritur exp̄ſſio
cāe. ut. ſ̄. dixi ꝑ. l. ſiquis prohibuerit. Sʒ punctus ſtat
nūquid teneatur credere ꝓteſtanti ultra p̄dictos caſus.
Et certe exquo principaliter eius nō intereſt dixit bar.
ꝙ nō niſi ſciret ip̄e cām eē uerā. l. ſi maior. C. de reſcin.
ven. l. ij. vbi cāus ſm̄ unū intellectū. ff. qd̄ falſo tut. auc.
Sed pūctus ſtat nūquid requiratur probatio ꝓteſta
tōis facte ip̄i qui ſe ꝑ cā excuſat puta debitor excuſat ſe
ꝙ nō ſoluit ꝓpter ꝓteſtationē ſibi factā a creditore. quo
caſu ualʒ uel ſca a iudice uel ab alio expreſſa cā ⁊ ꝓbata.
uel ab alio expreſſa cā cuius cām ip̄e ſciebat uerā qualiter
probabit iſtā proteſtationē. ⁊ an debeat cā probare. bar
to. in. d. l. ſiquis cū aūt. tenet ꝙ ꝓbari teneat'. ſʒ ſufficit
iuramētum ipſius debitoris. ita bar. per illū tex. Bald.
ibidē tʒ ꝯ̄riū dicēs ꝙ hic proteſtatio ꝓhibitoria dʒ ī ſcri
ptis fieri. ⁊ iō ēt per proteſtātē probari dʒ ꝑ ſcripturam
ſcʒ producēdo ꝓteſtatiōeʒ ſcriptā. nō obſtat tex. ibi dum
loquitur d̄ iuramēto qr ītelligit' reſpectu purgāde cōſciē
tie ipſius depoſitarij ꝙ ip̄e dolo nō retinuit depoſitum.
tūc cū ſit hoc de depēdētibus ex aio bn̄ ſufficiet iuramen
tū. glo. in. §. alie inſti. de act. i. c. ꝓpoſuiſti. lxxxij. di. Sʒ
quo ad facien. fidē de ꝓteſtatōe nō dicit ibi tex. ſufficere
iuramētū. Aut fit ꝓteſtatio ad ꝓhibēduʒ ne' fiat id
qd̄ ꝓhibitus facere tenebat'. Et tūc aut ꝓhibitus nullā
iuſtā cām habuerit exiſtimādi ſe poſſe facere id qd̄ omni
no erat ꝓhibitū ⁊ illo cāu opatur ꝓteſtatio. l. ꝓhibere
in prin. ff. ꝙ vi aut clam. puta ſit tibi ꝓteſtatio ne aliquē
offēdas. oio debes ſcire hoc eē ꝓhibitū. iō ꝓteſtatio de
facili opatur effectū. Aut ꝓhibitus hēbat aliquaʒ iu
ſtā cām exiſtimādi ſe nō ꝓhibitū. puta bānitus qui pōt ī
pune offendi ex forma ſtatuti. vt nō. ꝑ barto. ī. l. iij. §.
trāſfugas. ff. ad. l. cornel. de ſicca. ⁊ ēt ī. l. a miſſiōe. §.
qui deficiūt. ff. de capi. di. ꝓteſtat' volēti offendere ne il
lū offendat. ⁊ tūc exquo ꝓhibitus hʒ iuſtā cām exiſtimā
di ſibi ꝑmiſſuʒ offēdere banitū talis ꝓteſtatō nihil opa
tur niſi bānitus exp̄ſſerit cām quare nō dʒ offendi. puta
qr dicat ſe rebānitū. ⁊ illo cāu ſola exp̄ſſio cāe nō ſuffice
ret niſi certioret' ꝓhibitus de veritate cāe. qr in dubio p̄
ſumit' ꝯ̄ bānitū. l. nō oēs. §. fi. ibi tex. vbi nō creditur d̄
re mili. ff. uel niſi cōſtaret ipſum ꝓhibitū certū eē de ueri
tate cāe ꝓteſtatōis. Et iō dixit bar. vbi. ſ̄. ꝙ caute faciēt
bāniti ſi faciēt ſe ꝓnūciari qn̄ rebāniūtur rebānitos eſſe
ꝑ iudicē. vt ſit de exēptōe bāni poſſint facere fidē uel ip
ſaʒ exēptiōem a banno faciāt p̄ſcribi ⁊ publicari ut pub
lice innoteſcat. c. i. in arg. ſ̄. de poſtu. p̄la. l. ſi pupillus.
§. ꝓſcibere. ff. de inſti. alias iſte poterit impune offēde
dere bānitū nō obſtāte ꝓteſtatōe. Subicit tamē barto.
poſſe dubitari an iſti offendēti poſſit iputari quare nō ī
ueſtigauit an iſte ſit rebānitus ⁊ arguit ꝙ ſic ꝑ tex. in. l.
qui ī alterius. ff. de reg. iur. ubi actori imputat' quare nō
īueſtigauit naturaʒ cāe ſuꝑ qua agit. Sʒ in ueritate illd̄
nihil ſtringit. naʒ loquit' arg. bar. ī cāu ī quo ius nec p̄
ſumit ꝓ nec ꝯ̄. nos loquimur quādo ius cōe p̄ſumit pro
offendēte ⁊ cōtra offenſuʒ. ſ. ꝯ̄ bānitū. d. l. non oēs. §.
fi. nec p̄ſumitur abſolutus ⁊ ē quid ſibi īputetur ſi ē abſo
lutus quare nō fecit ſolēniter fieri ſm̄ clauſulas p̄dictas
aut ꝑ iudicē aut ꝑ ꝓclama. Jmo. hic reſtrigit dictū bar.
ꝙ ita demū poſſit offendi nō obſtāte ꝓteſtatōe bānitus
⁊ ēt occidi qn̄ nō poſſet capi ⁊ detineri. Sʒ ſi poſſet ca
pi cū ꝑ capturā ſit cōſultū offenſe reipublice vult ꝙ non
poſſit occidi nec offendi exquo iterea donec ſtabit capt⁹
poterit cōſtare de exemptione bāni. ſed ſi capi nō poſſit
vult ꝙ poſſit occidi. Et pro eo facit tex. nō. ī. l. ſi ſeru⁹.
⁊ ibi notat bar. ⁊ bald. C. de his qui ad eccle. cōfu. vbi ſi
familia poteſtatis hʒ in p̄cepto aliquē capiēdi ⁊ ille nō ꝑ
mittat ſe capi licitū ē eū percutere ⁊ offendere. ⁊ ita bal.
in. l. addictos. C. de epiſ. audi. Et ita bal. ī. l. ab execu
tione. C. quorū appel. nō recip. in. l. quaſcūqʒ. §. i. ⁊ ī. l.
queādmodū. ī prin. ff. ad. l. acquil. in. l. i. C. qui accuſa.
in. l. i. C. de exhi. re. in. l. i. C. unde vi. in. l. eū qui duas
C. de adult. ⁊ facit ꝓ imol. glo. nō. quā ip̄e allegat ī. §.
ſi vero quidā iurēt in uerbo factū in autēico de exhibi.
⁊ introdu. rei. ubi ex fuga p̄ſumit' cōtra fugitiuum. facit
glo. in. l. cornelia. ⁊ quod ibi nōt bald. ꝑ illā gl. ff. ad ſil
le. ubi preſtando cautionē quis relevatur de carceribus
ſemel fugitiuus nō pōt vti illo beneficio fideiuſſorꝫ dādo
rum. Tertiū ē membruʒ quādo prohibet' facere id ad
qd̄ nō tenebat' nec faciēdū nec nō faciēdū. Et tunc ſi illd̄
qd̄ ꝓhibet' uſqʒ adeo depēdet ex ptāte ipſius ꝓteſtant
ꝙ ſola uolūtate eius ſit illicitū ⁊ tūc proteſtatō opatur. l.
diuuʒ. ff. de ſeruit. vr. p̄d. l. iij. in prin. ff. d̄ acqui. re do.
ſʒ melius ī. §. apud. ⁊ ī. l. fi. C. de neg. ge. puta īgredior
alterius fundū cā uenatōis ſola volūtate dn̄i ꝓhibentis
ſit illicitū ualebit ꝓteſtatio quādo dn̄s proteſtat' ne ſuū
fundū ingrediaris. Si uero id circa qd̄ fit ꝓteſtatō ſo
la uolūtate ꝓteſtātis nō ſit illicitū aut honeſte non pote
rat huic proteſtāti pareri. ⁊ hoc cāu nihil opabitur prote
ſtatio. l. quintus. ff. man. ⁊ iō ſi fideiuſſor proteſtat⁹ fu
rit creditori ſuo ꝙ nō ſoluat debitori talis ꝓteſtatio non
adiuuat ſi creditor tenebatur numerare. puta rōne ꝯtra
ctus p̄cedētis dotis uel ſimilis. vel ēt ſi creditor de hone
ſtate nō poterat retrahi quin numeraret. qr iam mutuo
daturū ſe promiſerat quo cāu nō mutata qualitate debi
toris nō hʒ iuſtā cām nō numerādi. l. ſi creditores. de
priuil. cre. l. cū quis. §. i. ff. de ſol. ſecus ſi de honeſtate
poſſet creditor recuſare ne numeraret. nam tūc lʒ ꝓte
ſtatio primo cāu nō iuuet fideiuſſorē. hoc tamē cāu iuua
bit. Jta dʒ intelligi glo. ī. l. titius. ff. de procura. ita bart.
in. l. ſi fideiuſſor. ff. de fid. ⁊ in. d. §. morte. in. xij. colū.
Si aūt proteſtationi potuit de honeſtate pareri. Et
tūc ſi fit nō expreſſa cā nihil ualʒ. l. ſi maior. C. d̄ reſcin.
uen. l. tutor. ff. de minor. Si fit cū cā expreſſa ⁊ tūc quā
doqʒ talis cā reſpicit factum proteſtātis de futuro fiendū
et tūc opatur proteſtatio. quia ꝯ̄ proteſtatuʒ ſeu prohibi
tū īducitur doli p̄ſumptio. tex. ē. ī. l. denūciaſſe. in prin
cipio ⁊. §. quid ergo. ff. de adult. Et iō ſi proteſtor tibi
ne alienes funduʒ qr ītēdo eū vendicare uel ius preten
do ſuꝑ eo hyppothece. Ecce ꝙ cā pendʒ de futuro talis
proteſtatio ſi alienaueris hʒ īducet' ꝙ dolo videris alie
naſſe. ita notat' ī. l. fulcini⁹. §. i. ff. ex qui. ca. in poſ. ca.
in. l. utiqʒ cū. l. ſeq. ff. de re. ven. faciūt nōta in. c. i. ſ̄. de
alie. iud. mut. Quīqʒ cā non dependet de futuro ſʒ ex
facto de p̄terito ⁊ tūc quiqʒ ꝓteſtatur ille cuius pricipalit'

UVA. BHSC. IyR_025

nõ intereſt iõ ꝓteſtato nihil oꝑabiť.l.ij.ſecũdũ unuꝫ
itellectũ.ff.qȯ fal.tu.auc. Et iõ illo cãu dꝫ ꝓteſtãs facē
ꝓſtare ueritatem cãe. ⁊ ita oꝑabitur ꝓteſtatio niſi eſſe
mus in caſu in quo ſola ſciẽtia nõ ſufficeret uel ueritas
ſola cãe ut in.l.iij.C.de noua.in.l.nomẽ.C.que res pi
gno.nam illo cãu nihil operaretur ꝓteſtatio.qꝛ ſola cer
tioratio nõ ſufficit.ita põderat ꝓ ꝑ̃io cãu tex.bart.i.d.
l.i.ibi merito credi nõ debuit ergo ſi debuiſſet merito
credi oꝑaretur ꝓteſtatio. Quandoqꝫ fit ab eo cuius
principaliter intereſt ⁊ tũc reſpectu ꝓhibiti ⁊ alterius
nihil operatur ꝓteſtatio.d.l.ij. puta ꝓteſtor tibi ne cõ
trahas cũ ali tutorio nomine quia ẽ falſus tutor reſpe
ctu ipſius tutoris ⁊ tui ꝓhibiti nihil operabitur ꝓte
ſtatio.ita glo.intelligit illã.l.ij.in l.ſi fundũ.C.de re.uẽ
di.reſpectu aũt ꝓhibiti ⁊ ꝓteſtãtis ſi ꝓteſtãs tractat ď
lucro nihil oꝑatur ꝓteſtatio. ⁊ ſic intelligitur.d.l.ij. ſm
aliũ intellectũ.⁊ ibi notat Di. Si uero tractat de dãno.
⁊ tũc oꝑatur ꝓteſtatio cõtra ꝓhibitũ ut dolo uideatur
feciſſe.l.ait pretor.§.ſiquis particeps.ff.de his que in
frau.cre.notať.i.d.l.fundus. Predicta procedũt quãdo
ꝓhibitus ꝓhibetur gerere actũ quẽ iure ſuo gerit. Sꝫ
quid de actu quẽ gerit iuř alterius.puta ut procura.alte
rius.⁊ illo caſu diſtinguit bar. Si ꝓteſtatio fit a domi
no indiſticte oꝑatur qꝛ reuocatio mãdati ẽ libera i uolũ
tate dñi niſi fiat poſt lit.cõte.qꝛ tũc requiriť cã.c.ij.de ꝓ
cura.li.vi.l.que oĩa.⁊.l. ante litẽ cũ ſeq.ff.de ꝓcur.hť
in.c.ex parte decani.ẽ.de reſcrip.in.c. ex inſinuatõe. ⁊
in.c.mãdato.ẽ.de procu. Si uero fiat ab alio ꝙ a dño
⁊ tũc ſi habet ſpãle mandatũ a domio videť ꝓhibuiſ
ſe dominus.c.qui ꝑ aliũ.de reg.iur.li.vi.l.ita tñ.§.geſ
ſiſſe.ff.de admi.tu.tamẽ de hoc ſpãli mãdato dꝫ in ꝓ
teſtatõe ꝓhibitoria facere fidẽ.alias ꝓhibitus nõ teneť
credere ſm bar.ꝑ notata i.l.qui i alterius.ff.de reg.iu
ris.in.l. ſiquis inficiatus.ff.depoſiti. Si aũt hꝫ mãdatũ
generale ⁊ a dño ⁊ nõ ſpãle ⁊ tũc regulariť nõ ualet eiuſ
ꝓteſtatio.fallit ſi noua cã ueriſimiliť ignorata a dño ſu
perueniſſet reuocãdi hũc procuratorẽ.nam tũc ꝓteſtatõ
ꝓhibitoria huic procuratori facta ualet ⁊ tenet. dũmõ
in ea exprimatur cã.l. ſi hominẽ.ubi tex.nõ ff.man.fa
ciunt notata in.d.c.ij.ſi aũt nõ habet aliqȯ mãdatum ⁊
tũc nõ teneť credere.arg.d.l.ij.ff.qȯ falſ.tu.auc.faciũt
nõ.in.d.c.ex inſinuatõe. Et ex predictis habetis eli
cere ſm imol.in.d.§.morte.tres intellectꝰ ad.d.l.ij.pri
mus ẽ ꝙ ibi ꝓteſtatio ꝓhibitoria fuit facta ab eo cuius
pĩcipaliter nõ intereſt iõ nõ ualet. Secũdus ẽ intellectꝰ
ꝙ ibi nõ ualet ꝓteſtatio quo ad ꝓhibitũ ⁊ aliũ ꝙ̃ ꝓ
teſtantẽ.ſ. tutorẽ quia nõ obſtãte.d.ꝓteſtatõne poterit
agi cõtra tutorẽ falſũ.ita glo. in.d.l.ſi fundũ. ⁊ hij duo
ſatis cõgruũt illi littere. Tertius ẽ intellectus ꝙ ibi ꝓ
teſtãs tractabat de lucro captãdo iõ nõ operatur i fauo
rem ſuũ ꝓteſtatio dato ꝙ eius pĩcipaliter interſit.⁊ lꝫ
bar.ubi.ẽ.dicat quãlibet lec.ſibi placere tamẽ hic tertꝰ
intellectus ẽ diuinatiuus. Sꝫ opere preciũ ẽ ſcire nũ
quid poſito ꝙ ꝓteſtatio ꝓhibitatiua opereť effectũ ut
dictũ ẽ in aliquibus cãibus nũquid ꝓteſtato ſit ſuccur
ſum aliquo remedio cõtra ꝓteſtantẽ ſi reperiatuř cãm ñ
fuiſſe uerã ꝑꝑ quaꝫ ꝓteſtať. Et dicite ex mẽte bart.ꝙ
datur actio in factũ cõtra ipſum ꝓteſtantẽ ad intereſſe
quatenus mea intereſt nõ fuiſſe ꝓhibitũ ꝑ eũ.l.i.§.i.
⁊.l.fi.ff.de eo.per quẽ fac.erit. imo ſi ꝓteſtãs nõ eẽt ſol
uẽdo iuſta ẽ cã petendi in integrũ reſtitutionẽ aduerſus
leſionẽ cauſatã ex ſua ꝓteſtatõe dato ꝙ hec reſtitutio
alienũ icõmodũ etiã reſpiceret.d.l.fi.ubi tex.⁊ faciũt nõ
ta in.c.ij.⁊ in.c.ex litteris.ẽ. de in integ.reſti. Sꝫ ꝑ
quẽ dꝫ fieri talis ꝓteſtatio an ꝑ procuratorẽ fieri poterit
⁊ dic ꝙ ſic ſm bar.⁊ alios.l.ꝓhibeť ipꝛin.ff.ꝙ ui aut
clam.nec requiriť ſpãle mãdatũ regulariter niſi i caſibꝰ
ſpãlibus.ita bar. poſt glo.⁊ ibi unus caſus ſpãlis in.l.
i.in pri.ff.de lib.ag.ita bart.⁊ latius imol.in.l.de pupi
lo.§.que procuratorio.ff.de ope.no.nũc. ⁊ unũ cũm

ſpãleꝫ.ẽ.proxĩe poſui. Sꝫ nũquid ꝑ negocioꝝ geſto
rẽ poterit fieri illa ꝓteſtatio. Et dicite ex mẽte bart.ꝙ
aut ex parte ꝓteſtãtis nõ ſufficit ꝓteſtari ſꝫ requiriť ꝙ
certioret ꝓteſtatũ ut in caſu.l.iij. de noua. ⁊ in.l. no
mẽ.C. que res pigno.⁊ iſto cãu nõ ſufficit ꝙ fiat per ne
gociorũ geſtorẽ.ſed dꝫ hẽre mandatum i quo ⁊ fieri fideſ
debet de mãdato arg. notatorũ in.d.l. qui in alterius.
⁊ in.d.l. ſiquis inficiatus.faciunt notata per gl.in cle.cãꝫ
de elec. Si uero ex parte ꝓteſtãtis certioratio nõ requi
ritur ⁊ tũc põt fieri per negociorũ geſtorẽ. Et ideo vide
mus in ſimili ꝙ ꝓteſtatio incitatoria cũ regulariter cer
tiorationẽ nõ requirat ut.j.uidebimus ad cõſtituẽdũ in
mora põt fieri per negociorũ geſtorẽ.tex.ẽ in.l.ſiquis ſo
luť.§.i.ff.de uſur.quẽ põderat ad hoc bar.⁊ ibi alij in
l.ſi ſeruũ.§.nũc uideamus.ff.de ver.ob. Sed nun
quid procuratori ſufficiet fieri ꝓteſtationẽ iſtaꝫ.⁊ dic ꝙ
ſic ubi dominus nõ inueniatur.l.aut qui aliter.§.⁊ ſi
forte.ff.ꝙ ui aut clam.imo ẽt negocioꝝ geſtori ⁊ colonis
ſufficit.l.pro here.in prin.ff.ꝙ ui aut clã.tamẽ ſi fierꝫ in
preſentia dñi ⁊ ſic ex quo habeť copia eius ualeret ꝓte
ſtatio facta procuratori tex ẽ nõ. ſm glo.ibi in.l.ſi dictũ
§.ſi pñte.ff.de euic.quẽ ad hoc ponderat hic Imol. iu
nior.ſi uero nõ fieret in pñtia domini tũc ante oĩa requi
rẽdus ẽ dñs anteꝙ̃ ueniať ad procuratorẽ.d.§.at ſi for
te ita Io.an.i.d.c.in generali.⁊.ẽ. retuli.faciũt notata
per Io.an.⁊ alios i.c.fi.⁊ in.c.cãm.ẽ.de dolo ⁊ cõtu.i
cle.cãm.de elec.⁊ ẽt in.c.fi.ẽ.de eo qui mit.i poſ.ꝑ bar
to.in.l.iiij.§.pretor. ⁊ in.l.quãuis.ff.de dam.infec. in
l.meminerint.C.unde ui. Sꝫ quãdo dꝫ fieri illa ꝓte
ſtatio dic ꝙ dꝫ fieri añ actũ quẽ intẽdit ꝓhibẽ nõ aut pꝰ
actũ ſm bar.l.ſi pecuniã.§.ſꝫ ſiquis dederit.ff.de cõdi.
ob cãm. Sꝫ quãdo finieť dicite ꝙ ẽ ꝑpetua ſm Bar.
⁊ iõ nec morte ꝓteſtãtis finitur arg.notatorũ i.l.ſi intra
C.ď nõ nume.pecu.tamen quatenus dixi ꝙ ſufficit fieri
huiuſmodi ꝓteſtationẽ ꝓcuratori hoc ẽ uerũ niſi ubi re
quiritur plena noticia qꝛ tũc dñs nõ diciť hẽre plenã no
ticiã per denũciationẽ factã ꝓcuratori.glo.ẽ in cle.cãm.
i verbo appellatũ de ele.quã ad hoc põderat ludo.i.d.
§.morte. Et predictũ articulũ intelligite ſm notata per
bar.in l.i.§.ſi ꝓcura.ff.ſiquis iuſ.dicẽ.nõ ob.i.iij.col:
per Cano.in.c.i.in fi.car.ẽ.ut lit.nõ cõte. ⁊ ſm theori
cam iuriſcõ.in.l.apud celſum.§.queſitũ.cũ ſeq.ff.de ex
ceptio.dol. Tertia ẽ ſpẽs ꝓteſtationũ que incitato
ria uocať.⁊ hec fit quãdoqꝫ ad citandũ illũ ad qȯ quis
ẽ obligatus ſiue tenetur qñqꝫ ut faciat id ad qȯ nõ ẽ ob
ligatus.quãdoqꝫ ut faciat id ad qȯ nõ faciẽdũ teneť.pu
ta ut delinquat. Circa primũ aut fit ꝓteſtatio ut fa
ciat quis illud ad qȯ teneť ex facto alieno.puta heres ex
facto defuncti ⁊ tũc dꝫ fieri cũ expreſſione cãe oſtẽdendo
ipſi ꝓteſtato inſtrumẽta ſiue iura ipſius ꝓteſtantis ut
certus reddatur ad qȯ teneť.l.qui in alterius.⁊ ibi nõ.
ff.de reg.iur.l.ſiquis inficiatus ff.depoſiti.l.iij.C.ď no
ua.l.nomẽ.C.que res pigno.cle.cãm de elec. Aut fit
ut faciat id ad qȯ tenetur ex facto ſuo. ⁊ tũc aut iſta obli
gatio ad faciendũ naſcitur ex aliquo facto extrinſeco uel
euentu conditiõis extrinſecus.puta uẽditor teneť defẽde
re rem emptã ⁊ cõſeruare emptori ſi ſibi moueatur lis
ab alio de dominio rei empte.ecce ꝙ obligatio naſciť ex
facto ſuo venditoris qꝛ vendidit ſed ad faciendum obli
gatur.ſ.defendẽdi emptorem propter factũ extrinſecus
ſcilꝫ litẽ motã ab alio.c.fi.ẽ.de cõtrahẽ.empt.⁊ uen. ⁊
illo cãu debet ꝓteſtari cum expreſione cauſe oſten
dendo ipſi uenditori citationem ⁊ libellum ſibi miſſum
ab alio in publica forma ⁊ ei copiam dando clem.cãm.
⁊ ibi glo.in fi.de elec.faciũt notata in.d.l.qui in alteriuſ
dum loquitur de fideiuſſore.⁊ in.d.l. ſiquis inficiatus.
⁊ uſqꝫ adeo debꝫ exprimi ut iſte reddatur certus de qua
litate litis mote ⁊ ſic poſſit ſe defendere.l.fi.§.i.C.ď bo.
auc.iud.poſ. Aut obligatio nõ cõmittiť ex facto extri
ſeco uel euẽtu cõditiõis extrinſecus de qua ſiue de quo



UVA. BHSC. IyR_025

poſſit certificari clare per inſtrumētum ipe proteſtatus. puta qꝛ cōmittitur obligatio per morte alicuius. puta qꝛ promiſi dare centum poſt morte Machometi turchorū regis mors nō ꝓbatur ꝑ inſtrā ut habetur in.c. i pñtia ſ.de ſponſa. in.l.ij.§.ſi queratur.ff.queād.teſt.ap. iſto caſu ſi tu denūciaueris mihi ut ſoluā centum promiſſa ꝓpter morte ipius turchi debes me certificare hoc factum eē certe purificatū ꝙ ille ſit mortuus.⁊ qꝛ ſuper his non fiunt inſtrumēta ſufficiet ꝙ tu me certifices per teſtes uel homines de hoc informatos quibus uerisimiliter debui credere arg.l.qđ te.ff.ſi cer.pet. Aut obligatio nō naſcitur ex aliquo facto extrinſeco.⁊ tūc qꝛ in facto proprio nō tolleratur ignorātia.c.ab excōicato cū vulgaribus.ſ.de reſcrip. ideo proteſtatio ut mihi ſoluas cōſtituet te i mora abſqꝫ alia certificatione debiti dūmodo per congrua uerba cōgruo loco ⁊ tempore fiat.l.mora.in prin.ff. de uſur. hec ē theorica bar.in.d.§.morte.in fi.cart. Ludo.de roma reprehēdit bar.in ſecūdo mēbro dū uoluit ꝙ emptor uſqꝫ adeo dꝫ certificare uenditorē de lite mota ꝙ dꝫ ſibi mittere inſtrumēta publica.ſ.citationem ⁊ libellum litis mote in forma autētica. quia dicit ipe qđ imo ſufficiet denūciari litē motam per glo.in.d.cle.cāꝫ. in fi.duꝫ ibi glo. dicit tutum eē ꝙ in publica forma denūcietur ⁊ mittātur inſtrumēta ſꝫm formam illius cle. ſi tutum ergo nō neceſſariū. adducit ēt glo.in.l.titio fund⁹. ff.de cōdi.⁊ demō.ubi homini fidedigno dꝫ credi. modo quilibet preſumitur bonus.c.ſi.cum ſimilibus.ſ.đ ꝓſump. ergo emptori ſimplr denūciāti debet credi.⁊ pro eo poſſet adduci tex.in.l.ſi cum qđ.C.de euic.⁊ etiā oīa iura que dicūt uenditori denūciādū eē.c.ſi.ſ.de ꝯtrahē. emp.ubi nihil dicitur ꝙ debeat mittere publica ⁊ autētica documēta de lite mota.ergo legis latorē non emendabim⁹.c.ad audieñ.ſ.de decimis. Uos dicite opi. bar.eē tenēdum.⁊ ēt tenet idē bar.in.l.empti. Et aug. in.l.emptor.licet dicat ibi cōſuetudinē nō ſeruare.C.de euic. Ang.⁊ Jmo.in.l.in executione.§.inſolidū.⁊ in.l. cum ex cauſa.ff.de uerbo.ob.nec obſtant cōtraria.quia per dictam cle.cām tollūtur in fi.dum tex.vult formam illam intimationis in alijs cāibus eē ſeruandā in quibus requiritur denūciatio.⁊ ideo dum glo.ibi dicit tutum dꝫ intelligi.ſ.ad ualiditatē actus.nō aūt ad cautelā. qꝛ als eēt cōtra tex.ibi.Nō obſtat glo.in.d.l.titio fundus.quia procedit ubi a iure nō requiritur alia forma ſecūdū ſubiectam materiā.qđ pꝫ in ſimili in.l.ij.ff.qđ falſ.tuto.auc. iunctis his que dicta ſunt in ſecūda ſpecie ꝓteſtationis.

Sed operepreciū ē ſcire que ſint illa cōgrua uerba ꝑ que debet fieri proteſtatio incitatoria.⁊ dicite cōgrua eſſe ea que continēt incitationē ad illud faciēdum ſuper quo tendit proteſtatio.⁊ hoc de neceſſitate uerba cōtinere dicunt ut incitent ad illud ad quod fit proteſtatio illud exp̄mēdo. puta emptor vult ꝙ uēditor ueniat ad defendendum eū aduerſus litem motā ſuper re empta. ꝓteſtatio debebit ſpecifice hoc cōtinere ꝙ ueniat ad defendēdum. nec illo cāu ſufficere denūciare litē motā.qꝛ per hoc nō incitatur ad aliquod faciendū.ita bar.ubi.ſ.per tex.in.l. i.⁊ ibi idē bar.C.de pericu.⁊ cōmō rei uen.in.l.ſi ꝑmutationis.C.de euic. Et ideo infert bar.ꝙ lꝫ uenditor ſciat litem eē motaꝫ ꝙ tamē ad hoc ut emptor poſſit agere de euictione dꝫ uenditori proteſtari ut ueniat ad defēdēdum qꝛ proteſtatio incitatoria hoc cāu requiritur. nō aūt ſufficit certificatoria.⁊ exquo ſcit litē motā bene clare ē nō eē neceſſariā certificatoriā proteſtatōem per regulā eum qui certus ē amplius certiorari nō debere de regu. iur.li.vi.l.i.in fi.ff.de act.emp.tamē exquo proteſtatō iſta fuit ut ueniat ad defendēdum ⁊ ſic ad aliū effectum quā ut ſimpliciter ſciatur idō requiritur denūciatio ut ueniat ad defendendū licet ſciat ⁊ pro hac opi.facit tex.i.c. fi.ſ.de cōtrahē.emp.ibi ut rem uenditam ſibi defendere nūciare. Et pro hac opi.facit glo. in.d.cle.cām. i fi. que hoc tenet glo.in.l.auctor.C.de euic.notat bar.in.l. denūciaſſe.§.i.ff.de adult. ⁊ ēt bar.in.d.l.i.C.de ꝑi. ⁊ cōmo.re.in.l.i.§.uolūtate quicquid ibi dicat Jmol. ⁊ Lu.ff.ſolu.ma.bal.in.d.l.i.C.de ꝑicu.⁊ como.licet cum diſtinctione loquatur bal.in.c.i.ſi defend.uaſſal. fuer.interpel.in uſi.feu.tenet ange.⁊ imol.in.d.l.i exe cutione.§.inſolidū.Jmo.in.c.cū inter uniuerſas.ſ.đ elec. Do.anto.in.d.c.fi.⁊.ibi Cardi.⁊ panor.⁊ ꝓ hac opi.facit qđ notat bar.in.l.qui abſentē.⁊ ibi ē tex.ff.de procura.ubi ēt ſi procuratorio nomine emptoris fuerit denūciatū uenditori litē eē motā.tamē uēditor nō tenet uenire ad defendēdū niſi appareat de mādato denūciātis uel promittat de rato. ecce ergo qualiter non ſufficit ſola ſciētia ad hoc ut uenditor teneatur uenire. Et cum hac opi.in effectu tranſit ang.in.d.l.emptor. ⁊ uoluit Jo.an.in addi.ad Spec.in ti.de emp.⁊ uen.§.fi.vſ. fi. quē allegat ⁊ ſequitur ludo.in.d.§.morte. Cōtrariā opi.tenet glo.in.d.l.i.in uerbo adeſſet.tenet glo.⁊ ibi Ci.⁊ Pe.in.d.l.emptor.tenet imol.in.d.§.morte. tenet imol.⁊ Lu.in.d.§.uolūtate.⁊ ēt imol.in.d.c.fi. ⁊ paulus de aleaꝫa.in repetitione illius.c.. Et Jmo.in c.cum.M.ferrarieñ.ſ.de cōſti.tenet bal.in.l.i.C.de ꝑic.⁊ como.ubi dixit ꝙ ſufficit emptori denūciare uēditori litē motā.ergo exquo ipe iam ſcit de lite mota amplius nō debebit denūciari. Et pro hoc adducit Jmo. tex.in.l.ſi cum qđ.C.de euic.ubi ſolū denūciatur litem eē motā.ſed tamē poſſꝫ reſpōderi ꝙ ſuppletur per alia iura in quibus fit mentio ꝙ ueniat ad defendēdū. Facite ergo regulā ꝙ emptor tenet dnūciare uēditori ēt ſcienti litē eē motā ad hoc ut incitet eā ad defenſam. Ludo.in.d.§.morte. Tres aſſignat fallētias que fuerunt Bal.in.d.l.i.C.de ꝑic.⁊ como.re.uen.⁊ duas ipe addit. Prima ē quādo emptor ē talis ꝑſona pro qua ius interpellat ⁊ debitorē ſuū i mora cōſtituit ipo iure. puta minor.uel eccleſia.l.in minorū.⁊ ibi nō.C.in qui.cau. in integ.reſt.nō eſt nec.tūc ius ipo iure interpellat pro minore uel eccleſia qui rem emerūt ut uēditor ueniat ad litē defendēdum.ideo alia proteſtatio nō requirit. Secūda eſt fallentia quādo uēditor in dolo uerſatus ē quia ſciens litem motā habēs inſtrumēta fundamentalia penes ſe ea occultauit.l.iul.§.idem iul.l.titius in arg.ff. de act.emp. Et iſto cāu nō requiritur alia proteſtatio ꝯ uenditorē. Sed tenebitur de euic.ēt ſi non fuerit ꝓteſtatū. Tertia ē quando uenditor ſciens rem alienam uendidit.nam ſemper tenetur de euictōe abſqꝫ alia proteſtatione. imo ēt re nō euicta emptor poterit agere ex quo ille uendidit rem alienā ſciēter.tex.ē nō.in.l.ſeru⁹. §.ſi ſciens.ff.de act.empt.pōderatus ad hoc per Bar. in.l.at qui natura.§.qui me abſente.ff.de neg.ge. Et Bal.in.l.libera.circa fi.C.de ſentē.⁊ interloc.om.iud.

Quarta ē limitatio quādo inter emptoreꝫ ⁊ uenditorem.ita conuentū ē ut uēditor teneatur ad defenſam ſine alia proteſtatōe.tex.ē nō.i.l.hereni⁹.i pri.ff.đ euic. quē ponderat glo.ad hoc.in.d.l.i. Quito fallit quādo notoriū eēt ꝙ uēditor nullā defenſionē facere potuiſſet pluſꝙ fecerit emptor.nā ēt ſi nō denūciauerit poterit tamē agere de euictione contra uenditorē.glo ē nō. in d.l.ſi cum queſtio.in glo.pe.in.l.ſi ideo in prin.licet recte ponderāti poſſet adduci in cōtrariū.ff.de euict.facit tex.in.l.i.§.occiſorū.ff.ad ſille. ibi quotiēs faciūt q̄ dixi in.c.cum ſit romana.ſ.eo.⁊ hoc tenet Fulg.in cōſulendo ut ipe refert. ⁊ Jmo.iunior allegat Fulg.dicētē ſe ita conſuluiſſe in.d.l.emptor. alias audiui allegari Fulg.i d.l.emptor.dicētem ibidem ſe cōſuluiſſe. Jn contrariuꝫ tamē multū ſtringit tex.⁊ ibi ēt Bar.quē alleg.d. Alex. in.l.emptorem.in prin.ff.de ac.emp. Sexto fallit qñ uenditor qui nō vult teneri de euictione qꝛ ſibi nō ē dnūciatum nullā iuſtā defenſionē adducit ꝓpter quā potuiſſet adiuuare emptorem.nā tūc abſqꝫ alia denūciatōe ꝑmiſſa emptor đ euictōe agere poterit.qꝛ fruſtra expectat᷑ c⁹ ꝯditio euētus nihil oꝑatur.l.gallus.§.eius.ff.đ lib.

UVA. BHSC. IyR_025

⁊ poſthu. c. cũm contingat. ſ. de offi. dele. ita imol. i. d. c. ſi. j. de ꝯhē. emp. Septimo fallit qñ venditoꝛ fuiſſet pñs in iudicio quādo mouebať lis ꝯ ēptorē. nā tūc abſque alia denūciatione poterit agi ꝯ eū de euictione. gl. eſt nota. i. l. ſi dictū §. pñte. ff. de euic. quā ad hoc pōderat bal. i. d. l. libera i. i. col. in. l. fi. i. ij. col. C ð vſur. re. iud. ⁊ poteſt eſſe rō. nā exquo eſt in iudicio tanquā aſſiſtens iti potuiſſet ſuas defenſiones ꝓducere iuxta glo. nō in. c. ij. circa ſ. de procur. li. vj. Et ponit Ang. i. l. ſi ſuſcepta in pꝛincipio. ff. de inoff. teſt. faciūt nōta in. c. penul. ſ. ti. i. Jdeo exquo ſuas ðfenſiones nō producit eſt quid ei imputetur. nō miruꝫ ſi magis ð facili teneť abſqꝫ alia proteſtatiōe. Octauo fallit ſi ipe uēditoꝛ latitet uť nō appareat uel alio modo impediat ne denūciatio ſibi fiat. nam tunc abſqꝫ alia proteſtatōe tenebitur ð eui. tex. ē nota. in. d. §. ſi pꝛeſente. in ultimo reſponſo. ⁊ iō dixit bal. in. d. l. libera. ꝙ ubi nō ē cui fiat iſta proteſtatio incitatoꝛia excuſatur emptoꝛ abſqꝫ alia proteſtatōne nec de impedimēto nec de alio. ⁊ ē elegās dictū qꝛ regulariter impeditus debet ꝓteſtari de impedimēto ſaltem glo. in. c. i. ⁊ in. c. ſin aūt. ſ. de reſcrip. notat bar. in. l. ij. §. ſed ⁊ ſiquis. ff. ſiquis cau. ⁊ dicam in. c. ſi. j. eo. ⁊ hoc uoluit glo. per illū tex. in. d. l. i. C. de piu. ⁊ cōmo. Sꝫ nūquā ſufficient uerba implicita ad hanc proteſtationeꝫ puta ad interpellādum debitoꝛē ut ſoluat an ſufficiet dicere indigeo illa pecunia. Et cōcludit bar. ꝙ ſic in. d. §. moꝛte in antepe. col. dum ſe remittit ad notata in l. ēt hoc modo. ff. de leg. i. ubi hoc tenet ⁊ tenet ibi Bald. ⁊ Jmo. ⁊ alij. tenet Bar. in. l. ſiquis mihi bona. §. ſed ſi quis mandauerit. ff. de acqui. here. habetur in. c. i. ſi de feu. vaſſ. fuer. ꝯtro. iter. i. uſi. feu. Ange. i. d. l. moꝛa. in pꝛin. ff. de uſu. ⁊ ibi ponit quid ſi poſt huiuſmodi uerba debitoꝛ reſpondeat uerba negatoꝛia uel plauditoꝛia. an uideatur purgaſſe moꝛā. Sed quis erit locus congruus ⁊ dicit glo. in. d. l. moꝛa. in pꝛin. ꝙ locus ille ē cōgruus in quo pars pōt cōueniri ut ſoluat ſeu faciat id ad quod incitatur. ⁊ ideo ſi alibi cōueniretur ꝙ̃ ubi promiſit ſoluere uel alibi fieret proteſtatio incitatoꝛia cuꝫ in dubio proteſtatio ut ſoluat ſi aliud nō apparet intelligatur ut ibi ſoluat. ideo talis ꝓteſtatio nihil operatur. qꝛ nō cōgruo loco uidetur interpellatus arg. l. ſi cum dies. §. ſi arbiter. ff. de arbi. ideo modus ē ut uel in loco ubi ſolui dꝫ interpelletur ſiue ꝓteſtetur. uel ſi alibi hoc fiat conferat uerba executiua ſolutōis ad locū ubi dꝫ ſolui l. fi. ff. de offi. pꝛefec. vꝛb. puta debeo tibi ſoluere mediolani recta erit proteſtatio incitatoꝛia facta papie ſi me interpellas ut mediolani tibi ſoluā. d. l. fi. Sed opere p̄cium ē ſcire nūquid quādo alibi cōfertur executio ⁊ proteſtatio fit ut alibi ſoluat debeat inferri locus loci. puta proteſtoꝛ ut mihi ſoluas mediolani in canonica ſancti Ambꝛoſij. An uero ſufficiet proteſtari ut ſoluas mediolani ⁊ dicite ꝙ ſi ꝓteſtās mediolani hꝫ domiciliū nō requiritur ꝙ aliud exprimat niſi mediolani qꝛ ſubintelligitur locus loci. ſ. in loco domicilij proteſtātis. l. item illa. ⁊ ibi notat bar in ſimili. ff. de conſti. pec. faciunt notata per Bald. in. l. fi. C. de condi. inſer. in. l. uſuras. C. de ſolu. in. l. in minoꝛū. ⁊ ibi late per Ci. C. in quib. cau. in integ. reſt. nō ē nec. Si aūt proteſtās nō habet mediolani domiciliū tūc dꝫ exprimere locuꝫ loci puta mediolani in hoſpicio putei. ⁊ debitoꝛ reddatur certus ubi debet inuenire iſtū creditoꝛem nec ſupplēretur per hanc proteſtationē l. aut qui aliter in pꝛin. ⁊. §. i. in ſimili. ⁊ ibi notat bart. ⁊ ange. ⁊ notat ēt in ſimili in. l. i. in. l. fi. ff. ꝙ ui aut claꝫ hec ſunt de mente bar. in. d. §. moꝛte. in antepe. colū.

Quod tempus dicetur cōgruū dicite ſm bar. in. d. §. moꝛte. illud tempus eē cōgruuꝫ in quo pōt actus ſuper quo fit proteſtatio expediri. Et ideo ſi actus eēt iudicialť cum ueniret in iudicio expediri. ⁊ iudicia ceſſent die feriata. l. fi. C. de fer. iō proteſtatio ad actū iudicialē die feriata nō ualeret niſi conferreretur executio eius ad diē nō feriatā. ⁊ itā ꝓteſtatio ad operas fabꝛiles faciendas que ēt die feriato ceſſare debēt. l. ij. ff. de ferijs. l. dies feſtos C. de fer. nō ualeret ſi fieret die feriata niſi executio operis cōferreť ad diē nō feriatā. faciūt notata ꝑ bar. in. l. i. §. nūciatio. ff. de op. no. nūc. in. d. l. ij. per bal. ⁊ ēt in. d. l. fi. per Cano. in. c. fi. ſ. de fer. ⁊ i. c. fi. ſ. de iudic. Et iō cū creditoꝛ nō debeat uenire cū ſacco paratus. l. pꝛomiſſoꝛ. ff. de conſti. pec. l. qđ dicimus. ff. de ſolu. iō ꝓteſtatō icōtinēti facta ut ſoluas nō ualebit qꝛ dꝫ hēre cōgruā dilationē. Et ſi ꝓteſtatio ut ſoluas fieret ducēti uxoꝛē uel ēt faciēti funus patris cū ſm bonos moꝛes nō ſit hoc tēpus cōgruū nō ualebit ꝓteſtatio. ⁊ ita ſi fieret audienti miſſam uel ſimiliť. l. ij. ff. de in ius uoc. in arg. ita Bart. ubi pꝛoxime. Sꝫ nūquid debebit fieri iudicialiť illa ꝓteſtatio. ⁊ dicite ꝙ nō. glo. i. l. qui rome. §. coheredes in uer. teſtato. ff. de uer. ob. i. l. fideiuſſoꝛ obligať. §. fi. ff de fideiuſſ. i. l. ampli⁹ nō pet. ff. rē ra. hab. ⁊ ſequiť bar. vbi. ſ. ⁊ in. l. i. in pꝛīcipio. ff. de lib. agno. Sed cui debebit fieri. Et dicite ꝙ dño pꝛīcipali ſi inueniť. aliaſ ꝓcuratoꝛi. ſicut. ſ. dixi in ſili in ꝓteſtatione ꝓhibitoꝛia ⁊ declaratoꝛia. l. apud celſuꝫ. §. queſitū. ff. de excep. dol. l. ꝓcuratoꝛis in pꝛincipio. ff. de tribu. l. ſi dictuꝫ. §. i. ff. de euic. Qñqꝫ fit ꝓteſtatio icitatoꝛia ut quis faciat id ad quod faciēdū ñ erit obligat⁹. ⁊ tūc ſi incitať eo qꝛ aliū tꝫ obligatuꝫ puta debitoꝛ denūciat creditoꝛi ꝙ vult ſibi ſoluere ⁊ ſic ꝓteſtať ꝙ eū tꝫ obligatū Et illo cāu valet ꝓteſtatio. ⁊ ꝯſtituet creditoꝛē in moꝛa. l. rō. §. ſi ꝑ venditoꝛē ff. de ac. emp. d. l. moꝛa in pꝛīcipio dūmō vbi vltra verbalē oblationē requiriť realiť oblatio. debitoꝛ eā faciat realē. de quo ē glo. nō i. c. cupiētes. §. ſi vero in v̄bo cōtēpſerit ð ele. li. vj. ⁊ in. c. ad apoſtolice. i v̄. parata de re iud. li. vj. i. c. paſtoꝛalis. §. fi. ⁊ i his locis ꝑ doc. ſ. ð offi. oꝛd. nōt bar. i. l. p̄toꝛ ait. §. ſi quis parat⁹. ff. ð op. no. nūci. bald. i. l. acceptā. C. de vſur. i. l. ſi moꝛa. ⁊ ibi lud. et imo. ff ſol. ma. Si vero non tꝫ aliuꝫ obligatū cui ꝓteſtatio fit ſed tñ id ſup quo fit ꝓteſtatio pōt ꝑ officiū iudicis cogi ⁊ tūc valet ꝓteſtatio dūmō iudicialiť fiat. tex. nō. et ibi bar. in. l. cuꝫ poſtulaſſē. ff. de dāno infec. faciūt q̄ nōt bar. i. l. qđ te. ff. ſi cer. pet. Et ex illo hētis reglā qđ vbi quis nō teneť iure obligationis ſed tm̄ ꝑ officiū Judicis cogi pōt. ꝙ illo cāu ñ ꝯſtituiť in moꝛa niſi ꝑ interpellationē iudicialē. Si vero ille cui fit ꝓteſtatio ad hoc cogi nō poterat ēt per officiū iudicis ⁊ tūc ſi proteſtās ꝓteſtať ad ſuū ꝯmodū abſque alieno icōmodo valꝫ ꝓteſtatio. l. ſi titius ſtatuas. ff. de ꝯdi. ⁊ demon. l. fi. C. de iur. ēphithe. c. potuit ⁊ ibi notatur. j. de loca. l. i. §. de inſpiciendo. ff. de uen. inſpic. Si uero proteſtatio fit ad alienum incōmodum ⁊ tunc ſi ille nec preciſe nec cauſatiue tenebatur nec poterat cogi ad hoc faciendum nō ualet ꝓteſtatio. l. ſi fideiuſſoꝛ. ff. de fideiuſ. Si uero ſaltem cauſatiue tenebatur uel poterat cogi. puta ſi nō feceris tale ꝙ teneris mihi ad centum ad illud faciendum nō ē obligatus pꝛeciſe quia que ſunt in cōditione nō ſunt in aliqua obligatōe. l. ſiquis ſub cōditione dandoꝛū. x. ff. de cōdi. inſeꝛ. l. ita ſtipulatus. la grande. in verſi. ſabin⁹. ff. de verbo. ob. Sed cauſatiue bene teneꝛis ad illud faciendum ſcilꝫ ſi volueris euitare obligatōem de centum que ꝓmiſiſti ſi illud nō feceris. Et illo cāu in cōtractibuſ nō ſufficit proteſtatio. quia in eis nō cōmittitur obligatio quia nō factum uel quia cōditio nō impleta niſi deſierit poſſe facere. ⁊ ſic nō ſufficit fuiſſe interpellatum. d. l. ita ſtipulatus. verſi. ſabinus. Jn ultimis uero uolūtatibus ſi cauſatiue quis tenetur qꝛ in damnū incideret niſi illđ faceret. ⁊ tunc ſufficit ꝓteſtatio ad hoc ut ille in damnuꝫ incidat ſi nō faciat id ſuper quo fit proteſtatio. l. i. ff. de pen. l. ſi penū. in pꝛin. ff. quādo di. leg. ce. Si auteꝫ cauſatiue non incidit in damnū ſed tractat de lucro captando qđ exquo non fecit amittit ⁊ tunc ſi eſt lucrum legati uel fideicō. particularis ſufficit ſola proteſtatio ad illud amittendū. d. l. i. ⁊. d. l. ſi penū. ⁊ notatur in. d. verſicu.



UVA. BHSC. IyR_025

ſabinus. Si uero ē lucrū uniuerſale puta hereditaſ. Et tunc ꝓteſtatio nō ſufficit niſi fiat cum auctoritate iudicis l. ſiquis ita heres inſtituatur. ⁊ ibi notatur. ff. de here. inſti. l. i. ff. de cur. bo. dando. ⁊ ibi hētur. In legibus autē uel ſtatutis ſufficit ꝓteſtatio ad hoc ut quis penam. l. in icurrat tex. ē in. l. ij. §. ſi iur. verſi. quid ergo ſi nō petijt ff. adtertul. habeſ i. l. ij. ff. qui pet. tu. Ertiō infert bart. hoc eē notan ad ſtatuta obligātia ad aliquā penā ſi aliquid nō fuerit factū. nā nō expectaſ ꝙ deſierit poſſe facere. ſed ſatis ē ꝙ interpe latus nō fecerit ad hoc ut penā incurrat. Et ad hoc faciūt ꝙ notat Inno. ⁊ cōmuniter doc. licet faciant differentiā inter cōditionem affirmatiuam ⁊ negatiuā in. c. extirpāde. §. quia uero. j. de preb. Jo. an. notat ⁊ ibi panor. nō. in. c. excōmunicatus. j. de rap. ⁊ in. c. ij. j. de mag. faciūt notata per. d. Anto. ⁊ panor. poſt glo. in. c. quoniam frequēter. §. porro. ſ. ut lit. nō cōteſta. Et hanc qōnē ponit in terminis barto. ſed nō determinat in. l. ſuus quoqꝫ. §. ſed ſi filio. ff. de here. inſti. Notat bal. ⁊ idem bart. in. l. in cognitione licet aliter ibi diſtinguat. Ludo. ff. ad ſylle. facit glo. nō. quā ibi ponderat bar. in. l. ij. in glo. ij. C. de his quibus ut indig. notat bal. in. l. ſed ⁊ ſi poſt tres in lectu. in. viij. colū. ⁊ in repetitione in. xxij. col. ff. ſiquis caut. Notat bal. in autētica omnino. in. ij. col. C. ne. ux. pro mar. in autētica hoc amplius. C. de fideicō. in. l. ij. C. de ſpon. i. l. magnam. C. de cōtrahen. ⁊ cōmittē. ſtipu. in extrauag. pacis cōſtantie in verbo in criminali. in. l. qui crimē. C. qui accuſa. Et ex predictis habetis inferre ꝙ equiparantur ſtatuta ⁊ ultime uolūtates. Non autem ſtatuta ⁊ cōtractus. ⁊ facit glo. in. d. l. ij. cum prealleg. notat bar. in. l. omniū. C. de teſta. in. l. uſuſfruct⁹. ff. de ſtipu. Sed licet bal. dicat ſtatuta equiparari cōtractibus in. l. omnes populi. in repetitione in fi. colū. ff. de iuſti. ⁊ iur. Et idē bal. in. l. ea demū. C. de colla. cuius dicta referens impugnat ludo. in. l. iiij. §. cato. in fi. car. ff. de uerbo. obli. ⁊ etiam in. l. unica. in fi. q. C. quādo nō per. par. Qnqꝫ ⁊ tertio caſu principali fit ꝓteſtatio incitatoria ut quiſ faciat illud ad quod nō faciendū tenetur puta ut delinquat. Et iſto caſu proteſtatio quo ad proteſtatum nihil operatur. ſed quo ad proteſtantē obligat eum ad delictum tanquā mandatorem. l. nō ſoluū. §. ſi mādato. ff. de iniur. Glo. ē magiſtra in. c. i. ⁊ ibi per ſcrib. ſ. de of. deleg. Quarta ſpecies proteſtatōnis uocatur certificatoria. ⁊ illa ſm bar. in. d. §. morte. in fi. col. Aut fit circa factum de futuro ⁊ operatur quia remouet vicium clandeſtinitatis ex parte proteſtantis. l. aut qui aliter in pri. ff. ꝙ ui aut clam ex parte proteſtati ſi aliquid contra proteſtationē fecerit poſſumus dicere ꝙ operatur quia inducit preſumptionem doli cōtra eum. l. denūciaſſe. in pri. ff. de adult. notatur in. l. fulcinius. §. i. ff. ex quib. cau. i poſ. ea. Si uero fiat circa actum de preterito ⁊ tūc operatur quia remouet ignorantiam actus. ille enim ꝯ quem ē proteſtatum ignorātiam actuſ allegare nō poterit. l. i. in fi. ff. de act. emp. cum ſimilibus operatur etiā cōſenſū proteſtati ubi ſciētia cum paciētia inducit cōſenſum. l. i. in principio. ⁊ ibi etiā Bar. ⁊ in. §. pena. ff. de lib. agno. ⁊ Bar. in. l. unica in pe. col. C. de lit. conte. niſi ꝓteſtatus cōtradixerit. operatur ēt interruptionē preſcriptōis l. ſi ancillam. ff. pro ſo. ⁊ faciunt que ſupra dixi in effectu proteſtationis declaratorie. Verū ut teſte Cicerone in catone maiore hiſtrioni nō ſemper in finem uſqꝫ peragenda ē fabula dūmodo in quocūqꝫ actu fuerit placuerit. ita nec ſapienti ſemper uſqꝫ ad plaudite ueniendū eſt. propterea hec dicta ſufficiant.

D **Dilectis.** Pro euidentia. j. dicendorum premitto ſꝫ bal. ꝙ acceſſoria quedam ſunt neceſſitatis. puta in autētica ingreſſi. C. de ſacroſan. eccle. ꝙ monachi ſe ⁊ ſua deo dedicāt. illud ſua uenit acceſſorie ad perſonam ex quadam neceſſitate facit. c. cum ad monaſteriū. j. de ſta. mona. notata in. l. pe. ff. de dot. in. l. ſi adoptauero. ff. de preca. in. l. ſi arrogator. ff. ō adop. Quedā ſunt acceſſoria iuſticie. ut in. l. ij. ff. de iuriſdic. om. iudi. delegata cauſa acceſſorie uenit coertio. c. preterea. ⁊. c. ex litteris. ff. de of. dele. Quedam ſunt acceſſoria equitatis ut. l. ſed addes. §. ſiquis mulierē. ff. loca. qui promiſit cōducere mulierē pro tanto precio in naui ipſa pariente ex equitate acceſſorie tenetur ad partum conducerē. Quedam ſunt acceſſoria inherētia ſicut fructus pendentes fundi pars eē uidētur. l. fructus. ⁊. l. ex diuerſo. ff. de re. uendi. Quedam acceſſoria nature ut ſunt fructus ēt collecti in quibus producēdis plus operaſ natura ꝙ induſtria. puta fenū poma ⁊ ſimilia. d. l. ex diuerſo. Quedam ſunt acceſſoria quaſi nature ut ſunt pēſiones domuū qui fructus appellātur ciuiles quaſi naturales. quia ad inſtar naturalium inuenti. d. l. ex diuerſo ⁊. l. ſi autē. ff. de re. uen. l. certum. C. de re. uen. habeſ in. c. grauis. ſ. de reſti. ſpo. Quedam ſunt acceſſoria induſtrie in quibus plus operatur induſtria ꝙ natura. ut ſunt opere ſeruorū. d. c. grauis. ⁊. d. iuribus. Quedam ſunt acceſſoria cauſe ſiue iudicij. ⁊ de his loquitur decreta. noſtra. iō. h. d. Per appellationē legitimā deuoluitur ad iudicē appellatōis negociū principale ⁊ acceſſoria eius ⁊ ſentētia excōicatōis uel interdicti uel ſecūdum aliū intellectum ſentētia ceſſationiſ a diuinis poſt appellationem lata nō tenet. h. d. Diuiditur in duas partes principales. in prima facti narratio. i ſecūda deciſio. ſcđa ibi quia uero. Rurſus prima pars ſubdiuiditur in quinqꝫ particulas. in prima narrat facti accidētiā ⁊ petitionem decani. in ſecūda que ē ibi epiſcopus metuēs narrat appellationem extraiudicialem a reo. ſ. epiſcopo interpoſitam. in tertia que ē ibi uerū quia decanus ponit attentata per actorem ⁊ ſic per decani poſt appellationem. in quarta que ē ibi poſt modum ponit allegatōnes actoris attētata poſt appellationē excuſantiſ ⁊ appellationem eius. in quinta ē que ē ibi officialis aūt. ponit attentata per iudicem appellationis prime poſt ſecūdā appellationem ab actore interpoſitam. ſecūda pars principalis ſubdiuiditur in quatuor particulas. in prima reuocat attētata per ipſū actorem ⁊ etiā recuſationē eius repellit. in ſecūda que ē ibi officialis proceſſum attentata per iudicē appellatōis prime poſt ſecūdam reuocat. in tertia que ē ibi licet excōmunicationis ſentētia attentata per reum. ſ. epiſcopum poſt ſecūdam appellationē reuocat. in quarta que ē ibi uerum licet reſpondet tacite queſtioni que in facto ultra. ſ. narrata acidebat. Nō primo ex tex. ibi quem ad iuriſditionē ꝙ inferior ab epiſcopo poteſt i dioce. epiſcopi reſpectu certe partis dioce. uel loci certi pretēdere ſe habere iuriſditionē plenariam extinctiuam iuriſditionis epiſcopi. ita ꝙ epūs ibi nullā habeat ⁊ eam iſte inferior ſuo iure obtinebit ſic ſtāte conſuetudine uel priuilegio faciunt notata per Joā. an. i. c. cum epiſcopus. de offi. ordi li. vi. in. c. paſtoralis in principio. ⁊ ibi per ſcrib. in. c. irrefragabili. §. exceſſus. ſ. ō of. or. in. c. cum contingat ſupra de foro compe. Nota ex tex. ibi pro eo ꝙ bona. ꝙ clericus bona eccleſie ſue ſubtrahens cōmittit furtum. ⁊ poteſt pro tali furto icarcerari. etiam ſi de furto ciuiliter agatur prout hic. nam hic agebatur ad reſtitutionē rei furtiue ⁊ ſic ciuiliſ ut. patet ex tex. ibi reſtituere detractabat. Et ſic habetis iferre ſecundum Bal. Do. anto. ⁊ Panor. ꝙ clericus pōt pro debito ciuili incarcerari ſicut ēt laicus quod notare ad ea que habentur in. c. ſi clericos de ſentē. excom. li. vi qui tex. facit in cōtrarium. imo etiam ſm qualitatem perſone torqueri poterit ſi cauſa ſit criminalis. uel que alias torturam exigat. Ita notatur per Jo. an. ⁊ alios in. c. i. infra de depoſito. ⁊ in. c. cum in ꝯtēplatione. j. de reg. iuris. quod tamē uidetur cōtra tex. in. l. milites. C. de ꝙſtio. iuncta glo. in. l. miles. ff. de re iudi. in principio duū equiperat militē ⁊ clericum. Sed miles nō pōt torqueri

d.l. milites. ergo nec clericus. Nota ex tex. ibi ꝓpter quod etiã ab eodem epiſcopo cãum quod in remedijs executiuis admittitur cumulatio nõ ſolum uariatio q2 in tentato uno remedio executiuo põt aliud accumulari. nã hic ille clericus fuit incarceratus. Ecce unũ remediũ exe cutiuum. ⁊ ẽt excõicatus. ecce aliud ꝓpter eandem cãm ⁊ ideo dixit hic bal. eſſe caſum ꝙ carcer non ẽ burſa. nec ſoluit debitũ. nõ mirum ſi donec ſoluatur poteſt aliõ re medium executiuum accumulari. hoc idem uoluit ang. in. l. qui reſtituere. circa fi. ff. de re. uen. uoluit bart. in. l. conſentaneum. C. quomodo ⁊ quãdo iudex. uoluit bal. i. l. i. §. i. ff. ſiquis iuſd. nõ obtem. in. l. qui legati. C. ut i poſſ. leg. Panoꝛ. in. c. prout. s̃. de dolo ⁊ cõtu. Gemi. i rubꝛica de eo qui mit. in poſ. lib. vi. faciunt notata in. l. i. §. ex hoc reſcripto. ff. de uendi. inſpi. Nota ex tex. ibi fuerat excõmunicationis uinculo ꝙ incarceratus ſm bal. hic poteſt citari. nam excõmunicatio nõ debet ferri ſine citatione. c. ſacro. infra de ſenté. excõ. hic incarcera tus fuit excõicatus. ergo citatus. qđ patet quia alias pa pa reuocaret excõicationem iſtam tanquã iniuſtam ex oꝛdine. ⁊ tamẽ nõ reuocat ergo preſupponẽdum ẽ ꝙ fu it citatus. Et dicit hic bal. ꝙ illa citatio nõ debet fieri ad carceres. ſed debet fieri ad domũ habitationis. glo. eſt ſm eum ſingularis in. l. ij. C. ex quib. cau. maio. Et fa ciunt que dixi de citatione incarcerati in. c. ex parte ſup eo. Nota ex tex. ibi ut ei reſtituet ſm omnes ꝙ domi nus incarcerato ſuo ſubdito põt petere illum ſibi reſtitui Et ideo generaliter dixit hic Inno. ꝙ dominus pꝛo mo leſtatione ſuoꝛũ ſubditoꝛũ quãdo moleſtatio ſibi ꝑiudi cat põt agere cõtra moleſtantẽ pꝛo ſuo intereſſe. imo. ⁊ ſi alr iuſticiã cõſequi nõ poſſit ab eo ſubditos eius cape re ⁊ repreſſalias facere ſm bald. hic. ⁊ do. Anto. de quo tamẽ ſe remittunt ad notata in. c. ⁊ ſi pignoꝛationẽ. de iniur. li. vi. notat bar. in tractatu ſuo repreſſaliarũ. ⁊ etiã bal. in autẽtica omnino. C. ne ux. pꝛo mari. imo ⁊ bellũ quãdoq3 indicere poterit. de quo ſe remittit. d. anto. ad notata in. c. ſicut. el tertio. Et ibi per omnes de materia belli. s̃. de iniur. faciunt notata per bar. in. l. hoſtes. ff. de cap. ⁊ poſtli. re. notatur per Lano. in. c. olim. el ĩtio. ſupꝛa de reſti. ſpolia. tamẽ pꝛo debito quod habeat quis cum ſubdito ſuo nõ põt dominus agere. nec cõtra pꝛo debito ſubditi eum defendere. ita Inno. hic. Et ideo in fert Bal. cõtra eos qui debitoꝛes aliquoꝛũ inducũt ad fu giendum. nam iſti tenebũtur de dolo creditoꝛi quãdo il le nõ eẽt alias fugitiuus faciunt notata in. c. i. s̃. de offi. dele. imo licet ad totale intereſſe occultans debitoꝛe3 fu gitiuum uel ſuſcipiẽs nõ teneatur. tamẽ aliqualiter õ do lo tenebitur licet ille alias eẽt fugiturus. Infert ẽt hic In no. in ſimili ad plures alios qui pꝛo perſona occupata poſſunt agere puta dominus pꝛo aſcriptitio mancipio. c. ij. j. de iude. glo. habetis nõ. que facit regulã ⁊ condu dit. d. Inno. in. c. auctoꝛitate. de priuile. li. vi. facit glo. i c. fi. infra de conuerſ. in fi. Inno. in. c. inter quatuoꝛ. s̃. de maio. ⁊ obe. Glo. apud leg. in. l. i. §. per hanc. ff. de re. uen. Do. anto. in. c. fi. de ſucceſ. ab inteſta. rota deiſ. cclxxxi. Nota ex tex. ibi uel ſaltem retraderet ꝙ icar ceratus a iudice incõpetenti dato ꝙ notoꝛiũ ſit eius deli ctum pꝛout hic conſtabat de furto d3 relaxari. Ita Bal. hic facit tex. in. c. ſi iudex laicus. de ſen. excõ. li. vi. Et iõ dixit Bal. cautũ fuiſſe huic epõ ſi petitioni decani reſpõ diſſet ſe paratum ſtare iuri ⁊ relaxare quaten⁹ de iur ar tetur qđ bene pꝛacticauit hic epiſcopus. ut patet ex tex. verſi. quia uero ibi ſuper captione pꝛeſbyteri iuſticiã ex hibere. Infert poſtea bal. incidẽter ꝙ caueant ſibi iudi ces qui incarceratos relaxant ſub fideiuſſione ut exigãt fideiuſſionẽ de ſe pꝛeſentãdo nõ autẽ de iudicio ſiſti. q2 illa fideiuſſio de iudicio ſiſti lata ſentẽtia expiraret. l. gre cc. §. poſt litẽ. ff. de fideiuſ. faciunt notata per bar. in. l. i. ff. de cuſto. ⁊ exhi. re. Nota ex tex. ſe ac ſuos. ſm. d. anto. ⁊ panoꝛ. ꝙ epiſcopus põt appellare pꝛo ſe ⁊ ſuis

ſubditis quãdo timet ne ſubditis fiat pꝛeiudiciũ anima rum. pꝛout hic timebat ne diuina interdicerẽtur in ciui tate per decanũ. nam licet audiri nõ ſoleant appellãtes quoꝛum nõ intereſt. c. nõ ſolet. ij. q. vi. c. cum inter. s̃. d elec. c. ueniens el ſecũdo. s̃. de teſti. tamẽ ex quo tota dio ceſ. epiſcopi dicitur ſua parochia. c. i. j. de rapt. c. iij. s̃. de offi. archipꝛeſby. notatur in. c. ij. õ penitẽti. ⁊ remi. li. vi. anime ſuoꝛũ dioceſanoꝛũ pendẽt ex manibus ſuis regenda. x. q. i. Et ſanguis eoꝛum de manibus epiſco pi exquiritur. c. qualiter ⁊ quãdo. el grande. j. de accuſ. c. licet ely. j. de ſimo. ideo pꝛo intereſſe animarũ ſubdito rum ſuoꝛũ poteſt appellare quia dicitur ſuu3 intereſſe.

Nota ex tex. ibi metropolitani protectioni ꝙ quãdo actoꝛ ⁊ reus ſunt diuerſi foꝛi. nam hic epiſcopus ẽ de fo ro metropolitani. c. paſtoꝛalis. in pꝛinc. s̃. de offi. oꝛdi. Decanus ẽ de foꝛo epiſcopi uel quãdo epiſcop⁹ agit ꝯ ipſum decanum ẽ de foꝛo arbitroꝛũ q2 inter epiſcopum actoꝛem ⁊ ſubditũ reum itur ad arbitros. c. ſi clericus. xi. q. i. tunc appellans põt extraiudicialiter appellare ad ſuum iudicem trahẽdo appellatum diuerſi foꝛi pꝛout h epiſcopus appellãdo trahebat decanu3 ad archiepm ⁊ ſic ad ſuũ iudicem licet decanus eẽt diuerſi foꝛi. ⁊ ſic dica tis. ⁊ ſi dicatis nõ ne appellatio extraiudicialis ẽ ad cã3 pꝛouocatio. c. cum ſit romana. s̃. eo. E ſic iſte appellãſ uidetur agere ut dictum ẽ in. c. bone. s̃. eo. ſi uideẗ age re quãdo epiſcopus agit ꝯtra ſubditos itur ad arbitros nõ autem ad archiepm. d. c. ſi clericus. Quomõ ergo ꝑ appellationẽ extraiudicialem potuit epſ trahere decanũ ad arciepiſcopũ. in hoc ẽ elegantia tex. noſtri. quia licet epiſcop⁹ traheret decanũ trahebat ſe defendendo ne ⁊ ipſe ⁊ ſui interdicerẽtur. Modo iſta ẽ regula ꝙ ubi re⁹ defenſionẽ ſuã deducit in uiam actionis pꝛĩcipaliter uel pꝛouocationis ꝙ illo cãu remanet oꝛiginarius reus. ut uoluit. d. anto. in. c. ſi clericus laicum. ⁊ panoꝛ. in. c. ſi quis contra clericum. s̃. de foꝛo compe. ⁊ uoluit bart. in l. ſi ſocietatem. §. arbitroꝛũ. in. iiij. col. ff. pꝛo ſocio. i. l. ij. C. ubi ⁊ apud quos. puta reus ſuper exceptione ſua implorat officium iudicis ut declaret exceptionem ſibi cõ petere. de quo in. l. ſi cõtendat. ff. de fideiuſſ. certe rema nebit oꝛiginarius reus ⁊ trahet actoꝛem ad foꝛũ. quia omnino actoꝛ agendo habuiſſet ſequi foꝛũ rei. ita in pꝛo poſito iſte epiſcopus ut ſe defenderet ne interdiceretur a decano una cum ſuis pꝛouocanit decanũ ad archiepum offerens ſe ſtare iuri. ibi ſuper captura pꝛeſbyteri l3 hic pꝛouocatio ſonet in actionem quia trahit decanum. tñ ſit ad finem defenſionis. ⁊ decanus agendo omnino ha buiſſet ſequi foꝛum epiſcopi. ⁊ ſic agẽdo coꝛa3 archiepõ nõ mirum ſi per uiam pꝛouocatiõis põt trahi ad archi epiſcopum. Et ſic notatur ex tex. hic eẽ caſum ꝙ quan do actoꝛ ⁊ reus ſunt diuerſi foꝛi ꝙ ſi reus ſuper defenſio ne ſua pꝛouocat implorando officium iudicis uel agẽdo ꝙ illo cãu agit coꝛam illo iudice coꝛa3 quo actoꝛ habuiſ ſet eum cõuenire ſcilicet coꝛa3 ſuo iudice. ita hic panoꝛ. qui exclamat iſtum tex. Nota ibi ſupponẽs ꝙ iferioꝛ poteſt ſe ſupponere pꝛotectioni ſuperioꝛis. ⁊ operaẗ ap pellationem. facit. c. ad audiẽtia3. s̃. eo. Pꝛotectiõi autẽ inferioꝛis ſuperioꝛ ſubicere non põt. nec ſuper hoc uale hic conſuetudo tanquã irrationabilis contra. c. cum in ferioꝛ. s̃. de maio. ⁊ obe. c. inferioꝛ. xxi. di. ita. d. anto. hic facit glo. in. c. ij. de conſue. li. vi. Et que dixi in rubri ca. s̃. eo. Tamẽ poſſet ſuperioꝛ cõſtituere per ſuu3 con ſenſum inferioꝛem ſuũ iudicẽ. ⁊ ſic ſuperiorẽ illo cãu. l. ẽ receptu3. ff. de iudi. om. iud. laycus tamen ut ſit ſupioꝛ clerici fieri nõ põt. Immo ipſe papa ſe ipſum layco non poteſt ſubijcere. Arch. i. c. noſſi incõpetẽt. ⁊ ibi gl. ij. q. vij. do. Anto. in. c. ſignificaſti. in. iij. col. s̃. de foꝛo cõpe. Io. an. in. c. cum ueniſſent. s̃. de iudi. ⁊ in. c. eccleſia ſan cte marie. s̃. de conſti. Clerico autem ſubicere ſe poterit papa. ⁊ in foꝛo foꝛi. d. l. ẽ receptũ. Et in foꝛo conſciẽtie. G. o. in. c. ſane el ſecũdo. s̃. de offi. dele. habetur in. c.



UVA. BHSC. IyR_025

omnis utriuſqꝫ ſexus. j. de penitē. ⁊ remiſ. Et iō dixit
hic bal. ſciſmatis tempoꝛe plus pꝛouidere poſſe peniten
tiarios pape ꝙ aliā perſonam iuſtificando pape cōſcien
tiam in confeſſione ⁊ ei pꝛecipiēdo ut bonā fidem agno
ſcat ⁊ ad unitatem eccleſie reuertatur. Nota ex tex.
ibi ut epiſcopo in ciuitate ꝙ interdictuꝫ pōt fieri ſub mo
do quod patet ex tex ibi ut epiſcopo nā dictio ut impoꝛ
tat modum glo. in rubꝛica. C. de falſa cauſa adiec. ⁊ in
l. i. C. de his que ſub modo faciunt notata in. c. uerum
⁊ in. c. fi. j. de condic. appo. per glo. in rubꝛica. ff. de con
di. ⁊ demō. habetur i. l. quibus diebus. §. ubi nullius.
ff. de cōdi. ⁊ demō. Nota ex tex. ibi irritam decernim⁹
ꝙ attentata poſt appellationem extraiudicialem ex ueri
ſimili ⁊ pꝛobabili cā interpoſitam iuxta notata in. c. bo
ne. ſ. eo. ueniūt retractāda in uiā attētati ēt nō pꝛobata
ueritate cauſe propter quā fuit appellatū. nam decanus
appellauerat ab officiali archiepī qꝛ pꝛeſbyter ſuus tene
batur in uinculis nec ſibi ſm eum ius fiebat. erat. n. rela
xand⁹ papa decernit hic ſentētias latas ⁊ attentata poſt
talem appellationem irritas ⁊ irrita ⁊ tamē nō apparet
de ueritate cāe an ille potuerit icarcerari ⁊ detineri ſimi
militer magis pꝛoxie. ad hāc litteram papa decernit ſen
tentiam interdicti irritā qꝛ lata poſt appellationē epiſco
pi. nec tamē apparet de ueritate cāe appellationis inter
poſite per ipſum epiſcopū. Itē ex eodē tex. ibidē no
ta ꝙ attentata poſt appellatōnē extraiudicialē ſunt ipo
iure nulla ēt dato ꝙ appellatio eſſet iterpoſita ut a pte
⁊ nō ut a iudice qꝛ iſte decanus erat ut pars ⁊ eps ab eo
appellabat qđ uidetur ſm panoꝛ. ſtringere ꝯ notata ꝑ
do. Anto. in. c. cōſuluit. ⁊ dixi in. c. i. ⁊ in. c. bone. ſ. eo.
Sed dicite ꝙ imo nihil obſtat qꝛ loquitur in ſnīa cenſuꝛ
que quidē cum nō poſſit pꝛoferri niſi ut a iudice bene ē
nulla ipſo iure poſt appellationē extraiudi. lata. c. ad au
dientiā. ⁊. c. cām. ſ. eo. Nota ex tex. ibi cum interim.
Pꝛimo ꝙ ſentētia interdicti pōt ſuſpēdi licet pure a pꝛin
cipio lata fuerit. de quo in glo. Secūdo nota ꝙ ſenten-
tia interdicti uel cenſure ſuſpenſa pendēte ea ſuſpenſiōe
potēſt appellari. ⁊ eius executio ſuſpendetur ⁊ effectus
faciunt notata in. c. pꝛeterea cl. ij. ſ. eo. Nota ex tex.
Ibi temerariū iudicātes tex. notabilē ꝙ lꝫ nō deferēs ap
pellationi aduerſarij uel ſue a beneficio ipſius appellatō
nis excludatur. c. an ſit. ſ. eo. tamē in diuerſo articulo n̄
deferens appellationi aduerſarij poterit poſtea appella
re. ⁊ operabitur appellatio omnimodū effectū nō obſtā
te ꝙ appellatōni aduerſarij ſuper alio articulo nō detu
liſſet. Nota ex tex. ibi diuinū uidētur officium pertur
bare ꝙ turbās diuinū officiū pōt excōicari. ⁊ ita hic glo.
i uerbo ꝑturbaꝛe que per hoc ſit expedita. imo de eccle
ſia ut dicit glo. expelli dꝫ. Et ideo dixit ludo. in ſingula
rib⁹ ſuis ꝙ ſcolares maleātes ⁊ turbātes alios i lectione
debēt e ſcolis expelli. bonus ē tex. iuncta gl. ibi i. c. i loco
benedictꝰ. v. q. iiij. imo de iure ciuili turbātes diuina offi
cia pena capitali puniūtur. tex. ē i autētica ſꝫ nouo iure
q̄ ē ſup. l. ſiquis i h genus. C. đ epiſ. ⁊ cle. ita io. an. ⁊
d. anto. Nō ex tex. ibi cui ēt officialis ꝙ ex quo iudex
detulit appellatōi nihil poſtea attētare dꝫ. facit. c. cū ap
pellatōibus. eo. ti. li. vi. imo idē ē in pte aduerſa deferē
te appellatōi ēt minus legitime ꝑ ea que uidimus i. c. ſe
pe. ſ. eo. alias ſm panoꝛ. hic ſi appellationi minus legi
time iudex detuliſſet ni fieret pꝛeiudiciū parti nō deferē
ti ut attentata per eam annullētur faciunt notata in. c.
licet de ſentē. excō. lib. vi. Nota ex tex. ibi ſolum pꝛin
cipale negociū id ad quod allegatur indies iſte tex. qđ
appellatio deuoluit non ſolū negocium pꝛincipale ſcilicꝫ
cām carcerationis illius pꝛeſbyteri ſed ēt acceſſoꝛia circa
negociū pꝛincipale intelligite acceſſoꝛia iudicij ſiue cauſe
ut dixi in euidentiali. ⁊ ideo deuoluit cauſam interdicti
⁊ cām irritationis eiuſdem interdicti late per officialem
⁊ cauſam excōmunicationis late per epiſcopuꝫ aduerſa
riuꝫ. Et ideo tanquam deuoluta hic acceſſoꝛia papa an
nullat. Nota ultimo ex tex. ibi qui ſanioꝛi ducti conſi
lio ꝙ facta denūciatione excōmunicationis per ſuperio
rem non tenentur ſubditi uitare excōmunicatum queꝫ
ſciunt non eſſe excōicatum in ueritate quia poſt appella
tionem fuit lata excōmunicatio que non tenet. ⁊ facit ra
tio. nam denunciatio excōicationis non pꝛobat excom
municationem. Glo. in uerbo nomen in. c. pia. de exce
ptio. lib. vi. habetur in. c. ſolet de ſentē. excō. eo. li. ergo
multominus faciet excōmunicatum eum qui nō eſt. Et
ita habetis hic tex. ꝙ denunciatio nō facit excōmunicatū
eum qui nō eſt. Glo. in uerbo faceret in fi. nota pmo
ꝙ capiens furem licet clericum ſi ipſe ſit iudex nō incidit
in excōmunicationem. d. c. ut fame. imo dixit ibi Inno.
ꝙ etiam quilibet pꝛiuatus clericus poterit incarcerare
ſuum famulum clericum uel alium ſine pena excommu
nicationis qui ſibi furto ſubtraxerit aliquid dūmodo eū
bꝛeui tempoꝛe teneat ut ducat poſtea ad iudicem iuxta
notata in. l. unica. C. de pꝛiua. car. in ſimili in. l. capite
quinto. ff. de adulte. per Barto. in. l. ſiquis in ſeruitute.
ff. de furt. Nota ſecundo ex glo. ꝙ layco non licet ca
pere pꝛopꝛia auctoꝛitate clericum fureꝫ. nam licet layco
rem ſuam licitum ſit defendere ⁊ capere. tamen ubi res
ſua ſaluari poteſt aliter non debet mittere manus in cle
ricum. c. olim. ſupꝛa de reſtitu. ſpolia. el pꝛimo. facit in ſi
mili ſecūdum Bald. licitum eſt propter felloniam pꝛiua
re clericum feudo etiam ſi dominus feudi ſit laycus ⁊ ſic
ſe uindicare in rebus clerici. c. ſi clericus. de capita. con
tra in uſi. feu. Et tamen diſtringendo perſonaliter cleri
cum nō poſſet hoc fieri. nec in executione huius pꝛiuatō
nis debet perſona tangi. Innocē. in. c. uerum. ſ. de fo
ro compe. Et per pꝛedicta infert hic Bald. ꝙ ſi clericus
eſſet in fuga cum re furtiua ꝙ illo caſu ne res noſtra pe
reat licitum eſt laico capere clericum fugientem cum re
ſua. Ita ſenſit Inno. dum allegat. l. ait pꝛetoꝛ. §. ſi de
bitoꝛem. ff. de his que in frau. credi. in. c. ut fame. in fi.
infra de ſentē. excō. Et ſatis eſt de mente Barto. in. d.
l. ſiquis in ſeruitute dum allegat d. §. ſi debitoꝛeꝫ. ⁊ uo
luit panoꝛ. in. c. cum nō ab homine ſupꝛa de iud. Ad
contrarium foꝛmatum in glo. glo. bene loquitꝛ. Glo.
in uerbo interdictum in fi. glo. bene loquitur ex qua no
ta ꝙ pōt conſuetudo dare poteſtatem interdicti pꝛiuato
contra uniuerſam ciuitatem ſuā. Et ſic poteſt dare ea
que ſūt meri uel mixti iperij. alias nō habēti. hoſt. hic ⁊
ēt in. c. cū contingat. ſ. de fo. cōpe. ⁊ꝫ cōtrariū cuius opīo
repꝛobatꝛ ⁊ hic ⁊ ibi. ⁊ in. c. irrefragabili. §. exceſſus. ſ. đ
of. oꝛ. ⁊ ēt cōtra hoſti. facit glo. ⁊ ibi bal. in. l. impiū. ff. đ
iuriſdi. om. iudi. notat bar. in. l. i. §. fi. ff. de aqua plu.
arcē. ⁊ etiam late. d. anto. in. c. peruenit. j. de cenſi. Alij
qui tamē noluerūt intelligere tex. noſtrū loqui de ceſſa
tione a diuinis ⁊ nō de iterdicto qđ uidetur innuere tex.
ibi in altiodoꝛēſi eccleſia ceſſaretur. Et ſatiſ facit ꝙ diffe
rūt ceſſatio a diuinis ⁊ interdictū qꝛ ꝑ ceſſatiōeꝫ interdi
cūtur oꝛgana ⁊ uoces eoꝛū quibus ē ceſſatio indicta. ⁊
iō foꝛēſes clerici ubi eſſet facta ceſſatio a diuinis poſſent
celebꝛare ex quo nō eſt eis ceſſatio indicta. habetꝛ i. c. ir
refragabili. §. ceterū. ſ. de offic. oꝛd. in. c. ſi canonici de
of. oꝛdi. li. vi. Per interdictū aūt certus locus diuinis pꝛi
uatur ita ut nec foꝛenſes ibi poſſent celebꝛare. c. is qui đ
ſen. excō. li. vi. Et in alio differūt qꝛ uiolans interdictuꝫ
efficitur irregularis quādo celebꝛat in loco interdicto. d.
c. is qui. c. fi. j. de exceſ. pꝛela. ſecus in uiolante ceſſatiōꝫ
a diuinis quia ille non eſt excōmunicatus nec irregula
ris niſi uno caſu quo bene eſt excōmunicatus ſcilicet
in clemen. pꝛima. ⁊ ibi eſt ius ſpeciale de ſenten. excom
municatōis. ita do. anto. ⁊ panoꝛ. hic lꝫ Io. an. i. d. c. ſi
canonici per illaꝫ cle. dicat equiparari per omnia quo ad
irregularitatem incurrenꝫ. interdictum ⁊ ceſſationem a di
uis generalem a pꝛouinciali concilio interdictam. ſed cū
d. cle. ius ſpeciale ponat non debet trahi ad conſequen
tias. regula que a iure de reg. iur. li. vi. l. ius ſingulare.

UVA. BHSC. IyR_025

ff. de leg. tamen quantum attinet ad intellectum tex. no
ſtri non patitur littera hunc intellectum. primo quia ex/
preſſe pluribus locis utitur uerbo interdictum. Et ideo
cum miniſterio videtur appoſitum iuxta notata in. c. ut
circa. de elec. li. vi. in cle. i. de iure patro. quia uerbū plu
ries repetituʒ uidetur cum miniſterio appoſitum. ut ibi.
⁊ ē contra tex. ibi cum interim appellatione interpoſita
nam contra ceſſationem a diuinis cum ſit facti non pro
uidetur remedio appellationis ſecundum panor. hic q2
nihil taʒ naturale ꝙ ununquodqʒ tolli eo iure quo liga
tum eſt. c. i. infra de reg. iur. l. nil tam naturale. ff. de re
gu. iur. Si ergo ceſſatio eſt facti ergo per remedium iu/
ris. ſ. appellationis non impedietur. ⁊ tamē tex. noſter
unlt ꝙ appellatio huic interdicto obſtet ergo non poteſt
intelligi interdictum. i. ceſſatio a diuinis. hoc tamen ar.
de facili poſſet repelli. ſed quia. d. anto. ⁊ panor. ita trā
ſeunt ⁊ ita eſt communis intellectus non eſt inſtandum
Glo. in uerbo irritum iuncta glo. ſequenti in uerbo di/
uerſos modos tendit ad iuſtificanduʒ appellationē epiſ
copi ⁊ bene loquitur. Glo. in uerbo ſuſpendeñ. in fi. gl.
duos articulos tangit. Et primo quantum ad tex. no/
ſtrum firmat ꝙ interdictum pure latum poteſt ſuſpendi
⁊ in hoc bene loquitur aliis opi. reiectis. ⁊ dixi in. c. ad
hec quoniam. ⁊ in. c. preterea. el ſecondo ſupra eo. Se
cundus eſt articulus de excommunicatione. ⁊ notate p
petuo glo. ꝙ inferior a papa non poteſt excommunicati
onem pure latam ſuſpendere. papa autem bene poteſt
⁊ eſt ratio differentie inter interdictum ⁊ excommunica/
tionem. nam per interdictū quis ñ ex toto moritur non
mirum ſi magis de facili ſuſpendi. ⁊ uita eius magis de
facili prorogari poteſt. excommunicatio autē reddit ho
minem mortuum. non mirum ſi reſuſcitari non poteſt.
⁊ ita vita eius ad tempus ſuſpendi non poteſt ex quo ex
pirauit. ita bal. hic. Et ſi dicatis quare ergo hoc poteſt
papa. dicite hoc prouenire ex ſuppꝛema eius poteſtate.
quia poteſt etiam facta fingere pro infect. irritando. glo.
in cle. i. in uerbo pro infectis de immunita. eccle. hoc ta
men ꝙ de papa dicitur procedit quo ad forum fori. quo
autem ad foruʒ dei n ec ſententia pape nec inferioris ma
gis eum ligat qui ibi ñ eſt ligatus. puta quia non re⁹ cul
pe nec magis ſoluit eum qui non eſt ſolutus apud deum
puta quia impenitens glo. in. c. quodcunqʒ. xxiiij. q. i. fa
cit ad id quod dictum eſt de abſolutione gl. nō. in. c. nō
ē. de uoto in. c. quanto. ṡ. de iuſiu. Glo. in uerbo defe
reñ. glo. male narrat factum que uult ꝙ primo pronun
ciauit interdictum non ualere iſte officialis. ⁊ poſtea de
tulit appellationi decani. quod expſſe ex tex. appet ꝯriū
q2 imo primo detulit appellationi decani ⁊ poſtea reuo
cauit interdictum. glo. in uerbo poſt appellationem. duʒ
glo. vult ꝙ hic appellatio eſſet minus legitima prima fa
cie ſed poſtea ex alia cauſa potuit eſſe legitima. dicit
hic Jo. an. ꝙ ex quo iudex detulit appellationi non eſt
curandū an appellatio iſta fuerit legitima uel ne. per. c.
cum appellationibus. eo. ti. li. vi. ſed panor. hic tenet ꝯ
riū q2 lʒ non ſit curañ. an appellatio ſit legitima nec ne.
qñ iudex detulit appellationi verum ē quo ad ip̄m iudi
cem. tñ iſta delatio non dʒ nocere parti aduerſe que ñ
detulit nec appellatio ei nocebit ſi non ſit legitīa. ſʒ text.
noſter uult ꝙ illa appellatio noceat ep̄o aduerſario et
retractat excōicationē ab eo latā. ergo de neceſſitate di
ceñ. ē appellationē fuiſſe legitimā. nec obſtat ſi dicat̃ nō
appʒ expſſam fuiſſe aliquā iuſtā cām in appellatōe ergo
appellatio nō tenet. c. i. eo. ti. li. vi. ſoluit panor. hāc de
cre. ꝓcedere ſm iura antiqua ſm que in dubio appella
tio p̄ſumebat̃ iuſta niſi de friuola cā apperet. c. paſtora
lis. ⁊ ibi dixi. ṡ. eo. Et ideo appellatio legitīa p̄ſumet̃. ⁊
bene loquit̃ gl. nra. q2 lʒ iſte decanus non habuit iuſtaʒ
cām non deferendi appellationi ep̄i tñ ſi poſtea p officia
lē ep̄i grauet̃ certe nō ē aliqua rō quare nō ōbeat poſſe
appellare in diuerſo articulo lʒ in alio male fecerit. c. di/
recto. ṡ. eo. ⁊ notaui in text. hic.

**T noſtruʒ.** Poſtꝙ papa aduo
cauit ad ſe cām ñ uʒ
ꝓceſſus habit⁹ ſicut ſi fuiſſet appellatū. diui
dit̃ i duas. i. pꝛia dictū. i ſa rō. ſa ibi. cū plus
caſus in terminis ponit̃ p gl. ex tex. i. c. unico. c⁹ hec de
cretal̃ ē ps. j. ut eccle. bñfi. ſine dimi. Nō prio ex tex. ibi.
reuocam⁹ bonū tex. ad quotidianā practicā qua papa ul̃
alii pꝛicipes aduocāt ad ſe aliqđ negociū qđ corā iferiori
h⁹ pēdebat tal̃. n. aduocatio afficit iuriſdictōʒ iferioris pl⁹
ꝙ applĺo ⁊ iō attētata p⁹ iſtā reuocatōʒ non ualebūt lon
ge magis q̄ʒ attētata poſt applĺonē caſus ē i. c. paſtoral̃
ṡ. đ offi. del. Nō ex tex. ibidē reuocam⁹ ſʒ bal. hic i fi. ꝙ
ad hoc ꝙ reuocatio opet̃ effectū ſuſpēſiuū đ q° hic dʒ ex
p̄ſſe fieri q2 als i dubio papa nō uꝛ ad ſe aduocare cām
niſi exprimat ſʒ citan⁹ ad aliquid l̃ ad applĺonē l̃ ad aliđ
ſil̃e i curia fieñ. uꝛ citare ſʒ nāʒ cāe ñ āt negociū ad ſe ad
uocare. Nō ex tex ibi irritā ⁊ inanē ꝙ lʒ traditō ſigilli ſit
quid fcī ⁊ fcā ꝓ ifect̃ hri nō pñt iſpecta vitate. l. i bello. §
fcē. ff. đ cap. ⁊ poſtl. re. c. ferrū. l. di. tñ actū fci pōt papa
uel ali⁹ ſupp̄m⁹ pꝛiceps ficte facere hri ꝓ ifcō iſpecto effcū
⁊ iō hic papa decernit hic traditōeʒ ſigilli irritā iſpecto ef
fectu. gl. ē in ſil̃i in. cle. i. i uer. ip̄o iure. đ here. quā hic al
legat. d. an. i cle. i. i uer. ꝓ ifectis. đ imu. eccle. quas gl.
nōte q2 ex eis hētis modū tollēdi excōicatōem alr̃ q̄ʒ per
abſolōnē ſ. qñ papa ꝓnūciat ut ex ſtro hri ꝓ ifect̃. Nō ex
tex. ibi ſherētes illi ſm bal. hic ꝙ p ihibitionē ſigilli ex q°
eſt inſtrm finale ip̄ius officii cācellarie uidetur inhibitum
officium ipſum cancellarie. ⁊ ideo infert ꝙ inhibito ſi/
gno tabelliōi cū inſtrm debita ſigna hre debeat ut notat̃
i. l. generali. C. de tabul̃ li. xii. i auten. ut p̄po. no. imp.
⁊ in. c. īter dilectos. j. de fid. iſtru. ꝙ ex hac ihibitione vi
detur tabellio ihibitus rogare iſtra ⁊ priuatus officio ita
ē° dicit ablata cruce de pectore militibus templi videntur
priuati ſuo officio ⁊ militia. abbatie calcaribus ⁊ enſe mi
litibus ſecularibus uidentur priuati militia quia iſta ſunt
ſigna illius officii. faciunt que habentur in. c. degradatō
in ſimili de pen. li. vi. in. l. ii. §. ignominie. ff. de his qui
not. infa. quod intelligit hic Bald. uerū quando diffiniti
ue iſta inhibentur ſecus ſi in uiam attentari. l. ne aliquid
attentetur lite appellatione uel auocatione pendente ut
hic. q2 tunc licet uideatur pro certo tempore inhibitū offi
cium non tamen ex toto unde ablatū. ⁊ ideo dicit ꝙ hic
per iſtam inhibitionem iſte non priuabitur officio. quia
fiebat ne aduocatione pendeñ. aliquid innouaretur. ſe
cus ſi diffinitiua fuiſſet facta. Et ē notañ. ꝙ ubi per iſtaʒ
inhibitioneʒ fuiſſet facta priuatio officii priuatus tali offi
cio non poſſet āmodo promoueri ad illđ. Et ideo tabel
lio priuatus tabellionatu non poſſet amplius effici tabel
lio. tex. ē ⁊ ibi bal. in. c. ii. ṡ. de poſtula. prela. nō. bal. in
c. at ſi clerici. ṡ. de iudi. in probe°. ṡ. in. v. colum. in. l. ii.
per glo. ibi. C. de manu. uind. ⁊ in. l. ii. C. de liber. ⁊ co
liber. Hoſti. in ſumma de peni. ⁊ re. §. cui confiteñ. ubi
de cardinali depoſito ꝙ amplius non poteſt effici cardi
nalis. Nō. ex tex. ibi ſigilli cetera ꝙ ſunt certa officia q̄
habent ſigillum propriū. ⁊ iō ex ſigillo cognoſcetur iſtru
mentum uel ep̄la unde ueniat. facit tex. in auten. dos da
ta ibi ſignato. C. de don. ante nup. ⁊ ideo dicit ibi bald.
ꝙ ad ſignum cognoſcentur balle mercatorū. faciunt no
tata in. c. poſt ceſſionem. ṡ. de proba. faciunt que dixi i
c. ſignificauit. ṡ. eo. Et ideo dicit hic dominus an. ad fi.
quod alieno ſigillo nō poteſt quis uti. l. eos. §. fin. ff. de
fal. ⁊ per. l. quam allegat uidetur ſentire ꝙ ſit falſarius
utens alieno ſigillo. ⁊ hoc uoluit bal. in terminis in. l. cō
parationes. C. de fide inſtrumentorum. ⁊ etiam ſubicit
d. anto. hic. ꝙ nec ſuum ſigillum mutare ⁊ aliud uelle fa
cere poſſet. per ea que notat Innocē. in. c. dilecta. de ex
ceſ. prelato. ſupra tamen conſentiente eo cuius eſt ſigillū
poteſt uti alieno ſigillo ⁊ notat Inno. in. c. cum inter. ṡ.
titu. i. Sed debet exprimi quando alieno ſigillo ſigilla

UVA. BHSC. IyR_025

tur. ita Barto. in. l. ad teſtium. §. ſi ab ipſo. ff. de teſta. ⁊ ibi notant doctoꝛes. notat glo. ⁊ ibi alii, in capit. inter dilectos. ſupꝛa de fide inſtrumentoꝛum. Bald. ⁊ ſalice. in. l. ſi unus. C. de teſta. Jo. fabꝛi. in. §. poſt inſtiq. de teſtamen. Jo. an. in. c. ii. ſupꝛa de fide inſtrumentoꝛuꝫ Bald. in. d. l. comparationes. ⁊ faciūt notata poſt Jmo lam et Bald. in. d. c. ſignificauit. ſupꝛa eo. Nō ex tex. ibi cum plus ⁊c. qđ quo ad effcm̄ ſuſpēſiuū iuriſdictionis inferioꝛum plus eſt ꝙ ſuperioꝛ ad ſe auocet cauſam ꝙ̄ ꝙ ſit appellatum. ⁊ ideo etiam quilibet inferioꝛ auocando ad ſe cauſam coꝛam uicario ſuo pendente videtur eius iuriſdictionem ſuſpendere quo ad illam cauſam. ita bal. per illum tex. in. l. ſolet. §. ſicut. ff. de offi. pꝛoconſu. faciunt notata per gemi. in. c. fi. de officio vica. li. vi. ⁊ eſt ratio. nam reuocare uicarium poteſt ipſe conſtituens ex toto clemen. fi. ⁊ ibi glo. de pꝛocura. notant docto. maxime cardi. in cle. ii. de reſcrip. Jnno. ⁊ alii. in. c. ſua. ſupꝛa de officio. vica. ſi reuocare poteſt ex toto. ergo ⁊ ex parte. c. paſtoꝛalis. §. item cum totum. in argu. ſupꝛa đ officio delegati. l. que de tota. ff. de re. ven. Et ideo ſicut papa per ſimplicem cognitionem de cauſa a ſe factam videtur reuocare iuriſditionem de manibus inferioꝛis quo ad illam cauſam. Jnnocen. in. c. cum. m. ferrarieñ. ad fi. ⁊ ibi. d. anto. in. xxiii. colum. ⁊ ibi Jmo. ⁊ panoꝛ. ſupꝛa de conſtitu. ita oꝛdinarius inferioꝛ immiſcendo ſe de cauſa uertente coꝛam ſuo vicario uidetur eius iuriſdictionem reuocare quo ad illam tantum cauſam. non quo ad alia. item gemi. in. d. c. fina. faciunt notata in. c. ſi quem. de pꝛocura. lib. vi. vide archidi. in. c. multum ſtupeo. iii. queſtione. vi. ubi aliter loquendo dicit ꝙ ſi papa iure oꝛdinario incipit cognoſcere de una cauſa. non videtur eam auocare. ⁊ ita intelligit Jnnocen. hic. ⁊ reſtringit que notantur per Jnno. in. d. c. cum. m. nō tamen ex toto uidetur recedere a pari reuocatio cauſe ad ſe expꝛeſſa. ⁊ ea que tacite reſultat ex quo ſuperioꝛ cognoſcit de cauſa. nam cognoſcendo de cauſa ſuperioꝛ ſoluꝫ videtur eam cauſam ad ſe reuocare quo ad partes inter quas cognoſcit non autem quo ad tertium qui in ea cauſa poſſet comparere. ⁊ faciunt notata in. c. romana. §. in alium. eo. ti. li. vj. ſed quando ſuperioꝛ aduocat ad ſe cauſam expꝛeſſe illud operatur etiam quo ad tertiam ſuſpenſionem iuriſdictionis inferioꝛis. ita Jnnocen. in. d. c. cum. m. ⁊ ibi alii plus etiam operatur iſta auocatio ꝙ̄ appellatio. ut hic in tex. ⁊ patebit infra in ſecunda ſoluti. ad. c. conſtitutus. plus operatur quam relatio nam pendente relatione poteſt de conſenſu partium coꝛam inferioꝛi pꝛocedi. l. ad pꝛincipem. ⁊ ibi notat Barto. ⁊ Jmo. ff. eo. ⁊ de natura relationis uidebimus in. c. intimaſti. infra eo. pendente autem aduocatione non poteſt inferioꝛ etiam de conſenſu partium pꝛocedere tex. eſt in. c. bone. el ſecondo. uerſi. nec nocebat ibi. noſqꝫ ueſtram recepiſſemus poſtulationē diudicandā. ſupꝛa de poſtula. pꝛela. Jmo. tamen in. c. licet. ſupꝛa de officio legati. tenet indiſtincte per. d. c. bone. ꝙ quomodocunqꝫ cauſa ſit introducta coꝛam pꝛincipe non poſſit inferioꝛ etiam de conſenſu partium ſe intromittere. Sl. ſūt clare ab extra opponitur contra tex. per Jnnocen. hic. ⁊ alios. đ. c. i. ſupꝛa ut lit. penden. vbi lit. pen. quis non impeditur uti ſua poſſeſſione. ⁊ etiam de glo. in. c. non ſolum. eo. ti. li. vi. in glo. magna de his que notat Jnnocen. in. c. dilecti. ſupꝛa de maioꝛi. ⁊ obedien. in. c. bone. ⁊ ibi uidimus. ſupꝛa eo. ubi appellatio non impedit poſſeſſoꝛem uti ſua poſſeſſione. ergo nec aduocatio cauſe ad ſuperioꝛem debet impedire poſſeſſoꝛeꝫ uti ſua poſſeſſione. ⁊ ideo in tex. noſtro non debet poſſe pꝛocedere iſta inhibitio ne utatur ſigillo nec irritari eius traditio facta ab archiepiſcopo ex quo archiepiſcopus erat in quaſi poſſeſſione conferendi illam cancellariam ⁊ per cōſequens inſignia tradendi ſigillum. ⁊ ſimilia ut latiꝰ patet in. c. unico. infra vt eccle. beneficia. dicit hic Jnnocē.

ꝙ ſpeciale eſt in auocatione cauſe per ſuperioꝛem facta. ut ex toto illa pendente impediatur magis poteſtas inferioꝛis ꝙ̄ impediretur per appellationem uel poſſumus dicere ꝙ ex quo tradendo ſigillum de directo contraſit auocationi cauſe. non mirum ſi reuocatur in viam attētati. qꝛ auocatio ad hoc tendebat ⁊ latius patebit ex ſo. ſequentis contrarii. Sed contra magis inſtatur traditio ſigilli in caſu noſtro eſt acceſſoꝛium complementuꝫ actionis pꝛeambule ante auocationem facte per archiepiſcopuꝫ. ſ. collatione de hac cancellaria per eum facte ſed per appellationem non ſuſpenditur nec impeditur complementum pꝛeambuli actus ante appellationem conſumati. ſcilicet miſſio in poſſeſſio. pꝛius facta electione ⁊ confirmatione. c. conſtitutus. ubi caſus ſupꝛa eo. ſicut nec per appellationem impeditur denunciatio excōicatiōis pꝛomulgate ante appellationem. c. paſtoꝛalis. § ſi. ſupꝛa eo. quomodo ergo per auocationem cauſe ipeditur iſta traditio ſigilli. dicite ſm Jnno. ⁊ alios hic. ꝙ contraria loquuntur de complemento meri facti qđ nō hꝫ ius admixtū. nos loquimur đ ꝯplemēto facti qđ etiā ius ſecum affert. ſ. de traditione ſigilli per quam conceditur libera poteſtas officii ſicut in ſimili dicimus de epiſcopo electo ⁊ confirmato qui per conſecrationem conſequitur complementum pontificalium. c. tranſmiſſam. ⁊ ibi notatur. ſ. de elec. nam iſto cāu etiam appellatio ſuſpenderet huiuſmodi complementum quod ius ſecum affert ut vidimus in. d. c. conſtitutus. notat. d. anto. in. c. cum olim. ſ. de cau. poſ. ⁊ pꝛopꝛi. in ſimili faciunt notata i. c. accedens. j. de accu. in. c. poſt electionem in fi. j. de conceſ. pꝛeben. non mirum ergo ſi ⁊ auocatio cauſe ſuſpendit complementum iſtud traditionis ſigilli. Et ſi acrius inſtetur de his que notat glo. in. cap. ſi eo tempoꝛe de reſcrip. li. vi. vbi uoluit ꝙ ſi papa reſeruat ſibi beneficia uel plures abbatias ꝙ reſeruatio illa non pꝛeiudicabit abbatie cuius electio ⁊ confirmatio ante reſeruationē erat facta quo minus ille capiat poſſeſſionem ⁊ complementum habeat ⁊ benedicatur in abbatem. dicit hic panoꝛ. ꝙ illa glo. pꝛocedit niſi aliter ex coniecturis de mēte pape appareat. ⁊ ita loquitur ibi gl. Jn cāu noſtro apparꝫ ex coniecturis de mente pape ꝙ uoluit omnē effectum collationis huius cancellarie impedire. quia archiepꝰs erat varius. item ꝑpter clandeſtinā collationem ⁊ iđ merito papa hanc collationem ſuſpectam hēbat ⁊ tanꝙ̄ đ ſuſpecta nō uidetur uelle perueniri ad executionē ꝑpter iſtas pꝛeſumptiones non mirum ſi auocando cauſam. uidetur impedire traditionem ſigilli. uel aliter contraria loquuntur in appellatione tex. noſter loquitur in auocatione expꝛeſſa. ⁊ ideo cum miniſterio dixit tex. cum plus ſit ro. pontifi. etiam quaſi ſentiat hoc plus operari auocationem expꝛeſſam quam appellatōnem. quia per appellationem executio actus pꝛeambuli non impeditur ut in contrariis per auocationem autē ⁊ executio ⁊ omnia impediantur. ⁊ in hoc eſt nota dignus tex. noſter ex alio foꝛtioꝛ eſt auocatio cauſe ꝙ̄ apppellatio. nam appellatio non tenet niſi ſit iuſta nec ſuum effectum operatur. ⁊ tamen auocatio cauſe quōcunqꝫ a ſuperioꝛe facta etiam ſine cauſa tenet quia iudicium ſoluitur vetante eo qui iudicare iuſſit. l. iudicium ſoluitur. ff. de iud. Sed huic ſo. obſtat glo. pꝛeallegatā in dicto. c. ſi eo tempoꝛ. cui reſpōdete ut pꝛedixi. ⁊ ita uenit reſtringenda hec ſolu. ut auocatio omnia impediat quando ex coniecturis ita appareat de mente pape. Tertia eſt ſo. ꝙ in contrariis de actu pꝛecedenti valido conſtabat. non mirum ſi eius executio non differt̄. hic āt lꝫ allegaretur collatio de ea ñ cōſtabat. ⁊ in multis erat ſuſpecta. d. c. unico. nō mirum ſi papa executionem eius collationis reuocat ⁊ hanc ſol. appꝛobat panoꝛ. tamen non multum applaudet littere que non ſe fundat quia de collatione ñ conſtet. ſed expꝛimit rōeꝫ qꝛ plꝰ ē auocare. Et ultrā circa effectū auocationis an ⁊ qñ operet̄ effectū. dicite ꝙ aut papa cū decreto

UVA. BHSC. IyR_025

reuocat expreſſe cauſam ad ſe ⁊ tunc quia de natura de
creti eſt afficere ignorantes.c.i.de conceſ. preben. li.vi.
ideo auocatio etiam iudice ignorante operetur nullita
tem geſtorum poſtea per iudicem. Innocē.in.d.c.i.⁊ in
c.cum contingat.ſupra de reſcrip.faciunt notata in cle.
vnica.de conceſſione preben. Aut reuocatio fit ſine
decreto ⁊ tunc aut fit motu proprio aut ad inſtantiā par
tis: ſi motu proprio operatur reuocationem etiam iudi/
ce ignorante.ita Inno.in.d.c.cum contingat.⁊ Imo.i
c.ceterum.in.viij.colum.ſupra de reſcriptis.⁊ facit ratō
nam per mortem delegantis expirat delegatio.l.more.
l.⁊ quia.ff.de iuriſ.li.om.iud.⁊ ibi habetur.c.gratum.
⁊.c.relatum.ſupra de officio delega.etiam ignorante iu
dice delegato.l.eius qui in prouincia.ff.ſi cer.pet. ergo
ſi tacita reuocatio que fit per mortem reuocat iuriſditio
nem etiam ignorante iudice ergo multo magis expreſſa
contrariam opini.tenuit Innocen.in.d.c.i.⁊ panor.⁊
ibi bonus tex.in.c.audita.ſupra de reſtitutione ſpolia.
vbi requiritur ꝙ deueniat ad notitiam iudicis reuoca/
tio. Aut fit ad inſtantiam partis ⁊ tunc etiam ſi iudex
eius notitiam habeat parte tamen non utente quia in
conceſſione uidetur ineſſe iſta conditio ſi pars vtatur.
c.plerunq;.c.ſin autem.ſupra de reſcrip. Et ideo dōec
pars non fuerit reuocatione uſa valebunt geſta per iudi
cem vtente parte non ualebunt ita docto.in.d.c.ceterū
⁊ ibi late.⁊ ponunt gemi.⁊ archi.in.d.c.i.bald.in.l.i.
C.ut lit.pen.⁊ in.l.falſus.C.de fur.panor.in.d.c.au
dita.in pe.⁊ fi.colum. Sed poſito ut ſupra firmaui
ꝙ etiam inferior a papa poſſit aduocationem ad ſe cau
ſe facere ⁊ impedire ſuum uicarium ad ubi plures ſunt
ordinarii puta legatus de latere qui eſt ordinarius i ſua
prouincia ad quam deſtinatur.c.ii.de offic.lega.lib.vi
⁊ ordinarii illius prouincie archiepiſcopi ⁊ ſimiles ⁊ debe
tis ſcire ꝙ licet ſuperior qui dedit unum officialem ordi
narium ēt det alium officialē ſibi ordinarium ꝙ non ui
detur eum reuocare quem primo conſtituerat ſed am/
bo habent ordinariam ⁊ locus eſt preoccupationi.c.pc.
⁊ ibi notatur ſupra de foro competenti.ita eſt text.⁊ ibi
bar.⁊ albe.in.l.i.C.de offi.prefec.vr.uoluit bal.in.l.i.
ff.de officio conſu.⁊ ange.in.l.cum pretor.in.ii.colum.
ff.de iudi.⁊ Imo.in.l.titie textores.ff.de lega.i.⁊ ſoleo
ponere poſt Bal.in.c.ſtuduiſti.ſupra de offi.lega.⁊ ibi
allego plura alia ad hoc et inter cetera notabile conſili
um Ludoui.⁊ poſui copioſe ſupra in commento ru/
brice huius. Et dicite in propoſita queſtione ꝙ ſi unus
ordinarius incepit cauſam ꝙ alius etiam legatus non
poterit cauſam ad ſe aduocare etiam ſi ille alius ordina
rius eſſet ſubditus iſtius inferioris puta epiſcopus ſub/
ditus archiepiſcopi abbas ſubditus epiſcopi ⁊ de ſimili/
bus habentibus coequeuam iuriſdictionem cum ordina
rio non poteſt iſto caſu preoccupata iuriſdictio auocari.
ita archi.in.c.de perſona.xi.queſtione.i.faciunt notata
per panor.⁊ alios in.c.paſtoralis.in principio.ſupra de
offi.ord.⁊ in.c.i.ſupra de officio legati.

**Glãte** Si terminum ſtatutum ab
homine appellationi proſe
quende altera pars preueniat eo tacito litte
ras impetrando littere non valent.terminū
uero iuris preuenire poteſt appellatus dummodo nimi
um non precurrat.⁊ iudex ad quem poteſt etiam parti
b9 nō īſtātib9 ubi agit̄ de pīculo aīe ex officio applōnē ꝓſe
qui ⁊ tīminū ſi placuerit pt abbreuiare.h.d. Diuidit̄
in duas partes principales.in prima facti narratio.in ſe
cunda reſponſio.ſecunda ibi licet regitur.rurſus ſecūda
pars ſubdiuiditur in quattuor particulas. In prima an
tequam veniat ad principalem deciſionem facti propoſi
ti per uiam theorice unum membrum decidit. In ſecun
da que eſt ibi: ſi uero non ſit.decidit aliud. In tertia
que eſt ibi ſuperior quoq; aliud membrum premittit.in
quarta que eſt ibi ex his igitur infert ex predictis reſpon
ſionem ad factum propoſitum. Nota ex text.ibi cum
quidam.ꝙ licet iudex ad quem appellatur debeat eſſe
certus ⁊ deſignatus in appellatione.l.i.§.fi.ff.eo.glo.
in.c.is cui.de offic.delega.lib.vi.tamen iudex a quo nō
debet ita exprimi ſed ſatis eſt dicere i appellatiōe ꝙ iudi
ces tulerunt ſententiam illis in ſpecie non expreſſis.⁊ ꝓ
pterea tu appellas.ita Io.an.hic.⁊ poſt eum alii.Spe
cu.i ti.de offi.iu.ver.antepe. Nota ex tex.ibi nec ad
proſecutionem ipſius ꝙ per aſſignationem termini a iu
dice a quo factam non uidetur delatum appellationi ꝙ
placet ex quo tex.ponit hic iſta ut diuerſa.faciūt que ha
bentur in.c.cum appellationibus.eo.ti.lib.vi.⁊ que di
xi in.c.ſepe.ſupra eo.immo dicendo benigne ſuſcipim9
non uidetur delatum appellationi.ita ſpecula.eo.ti.§.
nunc breuiter.ad fi.cuius contrarium uoluit hic panor.
quia immo uidetur deferre.⁊ faciūt que uidimus in.d.
c.ſepe. Nota ex tex.ibi ſuper obſeruatione predicte
ſententie modum impetrandi in cauſa appellationis ex
parte appellati.quia impetrat ſententiam debere confir
mari.ita ⁊ ex aduerſo ſecundum tex hic ibi ſuper infir
manda appellans impetrat ſententiam debere infirma
ri. Et an procedant inuicem libelli contrarii appellati
⁊ petentis confirmari ſententiam ⁊ appellantis petentis
infirmari late per Innocen.d.an.⁊ alios in.c.cum con
tingat.ſupra de officio delegati per ang.i.l.i tribus.ff.
de iudi.habetur in.l.ſi inter me.ff.de excep.rei iudica.
Nota ex tex.ibi ſicut rationabiliter iuncto fin.tex ibi
ad confirmañ.⁊ infirmandam ꝙ iſta uerba ſicut ratio
nabiliter prolata eſt non ponunt ſententiam rationabi
liter prolatam.nec id affirmāt immo conditionem im
portant ⁊ ideo iudex habebit cognoſcere an rationabi
lit̄ ſit lata an uero non facit glo.in.c.quoniam abbas.
ſupra de officio delegati. Nota ex tex.ibi prorogari ꝙ
tempus appellationis proſequeñ.non ualet prorogari.
intelligite ſecundum bald.hic a iudice.ſed a partibus be
ne poſſet prorogari expreſſo conſenſu uel etiam tacito
compromittendo.⁊ ideo dicit eſſe cautellam ut pars cui;
timet ne inſtantia appellationis labatur uel pacto exp̄ſ
ſe agat de prorogando inſtantiam uel eam deducat ad
compromiſſum de quo dixi in.c.cum ſit.ſupra.e. No
ta ex tex.ibi quando certus terminus ꝙ aſſignato ter
mino ab homine non poteſt impetrari non facta menti
one de termino.alias littere per ſurreptionem uitiabun
tur ſecus eſt in termino iuris quia de eo non eſt haben
da mentio in impetratione ut hic.in uer.ſi uero nō ſit.
de quibus terminis ⁊ eorum natura uidiſtis in.c.perſo
nas.ſupra eo.⁊ eſt ratio differentie ſecundum bal.nam
tempus aſſignatum a iure eſt certum ⁊ determinatum
vniuerſaliter in omnibus caſibus.ſed tempus aſſigna
tum ab homine eſt uarium ⁊ diuerſum pro arbitrio ap
pellantis uel iudicis a quo qui eum aſſignauerunt. No
ta ex text.ibi ab appellante ꝙ terminus ad appellatio
nem proſequendam aſſignatus ab homine intelligitur
vel de appellante ⁊ non de appellato vel de iudice a quo
⁊ non de iudice ad quem.nam appellans aſſignat ter
minum appellato ut.d.c.ſepe.appellatus autem nō po
teſt ullum terminum aſſignare.ita panor ⁊ Imo.⁊ ro
ta deciſ.cciiij.que incipit. Item ꝙ appellatus.⁊ eſt ratō
differentie.nam tempus ad appellationem proſequen
dam eſt inductum in fauorem appellantis.ut uult hic
glo.in uerbo appellata.⁊ uidimus in capitu.ex ratione
ſupra eo.⁊ huic tempori poteſt tacite appellans renun
ciare non utendo toto ipſo tempore ſ; ſtatim proſequen
do ⁊ cauſam expediendo etiam inuito appellato. ergo
multo magis expreſſe poterit ſibi precidere iſtud tempuſ
⁊ aſſignare terminum ſue appellationi breuiorem termi
no iuris inuito appellato quod non ita eſt in ipſo appel
lato ut poſſet ipſe hunc terminum abbreuiare ex quo ta
le tempus eſt conceſſum fauore appellantis ⁊ totum eſt
ſibi liberū.auten.ei qui.⁊ ibi hēt.C.de tēp.ap.⁊.d.c.ex

UVA. BHSC. IyR_025

ratione. ita etiam dicimus de iudice ad quem ut nõ poſ
ſit hunc terminum appellationi prefixum abbreuiare.
ſed iudex a quo ſic. ut hoc tex. ibi ſuperior etcetera.
iuncto. c. cum ſit. ſupra eo. Et eſt ratio differentie ſecun
dum Panor. nam per appellationem fit preiudicium iu
dici a quo. quia ſua iuriſdictio ſuſpenditur. c. ſuper eo.
cum ſimilibus ſupra eo. non mirum cum iſte actus eum
reſpiciat ſi circa illud poteſt diſponere ex cauſa abbreui
ando. d. c. cum ſit. non ita eſt in iudice ad quem. qr per
appellationem ei non preiudicatur ⁊ ideo appellatio nõ
videtur ita eum reſpicere. non mirum ſi non poteſt ipſe
aliquid circa tempus appellationis diſponere nec ſua in
tereſt tantum quantum iudicis a quo ut appellatio expe
diatur ⁊ ideo vbicunque verſatur vtilitas publica. puta
periculum in matrimonio ſpũali vt in textu vel etiam
carnali vt voluit hic goffre. ⁊ Jo. an. vel res eſſet tempo
re peritura iuxta ea que habentur in. l. i. ff. de dam. in
fec. cum iudex ex officio debet procurare utilitatem pub
licam. c. bone. el primo. ſupra de poſtula. prela. ⁊ ibi ha
betur. l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. et
ibi Barto. ⁊ maxime vbi vertitur periculum anime. c.
cum nobis olim. ſupra de electio. c. i. ⁊. ij. infra de con
uerſ. coniug. Ideo iudex ad quem hoc caſu poterit tem
pus appellationis abbreuiare proſequendo in appella
tione ⁊ etiam in aſſignando terminum partibus ad pro
ſequendum vt hoc verſi. ſuperior. Nõ ex tex. ibi non
precurrat ꝙ in cauſa appellationis vbi terminus non ẽ
aſſignatus ab homine appellatus non poteſt preueni
re appellantem in commiſſione impetranda ſi nimis ce
leriter precurrit ⁊ eſt ratio. quia ex coniecturis de fraude
⁊ dolo preſumitur. c. ij. de renuncia. lib. vi. Jõ preueni
endo ita celeriter appellantem in impetratione commiſ
ſionis videtur appellatus in dolo verſatus. ſ. hec feciſſe
ut ſupplantaret appellantem ne poſtquam ad certos iu
dices ipſe appellauit quo caſu in eius optione eſt proſe
cutio appellationis coram eiſdem iudicibus fienda poſſit
ipſe appellans illis iudicibus vti. ſed velit ipſe appella
tus iudices eligere ſibi gratos ⁊ in hoc appellantem ſup
plantare. Ita Panor. hic in fi. colum. Aduertendũ
tamen quod hic tex. dum vult ꝙ appellatus non poteſt
preuenire appellantem in impetrando non habet locũ
quando impetraretur cauſam committi in curia. nam
tunc ſtatim apoſtolis datis appellatuſ non expectato ap
pellante poteſt ipſum preuenire ⁊ impetrare. ita rota de
ciſio. cv. que incipit item quod. c. oblate. ⁊ aſſignant ra
tionem ex mente Jo. mon. in rubrica. de reſcrip. lib. vi.
quia in curia commiſſiones fiunt ex officio extra curiam
fiunt ad inſtantiam partis que obtinebit iudicem peti
tum niſi in contradictis pars opponat. ut nõ. per Pa
nor in. c. ceterum. ſupra de reſcriptis. Si tamen incon
tinenti poſt appellationem factam vel parum poſt etiaꝫ
in curia interpoſitam preſentaretur reſcriptum preſu
meretur contra ipſum reſcriptum quod eſſet impetra
tum ante delationem appellationis. ⁊ ſic ad appellatio
nem futuram contra. c. fina. ſupra de reſcriptis. c. ii. ſu
pra de appella. ita rota deciſi. ccx. que incipit item ſi im
mediate. Nota ex tex. ibi procedere oportebit ꝙ ap
pellans poteſt uti iudice ab appellato legitime impetra
to immo cogitur coram illo appellationem proſequi. et
ſic iuncto tex. ſupra ibi ſuper obſeruatione predicte ſen
tentie. habetis ꝙ iudex datus ſuper confirmatione ſen
tentie poteſt eam infirmare ⁊ de infirmatione cognoſce
re. faciunt que habentur in. l. eos. in principio. C. eo. in
l. iiij. C. de accuſa. ⁊ que uidebimus de remedio nullita
tis intentato in. c. dilecto. infra eo. Nota ex tex. ibi.
ꝙ ſi agere voluerit ꝙ appellante non proſequente ap
pellationem poteſt appellatus eam proſequi. ⁊ ex quo
tex. ſentit maxime ſi ſentiat ſibi imminere periculum et
de natura dictionis maxime eſt includere aliquem caſũ ma
gis dubium. l. illud. ⁊ ibi glo. ff. ad. l. aquil. c. ad extirpã
dam. ⁊ ibi glo. ſupra de fil. presbi. videtur innuere textus
ꝙ etiam ſi neceſſitas non urgeat appellatum poſſit ap
pellationem proſequi appellante non proſequente et in
uito. nam proſequente appellañ. non eſt dubium ꝙ ap
pellatus poteſt proſequi. c. ex parte. s. ſupra de reſcriptis
ſed elegantia tex. noſtri conſiſtit in hoc ꝙ etiam eo inui
to. ⁊ notate ad ea que infra dicam. Nota ex tex. ibi ſu
perior quoque etcetera quod ex quo hic ſpecialiter permit
titur iudici ad quem procedere partibus inuitis vel neg
ligentibus in cauſa appellationis ſcilicet quando vidꝫ ex
dilatione imminere periculum et uno promiſſo aliud ex
cluditur. c. qualis. xxv. diſtinctione. l. cum pretor. ff. de
iudi. videtur ergo iſte tex. prohibere ꝙ in aliis caſibus
iudex ad quem non poſſit inuitis partibus procedere uł
negligentibus. videtur etiam prohibere ſimili modo in
ducendo ꝙ in aliis caſibus iudex ad quem non poſſit
terminum ad appellationem proſequeñ. abbreuiare. et
rationem dixi ſupra. Nota ex tex. ibi puta ſi a ſenten
tia ꝙ ex quo exempla non reſtringunt regulam. c. i. in
fra ne cleri. uel mona. ⁊ in tex. dicitur generaliter ꝙ ubi
imminet periculum poteſt iudex ad quem procedere in
appellatione inuitis partibus vel negligentibus licet po
ſtea exemplificet in confirmatione electi tamen habet
locum in collatione in matrimonio carnali. ſecundum
Jo. an. ⁊ alios. ⁊ vbicunque vertitur ſimile periculum
⁊ vtilitas publica non autem utilitas priuata. quia illi ui
dentur appellationi renunciare ſua negligentia. c. quo
ad conſultationem. ſupra de ſententia ⁊ re iudi. Nõ.
ex tex. ibi legitime a contrario ſenſu ꝙ ita demum ſecun
de littere non facientes mentionem de primis ſunt ſur
reptitie ſi prime ſunt legitime ⁊ ualide. ⁊ ſi non ſunt legi
time ſecunde valent non habita mentione de primis.
glo. eſt in. c. ex tenore. ſupra de reſcrip. in. c. cum nc ſtriſ
infra de conceſ. preben. in. c. ſuggeſtum. infra ⁊ c ur pa.
⁊ ita panor. hic. Nota ex tex. ibi ad confirmañ. uel in
firmañ. quis ſit finis in cauſa appellationis quia tendit
ad confirmandum uel infirmandum primam ſententi
am. faciunt que vidimus in. c. ſi duobus. ſupra eo. Gl.
in uer. prorogari in fine. ſecundum Jo. an. decretalis ex
ratione. non bene allegať ad propoſitum. quia proprie
non eſt temporis prorogatio. immo poſt primum ãnuꝫ
a iure conceditur ſecundus abſque alia prorogatione cõ
ſtito de ipedimẽto. tamen glo. poſſet ſaluari referendo eã
ad tex. noſtrum qui loquitur de tempore anni ⁊ ex cau
ſa biennij. ⁊ ſubicit quod non poteſt prorogari ⁊ tamen
clarum eſt ꝙ ex cauſa poſt biennium tempus prorogať.
d. c. ex ratione beneficio in integrũ reſtitutiõis. ut ibi. er
go hoc tex. ſaluabiť glo. Glo. in verbo appellata in fi.
habetis primo ex glo. rationem quare appellatus non
põt preuenire terminũ legalẽ nimis ꝑcurrendo ⁊ bene
loquitur. Sed punctus ſtat qualiter dicatur appella
tus nimis preuenire appellantem Jac. bu. in autentica
ei qui. C. de tẽpo. appel. dixit quotienſcunque ante ul
timum menſem procederet in appellatione appellatus
ꝙ tunc dr nimium preuenire. Ja. uero de belui. in. §.
quia uero. i auten. de his qui ingre. ad appel. dixit ꝙ in
primo anno appellatus poteſt quandocunque citato ta
men appellante proſequi in ſecundo autem anno debe
bit expectare vltimũ mẽſẽ. alš diceturl preuenire nimiũ
mouetur ut iura iuribꝰ ꝯcordent ita debere diſtingui. c.
cum expediat. de electio. in. vi. nam. l. fina. §. illud. C.
de tempo. appella. vult ꝙ appellatus poteſt conſtituere
appellantem in contumacia. ergo ⁊ proſequi cauſam in
telligit ipſe ſcilicet in primo anno. d. autentica ei qui. ⁊ ſi
milis eſt text. in. capitu. appellatore. ii. queſtione. vi.
uult ꝙ reus expectet uſque ad ultimum menſem. intelli
git ipſe ſcilicet ſecundi anni. Iſta diſtinctio eſt ſine ratio
ne. unde Inno. in. c. ex ratione. ſupra eo. dicit ita diſtin
guendum ſecundum aliquos. aut appellans inchoauit
proſequi ⁊ tunc ipſo inuito uel negligente poſſit appel

UVA. BHSC. IyR_025

latus uſque ad finem pꝛogredi. ⁊ ita intelligatur. d. §. il
lud. ⁊ facit in ſimili autentica qui ſemel. ⁊ quod ibi nota
tur. C.quomodo ⁊ quando iud.c.cauſã. ⁊ ibi notat̃.ſ.
de dolo ⁊ ꝯtu. aut uͦ appellans nũꝙ cepit ꝓſequi ⁊ tũc
expectet appellatũ uſq; ad ultimũ mẽſẽ. ita loquit̃ tex. i
d. auten. ei qui. ⁊ in. d.c. appellatoꝛe tamen idẽ Inno.
ibi hanc opi. repꝛobat. qꝛ appellãs lʒ cepit appellationẽ
pꝛoſequi non cogit̃ inuitus perſeuerare. §. quia vero. in
auten. de his qui ingredi. ad appel. ergo licet cauſaʒ ap
pellationis ceperit non poterit appellatus eo inuito pꝛo
ſequi. quia eẽt per indirectum ipſum cogere ad pꝛoſequẽ
dum nec obſtat autentica qui ſemel. quia non habet lo
cum in cauſa appellationis que cum ſit defenſio non ita
reſtringitur ſicut ſimplex actio. c. ſignificauerunt. ⁊. c. di
lecti. ſupꝛa de excep. Unde pꝛima fuit opi. Barto. in
d. auten. ei qui ita. diſtinguentis. aut appellatus uult ꝓ
ſequi citato appellante. ⁊ poſſit quandocunque. d. §. il
lud. aut uero vult pꝛoſequi non citato appellante ⁊ tunc
expectet uſque ad ultimum menſem. ⁊ ita loquitur autẽ
tica ei qui. ⁊ pꝛo hac opini. ſaluanda. panoꝛ. hic adducit
tex. noſtrum qui pꝛohibet appellatum nimis pꝛecurrere
appellantem in commiſſione impetranda quaſi timeat
ſupplantationem fieri ab appellato ipſi appellanti. ſed
iſta ſupplantatio non habet locum in pꝛoſecutione ap-
pellante citato quia pꝛo ſe quiſq; faciet ⁊ iura ſua indu-
cet. ergo ceſſante ratione textus noſtri poterit quan-
docunque appellatus citato appellante pꝛoſequi. Secũ
do mouetur nam appellantis non intereſt ꝙ appella-
tus cauſam pꝛoſequatur ⁊ nollit differre. ⁊ ſi dicatur an
nus eſt inductus ad commodum appellantis. ergo ab
appellato non poterit ſibi tolli incipiendo pꝛoſequi. imo
fieret ſibi magnum pꝛeiudicium quia foꝛte non ita cito
ſe pꝛeparauit ad appellationem. quia reſpondet ꝙ per
hoc ꝙ citetur ab appellato non tollitur ſibi copia habẽ
di dilatoꝛias equas ⁊ ſe pꝛeparandi. immo iudex huiuſ
modi dilationes dabit. ⁊ ideo concludit appellatum de
bere audiri ex quo citat appellantem ⁊ vuult pꝛoſequi.
Tertio mouetur per tex. noſtrum per locum a ſpeciali.
nam hic pꝛohibet tex. appelllatũ pꝛecurrere appellantẽ
coꝛam delegato. ſ. impetrando commiſſionem. ergo co
ram oꝛdinario ad quem ipſe appellans appellauit pote
rit pꝛoſequi appellationeʒ nec conſiderabitur an pꝛecur
rat uel ne. Iſta opi. Barto. repꝛobatur ab ange. ibi
nam uult ꝙ in vltimo menſe poſſit appellatuſ pꝛoſequi
non citato appellante quod nullibi reperitur cautum.
nec autentica ei qui. hoc dicit. immo eſt contra textum i
c. i. de elec. li. vi. per locum a ſpeciali. nam ibi eſt ſpecia
le ut aſſignatio termini iuris habeat uim citationis quo
ad appellantem ⁊ appellatum in beneficialibus. ergo in
contrarium ius commune. nec argu. panoꝛ. tollunt hoc
quod uult glo. noſtra. ꝙ totum tempus anni eſt conceſ
ſum in beneficium appellantis. ergo non debet eo pꝛiua
ri facto appellati donec non conſtat de ſua negligentia.
que conſtabit ſolum ex quo ſupereſt ita modicum tem
poꝛis vt vix ſufficiat ad cauſaʒ finiẽdã. per ea que notat
Imo. ⁊ ibi dixit in. d.c. ex ratione. ⁊ faciunt notata in ſi
mili in. l. ſi ſtipulatus ſum abs te. ff. de uerbo. obligatio.

Alia fuit opi. Jo. an. quam ſequuntur bald. ⁊. d. an
to. hic. ⁊ Ange. in. d. autentica ei. videlicet ꝙ hoc ſit ar
bitrarium iudici quando pars dicatur nimium pꝛeueni
re ⁊ iudex hoc arbitrabitur ex qualitate cauſe ⁊ diſtantia
locoꝛum ⁊ viarum. Et pꝛo hac opini. adducitur. naʒ
iura ſolum pꝛohibent ne nimiuʒ pꝛecurratur vt hoc tex.
nec expꝛimunt declarando quantum tempus dicatur ni
mium. ergo ſtabimus arbitrio iudicis. c. de cauſis. ſupꝛa
de officio delegati. l. i. ff. de iure deliberan. Secundo
adducitur textus noſter dum uult ꝙ non debet nimis
pꝛecurrere appellatus in impetrando. certe non poteſt
illud nimis intelligi de ultimo menſe. de quo autentica
ei qui. quia illud datur ad pꝛoſequen̄. impetratio autem
pꝛecedit pꝛoſecutionem. ergo intelligetur ab alio tempo
re ex quo de alio actu loquitur ⁊ cuʒ non aperiat d quo
tempoꝛe erit arbitrarium iudici. d.c. de cauſis. Ter
tio adducitur tex. ibi ꝙ ſi agere noluerit. nam ſi loquere
tur de vltimo menſe non daret ita demum facultateʒ ap
pellato pꝛoſequendi ſi appellans noluerit pꝛoſequi. ſed
indiſtincte ex quo appellãs negligit uſq; ad ultimũ mẽſẽ
permitteretur appellato appellationem ſuam pꝛoſequi.
ex quo ergo conditionaliter dicit ꝙ ſi noluerit. ergo lo
quitur de alio tempoꝛe quoniam de vltimo menſe et
cum non expꝛimat de quo erit arbitrandum. Quar
to adducitur tex. noſter ibi maxime ſi ſentiat ſupꝛa ex di
latoꝛie. Nam quando ex dilatione imminet grauamen
appellato non habet expectare appellantem uſque ad
vltimum menſem. quia neceſſitas non habet. l. c. licet.
ſupꝛa de ier. l. i. ff. de officio conſul. ergo non loquitur
hic tex. de ultimo menſe. ⁊ facit qꝛ de natura dictõis ma
xime eſt includere alium caſum magis dubium. glo. in
d.c. ad extirpandos. in. c. per uenerabilem. infra qui fi.
ſint legit. ergo uidetur includere ille textus ꝙ non ſoluʒ
in caſu neceſſitatis licitum eſt appellare ⁊ negligente ap
pellante pꝛoſequi appellationem etiam ante ultimum
menſem quia caſus neceſſitatis non expectat ultimum
menſem. ſed etiam omni alio caſu dummodo nimium
non pꝛecurrat ⁊ hoc nimium eſt arbitrarium iudici.

Alia fuit opinio Innocen. in. c. ſepe. ad ſi. ⁊ ibi Im.
⁊. d. anto. ⁊ in. c. ex ratione. ſupꝛa eo. vbi etiam Joan.
. Imo. ⁊. d. anto. dicentium ꝙ appellatus de neceſſi
tate habet expectare ultimum menſem biennii. ne dica
tur nimium pꝛeuenire. per tex. in. d. autentica ei. ⁊ in. c.
appellatoꝛe. ii. queſtione. vi. ⁊ ibi uoluit idem archidi. ⁊
licet loquatur tantum de ultimo menſe biennij. tamen
idem dicitur in ultimo menſe pꝛimi anni quando non
ſubeſt cã ut detur biẽniũ. quia eadem eſt ratio in pꝛimo
anno non dato ſecundo que eſt in ſecundo. Et pꝛo
hac opinio. adducitur beneficium alicui conceſſum non
debet auferri regula indultum. de regu. iur. lib. vi. ſed
tempus anni conceditur appellanti ob gratiam ſuam ut
vult hic glo. ergo non debebit facto appellati ei auferri.

Secundo adducitur appellatio ſuſpendit officium iu
dicis ⁊ aduerſarii donec pendet. c. ſuper eo. el pꝛimo. ſu
pꝛa eo. ⁊. c. ſignificante. infra eo. l. ſiue pars. C. de dila.
ergo ea penden̄. non poterit appellatus cauſam moue
re contra appellantem. ſed habebit neceſſe appellanteʒ
expectare. ⁊ ubi de negligentia conuictus erit appellans
tunc ex permiſſione iuris poterit poſtea ipſe appellatio
nem pꝛoſequi ſcilicet in vltimo menſe. Tertio addu
cit̃ in cauſa appellationis non deductum deducam non
pꝛobatum pꝛobabo. c. cum ioannes. ſupꝛa de fid. inſtru
mentoꝛum. l. per hanc. C. de tempoꝛe appellatio. cum
ergo appellans poſſit noua fundamenta deducere in
cauſa appellationiſ ergo facto appellati non debebit an
guſtari ut pꝛoſequatur foꝛte enim nondum pꝛeparauit
iura que habet pꝛoducere ⁊ ideo appellatus debebit ex
pectare uſque ad ultimum menſem. nec ſibi in hoc pꝛe
iudicatur quia cum ipſe ſolum tendat ut ſententia con
firmetur ſatis tempoꝛis habet cum habeat ad pꝛoſequẽ
dam appellationem menſem. Ultima fuit opinio pa
noꝛ. que tamen pꝛimitus fuit Imol. varietates concoꝛ
dantis ſedere diſtinct. Aut loquimur quando dicatur
appellatus nimium pꝛeuenire appellantem reſpectu im
petrationis tantum. ⁊ tunc quo ad illum actum impe
trandum pꝛocedat opinio Jo. an. ⁊ ſequacium hic. ꝙ
tempus ſit arbitrarium per fundamenta ſupꝛa deducta
⁊ bene applaudet littere recte ponderanti. que loquitur
expꝛeſſe de impetratione ut patet ibi ut impetrantem in
commiſſione impetranda ſupplantet. Aut loquimur re
ſpectu pꝛoſecutionis appellationis quando poſſit appel
latus incipere pꝛoſequi appellationem. ⁊ tunc pꝛocedet
opinio Inno. in. d.c. ſepe. ⁊ ſequaciuʒ ut hẽat expectar̃

UVA. BHSC. IyR_025

ultimum menſem ſecundi anni. ⁊ caſu quo non detur ſecund⁹ ꝙ tunc expectet ultimum menſem primi anni. ⁊ bene conſonant iura ſupra allegata. d. autentica ei qui ⁊. d. capitu. appellatione. ⁊ faciunt ſupra adducta pro illa opin. ⁊ ſic tanꝗ media opinio eſſet tenenda. l. adeo §. cum ergo. uer. eſt autem media. ff. de acquiren. re. do. Sed nunquid impetratione facta per appellatuȝ preueniendo terminum etiaȝ ſi de eo habeatur mentio quo caſu littere valent nec ſunt ſurreptitie ut voluit hic Jmo. ⁊ dixi in textu. poterit appellatus cogere appellantem ad proſequendum. ⁊ tex. noſter videtur velle ꝙ ſic. ita ꝙ ſi appellans cauſatiue tamen. ſ. appellante volente proſequi coram impetrato iudice poterit appellatus ipſe proſequi. Specu. tamen eo titulo. §. nunc breuiter. ver. ſed pone. tenet contrarium. ⁊ facit ultimum membrum diſtinctionis Jmo. proxime relate. nam appellatus in proſequendo non poteſt preuenire appellantem. ſed habet expectare ultimum menſem. voluit tamẽ ſpecu. ꝙ offerendo libellum ſuper confirmatione ſue ſententie audiretur appellatus ⁊ ita pertranſit panor. in. c. perſonas. ſupra eo. ⁊ videntur ſentire domini de rota in deciſione ſua. viij. que incipit item ſi appelletur ad fi.

Iſtud non poteſt mihi cadere in mentem arguendo a ſufficienti partium enũeratione quod argumentũ procedit in iure noſtro. l. ex maleficiis. §. heres. ff. de actio. ⁊ obl. aut enim appellatus offert libellum ſuper confirmatione ſententie appellante proſequente. ⁊ tunc libellus non procedet. quia ſuperfluis libellis iura non vtuntur. l. fi. C. quando prouoca. dixi in. c. ſi duobus. ſupra eo. facit in argu. tex. in. c. ii. ſupra de probati. ſed proſequente appellante appellatus obtinebit confirmationem ſententie ſi eam merebitur ex eadem proſecutione tex. eſt in. d. l. fi. ergo non poterit ipſe per libellum hoc petere. quia hic eſſet ſuperfluus. immo expreſſe determinat contrarium Inno. i. c. cum contingat. ſupra de offi. delega.. faciunt notata per Barto. in. l. ſi ambo. ⁊ in. l. in tribus ff. de iudi. ubi voluit Inno. ꝙ ſi appellãs porrigat libellum ſuper infirmatione ſententie appellatus uelit porrigere ſuper confirmatione non admittatur iſte libellus appellati. patet ubicunqȝ ſententia lata in vno iudicio uel per intentationem vnius remedij parit exceptionem rei iudicate in alio remedio non datur concurſus horum remediorum. l. fundi. l. funduȝ. ff. de excep. ⁊ ibi bar. notat bart. in. l. edita. C. de edẽ. ⁊ Panor. et d. anto. in. c. ii. ſupra de libel. obla. ſed ſententia lata ſuper infirmanda prima ſententia in cauſa appellationis preiudicaret appellato petenti confirmationem. et pareret except. rei iudicate. ergo appellante inſtante non admittetur libellus appellati. ⁊ facit etiaȝ alia regula. quia vbi executio facta in vno remedio parit exceptionem cõtra aliud. illa remedia non concurrunt. l. i. §. fin. ff. ſi famil. fur. feciſ. dica. notatur in locis preallegatis. ergo ille libellus appellati non admittetur appellante primitus proſequente. ⁊ faciunt notata in. l. ampliorem. ⁊ in l. eos. in principio. C. eo. ⁊ notaẽ in. d. cap. ſi duobus ⁊ ſupra in rubrica in effectibus appellationis. aut uolumus intelligere ꝙ appellatus porrigat libelluȝ ſuper cõfirmatione appellante non proſequente ⁊ tunc ante vltimum menſem non videtur ꝙ procedat iſte libellus. nec audiatur appellatus. per ea que uoluit in opi. ſupra relata Innocen. in. c. ſepe. ſupra eo. cum ſequacibus. Et que voluerunt in diſtinctione ſua Panor. ⁊ Jmo. nam appellatus non poteſt proſequi appellationem ante ultimum menſem. ⁊ ſic dictũ panor. non procedit hoc in termino iuris. In termino autem hominis. dicite ſecundum Jmo. quod nec appellans nec appellatus poteſt preuenire ipſum terminum. quia per aſſignationem termini uidentur partes inuicem ad eum terminum citate. c. ſepe. ſupra eo. ergo ante terminum nec ab appellante nec ab appellato poterit fieri aliquid. alias factum non valeret tanquam geſtum ante terminuȝ. per ea que habentur in. l. aut qui aliter. ⁊ in. l. fi. ff. ꝙ vi aut clam. in. c. conſuluit. ſupra de officio delega. ⁊ in. c. expoſuit ſupra de dila. facta tamen mentione de termino valeret impetratio ut hoc tex. immo in curia poſſet pars impetrare cauſam committi non facta mentione de termino hominis. Ita. d. Anto. ⁊ Jmo. hic. ⁊ uoluit rota deciſ. ſua. ciiij. que incipit. item ꝙ. c. oblate. ⁊ Jo. mon. in rubrica. de reſcrip. lib. vi. ⁊ eſt ratio. nam in curia cõmiſſiones non fiunt ad inſtantiam partis ſed ex officio ſuperiorum committitur cauſa vni ex auditoribus. ergo ſicut in factis motu proprio ſurreptio non vitiat. c. ſi motu. de preben. lib. vi. ita in his que facit papa ex officio non eſt quod imputetur ſurreptio parti. nec tamen ſi pſ in hac impetratione aliquid faciat dicetur ſupplantaſſe aduerſarium ⁊ ideo impetratio in curia cum fiat officio iudicis ualebit. In glo. fi. in fi. haberis ex glo. ꝙ littere impetrate pendente appellatione ſuper ipſa cauſa ſunt ſurreptitie. niſi faciãt mentionem de appellatione ⁊ procedit ſiue ſit appellatio partis aduerſe ut uult glo. ex iuribus in ea allegatis ſiue ſit appellatio propria. ⁊ ita voluit Innocen. in. c. dilecti. ſupra de maio. ⁊ obedi. in c. ex litteris. ſupra de officio delega. ⁊ ẽt hic Jmo. ſiue appellatio fuerit interpoſita ad papam ſiue ad alium. c. concertationi. ⁊ ibi archi. eo. ti. lib. vi. Iſta regula fallit primo quando parti aduerſe nihil intereſt ꝙ fuerit expreſſum de appellatione vel ideo quia omnino clarũ erat ꝙ ius non habebat. puta ego poſſideo vnum beneficium. tu impetras a papa illud beneficium nulliẽ. puta quia non es capax. ⁊ tacuiſti defectum a proceſſu executoris contra me in fauorem tuum ego appello ecce ꝙ cum nullũ ius hẽas tua non intereſt ĩpetro poſtea a papa mihi prouideri denuo de illo beneficio non expreſſo de appellatione non erit tamen impetratio ſurreptitia. quia ſi expreſſiſſem pape quod nullum ius haberes ⁊ ꝓpterea appellaui ab executoribus dediſſet omnino eaſdem litteras quas impetraui. ergo argu. c. poſtulaſti. ſupra de reſcrip. dicemus non eſſe ſurreptitiam impetrationem. ita rota deciſ. cccx. que incipit. item ſi reus. Secunda ſit limitatio quando expreſſio appellationis nihil eſſet impeditura quia per impetrationem quam facio non preiudicatur. quia tunc ubicunque per impetrationem meam non preiudicatur appellationi nõ redditur reſcriptum ſurreptitium. etiam ſi non faciat mentioneȝ de illa. puta impetraui ut in curia committeretur alicui auditori omnis cauſa quam contra te habeo vel habere ſpero ex tali uel tali cauſa cum poteſtate citandi in curia ⁊ in partibus nunquid coraȝ tali auditore potero appellationem proſequi quam interpoſueram contra te ⁊ concluditur ꝙ ſic ⁊ ualebit commiſſio illa. licet non exꝑſſeri de appellatione. quia ex quo cauſa appellationis ueniebat tractanda in curia nullum fit preiudicium appellationi. ideo ſi de ea taceatur non uitiatur commiſſio. illa ẽ deciſio dominorum de rota deciſ. ſua. cccxl. que incipit. item ſi reus. Tertia ſit limitatio vbicunqȝ appellatio nulla fuiſſet tunc ſi de ea taceatur non uitiatur reſcriptum. ita bal. in. l. i. C. ſi contra ius ⁊ facit tex. noſter ibi legitime ut dixi in pe. notabili. Quarta ſit limitatio quando appellatio eſſet deſerta uel alio modo finita nam tunc non debȝ fieri mentio de ipſa. ita bal. in. d. l. i. C. ſi contra ius.

**Ex tuas.** Etiam altera parte abſente per contumaciam iudex appellationis poteſt principale negocium diffinire. dummodo lis conteſtata fuerit hoc dicit. Diuiditur in duas. In prima narratio. In ſecunda que eſt ibi. nos igitur deciſio. Nota ex text. ibi ꝙ ſi lis. ꝙ licet dicatur ꝙ appellatio ſuſpendit pronunciatum. c. paſtoralis. §. preterea. ſupra de officio delegati. c. venientes. ẽ. de iureiu. ⁊ reponat cãȝ ĩ priſtinuȝ

UVA. BHSC. IyR_025

ſtatum.l.furti. in principio.ff.de his qui notã.infa.ta
men non uſque adeo reſcindit nec ſuſpendit ut ſi lis
ſit conteſtata in prima inſtantia non duret effec/
tus eius litis conteſtate in cauſa appellationis. Et
ideo ex hoc tex.habetis ꝙ appellatio reponit cauſam in
priſtinum ſtatum.ſ.uſq; ad tempus litis cõteſtate exclu
ſiue hinc eſt ꝙ omnes effectus lit.conte.in principali fa
cte durabit in cauſa appellationis. et ideo exceptio ſur
reptionis non oppoſita in principali lite conteſtata nõ
poterit ammõ etiam opponi in cauſa appellaionis gl.
ẽ ⁊ ibi panor.i.c.ad audiẽtiã el.ii.ſ.de reſcrip.⁊ genera
liter in cauſa appellationis lite conteſtata in principali ĩ
prima inſtantia non poterit opponi exceptõ aliqua dila
toria tex.ẽ commendant ibi legiſte in.l.ita demum.C.
de procur.intelligite uerum niſi ſuperuenerit pen. app.
iſta dilatoria.q; ſicut dilatoria de nouo ſuperueniẽs poſt
lit.conte.poteſt de nouo opponi.l.ii.C.de ꝓſor.eiuſdez
lit.c.inſinuante.ſ.de offi.deleg.ita etiam ſuperueniens
pendẽ.appellatione lite conteſtata in prima iſtañ.ita pa
nor.in .d.c.ad audientiaz.⁊ bal.in.d.l.ita demum.niſi
poſt ſuperuenientiam illius exceptionis aliquid egiſſz co
ram iudice.quia tunc ſicut in prima inſtantia per iſtuz ac
tum uidentur renunciare dilatorijs ⁊ tacite conſentiř ut
procederetur.l.nulla ⁊ ibi bar.C.de procur.glo in.c.i.
in verbo abſentia.de elec.li.vi.d.anto.in.c.cum.m.fer
rarieñ.in.iij.char.circa principium gloſarum.ſ.de con
ſtitu.ita erit in cauſa appellationis.⁊ eodem modo poſ
ſumus dicere ibi de exceptionibus dilatorijs que perue
nerunt ad notitiam poſt lit.conte.in prima inſtañ.pen
den.poſtea ap.iuxta.c.paſtoralis.ſ.de excep. Nõ ex
tex.ibi coram primis iudicibus ꝙ licet in facti narratione
papa exemplificet poſt concluſum in cauſa tamen cuz ex
empla non reſtringant regulam.l.cum pater.§.dulciſſi
mis.ff.de leg.ii.c.i.j.ne cle.uel mon.non ſolum habet
locum tex.noſter vt appellato contumace poſſit procedi
ad ſententiã quando appellatur poſt publicatas atteſta
tiones ſed etiam quandocunq; appelletur lit.conteſ.in
prima inſtañ.ita hic panor. Nõ.ex tex.ibi legitime cõ
teſtata ſm bal.⁊ alios ꝙ ex quo de natura ablatiui ab/
ſoluti ẽ importare conditionem.l.a teſtatore.ff.de con
di.⁊ demon.ꝙ ita demum appellato abſente per contu
maciam iudex poterit negocium diffinire ſi lis fuerit cõ
teſtata in prima inſtañ.⁊ non aliter ⁊ ſic per iſtum tex.li
mitatur.l.fi.§.illud.C.de temp:ap.ubi voluit tex.ꝙ ꝑ
te contumace poſſit iudex ad diffinitiuaz in cauſa appel
lationis procedere. Nõ.ex tex.ibi per contumaciam
abſentante a contrario ſenſu ſm panor.ꝙ partibus pre
ſentibus non poteſt in cauſa appellationiſ ad diffinitiuã
lite non conteſtata procedere.⁊ uoluit glo.in.c.rainal
dus.in uer.conteſtata.j.de teſta.⁊ facit ꝙ uoluit glo.in
c.per venerabilem.in uer.non ſeruat.j.qui fil.ſint leg.
vbi dicit ꝙ licet in matrimonialibus beneficialibus ⁊ ſi/
milibus poſſit procedi in contumaciam lit.non conteſ.
c.quoniam frequenter.§.i.ſ.ut lit.non conte.illud itel
ligit verum altera parte abſente ſed utraq; parte preſen
te dz lis conteſtari alš non valet ſententia. quod tamen
dictum hodie per cle.ſepe.de ver.ſigni.iuncta cle.diſpẽ
dioſam.de iudi.non haberet locum.tamen ratio illius
glo.non ẽ ſublata. Glo.in uer.liquebit.in fine.primo
habemus ex glo.qualiter contra contumacez debeat ꝓ
cedi.de quo dicite ut in.c.prout.ſ.de dolo ⁊ contu.⁊ in
c.quoniam frequenter.§.in alijs.ſ.ut lite non conteſ.
Tamen quatenus attinet ad materiam appellationis
dic aut appellatur ab interlocutoria ⁊ iudex habz cogno
ſcere de iniquitate vel iuſticia ſententie.c.interpoſita.§
ſane.j.eo.⁊ iſto cãu fruſtra querimus an contumace ꝑ
te poſſit deuenire ad miſſionem in poſ.quia non poteſt
iudex procedere in principali niſi iuſta pronũciata appel
latione.c.ut debitus.in fine.j.co.ideo in re petita uel ẽt
ſuper principali in perſonali non poteſt facere miſſionẽ.

quia de eo nundum agitur pronunciato autem ſuper
appellatione ꝙ iuſta ſit procedet iudex ad quem ſuper
principali ⁊ iſto caſu bene habebit remedia que haberet
in negocio principali.d.§.in alijs.⁊.§.fi.d.c.prout.et
d.c.cauſam.ſ.de dolo ⁊ contumacia. Aut appellatur a
diffinitiua ⁊ tunc circa miſſionem in poſſeſſionem dicite
vt in.d.c.prout. Sed alia eſt queſtio que elicitur ex
gl.⁊ tex.noſtro.nunquid lite ñ conte.poſſet procedi ĩ cã
appellationis ſed quia ex fundamento dependet edifici
um.c.cum paulus.i.queſtione.i.⁊ qualitas ſiue pictu
ra ſuperadditur poſtea edificio.c.ad diſſoluendum.j.đ
deſpon.impub.l.eius qui in prouincia.ff.ſi cer.pet.⁊ li
bellus eſt fundamentum lit.conte.⁊ iudicij.c.unico.ſ.đ
lit.conte.iuncto.c.i.ſ.de lib.obla.⁊ lite conteſtata exor
natur iudicium probationibus ⁊ iuſtificatur ideo de tri
bus hic querendum ẽ. Primo an in cauſa appellatõ
nis requiratur libellus.ſecundo an requiratur lit.con
te.tertio cui incumbat onus probandi. Circa primum di
cite ſecundum Specula.in quarta parte.§ nunc diceñ.
v.ſed nunquid aut.loquimur in appellatione extraiudi
ciali ⁊ tunc ex quo habet vim prouocationis ad cauſam
c.cum ſit ro.ſ.co.ideo cum aliud fundamentuz non ꝓ
cedat iudiciale requiritur libellus. Aut loquimur in ap
pellatione iudiciali ⁊ tunc ab interlocutoria aut a diffini
tiua.ſi ab interlocutoria ⁊ tunc quaſi ab incidẽti uľ emer
genti interpoſita fuerit ſicut ſuper incidenti uel emergen
ti non ẽ lis conteſtanda ſed ſuper principali.nec requiri
tur libellus quia ſufficit cum porrectum in principali.c.
prudentiã.§.ſexta.⁊ ibi habetur.ſupra de officio dele.
⁊ etiam notatur in.c.i.ſupra de ord.cogni.⁊ hanc opi.
tenet bal.in additionibus in ſecundo libro co.ti.in ver
bo iudicium.⁊ Jmo.hic dixit in practica eſſe ſeruañ.et
ſentit panor. Jo.an.tamen in additio.ad Spec.co.ti.
ver.ſed nunquid.⁊ in.c.rainaldus.infra de teſta.tenet
contrarium.quia ex quo ſuper interlocutoria nullus li
bellus ſuper principali emanauit ⁊ ſententia in cauſa ap
pellationis habet in aliquo ſpeciem diffinitiue quia cir
ca illud incidens ſiue emergens diffiniendõ.verſatur.l.ſi
quis iuſiurañ.⁊.l.generaliter.§.i in arg.C.de re.cre.
⁊ iuriu.ideo requiratur libellus. ſz eius opin.de directo
eſt ꝯtra notata in.d.§.ſexta.⁊ tenet contrariuz hic bal.
quia licet finiat incidens uel emergens non tamen eſt
diffinitiua.⁊ faciunt notata in clemen.i.de ſent.⁊ re.iu
dica.⁊ in clemẽ.i.de ſequeſtra.poſſ.⁊ a fruc.⁊ in.l.dicet
ff.de arb. Aut loquimur in appellatione a diffinitiua et
tunc ſecundum ſpec.⁊ barto.vbi proxime aut ſumus in
cauſis in quibus in principali non requiritur libellus pu
ta ĩ matrimõialibus ⁊ ſimilibus de quibus in.d.clemẽ.
diſpendioſam.et tunc ex quo appellatio non ĩmutat na
turam cauſe principalis tex.eſt et ibi ange.in l.i.§.i.ff.
an per alium cauſa appellationis Jmo.in.l.i.§.libelli
in antepe.colum.ff.co.bal.in.d.addi.ideo cauſa appel
lationis reſtabit et ipſa ſũmaria et ſine ordine libelli. aut
loquimur quando appellatur a diffinitiua in cauſis re/
quirentibus ord.iud.et libellum in principali et tunc re
quiratur libellus.quia ubi requiritur litis conteſtatio et
libellus qui eſt fundamentum.ſed in cauſa appellationiſ
regulariter niſi exceptis caſibus requirit lit.conteſta.ut
infra videbimus.ergo et libellus et uidentur velle domi
ni de rota in deciſ ſua.viii.que incipit.item fuit dubita/
tum.et in deciſi.cccclxv.que incipit item ꝙ auditor. Cõ
trarium tenuit Jnnocen.in.c.cum contingat.ſupra de
officio delega.in fi.glo.magne. Jo.an.in dicto.c.rai
naldus.et in.d.addi.d.anto.hic. Bar.et Ang.in.d.
l.i.§.libelli.et Bald.in.l.ſi quis libellos.et in.l.ampli
orem.C.co.mouentur quia ex quo in principali et in
prima inſtantia libellus eſt porrectus non uidetur neceſ
ſarius in cauſa appellationis. non enim appellatio re
ſtituit cauſam ut ex retro niſi uſq; ad lit.conte.excluſiue
ut dixi in teſtualibuſ.ergo effectus libelli durabit.et ideo

UVA. BHSC. IyR_025

dicunt ꝙ in omni cauſa bene requiratur talis qualis pe
titio quia petitꝰ ⁊ dabitur demen. ſepe. de uer. ſignifica.
⁊ ibi notatur. ideo neceſſarium appellanti ſit porrigere
appellationem ſuam coram iudice ad quem ⁊ per eam
petere ut ſup ea procedatur. ⁊ hoc erit loco libelli. Jmo.
in. d. §. libelli. uidetꝰ ſedere diſtinctionis varietates cōcor
dare. ⁊ refert hic. d. phil. aut appellatio producitur utra
qꝫ parte preſente ⁊ proſecutio fit. ⁊ tunc ſicut requiritur
lit. conte. ut dixi in tex. ita etiam requiratur libellus ⁊ ꝓ
cedat opi. Spec. aut fit proſecutio appellationis altera
parte abſente. ⁊ tunc ſicut nō requiritur lit̄ conte. ut hoc
tex. ita nec libellus. ⁊ procedat opi. Jnno. ⁊ bar. ⁊ alioꝝ
⁊ hoc circa primum articulum ang. in. l. cos. §. ſin autē
C. e. dicit ꝙ licet non requiratur libellus tamen ad cau/
tellam ſeruatur contrarium ponit Jmo. in. l. ſi quis fi/
lio exheredato. §. ſi autem omnes. ff. de iniuſto rupto ir
ritoqꝫ teſta. Circa ſecundum an requiratur litis con/
teſtatio ⁊ tunc dicite ex mente panor. d. ant. et Jmo. hic
aut loquimur in appellatione extraiudiciali ⁊ cum ſit ad
cauſam prouocatio. d. c. cum ſit ro. ſicut in cauſis regu/
lariter requiritur litis conteſtatio. ita ⁊ hic. c. i. ſ̄. de lit.
conte. aut loquimur in appellatione iudiciali ⁊ tunc aut
loquimur in appellatione ab interlocutoria ⁊ iſto cāu te
net Jo. an. in. d. addi. ⁊ in. d. c. rainaldus. ꝙ requiratꝰ
lit. conte. quia litis conteſta. ē fundamentum ipſius iudi
cij ⁊ inſtantie. d. c. vnico. ſed cauſa appellationis ē noua
inſtantia. quod patet quia de nouo iuratur de calūnia
c. ij. de iura. calum. lib. vi. ideo in ea requiretur lit. cōte.
d. anto. panor. ⁊ communiter ſcrib. hic. ⁊ etiam in. d. c.
rainaldus. tenent contrarium quia appellatio ab inter/
locutoria ē cauſa vnius articuli. ſed ſuper articulo non ē
lis conteſtanda. d. §. ſexta. ergo nec ſuper appellatione
cum non immutet nāṁ cauſe principalis. d. l. i. §. i. ff.
an per alium cum alijs ſupra allegatis. facit. c. interpoſi
ta. §. ſanc. ĩ. eo. quod procedit altera parte abſente. pre
ſente autem parte vtraqꝫ glo. in. d. §. ſanc. ⁊ ibi Jmo.
videtur tenere ꝙ requiratur litis conteſtatio. ⁊ facit iſte
tex. a. contrario ibi. ſe contumaciter abſente. d. anto. ibi
⁊ panor. in. d. c. rainal. in. x. col. quia rota in. d. deciſio
ne. cccclxv. que incipit. item ꝙ auditor tenet ꝙ nec illo ca
ſu requiratur lit. conte. quia negari non poteſt quin iſte
ſit articulus incidens. Aut loquimur in appellatione a
diffinitiua ⁊ tunc aut in cauſis in quibus proceditur ſine
ſtrepitu ⁊ figura iudicij ⁊ non requiritur lit. conte. d. cle.
ſepe. iuncta. d. l. i. §. i. aut in cauſis plenarijs ⁊ tunc aut
erat lis conteſtata in principali ⁊ proceditur in appellati
one appellato abſente ⁊ illo caſu non requiritur lit. con
te. ſed procedi poterit ſine noua litis conteſtatione. vt
hoc tex. noſtro. aut lis non erat conteſtata in principali
⁊ tunc requiritur litis conte. etiam appellato abſente. d.
l. fi. §. illud. que ita debꝫ ſuppleri per tex. nām hic ut dixi
ī teſtua. aut lis non erat conte. ⁊ appellans erat abſēs.
⁊ tunc poteſt procedi contra eum iuxta ea que habentur
in. c. cām. ſ̄. de dolo ⁊ ꝯtu. in auten. qui ſemel. C. quō
⁊ quando iud. ⁊ ē glo. hic. ⁊ ita poteſt ſaluari. d. §. illō.
aut lis non erat conte. ⁊ utraqꝫ pars erat preſens ⁊ tunc
dꝫ conteſtari. ita bar. in. d. §. illud. ⁊ bal. hic. ⁊ alij. ⁊ gl.
in ver. ꝯteſtata. ⁊ ibi doc. ī. d. c. ray. ⁊ bal. ī. l. i. C. ne li. ī
una eadēqꝫ ca. tertio. prouo. ⁊ facit tex. ī. d. c. rai. ⁊ tex.
a contrario in. d. §. ſane. ⁊ uoluit Spec. in. d. uer. ſꝫ nū
quid. et in ti. de prola. ſen. §. iuſta. uer. ii. quid ſi etiā ap
pellans. ⁊ Hoſti. in ſum. eo. ti. §. quid ſit effectus. ⁊ ro
ta ubi notatꝰ proſequitur hunc articulum in. d. deciſ. viij
que incipit. item fuit. ⁊ in. d. deci. cccclxv. aut lis erat con
te. ⁊ utraqꝫ pars erat preſens ⁊ illo cāu requiritur noua
litis conte. ita glo. in. d. c. rainaldus. in uerbo conteſta/
ta. ⁊ ibi panor. in. x. col. ita rota. d. deciſ. viii. ⁊ faciūt no
tata per glo. in. d. c. ii. de iura. cal. li. vi. tamen ex tacito
conſenſu partium poſſet lit. conteſta. omitti hoc cāu. ita
bal. in. d. l. i. C. ne lic. tertio prouo. aut lis non erat con
te. ⁊ utraqꝫ pars erit abſens. ⁊ iſto cāu iudex non pōt ꝓ
cedere niſi uerteretur fauor publicus vel ꝑiculum aiarū
c. prox. precedenti. ex quo neutra partium principaliu̅ꝫ
ē preſens. ita Jnno. in. c. i. de elec. li. vi. ⁊ d. phil. Cir
ca tertium quis debeat probare. dicite ſm barto. in. l. hij
qui ad ciu. lia. C. eo. ⁊ panor. hic. ꝙ aut vnus tantū pro
ſequitur appellationeꝫ. ⁊ tūc ſiue ſit rite appellatū ſiue n̄
rite debebit ipe probare qui hoc intendit ⁊ proſequitur.
aut utraqꝫ pars proſequitur ⁊ tunc aut tractatur de act̄
probandis quia dicitur lit. conte. non interueniſſe uel alia
non fuiſſe acta ⁊ illo cāu qui dicit probare dꝫ ⁊ probabitꝰ
per oſtenſionem actorum. c. qm̄. ſ̄. de proba. aut tracta
tur de approbando aliquid circa merita negocij ⁊ tunc il
le qui habebat probare in principali habeat ēt probare
in negocio appellationis quia appellatō non mutat na
turam negocii principalis nec etiam quo ad onus ꝓban
di. d. l. hii qui. Jn cauſa autem nullitatis an requiratur
lit. conte. dicam in. c. dilecto. ⁊ ponit hic panor. ⁊ de lit.
conte. in cauſa appellationis dixi. ſ̄. in rubrica. vbi po/
nit Bal.

¶ Debitus. Pro euidentia p̄/
mitto ꝙ triplex eſt
genus ſnie. Quedaꝫ ſnia uocatur diffinitiua
eo quia negocium principale diffiniat. l. dicere
ff. de arb. cle. i. ⁊ ibi gl. ō ſen. ⁊ re iud. cle. i. i gl. ī uer. diffi
nitiua. de ſequeſtr. poſ. ⁊ fruc. alia ē interlocutoria que
fertur ſuper aliquo incidenti vel emergenti inter prin/
cipiū ⁊ finem cauſe. glo. in. d. cle. i. in uer. diffinitiua. i. l.
generaliter. in prin. C. de reb. cre. et iur. quoddam ē ge
nus ſniarum que mixte uocantur. quia et de diffinitiua pti
cipant cum finem iudicio īponant nec expectant aliam
diffinitiuam poſt ſe et de interlocutoria ꝑtem capiūt. quia
non imponunt finem negocio principali. ſed tantū illi iu
dicio. puta quando pronūciatur quem non eē audien̄.
uel non eē iudicem. uel ſimiliter. ita bar. in. d. l. dicere et
in l. quod iuſſit. ff. de re iud. panor. d. anto. et Jmo. in
c. prox. ſeq. ancha. conſi. ccccuiii. incip̄. de uiribus p̄dicte
ſnie. et. d. anto. conſi. vi. poſui in. c. peruenit. poſt Joā.
anto. et alios. ſ̄. e. Secundo premitto ꝙ in appellatō
ne quattuor perſone diſcretionem et cognitionem ſuam
adhibent ſm Panor. hic. primo appellans. dꝫ enim diſ
cutere ne temere appellet. alſ puniretꝰ in expenſis. ut hic
in fi. et faciunt que uidimus in. c. reprehenſibilis. et. c. ſe
pe. ſ̄. eo. Secunda ē perſona appellatōis debet eni diſ
cutere an iuſte ſit appellatum. et ita debeat deferri appel
lationi vel non deferri. d. c. ſepe. Et etiam ut ſi appella
tionem iuſtam cognoſcat ſe preparet ad reſpondendum
ſuper principali quod uenit coram iudice ad quē diſcuti
endum ut hoc tex. in fi. et etiam ſi placuerit ut ſuccingat
proceſſum petendo a iudice ad quem ut procedat ſuper
principali omiſſo articulo appellationis ex quo ſcit iuſtā
c. i. eo. ti. li. vi. et ibi notatur et dicam. ĩ. in materia. Ter
tia ē perſona iudex a quo hꝫ enim examiare an ſit iuſta
appellatio uel ne intra ſe quia non deferendo appellatō
ni iuſte punitur ut uidimus ī. c. de priore. ſ̄. eo. Deferen
do autem iniuſte etiam peccat. glo. eſt in. c. cum appella
tionibus. circa prin. eo. ti. li. vi. que dixit ꝙ uſqꝫ adeo re
atū ꝯmittit deferens appellationi friuole ꝙ ex quo reatꝰ
omnē dignitatem excludit. l. i. C. ubi ſena. uel clar. pro
pterea talis iudex a quo amittit iuriſdictionem. Quarta
eſt perſona iudex ad quem hic cognoſcit. prio an admit
tenda ſit appellatio vel ne tanq̄ ex probabili cā interpo
ſita quando ab interlocutoria appellatur. c. romana. §
quod ſi obijciatur. eo. ti. li. vi. habetur in. c. dilectus. el
ii. ſ̄. de reſcrip. admiſſa demum appellatione cognoſcit
de ueritate cauſe appellationis et ſic iuſtificat appellatio
nem quo facto pronunciat uel tenere appellationem uel
non tenere. quod ex ueritate grauaminis apparꝫ. et ita
ſi bene appellatum pronunciauerit procedet in principa
li ſi male appellatum remittit cauſam ad iudicem a quo

UVA. BHSC. IyR_025

at hoc tex. in fi. Tertio p̄mitto ꝙ deſtinatio nunciȷ
ad curiā antiquitus operabatur ſuſpēſionē iuriſdictionis
inferioꝛis iudicis. ita ut nō poſſet procedere niſi nūcio re
uerſo ut hoc tex. noſtro ibi nō obſtāte. nā clauſula nō ob
ſtante in reſcriptis nō apponitur ad remouēdū id quod
nullo pacto impediebat. c. cum aliquibus. ⁊ ibi nō. de re
ſcrip. li. vi. c. mandatum ⁊ ibi Jo. an. ⁊ d. Anto. ſ. de re
ſcrip. ergo exquo papa hic dicit nō obſtāte deſtinatione
nunciȷ ſequitur ꝙ antiquitus talis deſtinatio obſtabat ⁊
iuriſdictionem ſuſpendebat ⁊ hodie iſte effectus ē ſublatꝰ
per tex. noſtrū circa prin. Operabatur ſecūdo deſtia
tio nūciȷ appellationem ꝙ quādo ſit uidimus in. c. dile
cti. ⁊ aliquid in. c. meminimus. ſ. eo. ⁊ hic effectꝰ hodie
durat qꝛ ꝙ nō mutatur quare ſtare prohibetur. l. preci
pimus in fi. C. eo. ideo cū tex. noſter dicat ſolū de deſtia
tiōe nūciȷ nec aperiat de deſtinatōe nūciȷ q̄ ſapit appella
tiōem remanebit effectus illius deſtinatōis ut videbimꝰ
in glo. in uerbo ſi dicat. Tertius datur effectus quia
per deſtinationē nūciȷ uidetur ſubiȷcere quis ſe protectō
ni apoſtolice. ita ut nō poſſit in partibus cōtra eū proce
di. Sed hic effectus nō ē ita generaliter intelligēdus ſm
Inno. hic. qꝛ niſi fiat in uia appellatōis deſtinatio nun
ciȷ nō eximit ipm deſtinātem. d. c. dilecti bene uerū eſt ꝙ
ipm nūcium deſtinatū omni cāu eximet ⁊ uidetur ſubiȷ
cere protectioni apoſtolice eū ſed nō mittētez. c. unico. ȷ.
de peregri. qd̄ intelligit hic uerū panoꝛ. quo ad ea q̄ ſūt
grauis p̄iudiciȷ. puta miſſionē in poſſeſſionez ex ſecūdo
decreto ⁊ maioꝛa. ſed quo ad leuioꝛa puta miſſionem in
poſſeſſionē ex p̄mo decreto nō fit exemptio a iuriſdictō
ne inferioꝛis iſte nūcius nec alius itinerās ad papam p̄
terquā in cā appellationis. Mouetur per tex. in. l. igno
ra. e. C. de reſti. mili. ubi cōtra abſentem cā reipublice fit
miſſio ex p̄mo decreto. ergo multo magis cōtra abſen
tem ob p̄uatā cām. ⁊ iſte tertius effectus nō ē ſublatus
per tex. noſtrū. qꝛ de eo nō loquitur. Quarto p̄mit
to ꝙ per huc tex. uidet̄ tolli oēs effectus eē appel. re. de
quo dixi in. c. paſtoꝛalis. in p̄n. ſ. eo. Quinto p̄mit
to ꝙ corā iudice ordinario facta p̄uentōe littere impe
trate ſuper ea cā nō ualent niſi facta mentōe de ꝓceſſu
nulla autē facta p̄uētione ualēt littere. c. inter mona
ſteriū. ſ. ti. i. ⁊. uidetur tales littere a die p̄ſentatōis li
gare manus ordinariȷ ſi ſurreptitie nō fuerint dixi i. c.
ut noſtrū. ſ. eo. uoluit Inno. in. c. cum. M. ferrarien̄.
ſ. de cōſti. circa fi. In delegatis aūt queritur eis iuriſdic
tio a die p̄ntationis. c. ſuper eo el. iȷ. ſ. eo. ⁊ ēt inhibet̄
a die p̄ntāte inhibitōnis. c. audita. ſ. de reſti. ſpol. Sed
quo ad intrinſecū ualoꝛē litterarū ſuſcipiunt robur a die
date. c. ceterū. c. eā te. c. capitulū ſancte crucis. c. ſi autē.
⁊. c. plerūq3. ſ. de reſcrip. late per Imol. in cle. fi. de re
ſcrip. Is qui appellat ante ſnīam cām probabilez ex
p̄mat corā iudice a quo nec ē probabilis exceptio d miſ
ſione nūciȷ ad curiam uel lrīs impetratis que p̄ius p̄ſta
te nō ſunt. ⁊ ſi iniuſta fuerit appellatio hoc ꝓnūciato iu
dex remittit partes ad p̄mū iudicē appellātez in expen
ſis cōdemnās. ſi autē appellatio fuerit iuſta procedat in
p̄ncipali iudex ad quē per hāc tamē decretalē maioꝛibꝰ
cauſis que ad curiā ꝓpꝛie ſpectāt nō fit p̄iudiciū. h. d.
Diuiditur in tres partes p̄ncipales. in p̄a ponit cāz.
in ſecūda que ē ibi ſtatuimus ponit ꝯſtitutionē. in tertia
que ē ibi ſaluis ꝯſtitutōibus reſeruat maioꝛes cās. Rur
ſus ſecūda p̄ncipalit̄ ſubdiuiditur i tres particulas in
p̄ma ponit occaſionē ꝙ appellās ab interlocutoꝛia dꝫ
probabilē cām exprimere. ⁊ dat duo exempla que dicat̄
cā nō probabilis. in ſecūda que ē ibi cū aūt inſtruit ꝓceſ
ſum appellatōe ꝓpoſita. in tertia que ē ibi ⁊ ſi minꝰ po
nit quid debeat facere iudex ad quē cā appellatōis ꝓpo
ſita. Nō ex tex. ibi ut debitus. ꝙ licet dictio ut de natu
ra ſui modū imponeret glo. ē in. c. uerū. ȷ. de ꝯdi. appo:
in rubrica. C. de falſ. cā adiec. notat bar. in. l. qui abſen
ti. §. i. ff. de acqui. pol. ⁊ in. l. cū tale. §. titius. ⁊ in. l. qui
bus dicbus. §. terminus. ff. de cōdi. ⁊ demō. tamē quā
doq3 ſtat cauſatiue ut hic qꝛ hic demōſtrat cām ꝯſtitutio
nis facit tex. in cle. ut calūniȷs de ſen. ⁊ re iud. Nō ex
tex. ibi honoꝛ ꝙ iudices debēt honoꝛari honoꝛe debito.
⁊ ſic exquo iudicibus honoꝛ debetur ut hic ⁊. l. ii. C. qui
prouoca. ꝙ eē iudicē dicitur eē honoꝛ. ⁊ propterea dixit
hic glo. nō. ꝙ iudices dicūtur eē in dignitate. qd̄ intelligi
te in ordinariȷs ſecus i delegatis. l. munerū. §. iudicādi.
ff. de muner. ⁊ honoꝛ. faciūt notata in. d. l. fi. ⁊ ē ratio.
nam potiſſimū inſigne dignitatis ē p̄eminētia cū iuriſ
dictōe. c. d multa. ⁊ ibi Jo. an. ⁊ aliȷ. ȷ. de p̄eb. Notat̄ p
io. an. ⁊ alios in. c. i. de ꝯſue. li. vi. faciūt que habētur in
c. cū ab eccleſiarū rectoꝛibus per inno. ſ. de offi. oꝛ. ſed
iudices ordinariȷ hoc habēt. ergo dicūtur eē in dignita
te. In delegatis aūt nō ita ē qꝛ illi nō habēt iuriſdictōez
iure ſuo ſed iure alterius. l. moꝛe. l. ⁊ quia. ff. de iuriſdi.
om. iudi. ⁊ faciūt que habētur in. c. ſtatutū. in p̄n. de re
ſcrip. li. vi. in rōnibus glo. nā ſi delegatio pape darꝫ di
gnitatem nō eēt bona illa ratio ꝙ propterea fiūt delega
tiones apoſtolice exiſtētibus i dignitatibus ⁊ canonicis
cathedralibus ne uiles pſone apoſtolicas pſonas p̄ſē
tent. que tamē fuit potiſſima eius cōſtitutōis ratio. nā d
ſinerēt eē uiles exquo haberēt dignitatē. l. i. ⁊. iȷ. C. de
digni. li. xiȷ. ⁊ ibi nō. Et ideo ſiquis hēret imunitatē ab
oneribus publicis poſſꝫ tamē eligi i ordinariū ⁊ ſic i ma
giſtratū tex. eſt in. l. cui muneris. ff. de mune. ⁊ honoꝛi.
alibi tamē. ſ. in. d. §. iudicādi uidetur innui ꝙ eē iudicē
ſit honus ⁊ nō honoꝛ. ⁊ in ordinario loquēdo ē bonus
tex. in. c. qui epatum. viiȷ. q. i. ⁊ ibi archi. ⁊ loquēdo de
beneficialibus ē honuſ tex. in. c. ante oīa. xl. di. ubi dicit̄
ꝙ p̄eēe ſi p̄eſumptoꝛie ⁊ adulatoꝛie res agatur bonum
ē. ſi aūt rutius diſcutiatur triſte ⁊ lacrimabile. ⁊ facit qd̄
uoluit glo. in. c. ſi cōtra unū i verbo probari de of. dele.
li. vi. tamē ad hec cōtraria patet ſolutio quia. §. iudican
di loquitur de delegato ut ē p̄dictū. d. c. qui epatū. ⁊. d.
c. ante oīa loquūtur reſpectu operis ⁊ exempli de ſe p̄ſtā
di. Et facit ꝙ hoc ſit difficile ⁊ oneroſūz tex. in. c. qualit̄
⁊ quādo. el grande ibi cū nō poſſunt oībus placere. ȷ. de
accuſa. ⁊ dū et dicitur ꝙ ſunt poſiti tanquā ſignū ad ſa
gittā nō tamē per hoc negatur quin ſint in dignitate ⁊
honoꝛe maximo. Nō ex tex. ibi ſuper laboꝛibus ⁊ ex
penſis ꝙ iudex ⁊ ſuperioꝛ dꝫ cōſulere laboꝛibus p̄tiūz ⁊
expenſis facit. c. finē litibus. ſ. de dolo ⁊ ꝯtu. ēt ex officio
ſuo nemine implorāte ut hic faciūt notata in. c. cām que
per panoꝛ. ſ. de iudic. in. c. bone. el p̄mo. ſ. de poſtu.
p̄la. notata per bar. in. l. iiȷ. §. hoc aūt iudiciū. ff. d dā
no infec. Nō ex tex. ibi corā idoneo iudice a contrario
ſenſu ꝙ citatus a iudice nō ſuo exquo nō ē idoneꝰ iudex
⁊ ab eo grauatus nō habet appellare ut hic qꝛ geſta co
ram tali iudice nihil p̄iudicāt ergo nō grauāt. c. at ſi cle
rici. ſ. de iudic. quod intelligite uerū ſi ſit talis iudex cu
ius iuriſdictio nō pōt ꝓrogari tacite. alias qꝛ procedēdo
uideretur ꝓnūciare ſe iudicē ⁊ induceretur tacita ꝓroga
tio exquo pars nō ꝯdiceret. Inno. in. c. ad petitionē. ȷ.
de accuſa. Bar. in. l. i. ff. de iudic. notat panoꝛ. in. c. ſi
gnificaſti. ſ. de foro cōpe. Ideo de neceſſitate debebit ps
appellare iuxta ea que notat gl. in autētica habita. C.
ne fil. pro pa. iuxta ea que habētur i. c. ſignificātibus. ⁊
c. cum olim. el. i. ſ. de offi. dele. que notat bar. in. l. iȷ. ſi
quis in ius uoc. nō ier. Nō ex tex. ibi abſq3 rōnabili
cauſa iūcto tex. ibi. ante ſnīam ꝙ in appellatione ab in
terlocutoꝛia dꝫ rōnabilis cā exprimi quare appellat etiā
ſi ſit ſnīa excōicatōis. c. ad noſtrā. ibi do. anto. ſ. e. ⁊ ſic
i oī iterlocutoꝛia. qd̄ pꝫ ex tex. ibi ante ſnīaz ſm bal. hic.
nā ꝓpꝛie appellatōe ſentētie intelligimus de diffinitiua
glo. i. c. cū oliz. ſ. d teſti. i. l. iȷ. §. biduū. ff. qn̄ ap. ſit. er
go tex. noſter itelligitur de appellatōe ab interlocutoꝛia.
qd̄ ꝓcedit ſꝫ panoꝛ. hic ēt ſi cā ꝓpter quā appellet eēt
notoꝛia qꝛ notoꝛiū licet excuſet a probatōe tamē nō ex
cuſat a ꝓpoſitiōe ita gl. i cle. appellāti. c. ti. io. an. ⁊ aliȷ



UVA. BHSC. IyR_025

in.c.accedens.ſ. ut lit. nõ conte. d.anto.panoꝛ.ꝛ imol.
in.c.exceptionẽ.ſ.de excep.tex.ꝛ ibi bar. in.l.ſi ad ulti
mũ cũ inceſtu.§.idem pollioni.ff.de adulte.bar.in.l.i.
circa fi.ff.de excep.gl.in.l.ſʒ ſi poſſeſſoꝛi.§.fi.ff.d iuſiu.
faciunt notata p bar. ꝛ ange.in.l.cũ quid.ff.ſi cer. pet.
per bal.in.l.i.C.quomõ ꝛ quãdo iud. ꝛ faciũt que dicã
d illa expſſione rõnabilis cãe j.in materia.ꝛ hoc de expſ
ſione cãe ꝑcedit tã de iure ciuili ꝙ de iure canonico.ꝛ lʒ
de iure ciuili hoc nõ caueatur ſatis ẽ ꝙ cõtrariũ nõ caue
tur.ꝛ cũ ita caueatur de iure canonico ſtabimus iuri ca
nonico. Jta Ang.cõſi.clxxxiij. qd incipit in cã appella
tionis.in.ij.col.facit tex.in.l.ait pretoꝛ.§. permittiť.ff.
de minoꝛ. Et ideo infertur ꝙ exquo nõ põt appellari ſi
ne rõnabili cã expꝛeſſa ꝙ cũ cľa.app.re.nõ excludat ap
pellatõeʒ rõnabilẽ i iure ꝑmiſſã.c.paſtoꝛalis i pꝛin.ſ.e.
ꝙ hodie ꝑ iſtã decretalẽ illa clauſula apponatur ad bñ
eẽ ꝛ nihil operetur in appellatione ab interlocutoꝛia. ꝛ
ſic ſtet ſolũ effectus in appellatione a diffinitiua. qꝛ com
miſſa cã appellationis nõ poterit a diffinitiua appellari
niſi in cãibus a iuř expꝛeſſis.ꝛ ideo mandabitur executõ
ni per iudicẽ a quo nõ obſtãte appellatione.ita vult gl.
in uerbo añ ſententiã que per h̃ remanebit expedita quo
ad diffinitiuã bene loquitur quo aũt ad interlocutoꝛiaʒ
dicite ut ut in.d.c.paſtoꝛalis in pꝛin.quia male loquitur
in diffinitiua aũt hodie hoc ſtat ꝙ ẽt nõ expꝛeſſa aliqua
cã ualeret appellatio.imo nec ꝑcedẽte grauamine uel in
iuſticia ex pꝛopoſito.gl.ẽ.in.l.ait pretoꝛ.§.permittitur
ꝛ ibi tex.notabi. ꝙ in interlocutoꝛia debet expꝛimi cã.ff.
de minoꝛ.ꝛ dixi.ſ. in rubꝛica tamẽ ubi adeſſet clauſula
ap.re.cũ nõ poſſit appellari niſi in cãibus a iure expꝛeſ
ſis ꝛ ſic ſpãlibus.d.c.paſtoꝛalis. ideo dʒ cã expꝛimi ut in
telligatur an ſimus in cãu a iure expꝛeſſo. Gemi.in.c.
romana.§.ſi autẽ in fi.eo.li.vi. Et ideo dixit hic panoꝛ
mi.ꝙ ſtante dicta clauſula ap.re. audietur apellans a
diffinitiua ſi dicat ſe uelle de nouo aliqua pꝛoducere.c.
cum Jo.heremita.ſ.de fide inſtru.qꝛ ille cãus ẽ a iure
expꝛeſſus ut ibi ꝛ.l.per hãc.C.de tempo.ap. Nõ ex
tex.ibi ad ſuperioꝛẽ iudicẽ nũciũ deſtinauit ꝙ per deſtia
tionẽ nũcij nõ eximitur quis a poteſtate iferioꝛis oꝛdia
rij de quo in glo.in ver.ſi dicat. Nota ex tex. ibi litte
ras impetrauit ſm cõem intellectũ hic ꝛ in.c.i.ubi magiſ
cõiter doc.ſ.de reſcrip.modũ declinãdi iuriſditõeʒ ſiue
oꝛdinarij ſiue delegati ꝑ litteras impetratas ut ipe de
clinãs pñtet litteras iudicibus ad quos dirigũtur. ꝛ ita
poſtea opponat coꝛã oꝛdinario ad quẽ fuit citatus. uel
ẽt delegato de pꝛimis lr̃is offerẽs ſe paratũ iuſticiã pꝛoſe
qui coꝛã iudicibus datis in eiſdẽ. ꝛ ita Hoſt. Jo.and.ꝛ
do.Anto.hic.uel aliter ſm intellectũ Hoſti. ꝛ Panoꝛ.
nota ꝙ ſicut oꝛdinarius citãdo põt aliũ oꝛdinariũ pꝛeue
nire.c.pe.ſ.de foꝛo cõpe.l.ſiquis poſtea quã.ff.de iu
di.ita põt delegatũ ꝑuenire qꝛ ſi pꝛius citauerit añ lr̃as
pñtatas certe nõ ualebit exceptio oppoſita ꝙ lr̃e ad ali
os iudices ſint impetrate exquo nõ ſũt pñtate de ueritа
te iſtoꝛũ intellectuũ dicã in glo.in uerbo ſi dicat ad fineʒ.

Nõ ex tex. ibi coꝛã eodẽ iudice ꝙ appellatio dʒ inter
poni coꝛã iudice a quo. Quid ſi nõ põt eius hẽri co
pia ꝛ an ſufficiat iterponi coꝛã iudice ad quẽ uidimus ali
quid in.c.ſuggeſtũ.ſ.eo.ꝛ uidebimus in.c.fi.j.c. Nõ
ex tex.ibi ad inferioꝛẽ remittat ꝙ appellatõe ab interlo
cutoꝛia iniuſta per iudicẽ ad quẽ uel friuola ꝑnũciata cã
dʒ remitti ad iudicẽ a quo intelligite uerũ niſi ipe iudex
a quo detuliſſet huic appellatõi qꝛ tũc exquo pꝛiuauit ſe
iuriſdictõe nõ ẽ cã remittẽda.c.cũ appellatõibus.eo.ti.
li.vi.ꝛ ibi habetur intelligite de neceſſitate. tamẽ de ho
neſtate maxime quãdo iudex detulit dando apoſtolos
reuerẽtiales dʒ iudex ad quẽ remittere ad iudicẽ a quo
Jta Jo.an.in.d.c.cũ appellatõibus uel ẽt appellante
renũciante appellationi.ut in.d.c.cum appellatõibus.
ibi Gemi.poſt Jo.an.ꝛ Pe.de ancha.multo magis er
go de cõſenſu utriuſqʒ partis ut ibi cõcludũt imo ẽt ꝑaci
te ꝑ nõ pꝛoſecutionẽ infra tempus ab hoĩe aſſignatũ
ut ſenſit glo.in.d.c.cũ appellatõibus.§.ſi uero in ṽbo
remittẽda.ꝛ ibi Gemi.in pe.col.allegat oldꝛa.in conſi.
cxvi. Sed rota deciſ.cclxiij.que incipit ex hoc inſurre
xit tenẽt ꝙ ẽt de expꝛeſſo cõſenſu partiũ ñ poſſit reaſſu
mere iuriſdictionẽ niſi eẽt talis iudex qui poſſet adiri ꝑ
querellã per tex.d.c.cũ appellatõibus.ad quẽ tex.r̃ñde
tur clare qꝛ loquitur appellãte pꝛoſequẽte ut ibi in pꝛin.
lʒ cum rota teneat Paulus in cle.ſicut eodẽ. tamẽ do.
anto.ꝛ pe.de ancha.ꝛ.d.Benedictus ibi tenẽt ꝯ rotaʒ
ꝛ ſic cũ Gemi.ꝛ ſic utile ẽ hoc cãu ꝙ iudex ẽt ſi dferat ap
pellationi uel incõtinẽti uel ẽt ex interuallo.j.x.dies pꝛe
figat terminũ appellãti ad pꝛoſequẽdũ qd põt rota deci
ſio.cclvi.que incipit itẽ ſi appellatur a diffinitiua. Et
Cardi.ꝛ alij in cle.i.eo.ti.ꝛ gemi.ꝛ pet.de ancha.in.d.
c.cũ appellatõibus ꝛ ſic facto ſuo iudex qui detulit ñ po
teſt reuocãdo delationẽ reaſſumere iuriſdictionẽ ut uidi
mus in.c.cõſtitutis.ſ.eo.el ſecũdo. Jo.an.i.d.c.cũ ap
pellationibus.ꝛ ibi alij ꝛ in.d.clem.ſicut. tamen facto
partis appellãtiũ uel ꝑtium utriuſqʒ.ſ.uľ iudicis ad quẽ
poterit reaſſumere.ita Gemi.ubi ꝑxime. Aduertite tñ
ꝙ in appellatõibus interpoſitiſ ad curiã roma. ꝛ eo de
uolutis nõ remittũtur unquã ad partes ad iudicẽ a quo
ẽt ſi pꝛonũciaretur male appellatũ a grauamine rota d
ciſ.cccxxi. que incipit item ſi appellatus.nã illa curia ro
mana dici põt eẽ ſicut infernuſ ut ꝙ ſemel admiſit nũꝙ
dimittit. Jtẽ uno alio cãu iudex ad quẽ nõ remittit ad
iudicẽ a quo cãm lʒ pꝛonũciet male appellatũ.ſ.ubi pen
dẽte appellatõe iudex a quo ꝑceſſiſſʒ ad ulterioꝛa ꝛ dif
finitiue ꝑnũciaſſet ſuper principali.nã tũc iudex ad quẽ
friuola ꝑnũciata appellatõe nõ remittit cãʒ ad iudicẽ a
quo exquo ẽ fũctus officio ar.c.in lr̃is ſ.de of.deleg.l.
iudex.ff.de re iudi.ſʒ ꝯfirmabit ſñiaʒ diffinitiuã a iudice
a quo latam ex quo ab ea pars nõ appellauit.ita inno.
ꝛ poſt eũ imol.in pe.col.in.c.ex parte adde.ſ.de teſti.
Jmo ſi ante ꝑnũciatõeʒ iudex ad quẽ miſiſſet ĩhibitõʒ
iudici a quo ꝛ poſtea pꝛonũciaſſet bene iudicatum male
appellatũ ꝛ ob hac ꝑnũciatõe appellatũ eẽt iudex a quo
erat pꝛio loco appellatũ poterit ad ulterioꝛa pꝛocedere
nõ obſtãte ĩhibitoꝛia pꝛia niſi ꝑ hũc iudicẽ de nouo inhi
beatur.ita rota deciſ.cxxxviij.incipiẽte itẽ ſi appelletur.
ꝛ ſi ꝑnũciet hoc cãu male appellatũ talis ſñia diciť quo
ad iudicẽ diffinitiua. ſʒ quo ad partes ĩterlocutoꝛia.iõ ſi
iterato uoluit appellare appellabunt ut ab interlocuto
ria.Bal.i.l.cũ minoꝛes.C.ſi aduerſus rẽ iudi..ꝛ in au
tentica ſacramẽtũ.C.de iura.calũ.ſi uero ꝑnũciat bene
appellatũ ꝛ quo ad iudices ꝛ quo ad partes cenſeť diffi
nitiua.ita Pau.cõſi.xxvi.incip.in chꝛiſti ꝛc̃ uiſo pũcto.
Et foꝛtius dixit ludo.de ro.per hũc tex. cõſi.cclxij.inci
piẽte oĩpotẽtis dei ꝛc̃.quo ad pꝛimũ articulũ ꝙ ẽt ſi iu
dici ſit cõmiſſus articulus appellatõis ab interlocutoꝛia
una cũ negocio pꝛincipali quod tamẽ de negocio pꝛinci
pali nõ poterit cognoſcere niſi iuſtificata appellatõne. ꝛ
ſi appellatõem iniuſtã repererit dʒ remittere cãm nego
cij pꝛĩcipalis ad iudicẽ a quo deciſ.rote i ãtiquis.cxxxij.
hec que dixi ꝑcedũt qñ unus tantũ iudex ꝑnũciauit.nã
tũc dferẽdo appellatõi abdicat a ſe iuriſditõʒ.ſʒ ubi eẽnt
plures iudices tũc ſi ſumus in talibus i quibus unus ſo
lus põt ꝑcedere ꝑ eius delationẽ idẽ effectus reſultabit
ut abdicet a ſe iuriſditõʒ ꝛ ꝑiudicabit collegis.ſecus ſi ſo
lus nõ poſſet ꝑcedere. ita pet.de ancha.i.d.c. cũ appel
latõibꝰ.§.ſi uero lʒ gemi.ibi faciat longã filatoꝛiã d quo
tñ latius i cle.i.eo.ti.ꝛ bal.ꝛ Sali.i autẽtica hodie.C.
eo.ti. Nõ ex tex.ibi i expẽſis ꝯdemnet ꝙ lʒ iudex ad
quẽ ꝑ appellatõeʒ friuolã nõ efficiatur ulteriꝰ iudex nec
deuoluať iuriſditio tamẽ põt i expẽſis cõdẽnare.ꝛ ſic ha
betis qui nõ ẽ iudex in pꝛĩcipali põt tamẽ iudicare in ac
ceſſoꝛio.ꝛ ẽ tex.i cle.i.ad fi.de reſcrip.gl.ꝛ ibi nõ.i.c.fi.
ſ.de reſcrip.faciũt que uidimus i.c.repꝛhẽſibilis.ſ.eo.ꝛ
iõ facta ꝑ eũ cõdẽnatõe expẽſarũ cũ ſit ualida mittetur

UVA. BHSC. IyR_025

executioni. ſed p iudicē a quo exquo ipe iudex ad quem
nō habet iuriſdictionē aduerſus ptes. ita Spec. in ti. de
expen. §. nūc viden. verſi. Sed quid ſi iudex. ⁊ ſi nō fue
rit ꝓnunciatū per iudicē ad quē ſuper expenſis iudex a
quo reſeruabit in fi. principalis cāe ⁊ ipe cōdemnabit. ita
Spec. ubi proxie. Et qḋ dictū ē de executōe ꝫ Spec. in
ti. de execu. ſnie. §. ij. verſi. quid ergo. ⁊ hic Panoꝛ. faci
unt que uidimus i. c. reprehēſibilis. et melius i. c. ex ra
tione. ⁊. c. ſepe. ē. eo. Et ſic habetis ex tex. qualiter pu
nitur friuole appellans in cōdemnatōe expēſarū. Sꝫ ſit
cautus ille cōtra quē ꝓnūciatur appellatōem friuolā ꝙ
appellet a tali pronūciatōne. alias alia pena ſequetur.
qꝛ hēbitur ꝓ manifeſto cōtumace ⁊ non poterit āmodo
appellare a diffinitiua. glo. ē ſingularis quā ibi exclamāt
Cardi. imol. ⁊ panoꝛ. in cle. ſi ante. in gl. magna. i pri.
de dolo ⁊ cōtu. Nota ex tex. ibi alioquin ipe ꝓcedet re
gulā ꝙ appellatōe legitima ꝓnūciata deuoluitur ad iu
dicem ad quem negociū principale. ꝓpterea in eo pro
cedit faciūt que uidimus in. c. dilectis. ē. eo. ubi ēt omnia
acceſſoria deuoluūtur. Nota ex tex. ibi de maioribus
cāis ꝙ cāe maiores uſqꝫ adeo ſpectāt ad papā. c. ꝙ trā
ſlationē. ē. de offi. lega. Et ibi que ſint cāe reſeruate. ⁊
ſic maiores. ⁊. c. maiores. in prin. ī. de bapt. ꝙ cōuentuſ
corā ordinario pōt dicere ꝙ uult cōueniri corā papa ꝓ
pter maioritatē cāe nec erit locus preuētioni illo cāu qꝛ p̄
uentio tūc demuꝫ hꝫ locū quādo iudices habēt poteſtatē
in ipſa cā ſup q̄ citāt. c. pe. ē. ḋ fo. ꝯpe. ꝙ nō ē i cāu illo qꝛ
īferior nō hꝫ ptātē in cauſis maioribꝰ pape reſeruat̄ dcis
iuribus ⁊ hoc ſonat littera nr̄a ſm̄ panoꝛ. referēdo illa v̄
ba ſaluis cōſtitutōibus ⁊c̄. ad tex. ē. in prin. ſecūde ptis
ibi ut ſiquis coram idoneo iudice uel aliter ſm̄. d. anto.
⁊ panoꝛ. nō ꝙ cū maiores cāe ſint pape reſeruate. d. c.
quod tranſlat̄ iō ſi ſuper eis appelletur ad papā ab infe
riore nō rēqrit̄ alia exp̄ſſio cāe ad h̄ ut deuoluāt̄ ad curiā
cū ḋ nā ſui ḋuoluāt̄ nec pn̄t p aliū cognoſci ⁊ h̄ ſonat lr̄a
referēdo illa uerba ſaluis ꝯſtitutōibꝰ ⁊c̄. ad tex. ē. e. ibi
abſqꝫ rōnabili cā nō prouocet. Glo. in uerbo differa
tur i fi. nō ꝙ iudices ordinarij dicūt̄ eē in dignitate. ⁊ fa
ciunt que dixi in textualibus. Et ideo ꝓpter eorū digni
tatē in cāis appellationis eis defertur. Hinc inoleuit ꝙ
iudex ad quē ſi pōt reſeruare honorē ipius iudicis a quo
pronūciādo ēt cōtra pronūciata per eū exprimit cām ꝙ
ex nouiter deductis pronūciat cōtra primā ſniam qḋ po
teſt. c. cū ioānes. ⁊ ibi bonus tex. ē. de fide inſtru. faciūt
que uidimus in. c. cū ad ſedē. ē. de reſt. ſpo. Et nō. bal.
in autētica ſꝫ ſiquis. ē. de teſti. Glo. in uerbo coram
idoneo in fi. nō prio limitationē ad. c. pe. ē. de foro cō
pe. ꝙ preuētio iuriſditiōs nō ſit per citatōem factaꝫ a iu
dice icompetēti. ⁊ ita ē hic tex. a cōtrario in eodē uerbo
corā idoneo. ⁊ facit glo. in. c. cum plures. de of. dele. li.
vi. ad fi. quod intelligite uerū niſi eēt talis iudex cuiꝰ iu
riſditio poſſit tacite prorogari cōparēdo corā eo. ḋ quo
ponit panoꝛ. in. c. ſignificaſti. ē. de foro cōpe. ⁊ i. c. p. ⁊
g. ē. de offi. dele. nā tūc p citationē cui nō ē oppoſitum
prorogatur iuriſditio ⁊ preuētio inducitur qꝛ nō fuit iuſ
ditio ex toto nulla. imo ualida exquo pars nō opponit
ita panoꝛ. hic. Nota ultimo ex glo. ꝙ p citationē fcāꝫ
corā iudice incōpetēti nō interrūpitur p̄ſcriptio faciūt q̄
habēt̄ in. d. l. ſi pater. ⁊ ibi ēt glo. ⁊ ēt in. l. accuſaturꝰ
ff. de adult. in autētica offeratur. C. ḋ lit. cōte. Tamē
pro clariori intelligētia dicite qualiter interrūpatur p̄ſcri
ptio per actū iudicialē. aut ē talis p̄ſcriptio que ad inter
ruptionē requirit lit. cōte. ꝓut ē preſcriptio longi tempo
ris. ⁊ tūc nec p citationē nullā nec p libellū nullū nec p
lit. cōte. inualidā interrūpetur p̄ſcriptio. l. fi. C. de pre
ſcrip. xxx. uel. xl. anno. ⁊ ibi per Salic. faciūt notata p
bar. i. d. l. accuſaturus. ⁊ i. d. autētica offerat̄. ⁊ in. l. fi. i
prin. ff. de eo p quē fac. er. ⁊ ibi bald. in. l. naturaliter. ⁊
ibi cōiter ſcribētes. ff. de uſucap. in. l. ij. §. ſi rē. ff. ḋ uſu
a. ꝓ emptōe i. l. mariti. §. quinquēniū. ff. de adult. per

ange. i. l. ſ. C. de iudi. in. l. ſicut. C. ḋ p̄ſcrip. xxx. uel. xl.
ann. p cano. i. c. illud. ē. ḋ p̄ſcrip. ⁊ in. d. locis qualiter p
actū iudicialē iterrūpatur p̄ſcriptio. ⁊ i. l. cuꝫ notiſſimi.
§. ſꝫ ſiquis. ⁊ ibi glo. ⁊ alij. C. de preſcrip. xxx. uel. xl. an
no. niſi iſta litis cōteſtatio lꝫ nulla cōſtitueret in mala fiḋ
aduerſariū. puta qꝛ ei ita demōſtratur rē eē alienā ꝙ ḋ
hoc ſit certus. nā illo cāu nō ſolū interrūpitur p̄ſcriptio.
ſed uſqꝫ ad centū annos ſi duraret mala fides impedit̄
⁊ interrūpiturʳ p̄ſcriptio que impeditur ſupueniēte mala
fide regulariter ante cōpletā preſcriptionē. ut habet̄ i. c.
uigilāti ⁊ in. c. ſi diligēti ⁊ in. c. fi. ē. de preſcrip. illa ē glo.
xvi. q. iij. c. i. que uoluit ꝙ litis cōteſtatio ppetuet actum
uſqꝫ ad. c. annos. qḋ uidetur ꝯ̄. l. fi. C. de preſcript. xxx.
uel. xl. anno. ubi ppetuat ſolū uſqꝫ ad. xl. annos. ſed i
telligitur ut predixi. ⁊ ita uolūt hic. d. ant. panoꝛ. ⁊ imo.
lꝫ non allegēt illā glo. Aut loquimur de interrūpēda
p̄ſcriptōe que interrūpitur p citationē ꝓut ē preſcriptio
lōgiſſimi temporiſ. d. l. cū notiſſimi. §. ſꝫ ſiquis. ⁊ tūc re
quiritur citatio ualida ⁊ dato ꝙ libellus eēt ēt ineptꝰ uel
litis cōteſtatio inepta. ⁊ tūc exquo citatio fuit ualida ſuffi
cit ad interruptionē. ita bar. i. d. l. accuſaturus. ⁊ habet̄
i locis pre alle. ſecus ſi citatio fuiſſet inepta ut hac glo. Et
iō p citationē factā corā arbitratore nō iterrūpitur aliq̄
p̄ſcriptio. ita Imo. poſt. d. Ant. in. c. quintanallis i. xv.
fallēcia. i. viiij. col. ē. de iureiu. ⁊ bal. i. l. cū antea. C. de
arbitris. ⁊ ideo circūducto edicto citatorio nō opabit̄ ci
tatio iterruptionē. qꝛ nūdū ē ſortita effectū. bald. in. d.
autētica offeratur. ⁊ i. d. l. fi. in prin. ff. de eo p quē fact.
erit. Et iō citato cōtumace exquo nō accuſat̄ eius contu
macia ⁊ ſic citatio nō ſortitur effectū. l. ꝓperan. §. ⁊ ſi q̄
dē. ⁊ ibi cāus. C. de iudic. Bar. in. l. cōſeraneū. C. qn̄o
⁊ quādo iud. i. l. ſi finita. §. nihil. ff. de dā. iſec. habet̄ in
c. i. de dolo ⁊ cōtu. li. vi. ideo talis citatio nō interrūpet
p̄ſcriptionē. ſecus ē ſi citatio ſortita ē effectū lꝫ poſtea de
ſeratur inſtātia. glo. ē in. l. ij. C. de fruc. ⁊ lit. expen. que
uoluit ꝙ tūc duret effectus iterruptōis. i. d. l. ꝓperan.
§. i. in v. iudicij faciūt notata p bar. i. l. cuꝫ lite mortua.
ff. iudi. ſol. ⁊ p imol. ⁊ alios in. c. cām. que. ē. de teſti. h̄
procedūt qn̄ i uiā actionis aliquid ḋducitur. Sꝫ quid
ſi in uiā exceptōis ⁊ dicite ꝙ ſi exceptio tendit ad eūdem
effectū ad quē tenderet ſi ꝓponeretur actio. puta i exce
ptione ꝯpenſationis ꝙ tūc ſimiliter interrūpit p̄ſcriptōꝫ
ſicut intētatio actionis. glo. ē ⁊ ibi bar. in. l. oēs. ff. ḋ re
gu. iur. ⁊ ēt notauit imol. in. c. ij. ē. de ordi. cog. ſecus ſi
exceptio nō tendet ad eūdē effectū ad quē tēdit actio ſi
ſuper eo intētaretur. puta in exceptōe ſpoliatōnis que
ſolū agit repellere. nō aūt tendit ad cōſequēdū ꝓut tē
deret actio. tunc intentatio iſtius exceptionis nō iterrū
pet p̄ſcriptionē glo. ē in. d. c. ij. ⁊ ibi notat imol. ⁊ ſic con
cordat iſtas cōtrarietates. predicta procedūt niſi ut predi
xi ꝯſtitueret̄ preſcribēs in mala fide qꝛ qn̄ocūqꝫ ꝯſtituat̄
i mala fide interrūpitur preſcriptio ut dixi in prio mem
bro. Glo. in uerbo ante ſentētiā me remiſi in tex. ad
dicta in. c. paſtoralis. ē. eo. Glo. in uerbo ſi dicat ibi
nō prodeſt nūciū premiſiſſe ad ſuperiorē. vult glo. ꝙ p
iſtā decre. ſit ſublatus effectus qui ſequebatur ex deſtina
tione nūcij facti ad curiā per iura allegata i glo. ⁊. c. dilec
ti. ubi vidimꝰ. ē. e. uos dicite aut loqmur ḋ illo effectu ſu
ſpēſiuo iuriſditionis ordiarij donec relatio nuncij ad pa
pam miſſi haberetur quādo deſtinatio nūcij nō fit cauſa
appellatōis ⁊ tunc bene loquitur glo. noſtra. ⁊ faciunt q̄
dixi in euidētialibus aut de effectu deſtinationis nuncij
que ſuccedit loco appellatōis ut. d. c. meminimꝰ. a lega
to in glo. ⁊ faciunt que uidimus in. d. c. dilecti. ⁊ tūc ille
effectus nō eſt in toto ſublatus. nec bene loquitur gl. ꝙ
illa iura ſint correcta qꝛ de tali deſtinatōe nō loquitur
tex. noſter. hoc tamē fatēdū erit ꝙ decre. noſtra ſicut in
appellatōe ab interlocutoria addit formā ꝙ ex rōnabili
cā ⁊ ea expreſſa fieri dꝫ ita hec deſtinatio nūcij per tex.
noſtrū ſuſcipiet formā ⁊ quotiēſcūqꝫ fit loco appellatōis



UVA. BHSC. IyR_025

obſeruet omnē formā que in appellatione requirit. ⁊ iō
dꝫ fieri expreſſa cā rationabili. talis deſtinatio. quia cū dē
ſtinatio nūcij uel itineris arreptio equiparent appella
tōi quādo loco appellationis iterponūtur. d. c. memini
mus ⁊. d. c. dilecti. ius nouū ſupueniēs loquens de vno
caſu pariſicato prout eſt decre. noſtra que loquit de apel
latione. extēditur ad alios caſus pariſicatos. ⁊ ſic ad iter
arreptū loco appellationis. ſubrogatū uel deſtinatione
nūcij ergo oīo cum ſit rationabilis cauſa exprimi debebit
dicendo. d. iudex qꝛ me grauaſtis tali grauamine iter ar
ripio ad curiā uel deſtino talē nūcium ad curiā niſi tale
grauamē emēdaretur. ⁊ faciūt ad predicta que habent
in. l. ſiquis ſeruo perſuauerit. C. de furt. iuncta. l. ut tan
tū. ff. de ſeruo corrup. ⁊ ēt per glo. i. c. conſtitutōꝫ ⁊ i. c.
nō ſolum. de regu. . li. vi. ⁊ in. c. ſi poſtquā circa fi. ⁊ i fi.
de elec. li. vi.     In glo. ibi. ſ. de offi. dele. c. i. nota ꝙ ſi
corāꝫ ordinario fuerit proceſſūꝫ papa nō cōcedit lr̄as de
legationis poſtquā ē ab ordinario preuētus ⁊ ecōtra de
legatus pōt preuenire ordinariū exquo repreſentat pa
pāꝫ. c. ſane cl. ij. ſ. de offi. dele. c. ſtuduiſti. ſ. de of. leg.
Et iō ſicut papa tanquā ubiqꝫ ordinarius. c. cuncta per
mundū. viiij. q. iij. pōt ꝑuenire citando aliū ordinariūꝫ
ita ⁊ eius delegatus ſi prius citauerit dicetur preueniſſe
ordinarium. Aliud habes ex glo. ꝙ proceſſo ad citatōꝫ
ſolū uel ēt ad ulteriora per ordinariū nō ualet poſtea im
petratio delegati facta a papa niſi habita mētione dē ꝓ
ceſſu. ⁊ facit tex. in. c. inter monaſteriū. ſ. ti. i. ⁊ in. c. ij.
ſ. de dolo ⁊ cōtu. ⁊ rōnem ſentit glo. hic. qꝛ exquo ordi
narius citauit uidetur iam ꝑueniſſe iuriſditōem i iſta cā
ideo in dubio papa nō uidetur derogare huic proceſſui.
cepto non mirum ergo ſi debet exprimi de proceſſu.

In ea. in fi. habes ex hac glo. intellectū ad hāc dcre.
qꝛ intelligitur tā de ordinario ꝙ̄ in delegato. ita qd in de
legato attendatur tempus p̄ſūtationis ⁊ citatōis uigore
litterarū facte ad hoc ut ſecūde lr̄e ēt nō faciētes mētōꝫ
de primis tollant primas nō dū p̄ſūtas dūmodo nō ſit
quid imputetur impetrāti ſecūdas lr̄as ꝙ ipſe ipedimē
tū p̄ſtiterit impetrāti primas ⁊ ſic in effectu vult gl. ꝙ. c.
ſinaūt. ⁊. c. plerūqꝫ de reſcrip. ubi ita demū ex negligen
tia primi impetrātis ꝯualeſcūt ſecūde lr̄e ſi negligētia du
rauit anno. itē decre. ceterūꝫ de reſcrip. ubi prīe lr̄e non
excludūtur ꝑ ſecūdas niſi de his faciāt mentōnē. c. ij. ſ.
de dolo ⁊ cōtu. c. bone. j. de cōfir. uti. uel inuti. Oīa iſta
iura ſꝫm hūc intellectūꝫ glo. ſunt correcta per hāc decre.
ut debitus. ⁊ hanc opi. cōiter ubiqꝫ ē ſecuta glo. marie i
c. i. ſ. de reſcrip. Sequitur innoc. in. d. c. ceterū. ⁊ imol.
hic. Panor. hic poſt. d. ant. ⁊ ēt in. d. c. i. reprobat hūc i
tellectū. Mouetur vulgari rōne qꝛ iuriū correctio ē eui
tanda. c. cum expediat de ele. in. vi. nec per ſubauditos
intellectus debēt iura corrigi. glo. in. c. cupiētes. §. ꝙ ſi
per. xx. de elec. li. vi. nec in correctoris habet locum extē
ſio. notat Bar. in autētica quas actiones poſt glo. C. dē
ſacroſan. eccl. ergo cum decre. noſtra de delegato nullā
faciat mentionē nō intelligetur de delegato qꝛ predicta
iura corrigere puta ſine cā quis ſuo iure ꝑriuari non dꝫ
c. ſatis peruerſum. lvi. di. l. ius noſtrū. ff. de reg. iur. er
go prius impetrās etiam preuētus per p̄ſūtationē ſecūdi
reſcripti nō excludetur a ſuo primo. exquo nō ē i culpa.
puta. l. generalis non debet extendi ad corrigēdum. l.
que ſpāliter loquitur. l. ſanctio legū. ff. de pe. imo etiā ſi
uteretur clauſula nō obſtante nō uidetur tollere. l. ſpālē
l. decurionū. C. de ſilenti. li. xij. faciunt notata in. c. i. ⁊
per Bal. in. c. cū ordinē. ſ. de reſcrip. per bar. i extraua
ganti ad repri. in ver. nō obſtante. imo. l. noua ſupueni
ens generaliter loquēs diſtinguitur per antiquā in ſpecie
loquētem. l. ſciendū in prin. ⁊ ibi bar. ff. qui ſatiſd. cog.
iuncta autētica offeratur. C. de lit. conte. l. nam ⁊ poſte
riores. ff. de leg. ergo cū decre. noſtra generaliter loqua
tur. iura autē predicta in ſpecie ñ uidebūtur correcta. d.
iura. imo decretalis noſtra per ea que diſtiguetur ut da

ta negligētiā anni preualeāt ſecūde lr̄e nō obſtāte ꝙ di
cat primas ſe impetraſſe. ⁊ ita intelligatur tex. noſter. ⁊
hunc intellectū ſenſit glo. in. d. c. i. ⁊ ēt Uinc. hic ⁊ refert
panor. tamē hoc mō intelligēdo decre. noſtra parū opa
retur in eo verſi. nō obſtāte ēt ꝙ nō eēt ſacrilegiū dicere
cū exemplificatiue hic ponātur iſta uerba ut ſupra patet i
diuiſione. nō mirūꝫ ergo ſi nouūꝫ miniſteriū iuris non
important. puta inſiſtendo cōtra glo. noſtram. Adducit
aliud fundamētum panor. iura in dubio nō uident tol
lere ius tertij ſicut nec pīceps. l. ij. §. merito. ff. ne quid
in loco publico. c. ſuper eo. ſupra de of. dele. ⁊ facit glo. ⁊
ibi nō. in. l. ij. C. de noxa. ⁊. bonus tex. in. c. cum dilect⁹
⁊ ibi nō. ſ. de conſue. ſed ſi ꝑ decre. noſtrā predicta iura
corrigerētur tolleretur ius primi impetrātis ergo ⁊c̄. pu
ta ſꝫm hoſti. ⁊ alios decre. noſtra nō pōt intelligi in dele
gato quod patet ꝑ verſi. ſaluis in fi. poſitū. nam ſi intel
ligetur in delegato certe exquo delegatus pape rep̄ſūtat
papam. c. ſane. el. ij. ſ. de of. dele. nō eēt neceſſe reſerua
re maiores cās prout reſeruat tex. qꝛ ſatis dicātur ad ſe
dem apoſtolicā referri exquo referūtur ad delegatū ei⁹.
puta ꝑ p̄ſūtationē lr̄aruꝫ ſecūdaꝝ emanata citatōe exclu
dantur prime iſtud iducitur uigore cuiuſdā preuētionis
iuriſditionis prout vult glo. hic in uerbo aſſignare qua
ſi uideatur ſecūdus delegatus preueniſſe primū in iuriſ
ditōe ſicut in. c. pe. ſupra de foro cōpe. Sꝫ preuētio non
operat niſi data paritate poteſtatis ⁊ iuriſditōis qꝛ am
bo iudices habeāt ptātem ſꝫ preuētōe alterius iuriſditō
impeditur. d. c. pe. ⁊. c. duobus. de reſcrip. li. vi. Sꝫ da
tis delegatis per primas lr̄as. deide alijs ꝑ ſecūdas oēs
iſti iudices nō habēt ptātem. nā aut ſecūde reuocāt pri
mas ⁊ iuriſditio ē penes ſecūdos iudices. c. audita. ſ. dē
reſti. ſpol. ⁊. d. c. ceterū aut ſecūde nō reuocant primas
⁊ iuriſditio eſt penes primos. nō autē ſecundos iudices
ergo nullo pacto pōt hic cauſari preuētio. Adducit tex.
noſtrum in princ. ſecūde ꝑtis ibi ſtatuimus ⁊c̄. nā pre
ſupponit tex. cōuentionē fuiſſe factā corā eodē iudice ad
hoc ut lr̄e nō p̄ſūtate excludātur. ſꝫ delegatus ꝑ ſecūdas
lr̄as nō faciētes mētionē de primis nullā habēt iuriſditō
nem. d. c. ceterū. ⁊. d. c. ij. uel ſaltem elidibilē hꝫ exceptō
nem ſed qui pōt repelli exceptione nō dicitur idone⁹ gl.
in. c. i. j. de conſang. ⁊ affi. in. c. i. j. de teſti. in. §. iteꝫ uer
borum inſti. de uerbo. ob. in. c. at ſi clerici. in uerbo legi
tima. ⁊ ibi dixi. ſ. de iudi. ergo nullo pacto tex. nr̄ poteſt
loqui de conuētōe facta corā iudicibus per ſecūdas lr̄as
datis nō faciētes mētionē de primis qꝛ nō ſunt idonei ⁊
facit tex. in. l. ſi dari. ff. de uer. ob. ubi ꝙ per exceptiōeꝫ
pōt elidi nō uidet deberi. verū mortali urgemur ab ho
ſte mortales nobis totidē anime.     Ol. opi. pōt ſuſten
tari ⁊ moueor. nam reſcriptū antequā p̄ſūtetur dicit pro
prium ipſius ipetrātis. Inn. ⁊ ibi alij i. c. ex ꝯqueſtōe. ſ.
de reſt. ſpo. ⁊ pōt impetrās ei renūciare ex p̄ſſe ēt inuito
aduerſario ut nō. i. d. c. ex ꝯqueſtōe ſꝫ quo ad abdicādū
ius ſuū a pari ꝓcedūt exp̄ſſa renūciatio ⁊ tacita de. gr̄e.
de reſcrip. Prim⁹ aūt ipetrās exquo ñ p̄ſūtauit reſcriptū
iudici nō dū uidet q̄ſiſſe irreuocabiliter iudici ptātem. i
mo nullā. c. ſuꝑ eo el. ij. ſ. eo. ergo ex tacita eius negli
gētia ⁊ a iure ꝓſumpta uidebit renūciaſſe primis lr̄is. ⁊
iō cōuētus corā iudice ſecūdaꝝ lr̄aꝝ uidebit ꝑuētus ⁊ ta
cite renūciaſſe ſuis lr̄is ſicut ēt uidemus ꝙ habēs iudicē
ordinariū ſi corā eo ꝑueniat aduerſariū dn̄ excludit de
legatū ipetratū ab aduerſario quaſi ſua negligētia ille
uideatur ſuis lr̄is renūciare. nā alias nō eēt poſſibile pre
uētionē iduci niſi ꝑꝑ ꝓſumptā negligētiā aduerſarij ui
deretur exquo preuenit corā ordinario tacite renūciare
ſuis lr̄is ut vult tex. noſter. ⁊ patet nam papa delegādo
cām uidet eaꝫ auocare a quocūqꝫ ordinario. Inno. i. c.
cū. M. ferrarien. ad fi. ſ. de cōſti. ⁊ talis auocatio ꝑuat
ordinariū iuriſditōe. c. ut noſtrū. ⁊ ibi uidimus. ſ. eo. ⁊
tamē impetrato delegato ꝑ aduerſariū lꝫ uideat auoca
ta ptās ab ordiario pōt corā ordinario iduci ꝑuētio ⁊ ex

UVA. BHSC. IyR_025

cludetur delegatus ergo de neceſſitate dicēdum ē ꝙ per
hāc preuētionē inducitur tacita renūciatio reſcripti. alˀs
preuentio nō procederet cū ordinarius nō hēret iuriſdi
tionē ⁊ per hoc fundamētū ꝫ tollūtur ferme oīa ꝯria. qꝛ
dū dicitur nō dꝫ induci legū ꝫ correctio uerū ē ubi euitari
pōt. ſed h̄ eadē rō ē in delegato que in ordinario. ſ. ꝓſū
pta negligētia ergo ⁊c̄. Et ita tollitur. l. nā ⁊ poſterio
res. ⁊. l. ſciēn. qꝛ uerū ē ꝙ. l. generaliter loquēs diſtingui
tur ꝑ aliā ꝫ in ſpē loquēte ſi ratio. l. hoc patiatur. ſed rō
ē generalis nec patitur diſtinctōē ꝫ ergo ⁊c̄. Et ita ēt
tollitur arg. dum dicit ꝙ preuētio preſupponit i utroqꝫ
iudice poteſtatem. Sed ſecundus delegatus non habet
poteſtatem niſi fiat mentio de primis qꝛ negatur parte
negligēte prias. tūc. n. eis uideť renunciare ⁊ ſecūde ua
lebunt. qꝛ perinde eſt ac ſi prime non ſunt impetrate ex
quo nō ē uſus. Et ſimiliter tollitur arg. de tex. noſtro.
dū ꝫ ponderatur ibi corā ꝫ idoneo iudice in uer. ſtatim⁹.
Nō obſtat tex. ibi ſaluis qꝛ ut dixi in tex. hꝫ duos in
tellectus p̄io ut referatur ad ea uerba ſiquis corā ido
neo iudice cōuenerit ⁊c̄. corā ꝫ illo proſequať ⁊ tūc milita
ret cōtrariū. habet aliū intellectū ut referatur ad tex. ibi
rōnabili quaſi uelit ꝙ in maioribus cāis pōt ad papam
appellari ſine rōnabili cā ⁊ tūc nihil obſtat. Hoſti. hic
poſt uincē. dat aliū intellectū ad tex. noſtrū ꝙ intelligať
ſolū corā ordinario ut ſit ſenſus ꝙ cōuētus corā ordina
rio nō poſſit declinare iuriſditōē ꝫ eius dicēdo ꝙ nūciū ꝫ
deſtinauit ad curiā aut lr̄as impetrauit quaſi ꝑ citatōē ꝫ
corā ordinario factā uideať ꝓuētus. ⁊ pro hac ꝑte poſſūt
adduci fundamēta. ſ̄. adducta cōtra glo. Sed ut dixi ea
dem uideť eē ratio in delegato que in ordiario. ergo ea
dem erit iuris diſpoſitio. c. inter corporalia. ſ̄. de trāſla.
prela. l. illud. ff. ad. l. acquil. Alius fuit intellectus go
fre. hic quē refert Archi. in. c. eius. ij. q. vi. cui multū ap
plaudet lr̄a ꝙ hic papa noluit determinare an ꝑ citatōē ꝫ
corā ordinario uel delegato factā inducatur ꝓuētio. ſꝫ ue
lit dare formā qualiter conuētus corā ꝫ iudice aliquo poſ
ſit declinare iuriſditōem eius tuēdo ſe uel qꝛ deſtinauit
nūciū ad papam uel qꝛ impetrauit lr̄as ſuꝑ illa cā ⁊ deter
minat huiuſmodi declinatoria nō obſtāte niſi hec forma
fuerit obſeruata ꝙ priuſquā opponat exceptionē p̄ntet
litteras ipis iudicibus ad quos deferūtur. ⁊ tūc oppone
re poſſit de lr̄is qꝛ ex quo eis uſus ē p̄ntando nō uidetur
calūnioſe opponere ſꝫ rōnabiliter. iō exēplificatiue papa
hic poſuit hūc verſi. nō obſtante ⁊c. Ad declarādum ꝙ
hec exceptio qn̄qꝫ ē calūnioſa. ſ. lr̄is nō p̄ntatis. ⁊ ꝑpea
ſi nō admittať nō ſit rōnabilis cā appellādi. Quādoqꝫ ē
iuſta. ſ. litteris p̄ntatis qꝛ tūc uidetur uelle ſtare iuri. Et
purgat calūniā. ſed declinatoriā uideť opponere ne pri
uetur cōmodo ſui reſcripti. ⁊ hūc intellectū refert h̄ Io.
an. ⁊ tranſit. ⁊ ēt. d. anto. approbat. ⁊. d. anto. ⁊ panor.
in. c. i. ſ̄. de reſcrip. ⁊ dicit. d. anto. in. c. ſane el p̄io. ſ̄. ꝺ
offi. dele. ꝙ hec decretalis ēt hꝫ locū qn̄ īpetrata fuerūt
duo reſcripta ſub eādē data. Panor. aūt hic hūc intelle
ctū Gofr. reſtringit in ordiario tantū ꝓcedere uel ēt i de
legato dato ꝑ ſecūdas faciētes mētionē de primis. uľ da
to ꝑ ſecūdas cū lis moueatur lapſo anno ⁊ ſic i delegato
idoneo. Alias aūt nō vult iſtū intellectum procedere ad
tex. ꝑ fundamēta que. ſ̄. ꝯ glo. feci. Sꝫ nō uideo retēta
ſua opi. ꝙ ſecūde lr̄e nō dent iuriſditōē ꝫ niſi faciāt men
tionē de primis. nec preuētio ꝑꝑ eas cauſari poſſit quo
nam pacto tex. noſter poſſit uerificari i delegato. nec ui
deo quis erit iſte delegatus idoneus. nam ſi intelligim⁹
idoneū. ſ. datū ꝑ ſecūdas reuocātes primas certe fruſtra
opponitur declinatoria ꝺ primis ſiue prius p̄ntate fuerit
ſiue nō ſi intelligimus de delegato idoneo. i. dato per ſe
cūdas mentōē ꝫ faciētes de primis caſu quo primo impe
trās fuerit negligēs per annū ut in. c. plerūqꝫ. ſ̄. de re
ſcrip. ⁊ tūc ēt nō pōt opponi de primis. unde retēta ſua
opi. pro uera nullo pacto uideo ꝙ ſit dare delegatū ido
neū corā quo poſſit uerificari forma tex. noſtri. unde di

ſputatiue uidetur melior opi. glo. Glo. in uerbo aſſi
gnare in ſi. nō glo. qꝛ corrigit dicta in glo. in uerbo dele
gato. Itē declarat dicta in ambiguo in gl. in uerbo ſi di
cat in fi. ⁊ vult ꝙ ſola ꝓſentatio litterarū nō inducat pre
uētionē iuriſdictionis i delegato ſꝫ requiratur citatio. ⁊
cū gl. trāſit hic inno. ⁊ panor. Do. anto. dicit ꝙ hoc eſt
uiolare litterā que ſolū ponderat ꝙ fuerint aſſignate ꝺ
legato. ergo n̄ requireť citatio. Imol. dicit opi. do. ant.
in iure eē ueriorem. ſed ꝓpter auctoritates nō eē recedē
dum a p̄ia nō poſſū ꝫ mihi ꝑſuadere ꝙ. d. anto. uelit ꝯ
riū ꝫ ꝙ vult glo. in dicto. ſ. ꝙ in delegato iducatur preuē
tio iuriſditōis ſola p̄ntatōe litterarū ſine citatione. quia
hoc eēt nimis abſurdū. nam ſi in ordinario cuius iuriſ
ditio eſt fauorabilis glo. in. c. i. de reſcrip. li. vi. in cle. ij.
de offi. or. hētur in. c. ad hec. ſ̄. de reſcript. ad preuētio
nem requiriť citatio. d. c. pe. ergo multo magis in dele
gato cuius iuriſditio ē extraordinaria ⁊ odioſa dictis iuri
bus faciūt que habētur in. c. gratū ⁊ in. c. relatū. ⁊ in. c.
licet undiqꝫ ſm̄ cōem opi. ſ̄. de offi. dele. nā ad approp̄
andū iuriſditionē delegato ſaltē requiritur citatio. ergo
ita ad appropriādū ⁊ ꝓueniēdū iuriſditionem alterius.
Sꝫ. d. Anto. loquitur quo ad intellectū tex. noſtri ꝙ nō
requiritur citatio ſed ſufficit p̄ntatio quo ad implēdū for
mā ꝫ Gof. ut poſſit opponi in uiā ꝫ declinatorie ꝺ impetra
tione lr̄arū ꝫ ꝙ tūc ſufficiat p̄ntatio quaſi tūc eēt calūnia.
Gl. in uerbo ex rōnabili habes p̄io ex gl. qualiter iu
dex a quo debebit diſcutere an appellatio ſit rōnabiľ an
uero nō. nā ſi nō defert appellatōi iuſte puniť. c. ꝺ p̄io
re. ⁊ ibi uidimus. ſ̄. eo. ſi aūt defert appellationi friuole
puniť. c. ſunt quorū. verſi. ſꝫ ſi quis. ij. q. vi. nō. in. d. c.
cū appellatōibus eo. ti. li. vi. iō diſcutere dꝫ quid agat
an ꝺferat uel ne. tn̄ i delatōe nō hꝫ neceſſe exp̄mere cā ꝫ
ſpecificā quare deferat neqꝫ quare neget. ſꝫ ſatis ē dicere
qꝛ friuola uel do reuerētiales uel defero qꝛ iuſta. Gemi.
i. c. cū appellatōib⁹ i p̄i. ⁊ faciūt q̄ h̄ntur i. c. cordi. e. ti.
li. vi. Sꝫ alti⁹ repetēdo dicite aut ꝯ appellātē ē ius cōe.
puta qꝛ uer⁹ ꝯtumax appellat ꝙ nō pōt de. ſi ari. de do.
⁊ ꝯtu. tūc ſine alia cognitōe pōt reijcere. ſi tn̄ allegar ꝫ iu
ſtū ipedimētū tūc iudex ēt abſente appellato pōt recipe
re iformatōes ⁊ tp̄s ꝓfigere ad illas faciēdas ſuꝑ ipedi
mēto quib⁹ factis admittet appellātē. Inn. i. c. paſtoraľ
§. p̄terea ꝺ of. dele. faciūt q̄ h̄ntur i. l. i. C. quorū ap. nō
recip. iō pōt dicere nō admitto appellatōē ꝫ tuā niſi intra
tale tp̄s me iformaueris ꝺ ipedimēto. Idē ꝺ alijs ubi re
gulariť ꝓhibeť appellatio ⁊ ꝑmittiť ſolū ex aliqua cā. c.
romana. §. ſinaūt. e. ti. li. vi. Aut i ſexto ius cōe ē ꝑ ap
pellāte ⁊ dꝫ iudex ſtatiꝫ deferre. l. qn̄ milites. C. c. ēt ſi
appellat⁹ obijciat aliquid ꝑꝑ quod dicat nō poſſe appel
lari. puta qꝛ dicat ꝙ habuit certā noticiā de citať. uel fe
cit pactū ꝺ nō appellādo. nā h̄ iudex a quo remittet ad
iudicē ad quē cognoſcēdū. nā i dubio dꝫ deferre ut dixi i
c. ad noſtrū. ⁊ i. c. ex ratōe i euidētialib⁹ ⁊ i Rica. ſ̄. c. i
iterlocutoria tn̄ iudex a quo ſemper dꝫ acta ꝯſiderare ⁊
cā ꝫ appellatōis uidere ſi ex actis ſit ūificata ⁊ rōnabilis.
ut vult hec gl. ⁊ ſtatiꝫ dicā. ita ēt dꝫ facere iudex ad quē ꝫ
circa appellationē ab interlocutoria. nā dꝫ rimari acta ꝑ̄
terita corā iudice a quo ⁊ ex illis cognoſcet an fuerit iu
ſte appellatū an male de. appellāri. c. In appellatōe ue
ro a diffinitiua ſi ꝯ appellātē ē ius cōe tūc iudex ꝑte uo
cata cū agatur ꝺ magno ꝑiudicio diſcutiet an appellans
hꝫ iuſtā cām appellādi qꝛ ſit in aliquo caſu excepto. d. §.
ſinaūt. d. l. i. C. quorū ap. Si ius cōe ē pro appellāte iu
dex pōt ꝓnūciare appellationē recipiēdā niſi appellatuſ
icōtinēti offerat ꝓbationē ⁊ ꝓbet ꝯriū. l. nam ⁊ poſtea
in prin. ff. de iureiurā. ita Ange de aretio i. l. ſciēdū. ff.
de appel. reci. Secūdo ex gl. habetis ꝙ cū conſilio pe
ritorū dꝫ iudex iudicare an appellatio ſit rōnabilis an
nō. Et iō infert hic. d. anto. notabiľr ſignādo glo. ꝙ i ar
bitrarijs iudex ſuū ꝫ arbitriū dꝫ ferre cū cōſilio peritorum
allegat notata i. c. ne initaris. ſ̄. de cōſti. imo cogitur pe



UVA. BHSC. IyR_025

tere conſiliū a peritis parte petēte ⁊ ſi noluerit petere po
terit appellari ſm.d.anto.allegat Spec.eo.ti.§.nūc di
ceñ.verſi.primo.qui tm̄ refert opi. Panor.hic dicit ꝙ lʒ
ḋ honeſtate iudex debeat hoc facere facit.l.ꝓxime.⁊ ibi
nōt bar.ff.de his que ī teſtamēto delē.quod nōt albr.in
l.humanū.C.de legi.tm̄ ḋ neceſſitate nō habet hoc face
re.nā iudex bñ pōt ſm ſuū itellectū iudicare ⁊ interpetra
ri leges corā ſe adductas. Inno.in.c.cū ſpeciali.j.eo.et
tex.i.l.i.C.de profeſſ.et med.qui in vrbe ꝯſtāti.faciūt
nōta i.l.i.⁊ i.l.cū de nouo.C.de legi.⁊ i.c.i.ꝑ Panor.
⁊ glo.ſ̄.de poſtul.prel.ergo nō cogeť ꝯſiliū aliūde cape
re.nec poterit appellari ſi ñ faciat.fač.l.qualē.ff.ḋ arb.
⁊ dicit hic.D.an.notādū ex iſta glo.ꝙ ſi ꝯmittiť aliquid
iudici expediendū ut ſibi videbiť intelligeť tñ habito ꝯſi
lio peritorū ita etiaʒ.d.Ant.in.c.i.in.viij.col.ḋ ꝯſtitu
tio.licet ang.videtur concludere contrarium in conſilio
ſuo.clxxxi. Tertio habes ex glo.ꝙ ī dubio iudex de
bet deferre appellationi.facit ꝙ voluit bal.i.l.ꝓperañ.
§.ſinañt vtraqʒ.C.de iudic.⁊ ſequūtur hic omēs.⁊ ita
Jo.an.hic bal.i.c.i.de reſcrip.i.c.paſtoralis.§.ꝑterea
de offi.del. Bal.i addi.ad Spec.col.viij.eo.ti.ḋ appel.
⁊ nōt paulus de caſtro.i.l.i.ff.ſi quis cau.qꝛ in dubio fa
uemus dc̄e iſtantie ⁊ ī dubio iudicamꝰ quod iudex detu
lerit appellationi ⁊ dederit reuerētiales.bal.i.l.appella
tione.C.eo.io.mo.i.c.i.eo.li.vj.i principio.⁊ faciūt q̄
ſ̄.dixi in rubrica.e.nec ſimplex admiſſio habet uiʒ dela
tionis. Ita io.an.⁊ gemi.in.c.cū appellationibus.§.ſi
uero.eo.li.vi.ſicut nec ſimplex receptio niſi aliud ꝑ uer
ba apareat. Gemi.in.d.c.cordi.§.in quibus.eo.li.vi.
nec ēt ſi appellatione interpoſita tacet uel differt ꝓcedeť
uidetur deferre.c.meminimus ibi Jo.an.de accuſa.pe.
de ancha.in.d.c.cum appellatōibus. Ultimo nō gl.
ꝙ ab interlocutoria debet appellari in ſcriptis.d.c.cor
di.eo.ti.li.vi.⁊ ſic licet illa decre.loquatur de appella
tionibus ad papā interpoſitis uidetis gl.extēdentē ad
quaſcūqʒ alias appellatōes ⁊ ſequūtur doc. Glo.in v̄
bo rōnabiliter in fi.habes ex glo.ꝙ licet iudex ñ debeat
recuſari ſuſpectus niſi iuſta precedēte cā.c.ij.requiris.
⁊.c.poſtremo.ſ̄.eo.tamē ex quo appellatū ē ab eo ñ di
citur iuſta cā ſuſpitōis ſi pronūciatū ē appellationeʒ eſſe
iiuſtā de quo dixi in.c.ad hec el primo.ſ̄.eo.ſimilis
gl.ē in.c.cū appellationibus.§.ſi uero quā ibi ponde
rat gemi.in uerbo refutari. Aliud habes ex gl.ꝙ ꝓ
pter inimicitias uel aliā ſuſpitionē mea culpa natas nō
poſſum aduerſariū recuſare ī iudicē qḋ ſequūtur Gof.
⁊ io and.hic per tex.in.l.itaqʒ fullo.ff.de fur.ubi ex ī
probitate ſua quis nō dʒ ſentire cōmodū per tex.in.l.ſi
mulier in prin.ff.ꝙ met.cā.ubi ſi liberta ingrata aduer
ſus patronū timēs ne reuocetur in ſeruitutē aliquid de
derit patrono nō uidetur metu dediſſe nec hʒ locum re
mediū illiuſ edicti ꝙ met.cā. In cōtrariū tenēt hic
do.an.panor.⁊ imol.mouētur primo ꝑ dictū innoc.i.c.
cum i ⁊ a.ſ̄.ti.i.ubi teſtis ꝓꝑ inimicitias repelliť nec
cōſideratur unde ꝓueniūt inimicitie nec an cā illius ꝯ
quē ꝯponūt generate ſint inimicitie faciūt que habētur
i.c.cū oporteat.j.de accuſa. Et de hoc in iudice uolu
it archid.i.c.ſtatutū.§.cū aūt de reſcrip.li.vi.facit gl.
in ſimili in.c.imputari de reg.iu.⁊ ꝙ notatur maxime
ꝑ bar.i.l.ii.§.fi.ff.ſi quis cau. Secūdo adducitur tex.
i.c.qꝛ diuerſitatē.j.de cōceſ.prebē.ubi impedimētū ēt
culpa impediti ꝓueniēs tamē excuſat aduerſus reme
dia que ſūt cōtra naturalē equitatē puta curſū tempo
riſ.ad id adducitur tex.in.c.cū inter.ſ̄.de excep.ubi ex
cōicato ⁊ ſic ei qui ē ī culpa tamē naturali equitate ſuc
curriť. Adducitur tex.in.l.nec timore.§.i.ff.ꝙ met.
cā ubi ēt ſi culpa mea dedi cām edicto ⁊ inde aliquid ti
mēs ſolui vel ꝓmiſi diciť metu factū.⁊ ē tex.in.c.ueni
ens.j.de ſpon.⁊ ibi notatur. Nō obſtat tex.in.l.ita
qʒ fullo qꝛ ñ loquiť ī remedio cāto ex nāli equitate.ſed
loquiť in remedio iuris poſitiui ſcilʒ in formali actōe

uterque fundatur ſuꝑ intereſſe ſʒ nō pōt ꝑtendere in
tereſſe in re furtiua.nō mirū ſi nō agit actōe furti ut ibi.
unde uidemuſ ꝙ naturale remediū tamē furi nō negať
ſcilʒ auocare poſſeſſionē rei furtiue.l.i.in fi.⁊.l.ij.ff.de
condi.furt. Et notatur in.d.l.itaqʒ.⁊ ꝑ panor.in.c.in
litteris.ſ̄.de reſt.ſpo. Nō ob.l.ſi mulier qꝛ ſoluit imol.
ꝙ loquitur ī eo qui habebat metū ⁊ eiꝰ de iure noceri po
terat.unde nō reuocat tanquā metu factū.ſecus ē in ca
ſu noſtro qꝛ loquimur quādo ſuſpitō ē de iniuſticia ⁊ fa
cit pro hac opi.tex.ſingularis in.l.fi.§.fi.ff.ꝙ met.cā.
ubi coactuſ a iudice ꝑ impreſſionē ſoluere debitū ñ repe
tit ꝙ ſoluit actōe ꝙ met.cā.qꝛ oīo ad id tenebatur. pa
nor.hic dicit glo.noſtrā cum ſequacibus poſſe ſaluari ī
cāu ſuo.ſ.quādo allegať iudex ſuſpectus qꝛ ab eo ē ap
pellatū ⁊ friuole.nam tūc cū friuole appellās ſit ipē ī cul
pa nō autē iudex nō poterit recuſari iudex cū nō ſubſit
cā.⁊ hoc fateť ēt imol.uerū niſi appareret iudicē multū
iratum cōtra appellantē ꝓꝑ friuolā appellatōeʒ qꝛ tunc
poſſet recuſari ⁊ dictū ē in.d.c.ad hec. Glo.in uerbo
in expenſis in fi.habes ex glo.ꝙ generaliter ⁊ idiſtincte
appellās qui ſuccubuit uenit cōdēnādus in expenſis.fa
cit.l.cos.§.ne temere.C.eo.⁊ rōnē differētie quare in
diſtincte ſuccūbens in appellatōe cōdēnetur in expenſ.
In prima autē inſtātia ſuccūbens ita demū cōdemnať ſi
calūnia adſit uel temeritas.c.calūniaʒ.j.de pen poſuit
glo.in regula iuris ignorātia de reg.iur.li.vi.⁊ hoc ī.d.
c.finē litibus. Pe.de ancha.in.d.c.cordi.in fi.eo.li.vi.
Jo.tamē an.uoluit hic poſt Pe.de ſanx.⁊ ſequitur.d.
anto.ꝙ ſi appellās haberet iuſtā excuſationē quare ap
pellauit.puta qꝛ fretus ēt ſingulari opi.unius ex docto.
ſcribētibus appellauit excuſeť ab expēſis ⁊ faciunt nota
ta ꝑ bar.in.l.i bonorū.ff.de bo.poſ.ti.generali.ubi de
dicto doctoris ꝙ excuſet.⁊ ꝑ ang.in.l.terminato.C.de
fruc.⁊ lit.expē.per cardi.in cle.fi.de reſcript.in cle.ne
romani circa prin.⁊ ibi Pe.de ancha.⁊ imol.de elec.ꝑ
panor in.c.i.in.vij.col.ſ̄.de poſtu.prela. Do.anto.in
c.fi.de dolo ⁊ cōtu. Panor.in.c.calūniā.de penis qḋ in
telligit hic imol.verū niſi illa ſingularis opi.eēt ꝯ cōem:
nam peccās cōtra cōes opi.uerſatur in errore iuris.bar
to.in.l.cum prolatis.ff.de re iudi.in.l.ſi.C.ḋ pen.iud.
qui temere iud. Ange.in.l.qui rome §.duo fratres.ff.
de uerb.ob.bonus tex.⁊ ibi.d.anto.in.c.i.in verſic.un
gatur.ſ̄.de ſacra unct.notat.d.anto.ſ̄.ī ſubſcriptōe hu
ius uoluminis gregoriani.⁊ in.c.ex lr̄is.j.de ſponſa.
⁊ imol.in.d.cle.ne romani. Panor.in.d.c.finem liti
bus tenet ꝯriū qꝛ ēt ſingularis opi.excuſat ꝯ cōem opi.
dūmō ſit ſuffulta aliqua bona rōne.⁊ ꝓ illa opi.ē bonꝰ
tex.in.l.ij.§.ſed neqʒ.C.de uete.iur.enucl.uoluit Jo.
an.⁊ ibi panor.in.c.i.ſ̄.de cōſti. Et ibi Pe.de ancha.ī
repe.in.xvi.col.ubi ꝑ illū tex.dixerūt ꝙ ſi doctor ſubtiľ
ingenij aliqua bona rōne nō vult adherere cōi opi.tñ
nō facit litē ſuā ⁊ facit tex.in.c.capellanuſ.ſ̄.de fer.⁊ ibi
panor. Habes aliud ex glo.ꝙ pena temere litigantiſ
ē cōdēnatio in expēſis.⁊ ideo dixit panor.ꝙ alia pena
nō punietur moueť ꝑ tex.⁊ ibi ēt aliquid dixi ī.c.ij.ſ̄.
eo.ubi ſolū rep̄hēditur temere appellās ī.c.repre.hēſibi
lis.ſ̄.eo.ubi ſolū cōdēnatur ī expēſis.⁊ ēt ꝑ tex.nr̄um
ex quo ergo pluries de temere appellāte canones repe
tūtur nec aliā penā quā expēſarū reperiūt cuʒ iuſ miniſte
rio uidētur uelle recedere a penis legalibus de quibꝰ.j.
iuxta notata ꝑ glo.ī ſimili in cle.i.in uerbo dioceſanis.
de iure patro.in.c.ut circa de elec.li.vi.ꝓut facit ꝙ no
tat glo.in ſimili in.c.i.in glo.magna de reb.ec.nō alie.
li.vi.ubi lʒ a iure ciuili certa forma īponať alienationi re
rū eccleſie ꝑ autēticā hoc ius porrectū.C.de ſacroſanc.
ec.⁊ illa autētica ſit canonizata.x.q.ij.c.hoc ius.tñ cum
ſpāliter canones aliter dicāt nec eā formā repetāt ſʒ mīo
rem uidētur recedere a legali ſolēnitate.c.ſine exceptiōe
xij.q.ij.⁊ hāc opi.tenuit glo.in.l.i.ff.quis ⁊ a quo ⁊ ēt
tenuit ſpe.eo.ti.§.nūc uidēdū.verſi.dic ergo. Jo.

UVA. BHSC. IyR_025

lan. hic. ⁊ ſequūtur alij tenet cōtrariā opi. ꝙ imo habēt
ocū pene legales. ſ. pena quīqgita librarū auri in teme
re appellāte in ciuilibus. l. ab executore. C. quoꝝ appel.
⁊ pena infamie i crimīalibus. l. a ꝓcōſulibus. C. e. ⁊ ꝓ
hac opi. facit glo. in. c. i. ſ. de dolo ⁊ cōtu. ubi in reb⁹ ꝑ
natorum bn̄ hꝫ locū pena. l. ſiquis in ꝯtantā ꝯ iure cano
nico facit. c. i. j. de ope. no. nūc. Glo. in v̄bo alioquin
in fi. habes p̄io ex glo. ſm imol. hic ꝙ iudex ad quem
de neceſſitate ubi denūciat male appellatū dꝫ remittere
ad iudicē a quo ipum appellantē. ⁊ ſic dicit ipe uelle gl.
ꝙ nō ſufficiat ꝓnūciare male appellatū ſꝫ requirat ꝙ
ulterius uerbo pronūciet ꝙ remittit eū ad iudicē a quo.
⁊ ſic intelligit tex. noſtrū remittat uerbo expreſſo qd̄ di
cit eē quādo iudex a quo detuliſſet appellatōi. ſecus ſi n̄
detuliſſet. nā quādo nō detulit uidet iudex a quo aſſere
re appellationē iniuſtā ⁊ ꝑſiſtere in ꝓpoſito cōſeruādi iu
riſditionē ſuā ſed ea nō pōt uti q̄ ſuſpenditur ꝑ appella
tionē. c. ſuper eo el. i. ſ. eo. Et ideo cū nūc appellatio
pronūciatur iniuſta tollitur impedimētū. ergo abſqꝫ alia
remiſſione poterit ꝓcedere. imo fortius poterit ēt proce
dere hoc caſu licet inhibitio pēdēte appellatōe fuiſſet ei
facta ne procederet q̄ inhibitio cū ſit acceſſoria ad appel
lationē ſuccedit regula acceſſoriū de reg. iur. li. vi. ꝙ de
ficiēte appellatōe corruet inhibitio abſqꝫ alio. rota deciſ.
cxxxviij. incip. itē ſi appellet ⁊. ſ. dixi in tex. Habes
ſecūdo ex glo. iūcto tex. ꝙ ubi ē male appellatū dꝫ fieri
de neceſſitate remiſſio. qd̄ intelligite uerū niſi iudex a q°
detuliſſet appellationi. q̄ tūc licet poſſit iudex ad quem
remittere ſi uelit nō tamē cogitur. c. cū appellatōib⁹. eo.
ti. li. vi. Habes ēt ex glo. ꝙ iudex ad quē ubi pronun
ciauit bn̄ appellatū pōt poſtea i principali ꝓcedere. ⁊ in
telligite ēt ſi ſit delegatus. ita. d. anto. hic. imol. in. l. iu
dex. ff. de re iudi. Do. anto. in. c. olim de excep. Gemi. i
c. i. §. poſt hec. eo. li. vi. de quo. j. Et ſic habes unuꝫ
cāum in quo negociū principale deuoluitur ad iudicē ad
quē. Alius ēt additur cāus per. d. anto. ⁊ alios ꝯ cōi
cōſenſu partiuꝫ ēt ꝑtermiſſo appellatōis articulo. tex. ē
in. c. i. eo. ti. li. vi. qui lꝫ loquatur in appellatōe ad papā
interpoſita tamē idēptitate rōnis extēditur ēt ad alias
appellatōes ſm doc. hic. faciūt notata cōiter ꝑ doc. ibi ⁊
maxime in glo. in uerbo delatuꝫ facit in ſimili glo. ꝟ ſu
per uerbo irrationabili. de quo ēt ꝑ do. ant. in. c. pe. ſ.
de offi. dele. Alius ēt additur caſus appellato tamē
cōſentiēte ēt inuito appellāte. nā pōt appellatus petere
ut omiſſo articulo appellatōis ꝓcedatur ſuꝑ principali
ut ſumptibus ⁊ litibus parcatur idemptitate rōis illi°. c.
i. in fi. ita ibi notat ⁊ hic cōiter nec poterit appellās ꝯdi
cere. nā exquo appellādo uidet elegiſſe illū in iudicē ⁊ re
cedere uelle a iudice a quo nō poterit eū recuſare i iudi
cē in negocio principali ſi appellatus uoluerit. c. ſuꝑ qd̄
nū. §. cum aūt in arg. ſ. de offi. dele. autēntica ⁊ cōſequē
ter. C. de ſnījs ⁊ interlo. om. iud. c. cuius in agendo. iij.
q. viij. ⁊. c. i. ſ. de mut. pe. qd̄ intelligūt doc. uerū ſi eſſet
talis iudex qui poſſet adiri per querellam. ⁊ ſic citra re
medium appellationis. nam tunc poterit cognoſcere
Appellato volēte vl vtroqꝫ de negocio principali. ⁊ ita
loquit i. d. c. i. Et iō idē erit i legato. c. i. ſ. de offi. leg.
In archiepō aūt nō ꝓcedet. q̄ cū i cauſis ſubditoꝝ ſuoꝝ
ſuffraganeorū habeat poteſtatē ſolū ꝑ appellationē ⁊ i
alijs caſib⁹ tm̄ in iure expreſſis. c. i. de for. ꝯp. li. vj. c. ro
mana eo. ti. li. vj. c. paſtoralis. in p̄cipio. ſ. ꝯ offi. ord.
ſi fuit adit⁹ ꝑ appellationē archiepus nō poterit i nego
tio principali ēt de ꝯſenſu appellātis ⁊ appellati ꝓcedet
niſi cāu quo illud appareat deuolutū ꝑ appellatōeꝫ qd̄
ē qn̄ legitīa ꝓnūciatur appellatio. Et faciūt que haben
tur in. c. ſignificaſti. ſ. de foro cōpe. ita ēt gemi. ⁊ cōiter
doc. i. c. i. in prin. de foro cōpe. li. vi. quod quidē ꝑ nota
ta ibi nō uidet ꝓcedere inter laicos ſubditos epō cum
poſſint prorogare nec requiritur ꝯſenſus ſupioris i eis
⁊ faciūt notata ꝑ bar. in. l. i. ff. de iudic. ⁊ in. l. i. §. ⁊ poſt

operis. ff. de ope. noui nūc. ⁊ ideo cū iter iudices ad quos
pōt appellari uaria ſit p̄ās ⁊ unus hꝫ ampliorē altero.
ut uidetis q̄ unus poſſet omiſſo appellatōis articulo de
cōſenſu appellati uel utriuſqꝫ procedere puta papa uel
legatus. alius autē nō poſſet puta archieps iō ē dr̄ia in
ter ius ciuile ⁊ canonicū ſm panor. hic i fi. nā de iure ci
uili ualet appellatio iterpoſita dicēdo appello ad ſupio
rē. l. i. §. fi. ff. eo. q̄ nō pōt eē incerta nec uaga. cū de iu
re ciuili gradatim ſit appellādū. l. imparatores. ff. eo. iō i
telligit ad ſuperiorē. ſ. proximū. ſecus ē de iure canōico
q̄ cū poſſit appellari ad papā omiſſis medijs. c. ad ro
manā. ij. q. vi. iō dicēdo appello ad ſupiorē appellatio ē
uaga pōt. n. itelligi ad ſupiorē. ſ. papā pōt ēt itelligi ad
archiepum ⁊ uarius erit effectus ut uidetis ex predictis.
puta pars uideretur icerta corā quo iudice appellatō eēt
iterpoſita ⁊ proſequēda qd̄ nō ē dicēdū ꝑ ea que haben
tur in. c. fi. ſ. de reſcrip. Pe. de ancha. in. c. romana. in
x. col. eo. li. vi. Bal. i. l. cū ꝓponas. C. de bo. auc. iudi.
poſ. Archi. in. §. anteriorū. ij. q. vi. in. c. ſi delegatus de
of. d ele. li. vi. Gemi. i. c. neqꝫ. xv. di. ⁊ dixi. ſ. in rubrica
Ali⁹ ē ēt cāus i quo iudex ad quē ꝓnūciare nō pōt i p̄n
cipali ēt ſi pronūciet bene appellatū. ſ. quādo eēt caſus
ualde dubius ꝑ papā nō deciſus. nā tūc ad papā ſpecta
ret eius deciſio nō ad inferiorē iudicē ad quē. d. ant. i. c.
dilecto ꝯ teſti. itē n̄ ꝓcederet ꝟ i iudice reſtōnis i iteg. ꝯ
ſnīaꝫ arbitri. nā lꝫ reſtōnē i itegrū ꝯcedat ꝯ ſnīaꝫ arbitri
tn̄ de principali negocio ſe nō impediet. Ita. d. An. i. c.
pe. de reſti. i integ. Alius eſt ēt caſ⁹ quē ponit. D. an
to i. c. dilecto. j. e. Alius quoque eſt caſus qn̄ iudex a
quo erat ſolū iudex ſuꝑ aliquo icidenti ut emergenti nō
ſuꝑ principali nā ſi ab eo appellet ⁊ deferat appellatōi
eius delatio nō deuoluit negociū p̄ncipale qd̄ non erat
penes eū. Jo. an. ⁊ gemi i. d. c. cū appellationib⁹. § ſi
vero eo. li. vj. Ali⁹ infert ibi ⁊ generalit caſ⁹. vbicūqꝫ
opponeret ⁊ dubitaret an iudex a quo eſſet iudex i prin
cipali. naꝫ tūc eius delatio nō ꝯuoluit negociū principale
Ita Pe. de ancha poſt alios i. §. ſi vero. Sꝫ quid in
delegato nūquid dato delegato ad cām appellatiōis po
terit cognoſcere de negocio p̄cipali ſicut pōt ordinari⁹
ut ꝟ gl. ij. q. vj. ad fi. Et inno. ⁊ hoſti. hic tenerūt ꝙ ſic
per ea que habent i. c. Raynuci⁹. j. de teſta. i. c. ſuꝑ lrīs
ſ. de reſcrip. i. c. romana. §. quod ſi obijciatur eo. li. vj.
vinc. tꝫ ꝯtriū hic mouet per ea que habētur i. c. cū dilecta
ſ. de reſcrip. Feder. de ſenis in ꝯſi. ſuo. cxvj. tꝫ opi. vinc.
poſt multa. Exquo vna tm̄ cauſa eſt ei ꝯmiſſa nō pōt ex
tendere habenas. ꝑ ea que habent i. c. p. ⁊. g. ſ. de off.
del. ⁊ ſic ſentit ⁊ vult hic Imo. ꝙ tn̄ de ꝯſenſu vtriuſque
partis poſſet cognoſcere de negocio p̄cipali idiſtincte.
nā iuriſdictio delegati bn̄ pōt prorogari de cā ad cauſaꝫ
c. cū olim el primo. ⁊ habet i. d. c. p. ⁊. g. ergo delegat⁹
in cā appellationis poterit cognoſcere de negocio princi
pali ex ꝓrogatione partiū. Jo an. hic voluit formaꝫ
mandati eſſe attendeñ. d. c. cū dilecta ⁊. c. venerabili. ſ.
de offi. deleg. ⁊ iō eius dictū extendēs. d. Anto. hic ita
diſtinguit. aut ē delegatus datus ad cām appellatōis. ſ.
ad talē articulū ut cognoſcat an ſuꝑ hoc ſit bene appel
latū ⁊ procedit opi. vinc. q̄ ſolū ad articulū appellātōis
ex forma reſcripti uidetur datus aut cōmittitur ei talis cā
appellatōis ⁊ tūc exquo delegatus cognoſcit ēt de acceſ
ſorijs. c. prudētiā. § ſexta. ⁊ ad fi. ſ. de offi. dele. Jō cū
acceſſorie ad cām appellatōnis uideatur ſibi cōmiſſa cā
principalis nō mirū ſi pōt cognoſcere ⁊ cū hoc dicto ſim
pliciter trāſit panor. dicēs ꝙ cāc appellatōis de natura
ſua hoc ineſt ut ſi iuſta pronunciatur iudex procedat i
principali ut hoc tex. noſtro. ergo ea omiſſa poterit dele
gat⁹ cognoſcere ꝯ p̄cipali. ⁊ facit rō ꝑ quā tolletur fun
damētū vinc. indiſtincte. nā ſimile videm⁹ ꝙ archieps
habet limitatā poteſtatē in cauſis ſubditoꝝ ſui ſuffraga
nei. d. c. paſtoralis ⁊ tn̄ appellatio deuoluit ad eū nō tā
tū cauſā appellationis ſꝫ ēt negociū principale. ut hic ex



UVA. BHSC. IyR_025

go poterit in ſimili delegatꝰ que habet limitatā poteſtatē
Gemi. in. d. c. i. in pricipio. de foro comp. li. vi. trāſit cū
diſtinctione io. an. Jmo. hic dicit ꝙ in iudicādo nō eſt re
cedēdū ab opi. inno. tanquā comuni. tū de iur̄ verā ſibi
nō videri. nā lʒ delegatꝰ poſſit ea que veniūt acceſſorie
ad delegationē verū eſt de his que ſūt de natura delega
tionis vel neceſſaria ad eā. c. ij. c. ex lr̄is. ſ. de offi. del. ſe
cus eſt in his que ſūt extra cām delegatā. quia diligēter
attendendi ſūt fines mandati. l. diligēter ī principio. ff.
man. d. c. cū dilecta. Glo. ſi. i ſi. quatenus attinet ad
intellectū verſi. ſaluis. dixi in textua. ſed que ſint iſte cāe
maiores. glo. ſe remittit. Jnno. hic dixit puta cauſas cri
minales. ij. q. vj. c. decreto. vel cās electionū epiſcopaliū. ⁊
ſiles. c. ne ꝓ dēfectu. ſ. de elec. Sʒ eius exempla nō tenē
tur. ⁊ eſt tex. de electione in ꝯrium i. c. quāuis. de elec.
li. vj. ⁊ i. c. abbatē eo. ti. Unde dicit ꝙ ſūt cāe maiores
de quibꝰ i. c. quo ad trāſlationē. ſ. de offi. leg. ſed ne in
illud poetice artis uiciū incidamus ut tetrū deſinat in pi
ſcem mulier formoſa ſupne cū decre. noſtra in eo uerſe
tur circa exp̄ſſionē cāe in appellatōe ⁊ iuſtificatōeʒ ip̄ius
appellatōis. Primo ſciēdū ē de quo actu loquat̄ decre.
noſtra ⁊ ex tex. inquātū dicit ſi corā idoneo pʒ ꝙ loquit̄
de actu iudiciali ⁊ nō extraiudiciali. nā tūc proprie dicitur
ab actu iudiciali appellari quādo appellat̄ ab aliquo ac
tu medio īter citatōem ⁊ ſniāʒ diffinitiuā. Jta Jo. an.
in. c. i. in prin. eo. ti. li. vi. ⁊ hoc vult tex. noſter expreſſe
qui iſta duo extrema pōderat ꝙ cōuētio facta fuerit ⁊ ſic
citatio emanauerit. itē ꝙ ante ſniāʒ appelletur. ⁊ pro h̄
facit qd̄ nōtur in cle. ij. ut lit. pen. in glo. i. c. prudētiā. in
prin. in uerbo citra formā. ſ. de offi. dele. ⁊ in cle. i. i uer
bo citatōes de iudi. i. c. quoniā ꝯ. ſ. d̄ proba. qꝛ citatio li
cet nō ſit pars inſtātie tamē dat iniciū iudicio. ⁊ in autēti
ca ut in med. lit. nō ſi. ſacr. iuſſ. §. i. inſti. de pen. tem.
litig. §. pe. notat bar. ⁊ bal. in rubrica. C. d̄ inius uoc.
bal. in autētica clericꝰ. C. de epi. ⁊ cle. in autētica ſi oēs
C. ſi ut ſe ab here. abſt. in. l. prolatā. C. d̄ ſen. ⁊ iterloc.
om. iudi. ⁊ in. l. i. §. ſimili mō. C. de lat. liber. tollē. ⁊ in
l. ⁊ poſt edictū. §. ꝙ ſi is. ⁊ §. circūducto. ⁊ ibi ang. ff.
de iud. in. l. ſi. in prin. ff. de eo ꝑ quē fac. er. Et ideo dixit
Jo. an. in. d. c. i. ꝙ ſi appelletur ab actu iudicis ante cita
tionē facto ꝙ illa appellatio dicetur extraiudicialis. Et
ſic habes inferre ꝙ id qd̄ ſtatuitur hic ut non appelletur
niſi rōabili cā expreſſa hʒ locū in appellatōe iudiciali tā
tum. de extraiudiciali aūt dixi in. c. bone. ſupra eodem.

Jtē habetis inferre aliud ꝙ nō hʒ locū ꝙ dicitur qd̄
ex rōnabili cā appellādū ē ſi appelletur a ſnīa diffinitiua
nā tūc ēt nullo grauamine p̄cedēte a diffinitiua poterit
appellari. glo. ē ⁊ ibi bar. in. l. ait pretor. §. ꝑmittitur. ff.
de minor. in. c. i. §. his. eo. ti. li. vi. ⁊ facit nā i diffinitiua
ſuccedit regula ꝙ i cā appellatōis nō deductū deducam
nō probatū ꝓbabo. c. cum ioānes. ſ. de fide inſtru. l. ti
cianus. ff. ꝙ cū eo. l. per hāc. C. de tempo. appel. ideo n̄
inſpicitur an iudex ex prima ſnīa grauauerit uel'ne ſed
ſolū an pria ſnīa ueniat emēdāda. voluit tamē Jo. an.
in. d. §. his. ꝙ licet nō debeat exprimi cā in appellatōe
a diffinitiua ſi tamē friuola exprimatur ꝙ appellatio ui
cietur ꝑ regulā. c. cū appellatōibus in prin. eo. li. vi. ⁊ ꝓ
eo facit in ſimili tex. ſm unū intellectū i. c. examiata. iū
cto. c. dilecti. ſ. de iudi. ⁊ in. c. cū ad ſedē ſm duos intel
lectus ibi datos. ſ. de reſt. ſpo. cōtra eū tamē facit tex. in
l. unica in principio. C. de rei uxo. ac glo. in. l. uinum ad
fi. ff. ſi cert. peta. in. §. multis inſtitu. de libert̄. quod no
tat Bal. in. l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſtamē.
⁊ in. l. ſancimus. C. de teſta. ubi colligitur ꝙ cum in actu
non requiritur certa ſolemnitas ſi tamē apponatur ⁊
minus ſolemniter fiat non uiciatur actus qui omnino ſi
ne eo ualuiſſet. Sed quid de ſententijs que nō ſunt
mere diffinitiue. ſed tamen naturam habent diffinitiue
in multis. de quibus dixi ſupra in euidētialibꝰ. Et dicite
ꝙ in eis appellatur abſque alia expreſſione cauſe ſicut i

diffinitiuis quia in hoc accedunt nature diffinitiue ut ſi
cut in appellatione a diffinitiua non requiritur expreſſio
cauſe ut uoluit Barto. in. l. ij. §. ſi. ff. eodem. Jta in iſtis
interlocutorijs mixtis. ita rota deciſiōe ſua. lxxxvij. que
incipit item ſi aliqua. ubi pronunciatio ſuper attentatis
ſapit uim diffinitiue. ⁊ propterea ab ea appellandum ē
ſicut in diffinitiua. ⁊ rota deciſione. xiij. que incipit item
ſi iudex. tenet bal. in. l. ante ſententie. C. quorum appel
la. in. l. ij. C. de epiſcopali audiē. in. l. minoribus. C. de
his quibus ut indig. in. l. intra utile. ff. de minori. d̄ hoc
in. c. peruenit el ſecundo ſupra codeʒ ⁊ in. c. cum ceſſan
te infra eo. Et faciunt que in ſimili uidemus quod licet
regulariter de iure ciuili ab interlocutoria non appelle
tur. d. l. ante ſententie. tamen ab his interlocutorijs mix
tis appellatur. quia accedunt ad naturam diffinitiue ut
notat glo. in autentica habita. ⁊ ibi docto. C. ne fil. pro
patre. ⁊ etiam Barto. in. l. ticia. ff. de accuſa. in. l. ij. ff. d̄
appella. re. ⁊ eſt tex. in dicto. §. permittitur. ⁊ ibi Bart.
faciunt notata in. c. cum olim. el primo. ⁊ c. ſignificanti
bus ſupra de offic. delega. in. c. ſuper litteris ſupra de re
ſcriptis. Barto. in. l. ij. ff. ſiquis in ius uoc. non ierit. ⁊
hoc uoluit Cardi. in clemē. appellanti. eo. ti. ⁊ etiam ge
mi. in dicto. c. i. in principio eo. ti. lib. ſexto. Reſtat
ergo ꝙ in interlocutoria mere habet locum tex. noſter.
⁊ qualiter in ſtatutis intelligatur interlocutoria mere po
nit Angel. in. l. ſi ſic in principio. ff. de leg. ibi Angel. ⁊
Jmol. in. l. ſtipulationum alie. ff. de uerbo. obliga. Lu
do. in rubrica. ff. de re iudic. Et quia tex. noſter non di
cit an appelletur a ſententia interlocutoria expreſſe an
ab interlocutoria tacite que fertur per actum procedendi
ad ulteriora. Et dicite ꝙ ſic eodem modo appellanduʒ
eſt ab una quo ab alia prout eſt tex. in. c. cum dilecti i ſi.
ſupra de electio. in capitulo ex parte infra codeʒ. Jdeo
ſtat alia concluſio quod forma ut ex rationabili cauſa ap
pelletur habet locum ſiue in interlocutoria expreſſa ſiue
tacita dicto. c. cum dilecti. ⁊ dicto. c. ex parte M. Et
antequam ad ulteriora progrediar circa appellationem
ab interlocutoria quero primo ut de nūcio rei primo diſ
cutiamus quando incipiat currere tempus decem die/
rum quod aſſignatur ad appellandum. c. concertationi
eo. ti. lib. ſexto. Breuiter conſidero tres caſus in quibuſ
appellatur ab interlocutoria. nam interdum iudex gra
uat partem expreſſe interloquendo. ⁊ tunc eſt appellan
dum infra decem dies a die late interlocutorie. ut. d. c.
concertationi ut nota. in Specu. de appella. §. reſtat.
uer. ſed quid dices in prin. Et ita ſm panor. dʒ intelligi
qd̄ notat hoſti. in. c. noſtro ſup uerbo de maioribus. ap
pellatur aūt quātū ad ꝓpoſitū iterlocutoria exp̄ſſa illa
ꝑ quā iudex declarat aliquid fiēdū uel nō fiēdū. puta ar
ticulos admittēdos. talis nāqʒ iterlocutoria uim hʒ diffi
nitiue quo ad illū articulū ut ē tex. cū glo. in. l. ſiquis iuſ
iurādū. C. de reb. cred. ⁊ hoc uoluit hoſti. ⁊ ſpec. i p̄alle.
verſi. Sʒ quid dices. ſ. ꝙ tale grauamē hʒ uiʒ diffinitiue
merito dʒ appellari. ī. x. dies a die talis iterlocutorie late
qꝛ ip̄a interlocutoria uerbalis ē illa que grauat partem
nō aūt id qd̄ ſequitur poſt eā qꝛ illud ꝓuenit i cōſequen
tiā ꝓnūciatōis p̄dicte ⁊ tāquā eius executio ⁊ implemē
tū ⁊ ſic nō dʒ illud attēdi. ſʒ id ad cuius executōeʒ uenit
arg. ff. de noua. l. ſi ita ſtipulatus. §. ſi. ſi eniʒ ꝓnūciauit
iudex articulos nō admittēdos ⁊ poſtea non admittit
iſta poſtea nō admiſſio nō ē illa que grauat ſʒ ꝓnūcia
tio ad cuius implemētū uenit ⁊ neceſſariā executionem
habetur. ⁊ iō a ꝓnūciatōe ē appellādū nō ab eius exe
cutione ſicut a diffinitiua. l. ab executōe. ff. de appel. pro
nūciatio ē actus inſtātaneꝰ ergo ab illo inſtāti icipit cur
rere tēpus appellatōis. Jnterdū iudex grauat partē
n̄ iterloquēdo exp̄ſſe uel tacite ſʒ exequēdo ut cū incipit n̄
a declaratione alicuius dubij ſed ab executōe ut qꝛ facit
aliquem capi ⁊ detineri vel ponit quem in tenutam bo
norum aduerſarij. uel citat aliquē ad locum non tutū. vel

UVA. BHSC. IyR_025

aſſignat terminū nimis breuē q2 actus ſʒ large loquēdo
poſſint dici interlocutorie ut habet in gl. ꝛ tex. C. de ep.
ꝛ cle. l. cū clerici ſuper uerbo ſniarum. tñ nullo mō hñt
ad inſtar diffinitiue ſed interlocutorie q2 interlocutoria
declarat aliquod dubiū ut dixi. ꝛ tūc dico ꝙ iſto cāu locū
hʒ dictū hoſt. quod ponit in. c. romana. de ap. li. vi. et
refert ſpec. in. d. §. reſtat. v. ſed quid dices. ꝛ arch. c. cō-
certationi. eo. ti. vʒ ꝙ pōt appellari poſt. x. dies a die in
cepti grauaminis ꝛ ſic ſucceſſiue ꝛ rō ē. q2 tunc graua-
men cenſetur habere cām ſucceſſiuam eo q2 mediū ul' fi
nis grauamis non pōt dici ut veniat ad executionē prin
cipij. q2 cum non pceſſerit declaratio de ſic faciēdo ſed in
cepit a facto eq̄ principali ꝛ mediū ꝛ finis grauamis ē ſicͭ
principiū ideo nullū eoꝝ preualet alteri. ar. l. ſi reus. ff.
de duo. reis. ꝛ de fideicō. l. generalr̄ iō non ſolū ipm pri
cipiū grauat ſʒ ēt mediū et finiſ. Et iō lʒ quis ſit excluſus
ab appellando p lapſum. x. dieꝝ a prinͦ non tñ ē exclu
ſus a medio uel a fine a quibus nondū ſunt lapſi. x. dieſ
iō pōt adhuc appellare a grauamie qȯ infertur hodie.
ꝛ pro hoc optima glo. que ē. C. de ſerui. ꝛ aqua. l. ii. in
glo. magna poſt mediū ibi dū dicit alij dicūt ꝙ ēt lapſis
xxx. annis intendit negatoria pro ptiri lʒ nō pro pteriṫ
ꝛ quod nō. per g'o. ꝛ bar. in. l. mariti. §. ſcr. ff. de adul.
ꝛ in. l. cū qui. § . i'popularibus ff. de iureiu. ꝛ quod nō
bar. in. l. ab hoſt. §. ſed qȯ ſimplr̄. ff. ex quib. cau. ma.
circa mediū bar. in. l. ij. ff. de ap. reci. ꝛ ſi dicatur ꝙ p. c.
ꝯcertationi. diſponitur ꝙ. j. x. dies debeat appellari cō
putandos ab initio grauamis. Rndeo ſm Jo. an. ꝛ ar
chi. ibi ꝙ ille tex. procedit in grauamine extraiudiciali.
ſed predicta procedunt in grauamine iudiciali. Inter
dum vero infertur grauamen per interlocutoriaʒ tacitā
ꝯtinētem aliquā tacitā declarationē. ut qñ non incipit a
iudice ſed a pte prouocante iudicē ut ſi ps petit admitti
articulos uel exceptionem aut dari nouam dilationē. et
iudex ꝯtēpta petitione ꝓcedit ad ulteriora. quo cāu cen-
ſetur tacite declarare dictā petitionem non eē admitten
dam ut in. c. ex pte eo. Et per ꝯñs dictos articulos uel
exceptiones reprobare. quod tamē ē veꝝ ſi eos uel eas
examinauit. non aliter ut notat bar. in l. a ꝓcedēte. C.
de dila. tamē aduertendū ꝙ iſta repulſio uel declaratio
cum ſit tacita non ē tanti effectus quanti ē expreſſa. naʒ
non cenſetur fcā niſi reſpectu illius petitionis que tā fu
it non aūt alterius que poſtea fieret. ſecuſ in expſſa que
cenſetur eē generalis quo ad oēs que fieri poſſent. ꝛ ſic
in rem tam actus ꝛ voluntas tacita uel taciti non ſic la-
te ſūt interptandi ſicut expreſſe. ſed eatenus quatenus
ſe extendant actus ex quibus reſultat. l. i. §. iulius. ff.
de itine. actuqʒ priua. ꝛ ibi notatur in. l. fin. C. ne fil. pro
pa. de execu. tuto. l. voluntarie. ꝛ quod notat bar. ī au
tentica qui rem. C. de ſacro ſan. eccle. plures bone con-
cordantie colliguntur ex iuribus allegatis per Joan.
an. in. q. poſita ſuper regula acceſſorium in mercuriali
bus. circa principium ꝛ expreſſe uoluit quaſi in terminis
glo. noſtra. eius ar. ē in cle. ſepe. circa fi. de verb. ſig. in
glo. que incipit quod plurale. vbi determinat expreſſum
conſenſum partium preiudicare in tota lite. ſed tacitum
ſolum in actu ex quo reſultat ꝛ allegat ad hoc quod no
tatur in ſpec. de ap. §. reſtat. vbi ad nō. ſm vin. de cira.
§. i. v. quid ſi reus in quibus locis recitatur dictum ho
ſti. in cāu noſtro loquentis de quo. ſ. dixi. ꝛ per iſta alle
gata dat intelligere iſta glo. ꝙ tacita interlocutoria preiu
dicat ſolum in illo actu ex quo reſultat ꝛ in illa petitione
et non in alia que poſtea fieret. ꝛ iōo a dic proceſſus ad
vlteriora reſpectu exceptionis oppoſite erit appellandū
ſed reſpectu aliarum exceptionum poterit poſtea appel
lari et ita pau. de caſtro in conſi. xxv. quod incipit. ī chri
ſti nomine amen ſuper primo dubio. Cum ergo de
appellatione ab interlocutoria tantum loquatur tex. no
ſter. Sciendum ē ex mente Archi. in. c. non ita. ij. q. vi.
et etiam Bal. et Jmo. hic vltra alios. et etiam Jmo. et
card. in. d. cle. appellanti. et in his que habētur in. d. c.
i. d. anto. in. c. dilecti. j. eo. vbi ponit. x. vos dicite. xii. re
quiri ad appellationem ab interlocutoria. Primo ꝙ
cauſa grauaminis ſubſit de preſenti. ut hoc tex. noſtro.
tamen ubi appellatur a grauamine extraiudiciali nō re
quiritur expreſſio cauſe. d. anto. poſt hoſti. in. c. cum ſit
ro. ſ. eo. Secundo ꝙ ſit legitima et rationabilis. ut hic
et in. c. cum ſpeciali. j. eo. Tertio ꝙ ſit uera cauſa. ut in
c. cum cauſam. j. eo. Quarto ꝙ ſit expreſſa. ut in. c. inter
poſita. j. eo. in. c. i. eo. ti. li. vi. et hodie nominatim expſ
ſa ut in cle. appellanti. eo. ti. Quinto ꝙ exceptio non fu
erit admiſſa uel petitio que veniebat admittenda. vl' cō
rio ꝙ fuit admiſſa in fauorem aduerſarij ubi non veni
ebat admittenda. ante non poſſet appellari. c. dilecto. j.
eo. c. ſignificauerunt. ſ. de teſti. Sexto in ſcriptis appel-
latio fit. d. c. i. et uidimus in gl. in verbo rationabili. nō
tamen debet de neceſſitate exprimi verbum in his ſcrip
tis. ange. de aretio in. l. a ſententia. §. ſi. ff. c. Septimo
ꝙ apoſtoli petant. d. c. i. d. c. ab eo. e. li. vi. cle. ij. eo. ti.
Octauo ꝙ pars ſit inſtructa. ſ. ipſe appellans. d. c. i. No
no ꝙ infra. x. dies interponatur a die grauaminis. c. cō
certationi. eo. ti. li. vi. cle. ſicut eo. Decimo ꝙ intra an-
num fiat proſecutio vel ex cauſa biennium. ſm dicta i. c.
ex ratione. ſ. e. Undecimo ꝙ in preſentia iudicis a quo
interponatur de quo in. c. ſuggeſtuʒ. ſ eo. et in. c. fin. j.
eo. Duodecimo ꝙ ex eiſdem actis iuſtificetur ex quibus
lata fuit interlocutoria cle. appellanti. eo. ti. Requiſi
ta ad appellationem ab interlocutoria proſequit ſūma ī
Ludo. de roma. conſi. ccccci. quod incipit omnipotentis
etc. ut declarationem accipiatis. Circa primū. ſ. circa cāʒ
dicite ꝙ debet cauſa uſqʒ adeo ſubeſſe de preſenti ꝙ als
non erit licitum appellari etiaʒ a grauamine de futuro.
nam licet in appellatione extraiudiciali licitum ſit appel-
lari a grauamine de futuro. c. bone. et ibi dixi. ſ. eo. ta
men in appellatione iudiciali hoc non eſt permiſſum. q2
non grauatus non appellat ab interlocutoria et hoc pro
cedit etiam de iure ciuili. c. ante ſententiam. et. c. non ita
ij. q. vj. barto. in. l. titia ff. de accu. in. v. colū. d. anto. in
c. ex parte. in pe. colum. ſ. eo. et dicto. §. permittitur. et
ibi tex. quem ponderat bar. ſed reſpectu grauaminis de
futuro quis non eſt grauatus ſed grauandus. ergo non
poterit appellare. et ita voluit glo. in. c. accedens. el pri
mo. circa prin. licet hoſti. ibi teneat contrarium. ſ. ut lit.
non ꝯte. et ita Jo. mon. in. c. non ſolum. eo. ti. li. vi. et
ita Inno in. c. ſignificauerunt. et ibi Jmo. ſ. de teſti. ita
Jo. an. in. c. ſuper eo. el primo. et ibi etiam Jmo. ſ. eo.
ita bal. in. d. l. ante ſententie. et iōo dixit Jo. an. in. d. c.
ſuper eo. ꝙ ſi pars opponat exceptionem ſurreptionis
ꝯ Reptū et ſi p iudices ñ admittat in oppoſitione exceptio
nis appellat ꝙ iſto caſu non ualet appellatio quia inter
ponitur a grauamine de futuro debet enim interponere
et expectare ꝙ iudex non admittat et poſtea appellare
ut uult hic Jmo. et dixi in. v. requiſito. et eſt tex. in. d. c.
dilecto. immo dicit Inno in. d. c. ſignificauerunt. ꝙ illo
caſu forma erit et practica ꝙ pars ponat ſuā exceptōʒ co
ram iudice puta ſurreptionem uel porrigat ſuam petitio
nem quia in caſu permiſſo petat quartam dilationeʒ ad
teſtes producendos de qua in. c. ultra terniam. ſ. de teſt.
et expectet reſponſum iudicis. et iudice non admittente
comparcat coram eo grauamen deducendo. puta. d. iu
dex non admiſiſtis meam tamen exceptionem uel petiti
onē uti debuiſtis peto ut reuocetis grauamē. et ſi et qñs
ñ reuocaueritiſ appello et hoc ſʒ panor. ibi erit tutū ꝯſiliū
ut ſic ēt ps vidaꝭ dſerrī honori iudiciſ petēdo ꝙ ipſemet ſe
corrigat nec p hͦ uidebit renūciatū appllōni. c. ſi a iudice et
ibi hr̄. e. ti. li. vi. uoluit tñ pāor. ibiō ꝙ imo ualeat appl o
ꝯditōal'a grauamie ȯ futuro puta oppono exceptōʒ et ſi
non admiſeritis appello. Monetur primo per ſimil.
nam videmus ꝙ ſententia excommunicationis ſub con
ditione ferri non debet. nec ꝓ futuris culpis. c. romana

UVA. BHSC. IyR_025

ꝙ eq̃ueant. de ſen. exco. li. vi. ⁊ tñ ſnīa exco. ſub ↄditiõe
lata tenet. c. p̃terea. el. ii. ẽ. c. ſiſc videmꝰ. ꝙ regulr ſnīa
ſub ↄditione ferri non dꝫ. tamen lata tenet. §. biduū. ii.
q. vj. ⁊ ibi notatur. l. ij. §. biduū. ff. qñ app. ſit. Itē mo
uetur. nam actus ↄditionaliter factus referꝫ ad tp̄s puri
ficare conditionis qꝛ tũc ineſſe deducitur ⁊ robur ſuſcipit
l. cedere diem. ff. de uer. ſig. c. ſi pro te. ⁊ ibi gl. de reſcrip.
li. vi. ergo appellatio conditionalis ſi non admiſeritis ex
ceptionē intelligetur īterpoſita poſt tp̄s purificate ↄditio
nis. i. poſtꝙ iudex nõ admiſit. ⁊ ſic uidebitur īterpoſita a
grauamīe illato. nõ inferendo. facit ſimile. nã poſt excõi
cationē non ualet appellatio quo ad eam ſuſpendendã
c. paſtoralis. §. fi. ẽ. c. ⁊ tamē ſi fuerit ↄditionalis excõi/
catio ualet appellatio qꝛ non dꝛ excõicatus niſi purifica/
ta ↄditione. d. c. preterea. ita iſta appellatio nõ dicetur ī
terpoſita niſi purificata ↄditione. ⁊ ſic ex quo iudex non
admiſit. ⁊ tũc dicetur īterpoſita a grauamine illato nõ ī
ferendo. ⁊ ſic uult panor. ꝙ a grauamine pure īferendo
nõ ē licitum appellare ↄditionaliter uero ſic. Hec tñ
ſiue cõis cõcluſio teneaꝫ ſiue panor. reſtringũtur nõ pce
dere in grauamine de futuro cõminato. nam ex quo iu/
dex ē ↄmīatꝰ potiꝫ appellari ita Jnn. hic. ī fi. ⁊ faciũt q̃ no
tanꝫ per bal. in rubrica. ⁊ in. l. ii. C. ↄmi. uel ep̃as. faci/
unt notata in. c. i. ẽ. de dila. ⁊ ibi p panor. Scḋo fallit
qñ grauamē inferendũ eēt irrepabile p remediũ appllõ
nis. puta qꝛ pronunciatur quis torquēdus. lꝫ nõdum ſit
tortus poterit appellare ne torqueaꝫ. l. ſi quis prouocati
onis. C. eo. faciũt notata p bar. in. l. ij. ff. de appel. re.

Tertio fallit niſi grauamē inferendũ iam aliqõ princi
piuꝫ hr̄et. ⁊ ſic pro pte cēt illatũ ita intelligitur tex. in. c.
i. ẽ. de dil. ⁊ ita magis pprie ↄuenit exēplũ p̃miſſuꝫ ī. ii.
limitatione qꝛ per pnũciationē de torquēdo iam incipit
grauari. Quarto fallit qñ quis iam eēt in uno graua
tus. qꝛ ualet eius appellatio hoc modo īterpoſita. appel
lo qꝛ in tali re me grauaſtis. ⁊ qꝛ dubito ne grauer appel
lo. ⁊ ita intelligitur tex. ī. d. c. i. de dil. Circa ſꝫ. i. ꝙ le
gitima ſit cã. dicit ꝙ hoc erit arbitrariũ iudici an ſit le gi
tima uel ne pur dixi in glo. in uerbo. rõabili tamē ad hꝰ
ut ſit legitima non ſufficit ↄ ordinē iuris iudicem pnunci
aſſe. niſi illa pnunciatio in aliquo ledat ius ptis. ita bal.
in. c. cum dilecta. ẽ. de reſcrip. ⁊ ē tex. in. d. §. pmittitur.
ibi forte ⁊c. lꝫ dicat mart. ſilli. pter illa uerba forte ⁊c.
ibi poſita ꝙ iuriſcõ. ibi hoc non decidit ſed dubitatiue lo
quiꝫ. Circa tertiũ ꝙ cã ſit uera. hoc ē uerum quo ad
hoc ut appellans obtineat. tñ quo ad deuoluendum ap
pellationem ſufficit ꝙ ex rõabili ſit interpoſita lꝫ nõ ue/
ra. c. romana. §. ꝙ ſi obiciatur. eo. ti. li. vi. ⁊ faciũt nota
ta in. c. dilectus. el. ij. ẽ. de reſcrip. nec ex quo appellatõ
fuit rõabilis lꝫ minus uera appeat ex pceſſu facto p iudi
cem ad quem tñ per hoc excuſatur iudex ad quē quo mi
nus teneaꝫ pnunciare ſup appllõne qꝛ ad ↄuoluēduꝫ ⁊
cogēdũ iudicē pnũciare ſup appllõne ſufficit cã rationabi
lis ēt ſi putatiua eēt ⁊ non uera. ita bal. in. d. c. cum dile
cta p text. quem ad hoc dicit ſingularem in. l. titie. ff. de
aur. ⁊ arg. leg. Sed quid ſi plures cãe proponenꝫ p
pter quas appelletur nũquid artabiꝫ proponēs ad ueri/
tatē oīum probañ. ⁊ uidetur ꝙ ſic. qꝛ in ſimili uidemꝰ ꝙ
plura fundamēta proponēs in prima iſtantia tenetur ea
probare niſi proteſteꝫ non aſtringēs ſe ⁊c. c. lꝫ cãm. ⁊ ibi
habetur. ẽ. de prob. Bar. in. l. diuus. ff. de re iudi. c. ij.
⁊ ibi per panor. ſupra de reſcrip. ſed appellatio non imu
tat naturam cãe. l. i. §. i. ⁊ ibi ang. per illũ tex. ff. an per
ali. cã appel. ergo debebit omnes cãs propoſitas proba
re. In ↄ̃rium determinat panor. poſt alios in. c. ſigni
ficantie. j. eo. ⁊ ē glo. in. c. cum cauſam. j. eo. faciunt nota
ta p Bal. in. d. l. ante ſnīe. ⁊ in. d. l. minoribus. ⁊ ſic ha
bes inferre ꝙ cã illa non aſtringens tamen ſe ad probã
dum niſi ea que faciant ad uictoriam cãe non ē neceſſa/
ria in cãis appellationũ propoſitis. qꝛ ſufficit unam ueri
ficare. facit glo. in. c. exhibita. de iudi. in. c. cũ iam dudũ.

de preb. notatũr p doc. in. c. ij. ⁊. c. īter ceteras ḋ reſcrip
Circa quartũ qḋ dꝛ quod requiriꝫ exp̃ſſio cãe. primo
ſciendũ ꝙ illa expreſſio fieri ḋbeat quicquid dixerit bal.
in. l. ij. circa fi. C. de ep̃a. aud. ⁊ voluit bal. in. d. l. mino
ribus ꝙ ēt ſi non fuerit facta exp̃ſſio tpe appellationis ī
terpoſite ꝙ tñ ſufficiat poſtea exp̃ſſionē fieri intra. x. dies
datos ad appellandũ. qꝛ intra illa tpa poteſt emendari
appellatio. imo de nouo accumulari. ut dixi ſupra in ru/
brica. ⁊ notat card. in cle. i. de ſen. ⁊ re iud. ſi accumulari
⁊ emēdari, ergo multo magis declarari. faciũt notata in
l. edita. C. de ed. ⁊ ēt in. c. ij. ſupra de lib. obl. ſꝫ exprime
re cauſam noīatim non ē aliud q̃ꝫ appellationem decla
rare ergo poterit fieri dummodo tempora largiantur
Et ꝙ non ſit aliud q̃ꝫ declarare appllõnē exprimere no
mē cãe deducitur. nam pptere a requiriꝫ ꝙ cã exprimaꝫ
ne appellans euageꝫ p diuerſas cãs cum in hoc uerſetur
honor iudicis qui de iuſticia arguiꝫ qñ ab interlocutoria
appellatur. ut in ſiſi habetur in. l. pretor. in princi. ff. de
mino. ⁊ hanc rationem ſentit tex. noſter in princi. ⁊ cle.
appellanti. eo. ti. Item ex alio requiritur expreſſio ut iu
dex intelligat an ḋeat deferre uel ñ deferre. qꝛ cũ maximꝰ
ſit litium anfractus viſimiliter poteſt ignorare iudex in
quo ps pretendit ſe grauatam. ⁊ ſic neſcire poterit an de
beat deferre uel ne. nec poterit ſcire quales ap̃los daꝛ de
beat niſi exp̃ſſa cauſa. hanc rationem ponit Jo. an. i. d.
c. i. ⁊ ibi gemi. eo. li. vi. ſed iſta non tēdũt ad aliud q̃ꝫ ad
declarandũ aīum appellantis ⁊ ēt inſtruendum iudicem
ergo ſatis erit ꝙ intra. x. dies fiat datos ad appellanduꝫ
Ex quo ſi voluiſſet ſtare uſqꝫ ad ultimũ momētuꝫ. x. di
erum ad appellandũ potuiſſet. autentica hodie ⁊ ibi no
tatur. C. eo. ⁊. d. de. ſicut. ⁊. d. c. concertationi. ſtat ergo
ꝙ poterit illa expreſſio fieri dummodo fiat intra. x. dies
ad appellandum. Qualis autem debeat eſſe illa exp̃ſ
ſio dicit ꝙ ſpecifica ⁊ nominata clemen. appellanti. eo.
ti. ⁊ eſt ratio ultra duas proxime allegatas quam ponit
d. Anto. in. c. ex parte ade. in prima colũ. ſupra de teſti.
nam ad hoc ut ab interlocutoria appelletur debet inter
uenire grauamen ex propoſito iudicis nec ſufficeret re ip
ſa interuenire. iuxta ea que habentur in. d. §. permittiꝫ
⁊ etiam dixi ſupra in rubrica. nec ſufficeret animus iudi/
cis niſi ex facto exprimereꝫ. quia debet intelligi de graua
mine cum effectu. c. relatum. j. de cle. non reſid in arg.
ideo cum de ſubſtantia appellationis illa duo requiran
tur voluntas grauandi ⁊ expreſſum grauamen ⁊ appel
latio nihil aliud ſit q̃ꝫ petitio grauati petentis grauamē
relaxari. l. i. §. libelli ⁊ ibi habetur. ff. eo. ⁊ petitio debet
continere ſubſtantiam petiti ⁊ certam. c. ij. ſupra de lib.
obl. l. in rem. in princi. ff. de re. uen. Ideo non mirum
ſi pro forma appellationis. l. voluerit fieri expreſſionem
⁊ pro hoc facit tex. in. l. minor magiſtratus. iuncta. d. l.
ait pretor. §. permittitur ibi ab iniuria. ff. de minor. faci
unt notata per bal. in repetitione. l. edita paduana. C.
de ed. in. xviij. col. Et per predicta habetis inferre ad q̃
ſtioneꝫ nunquid ſufficiat in appellatione exprimere unã
cauſam nominatim cum clauſula ⁊ quedam alia. puta
d. iudex appello qꝛ ñ admiſiſtis exceptionem pacti ḋ nõ
petendo quam offerebam me probaturum uel excep/
tionem falſi procuratoris. ⁊ propter quedam alia gra
uamina ſuo loco ⁊ tempore deducenda. Et uidetur di
cendum ꝙ ſic. quia ſimile uidemus in reſcripto ꝙ reſpe
ctu cauſarum debet eſſe certum. c. ad hec. c. fina. ſupra ḋ
reſcrip. ⁊ etiam reſpectu perſonarum. ut ibi. ⁊ tamen
clauſula ⁊ quidam alij operatur effectum ut ſatis uidea
tur clarificatum. nam intelligitur quidam alij ſcilicꝫ ſimi
les expreſſi. c. ſedes. ⁊ ibi Innocen. ſupra de reſcrip. facit
etiam. nam in requirentibus ſpeciale mandatum vno
ex eis expreſſo, ſufficit clauſula ⁊ quecunque alia ut com
prehendat omnes caſus requirenteſ ſpeciale mandatuꝫ
c. qui generaliter. de procura. li. vi. faciunt notata in cle.
non poteſt. de procur. in. l. filiꝰ. ff. de dona. in. l. ſed et ſi

UVA. BHSC. IyR_025

quis. §. queſit um. ff. ſi quis cau. In ꝯtrárium tñ eſt
vitas et tenet card. in. d. de appellãti. et ẽt ang. et Im.
in. l. ii. §. fi. ff. e. et rota deciſ. vii. que incipit Itẽ ſi appel
leť qꝛ uſq; adeo noíatim requiriť ut cã exprimatur. ꝙ ñ
põt per equipollens ĩpleri uel per relationẽ ad aliud que
ſit aliquantulũ vniuerſalis ita ang. in ſili in. l. i. ⁊ ibi bo
nus tex. ff. de lib. ⁊ poſth. faciũt que. j. dicã in fallẽtiis. ꝑ
bal. in. l. eos. §. fin aũt. C. eo. ⁊. d. anto. in. c. ꝯſuluit. il
ii. s̃. eo. Stat ergo regula noíatim eẽ cãm appellatio
nis exprimeñ. Fallit p̄io qñ notoria eẽt cã appellatio
nis qꝛ tunc nõ d; noíatim exprimi. ita glo. i. c. accedẽs.
el. i. in glo. i. s̃. ut lit. nõ ꝯte. que l; reprobeť reſpectu ex
p̄ſſionis cãe qꝛ cã notoria ẽ exprimẽda. certe nõ mereť
forte reprehendi reſpectu forme exprimende qꝛ fateor ꝙ
cã notoria d; exprimi cũ notoriũ proponi debeat. dixi in
textualibus tñ ꝙ noíati; exprimi debeat nihil urget ĩmo
ex mente pa. card. ⁊ pauli ⁊ Imo. in. d. cle. appellanti:
l; glo. ibi uideať aliter ſentire ubicũq; cã appellationis
nõ indiget ꝓbatõe fcã ſed ea ꝯſtat ſine alia diſcuſſiõe ſuf
ficit eã allegari nec ex quo ꝑs nõ põt uagari que dicit ſe
grauatã nec iudex põt eẽ incertus ex quo notoriũ eſt gra
uamẽ d; cã noíatim exprimi a ceſſantibus rõibus ſupra
dictis. ⁊ faciũt nõta per bal. in. l. minoribus. i. i. col. C. d
his quib. ut idig. ⁊ que dicã in. ii. ⁊. iii. limitatõe cu; cõĩt
ſcrib. idiſtincte dicũt ꝙ cle. appellanti h; locũ in cã noto
ria ut dixi in textualibus. Scd̃o fallit ubi cã ꝑpter quã
appelleť eẽ exp̄ſſa in ſñia ita ꝙ ex diſpõne iuris ꝑ teno
rẽ ſñie ꝯſtaret de grauamĩe. ita bal. i. d. l. minoribus. ⁊
in. l. ꝑ hanc in fi. col. C. de tẽp. ap. puta qꝛ error iuriſ ex
primať in ſñia a quo appelleť. ſatis. n. diceret ꝙ appel/
latio ualeat dicẽdo appello a tali ſñia qꝛ ex ea grauatuſ
cũ illo cãu cauſa ex tenore ſñie appeat ⁊ ſic certa qꝛ pen
det ex iure ꝙ ẽ ſemꝑ certũ. iuxta nõta in. l. ii. ff. d ꝓba.
in. l. ariani. C. de here. Tertio fallit ubicũq; appelle
tur a ſñia que h; p̄ſumptõ; iuris ꝯ ſe puta a ſñia ſeque
ſtri qd̃ regl'r ẽ ꝓhibitũ. l. unica. C. de ꝓhi. ſequeſtr. ⁊ nõ
ꝑmittiť niſi in certis caſibus. c. fi. ⁊ ibi habeť. s̃. de ſeq̃ſt.
poſ. ⁊ fruc. uel a ſñia torture. nã tunc in appellatõe non
ẽ aliud exprimẽdũ niſi appello a ſequeſtro uel a ſñia tor
ture. qꝛ exp̄ſſio ꝯñs. ſ. grauamis ex p̄ſumptõe iuris ꝯſe
quiť. ita bal. i. d. l. minoribus. ⁊ in. d. l. ꝑ hanc. ⁊ pe. de
anch. ⁊ ẽt card. in. d. cle. appellãti. Quarto fallit qñ l;
ex uerbis grauamis nõ eẽt noíatim exp̄ſſum tñ ex mẽte
ꝑinde ẽ ac ſi fuiſſet noíatim exp̄ſſum. puta qꝛ nõ poteſt
referri ad aliud ut dr̃ in ſili de gallo p̄ſſo. in. l. hac ꝯſultiſ
ſima. C. qui teſt. fa. poſ. hẽnur in. l. i. ff. d lib. ⁊ poſthu.
ita ang. in. l. p̃tor ait. in prin. ⁊ ibi gl. et lud. de roma. de
op. no. nũci. quod facit ad primã limitationẽ. s̃. datam.
Quinto fallit qñ ꝑ relationẽ ad acta grauamẽ expri/
mereť ut appello qꝛ me grauaſtis ut ĩ act̃ appet. ita pau
lus de alcaz. ⁊ lap' in. d. cle. appellãti. ⁊ faciũt nõta ꝑ In
no. in. c. ſi. j. d op. no. nũ. facit qd̃ dici ſolet ꝙ acta faciũt
notoriũ. c. ex ĩſinuatiõe. ubi Inno. et ibi dixi. s̃. g° cã uť
certa ꝑ relatõ; ad notoriũ iõ non requiriť alia expreſſio
rota in. d. deciſ. vii. card. et Im. i. d. cle. appellãti. tenẽt
ꝯtrũ. ⁊ ita. d. anto. hic. et Imo. et gemi. i. c. cordi. eo. ti.
li. vi. in prin. ⁊ Io. an. in. c. ꝑuenit. el. ii. s̃. e. nã iſta rela
tio ẽ vaga ⁊ ĩcerta multa. n. grauamia pñt in act̃ p̃rendi
a ꝑte de quib' iudex ignorabit. et ita t; ang. in. d. l. i. ff. d
lib. et poſth. in. l. ubi ãt nõ appet. §. qui illud aut illud ĩ
l. quicquid aſtringẽde. in prin. ff. de uer. ob. tenet bal. in
d. l. edita. in repetitõe paduana. in. xviij. col. v. ſcien. tñ
ẽ. C. de ed. et ibi allat tex. in. d. l. minor magiſtatus. ff. d
mino. bal. in. l. eos. §. ſin aũt. C. eo. in. l. termiato. C.
de fruc. et lit. expẽ. in. l. añ ſñie. C. quoꝝ ap. in fi col. fac
bonus tex. in. c. cleric'. de iureiu. ꝑ quẽ tex. ita voluit. d.
anto. in. c. ab excõicato. in. vi. col. de reſcrip. d. anto. in
c. accedẽs. el. i. s̃. ut lit. nõ ꝯte. d. anto. in. c. ii. s̃. de ꝯſti.
Sexto fallit qñ appellatio eẽt certa ꝑ relatõe; ad ꝑtẽ
actoꝝ ſpecificã. puta appello qꝛ grauaſtis me ut in litis
ꝯteſtatõe appet. ita bal. in. d. l. minoribus. et ẽ rõ qꝛ tũc
referť ad certũ et ideo ex mẽte vr̃ noíata cã appllõnis ut
dixi in quarta limitatõe. facit. l. a ſe toto. ff. de here. ĩſti.
rota tñ in. d. deciſ. vii. vr̃ ſentire ꝯtrũ. Septio fallit qñ
fuiſſet dictũ in appllõne ipſi notario ut haberet ꝓ exp̄ſſ
cãs quas ſibi portaret in ſcriptis. nã tũc dũmodo. j. x. di
es datos ad appellandũ portet ſatis vr̃ exp̄ſſu;. ita bal.
in. d. l. ante ſñie. ang. tñ in. l. quicquid aſtringẽde ĩ prin.
uideť velle ꝙ illa cl'a hẽas ꝓ exp̄ſſis nõ ſufficiat ẽt ſi ſeq̃n
ti die portet exp̄ſſio cãe. Octauo fallit in ĩterlocutoria
que non h; uim mere ĩterlocutorie ſ; in aliquo hẽat uim
diffinitiue. ita Io. an. in. d. c. ꝑuenit. el. ii. s̃. e. et. s̃. dixi
Tñ ſñia excõicationis l; ex toto nõ ſit ĩterlocutoria ſed
anormala ut nõt panor. in Rica. j. de ſen. exco. quo ad
formã appellandi ab ea requiriť forma appllõnis ab in
terlocutoria. non a diffinitiua. ita Inno. in. c. ꝑ tuas. j.
de ſẽ. exco. li. vi. et notata ꝑ gl. ii. q. i. in ſũma. Nono
fallit qñ ĩterlocutoria eẽt lata ꝯ abntẽ. nã tũc põt ille ꝯtra
quẽ ẽ lata appellare nulla cã exp̄ſſa. dicẽdo appello ſi et
ĩquantũ appuerit ſñia; ꝯ me eẽ latã. nec requiriť alia ex
p̄ſſio cãe. ita paul' de caſtro i. l. miorib'. C. de his quib.
ut idig. allat Io. an. i. c. cũ ꝯtingat. de offi. dele. Cir
ca quintũ dũ diciť ꝙ requiriť ꝙ exceptio uel petitio non
fuerit admiſſa dicite eẽ rõem qꝛ qui nõ grauať nõ appel
lat a futuro grauamĩe ut dixi in p̄io requiſito. iõ h; ex/
primere grauamẽ illatũ de pñti uel de p̃terito admittẽdo
nõ admittẽda uel nõ admittẽdo admittẽda. c. dilecto. j.
eo. c. ſignificauerũt. et. c. ex ꝑte ade. s̃. de teſti. et ꝓcedit ĩ
ĩterlocutoria ſec' in diffinitiua iõ ẽt non exp̄ſſa cã a diffi/
nitiua appellať niſi in caſu. c. ꝙuis. de elec. li. vi. Et ẽ ra
tio diue ſcḿ. d. anto. in. d. c. ex ꝑte ade in prima col. nam
in appellatione a diffinitiua ſufficit ꝙ grauamẽ re ĩpa in
teruentat l; iudex non grauauerit et ẽt ſi ex poſt fcõ ap
pareat ut dixi in Rica in diffinitõe quia non deductum
deducam non ꝓbatum ꝓbabo. s̃. allato. c. cũ Io. et iõo
appellans a diffinitiua non h; ſe fũdare ſuꝑ grauamĩe
illato ſecus ẽ in ĩterlocutoria qꝛ cũ in ea nõ hẽat locũ illa
regula nõ deductũ deducã non ꝓbatũ ꝓbabo ſ; ſolũ iu
ſtificať ex primis actis corã iudice a quo cle. appellãti. et
non poteſt appellare niſi fuerit grauatus ut. s̃. dixi ĩ p̄io
requiſito non miꝝ ſi requiriť ꝙ exprimat grauamẽ de p̃
terito. Circa ſextũ dũ diciť ꝙ requiriť appllõnẽ fieri ĩ
ſcriptis p̄io querendũ ẽ an hẽat locũ in omni appellati
one ſiue ad papam ſiue ad alios interpoſita. et uideť di
cendũ ꝙ non. et tenet gemi. ꝑ illũ tex. in. c. i. eo. ti. li. vi.
et ibi hoſt. nam ille tex. ſpãlr loquitur de appllõne ad pa
pam interpoſita que quidẽ cũ ſit ſũmopꝑe p̄iudicialis ma
gis qua; ad alium iudicẽ interpoſita non miꝝ ſi in ea re
quiritur maior ſolẽnitas. c. ubi piculum in prin. de elec.
li. vi. et uno caſu ẽt ſpẽalia diffinitiua ut in. c. ꝙuis cum
glo. de elec. li. vi. ꝙ maius ſit p̄iudicium appellanti ꝑ ap
pellationẽ interpoſitam ad papam p; qꝛ appellato nolẽ
te cogetur in principali omiſſo appellationis articulo ꝓ
cedere ut. s̃. dixi ꝙ non haberet locu; in appellatione ad
archiepm interpoſita maius ẽ preiudiciũ reſpectu diſpẽ
dii et expenſarum que h; ſubire et appellans et appella
tus ꝑ hanc appellationẽ interpoſitam ad papam. et fac
ad hanc rationẽ tex. in ſimili in. c. i. de elec. li. vi. ubi ma
ior ſolẽnitas et pena ẽ in appellatione in beneficialibus
ꝙ in aliis et quo habet uim citationis ad curiam. et eſt
magni preiudicij. In contrarium tamen tenet gl. hic
in uerbo ex rationabili et ibi dixi. tenet Io. an. in. d. c. i.
eo. ti li. vi. rota deciſ. cclxxxv. que incipit. item ſi appel/
letur idemptitate rationis. quia ſicut ad papam deb; ap
pellari in ſcriptis ne pars euagetur et ut iudex meli' ſci/
at quid reſpondeat illa ratio habet locum in omni ap/
pellatione ad omnem iudicem interpoſita. Sed nun
quid id in crĩ de iure ciuili glo. in. l. ii. §. fina. ff. eo. titu.
dici ꝙ non. quia de neceſſitate non eſt appellandu; in
ſcrip. is. Bar. ibi dicit hoc non ſeruari. Sed nunquid

UVA. BHSC. IyR_025

ꝑ ſtatutū ciuitatis preſidis uel epī cuius ptās equipatur ptāti preſidiſ regulariter quo ad ſtatuendū ut notat bar. in.l.fi.ff.de pen. Inno.ꝛ alij.in.c.fi.ē.de offi.leg.bal. i rubrica.C.qui admit.poterit ne tale ſtatutū tolleꝛ hāc ſolēnitatem ut in ſcriptis nō appelletur.ꝛ uꝛ dicendū ꝙ ſic.nam res de facili reuertiꝛ ad naturam ſuam.c.ab ex ordio.xxxv.di.l.ſi vnus.§.pactus.v.quid in ſpē.ff.de pac.ſed natura appellatōis originaria cum ſit quedā de fenſio nihil aliud ē ꝙ̄ reclamare ergo poterit viua voce i terponi ſic ſtante ſtatuto quaſi reſtituta ad naturā ſuaꝫ. preterea ceſſante rōe deduciꝛ qḋ ē bonū ar.c.generalr. xvi.q.i.l.quod dictū.ff.de pac.cū ſimilibus.ſed ita ē ꝙ rō quare prohibētur inferiores a principe ſtatuere circa appllōnem ē ne preiudicetur ptāti ſupioris.l.i.§.iterdū ff.a quib.ap.non lic.ꝛ ibi bar. Jo.an.in.c.fi.in nouel. eo.li.vi.notat bar.in.l.oēs populi.ff.de iuſti.ꝛ iur.gl. ꝛ ibi doc.in.c.uenićs.ē.de iureiu. Et facit in ſili tex.i.c. ex inſinuatōe.ē.e.ſed qñ ſtatuiꝛ ampliādo facultatē ap pellādi ut in caſu nr̄o non uideꝛ reſtricta ptās ſuperioris ſed ampliata.ergo tale ſtatutū debebit ualere.ꝛ pro illa opi.facit qḋ uoluit bar.in quodā ꝯſi.ſuo qḋ icipit in noīe dn̄i uiſo puncto ubi tenet per ſtatutū poſſe tolli appella tionē ab iterlocutoria.quod tñ dictū reprobat lud.l.i.in xxiii.col.ff.de arb.ꝛ ꝯ̄riū tenet ang.in.l.ſi ſic.in pri. ff.de leg.i.in terminis formauit.q.bal.in.l.ꝓ grāma. C.ꝯmi.uel epſ.ꝛ ibi firmat ꝯ̄riū ꝙ imo non ualeat ta le ſtatutum.moueꝛ qꝛ ꝯ̄riorum eadē dꝫ eē diſciplina .in ſti.de hiſ qui ſunt ſui uel ali.iur.in prin.ſed ita ē ꝙ ſi ſta tuto caueaꝛ ꝙ.j.biduum appelleꝛ.alꝛ non poſſit appel lari tale ſtatutum reſtituit applōnē in priſtinum tp̄s.l.ii §.biduum.ff.qñ appel.ſit.ꝛ tñ nō vꝫ.ita Jo.an.in.d. c.fi.ergo ita in ꝓpoſito ēt ſtatutum āplians applōnē ñ ualebit ſed rō dr̄ie appet ex p̄miſſ.uꝛ ēt ſentire aliam rō nē ꝙ defectu ptāꝫ impediantur inferiores ſtatuere circa applōnē.ꝛ ideo non ualeat ſtatutum iuxta ea que nōt Inno.in.c.que in eccſiarum.ꝛ in.c.cum oēs.ꝛ ibi ꝑ pa nor.ꝛ.d.ant.ē.de ꝯſti.ꝛ iuxta notata ꝑ bar.in.d.l.oēs populi.ergo cum non habeāt ptātem tale ſtatutum non ualebit. De hoc tñ articulo an per ſtatutum poſſit tolli appellatio uel limitari ultra ꝑalſata.vide ꝑ bar.in.l.fi. ꝛ ibi lud.ꝛ alij in.l.fi.ff.de aqua plu.ar.bar.ꝛ bal.i pri ma ꝯſti.C.ꝛ in.l.fi.§.fi.C.de temp.ap.per bal.in.l.p̄ ſcriptione.in.vi.col.C.ſi ꝯ̄ ius uel uti.pub.in.l.fi.C.de ſen.ꝛ interlo.om.iud.in.l.ſi appellatione.C.co.ti.i.l. fi.C.ꝯmi.uel epſ.per ang.in.l.ij.ff.de re iud.bal.in.l. i.ff.de conſti.prin.ꝛ credo dixiſſe aliquid ē.in rubrica. Ang.de arctio late.in.l.i.§.interdum.ff.qñ appel.ſit.

Sed nunquid dꝫ eē publica illa ſcriptura uel priuata glo.in.c.i.circa prin.ꝛ in.c.appellatio.eo.ti.li.vi.ꝛ ſpe cu.in.iiij.pte.eo.ti.§.i.videꝛ uelle cautum eē ꝙ ſit pub lica non tñ neceſſarium.ꝛ ita tranſeunt cōiter doc.in lo cis ꝑalſatis. Et Imo.in.l.ij.circa fi.ff.co.immo uoluit ſpec.in.d.§.i.non ſufficere appellationē in ſcripꝫ inter poſitam niſi dicaꝛ ꝛ in ſcripꝫ appello.cuius ꝯ̄riū tenet bal.vbi dicit ꝙ ſufficit uerbum equipollēs.nec ē neceſſe ꝙ dicat appello.in addi.ad ſpec.e.col.vii.ꝛ ꝯ̄riuꝫ tenēt ang.ꝛ Imo.in.d.l.ij.§.fi.dicētes poſſe ſcripturam ap pellationis ꝯfici ꝛ coram iudice a quo appellaꝛ qꝛ uideꝛ tacite in ſcriptis appellatum ēt ſi nō exprimaꝛ.ꝛ faciunt notata in.d.c.appellatio.faciunt que dixi in c.ꝑ tuas. ē.eo. Et ex quo requiriꝛ ꝙ appellatio in ſcripꝫ celebreꝛ non dꝫ ſcribi abbreuiate ꝛc.ſed extenſe.nec ſufficeret di cere tabellioni hēas pro expſſ cauſas quas dabo.bar.ꝛ bal.in.l.gallus.§.idē credendum.ff.de liberis ꝛ poſth. bal.ꝛ Sali.in.l.ꝯ̄ctus.C.de fid.inſtru.bal.in.l.impe rator.ff.de ſta.ho.nec ſufficeret dicere appello ꝛ tu nota rie ſcribas.ita bal.in addi.ad ſpec.in ti.e.in col.xii.i ad ditione que incipit finit dubiū.ꝛ dꝫ exprimi in ſcriptura qua de appellaꝛ.imo in oī appellatione ſiue iudiciali ſi ue extraiudiciali dꝫ dies exprimi.cald.ſub rubrica.e.ꝯſi.

xij. Circa.vii.ſ.apſos petendum.ſciēdum ē ꝙ apo ſtoli ſunt libelli dimiſſorij ꝑ quos iudex a quo informat ꝑtē quid intēdat facere an deferre uel ne.itē informat iu dicem ad quē de agitatis corā ſe ſuꝑ negocio ſuꝑ q° ap pellaꝛ ſiue articulo.l.i.ff.de lib.dimiſ.l.iudicib⁹.ꝛ.l.qñ C.e.ii.q.vj.§.iudicib⁹.ꝛ hētur in.c.i.i prin.e.ti.li.vi. ꝛ in cle.ij.eo.ti.ꝛ iō cum duo ꝯtinere debeāt apoſtoli.ſ. ut appellantē certificent an iudex deferat ꝛ ēt informant iudicē ad quē dixit glo.nō.in.d.cle.ij.circa prin.ꝙ iudꝫ non dꝫ dare apoſtolos ſigillatos pti.intelligite ueꝝ re ſpectu eius capituli ꝙ reſpicit certificationē ptꝫ.ſec⁹ reſpe ctu iformationis iudicis ad quē.qꝛ clauſos mittere pōt. ꝛ ex quo ad aliū diriguntꝛ non dꝫ ps uiolare ſigilla.c.cū olim.el.ii.ē.de offi.dele.ita paulus de aleazaris in.d. cle.nec illo cāu petitio apoſtoloꝝ in ſcriptꝫ fienda eſt.niſi ad cautellā ut facilius de petitōe ꝯſtet.ita Jo an.in.c.i. in prin.eo.ti.li.vi.nec iudicialis dꝫ eē iſta petitio ſꝫ ēt ex tra iudiciū dūmodo i loco ꝯgruo facta ualebit ſicut ꝛ da tio apoſtoloꝝ.ita rota deciſ.ccliij.que incipit.item ſi ap pelleꝛ.imo lꝫ corā iudice debeat fieri illa petitio.c.ab eo. ut ibi notaꝛ co.lib.vi.tñ iudex abſite pte apoſtolos dare poterit.ita rota in.d.deciſ.ccliii.quod intelligit bal.i.l. eos.§.apoſtolos.C.eo.procedere dūmodo poſtea inti meꝛ pti illa datio apoſtolorum.ꝛ iō ſi intimata nō fuerit ſibi non preiudicat ꝛ habeꝛ pro non fcā.adducit gl.nō.i cle.i.eo.ti.ꝛ debēt peti iſti apoſtoli ab appellante nō ab appellato.d.c.i.in prin.iuncto.d.c.ab eo.co.ti.li.vi.et ex quo ē actus iudicis pōt fieri a negociorum geſtore.ta lis petitio nec requiriꝛ ꝙ a prin.habeat aliquod manda tū dūmodo intra tp̄s.xxx.dierum ratificeꝛ illa petitio.ita bal.in.d.l.eos.§.apoſtolos.et iō ex quo ab appellante peti debent.uoluit glo.nō.in.d.cle.ii.in uerbo oblatos ꝙ expenſ ipſius appellantis debeant dari iſti apoſtoli ꝛ cogeꝛ ipe ſatiſfacere notario banchi de ſcriptura ꝛ ꝯfecti one coꝝ.ita bal.in.d.§.apſos.ꝛ ſequiꝛ ibi card.ꝛ Im. illā glo.tñ dē card.d.cle.ij.§.i.uꝛ ꝑ iſtā tex.arguere ꝙ imo expenſis iudicis.nam iura iponūt neceſſitatē ipſi iu dici dādi apſos.ergo ſuis expeñ.cū ad hoc teneaꝛ ex diſ pōne iuris.d.cle.ij.§.i.l.qñ.C.eo.ubi puniꝛ ſi nō dde rit.c.ut ſuper eo.ti.li.vi.nec dꝫ appellans cogi idiceꝛ ar ma ſuis expēſis ꝯ̄ ſe.nā dūmodo ipe petierit apſos ꝛ ſic nō uideaꝛ renūciare appellationi.l.iudicibus.C.eo.d. c.ab eo.ſua magis intereſt ꝙ iudex nullos apſos det.qꝛ tunc ipeditur eius ptās ne ad vlteriora ꝓcedat.d.c.ut ſu per.ꝛ deuoluitur appellatio ad ſupiorē.d.cle.ij.ꝙ̄ ꝙ iu dex ipſos apſos det.qꝛ dabit forte refutatorios.tñ p⁹ mul ta ꝯcludit ſeruari i practica opi.gl.ꝛ ēt eē equam maxie in iudice delegato qꝛ nō dꝫ militare ſuis expēſis ſꝫ ꝑtiuꝫ c.ſtatutum.§.inſuper.de reſcrip.li.vi.faciūt notata i.c. cum ab omni.j.de uit.ꝛ hone.cle. Et ſciendum ē ꝙ triplex ē ſpēs horum apoſtolorum. Delatorij ſiue dimiſ ſorij per quos iudex defert appellationi.refutatorij per quos nō defert ſed refutat appellationē.ꝛ reuerētiales ꝑ quos admittit appellatōeꝫ nō tāq̄ꝫ iuſte ei ſit deferēdū ſꝫ ob reuerētiā ſupioris.ita nōꝛ i.d.c.i.i pri.ꝛ.i.d.l.eos §.apſos.ꝛ i du°qñ iudꝫ dubitat an dēat dare apſos refu tatorios,an vo dēat dare dimiſſorios deferat ob reuerēti am ſedis apoſtolice uel alti⁹ ſupioris.ꝛ ſic dare dbebit de neceſſitate reuerētiales ita gl.i.c.i.i uerbo dlatū.e.ti.li. vi.ꝛ i.c.cū appellatōib⁹ i uer.cā eo.ti.li.vi.i.c.ſacro.in uer.dubitari.j.de ſē.ex.ꝛ uidim⁹ gl.ē.e.c.i uer.ex rōna bili.g°poſſꝫ puniri iudex ſi deferret appellatōi cui ñ eſſet deferēdū.uel negaret deferre appellatōi deferrēde ut.ē dixi.ita ꝛ ꝑiformiꝛ puniret iudex nō dās apoſtolos ubi a pte petāꝛ.d.l.qñ Jo.an.i.d.c.i.i pri.imo pte petente ſi detulit appellatōi cogiꝛ dare apoſtolos.ꝛ puniꝛ ſi ñ de derit pēa.d.l.quoniā.lꝫ ſe⁹ ſi ñ detulerit ita io.an.ꝛ alij i.d.c.i.ꝛ arch.ibi uoluit penā iudicis eē arbitrariā de iure cāonico.ꝛ hec ꝓcedūt i pēa extra ꝓceſſū i ꝓceſſu āt pūiꝛ iudex non dans apſos ſi petanꝛ qꝛ deuoluitur cā ad ſu

UVA. BHSC. IyR_025

ꝑiorem ⁊ ꝑuaꝛ̃ ip̃e iuriſdictõe.c.ut ſup̃.eo.ti.li.vi. Pu
nitur ẽt ꝑs ſi non petierit apl̃os q꞉ uꝛ̃ renunciare ſue ap
pellationi.d.c.ab eo.⁊.d.cle.ii.§.apl̃os.⁊.d.l.iudicib⁹
⁊ ibi habetur.ſit tamẽ cautus appellans qui petit apl̃os
⁊ hꝫ refutatorios ut ab hac reiectione appellet. alioquin
ſi non appellat appellatio cenſetur friuola ⁊ habebiꝛ̃ tã/
ꝙ̃ temere appellans.ideo tanꝙ̃ temere appellans non
poterit appellare poſtea a diffinitiua.ꝫab.in cle.ſi ante
de dolo ⁊ ꝯtu.qui ponderat glo.ibi in verbo manifeſte.
que glo.hoc ñ uꝛ̃ mihi ꝯcludere dicit.n.manifeſte dici fri
uole appellantẽ ſi ꝓnunciatũ fuit cãm appellationis fal
ſam ſed non declarat ꝑ quẽ iudicẽ ⁊ non dicit ꝑ iudicem
a quo.nam ex quo ẽ ab eo appellatũ non hꝫ iuriſdictio
nẽ niſi in reuocando grauamẽ.c.ſi a iudice.eo.li.vi.nec
apl̃i refutatorii ad hoc danꝛ̃ ſed ſolũ ad iformationẽ iudi
cis ad quem ut ẽ proxime dictũ.ideo cogita. Sed quan
do debebũt peti dicite ꝙ omni hora qua voluerit appel
lans dũmodo.ĩ.xxx.dies a die ſnie ut.ĩ.dicã ꝯnũerãdoſ
d.c.ab eo.d.l.iudicibus.⁊ intra illos.xxx.dies iudex ẽt
dare cogitur.d.c.ut ſuper.⁊.d.c.ab eo.ita gl.in.d.cle.
ii.in uerbo intra certũ.in.l.i.ff.de libel.dimiſſ.congruo
tamẽ tp̃e petere dꝫ alś hꝛ̃etur pro non petẽte puta ſi pe
teret die feriato.ita Sede.de ſenis ꝯſi.ſuo lxxii.facit tex.
in.l.ii.§.fi.ff.ſi quis in ius uoc.nõ ier. ſi tñ iudex vellet
ſtatim appellanti dare apl̃os põt.⁊ cogitur illoſ recipere
⁊ ſic erit utile ad abbreuiandaſ calũnias appellantiũ.ita
bal.in.d.§.apl̃os.⁊ poſtꝙ̃ pars ſemel petiit põt iterum
⁊ pluries eos petere.imo hodie de equitate uno eodem
ꝯtextu saltẽ dꝫ iſtanter ⁊ inſtantiſſime petere apl̃os cle.
ii.eo.ti.bar.in.l.i.ff.de lib.di.iudex aũt qui ſemel dedit
apl̃os dimiſſorios amplius mutare non põt.⁊ de nouo
dare.ita bal.in.d.§.apoſtolos. Et facit ſo.c.cũ appel/
lationibus.eo.ti.li.vi. Sed a quo tp̃e incipiẽt currere
iſti.xxx.dies an a tp̃e appellationis iterpoſite an uero a
tp̃e ſnie late.⁊ uidetur dicendũ ꝙ a tp̃e appellationis.
nam non ualenti agere non currit tp̃s.c.q꞉ diuerſitateꝫ
ĩ.de conceſ.preb.l.i.in fi.C.de anna.excep.ſed anteꝙ̃
ꝑs appellauerit non põt petere apl̃os.q꞉ ſunt acceſſori
um appellationis ⁊ appellationẽ ꝑſupponũt.nec iudex
ẽt ip̃e hꝫ dare apoſtolos q꞉ ⁊ ip̃e teneꝛ̃ dare ꝓpter appel
lationẽ.ergo appellatione nõ pendẽte nõ curret hoc tp̃ſ
glo.in.d.l.i.ff.de lib.di.⁊ in.d.cle.ii.uꝛ̃ tenere ꝙ a die
ſnie.⁊ hanc ꝑtem uiſus ẽ tenere Hoſt.in.d.c.i.q꞉ ex q°
illa tp̃a.x.dieꝝ ad iterponeñ.appellationẽ ⁊.xxx.dierũ
ad dandũ apoſtolos ſũt compaſſibilia ſimul currẽt eodẽ
tp̃e ⁊ non ſolum parti ſed ẽt iudici.nec obſtat ar.d.c.q꞉
diuerſ.q꞉ lꝫ petere non poſſit ante appellationẽ nec iu/
dex dare tamẽ eadẽ deliberatio quã pars facit itra.x.di
es an debeat appellare uel ne põt porrigi ad petitioneꝫ
apoſtolorũ quã ſit neceſſariã.ergo cũ tũc illo tp̃e poſſit
ſuper utroqꝫ tp̃e deliberare effectus tp̃is aſſignati nõ ex
toto tolliꝛ̃ ꝓpter ipedimẽtũ.ergo non ex toto curſus tẽ
poris ipedietur.ita erit in iudice.q꞉ ex quo tulit ſniaꝫ po
tuit cogitare ꝙ euenire poterat ꝙ ꝑs appellaret ⁊ iõ il/
lo medio tp̃e ꝓuidere quos apoſtolos debeat daꝛ̃ ergo
illud tp̃s.x.dieꝝ non ſubduceꝛ̃ de illis.xxx.diebus et ſic
vtriqꝫ et appellanti ⁊ iudici current.xxx.dies a die ſnie
late.itelligite et notitie ꝑ ꝑtẽ habite de ſnia.ita cardi.ꝑ
hoc fund.in.d.cle.ii.§.pe.Ang.de aretio.i.l.i.ff.de li
bel.dimiſ.in.i.⁊.ii.col.bal.⁊ ſali.in l.eos.§.fin.C.co⁊
card.pro hac ꝑte adducit in fi.bonã glo.in cle.ii.uerſi.
ſi quis.de magr̃is.et nõta in.c.cũ i cũctiſ.§.fi.ſ.d elec.
media fuit opi.Jo.de lig.que fuit de rota deciſ.xxviii.q̃
incipit.itẽ fuit dubitatũ utrũ ⁊ a quo tp̃e ubi diſputãt iſtã
materiã qui diſtinxit.aut loquimur quo ad ꝑtẽ et tũc inci
piat currere a die ſcie de ſnia.l.iudicibus.C.e.aut loqui
mur quo ad iudicẽ et tũc incipit currere a die appellatio
nis iterpoſite.q꞉ iudex non debuit diuinare ꝙ ꝑs appel
let.imo verisimile ẽ ꝙ crederet non appellaturã quaſi ſi
bi ꝑſuadeat ꝙ iuſtitiã fecerit et hanc diſtinctionẽ ſequitꝛ̃ ⁊

bal.in.d.l.iudicibus.et refert in.d.§.apoſtolos.ſed nõ
firmat pedes.tex.i.d.l.iudicibus.ẽt quo ad iudicẽ forꝛ̃
ſtringit ꝙ ꝯputeꝛ̃ a die ſnie.et rota ꝛ̃fert uarie fuiſſe pra
cticatũ.d.deciſ.xxix. Iterũ querendũ ẽ nũquid in quacũ
qꝫ appellatõe hẽat locũ petitio apoſtoloꝝ.ſiue a diffiniti
ua appelleꝛ̃ ſiue ab iterlocutoria. Et dicite ꝙ ſic ita rota
deciſ.cclxiii.que icipit.itẽ ſi appelleꝛ̃.ita gemi.Jo.an.⁊
alii.in.d.c.i.eo.li.vi.⁊ facit tex.in.d.l.eoſ.§.apoſtolos
⁊ in.d.l.i.ff.de lib.dimiſ.ubi de iure ciuili fuit inuentio
horum apoſtolorum ⁊ tamen de iure ciuili regulariter ñ
appellabaꝛ̃ ab iterlocutoria.l.ii.et ibi habeꝛ̃.ff.de ap.re
ci.ergo apoſtoli ſũt petẽdi ẽt ſi appellaꝛ̃ a diffinitiua quõ
ãt ſũt petẽdi apoſtoli.ang.de aretio i.d.l.i.ff.de lib.di.
in.iij.col.dicit ꝙ ſicut appellatio qñ icõtinẽti appellatur
ſufficit uiua uoce appellaꝛ̃.ita ẽt apoſtolos petere qñ ex
iteruallo dꝫ iſcriptis appellari.ita et apl̃i peti bald.et ſali
ce.i.d.l.eos.§.fi.et ibi ꝙ debẽt dari expẽſis appellãtis
gl.i.d.cle.ii.e.ĩ.ꝙ tp̃s dꝫ appellãs ꝑſentare apoſtolos
iudici ad quẽ.dicꝛ̃ ang.ubi ꝓxie quod ẽ arbitrariũ quic/
quid dixerit gl.i.l.ꝑſes.C.e.et ubi iudex nõ dat apoſto/
los põt ꝑs ꝯ eũ itra dictos.xxx.dies ꝓteſtari ang.ubi ꝓ
xime col.v.v.ſextũ tp̃s. Circa apoſtolos q̃ro nũquid
pendẽte tp̃e ad dãdũ apoſtolos proceſſus agitat⁹ ꝑ iudi
cẽ a quo valeat gl.ſup ṽbo.et tũc in.c.ut ſup.tenet ꝙ ñ
et pro ea facit tex.ibi i ṽbo extũc.qd nõt extremitatẽ tp̃is
ut dixi i.c.perſõas.ſ.eo.ꝙ ẽt uerbũ repeꝛ̃ i.c.ab eo.e.
ti.li.vi.et hãc ꝑtẽ ſequũꝛ̃.d.d rota i deciſ.cxxix.que icipit
itẽ ꝙ ſi iudex.q꞉ pẽdẽte dilatõe ꝯquieſcit officiũ iudicis.c.
ſignificãte.eo.ti.et hãc ꝑtẽ tenet Jo.d lig.i.c.dilect.co.
ti.et tenet hoſti.i.c.cordi.e.ti.li.vi. Cõtrariũ tenet Jo.
an.et pe.d ancha.i.d.c.ut ſup moti.q꞉ tex.ibi iualidat
ꝓceſſũ ex mora iudicis in nõ exhibẽdo apoſtolos.ſꝫ mo
rã nõ icurrit iudex a quo niſi poſtꝙ̃ denegauit dare apo
ſtolos uel poſt lapſũ tp̃s ad illos dãdos.ergo ꝓceſſus pẽ
dẽte tp̃e agitat⁹ nõ erit null⁹ et ſic aduerbiũ ex tũc referꝛ̃
ad tp̃s lapſe more.Hemi.i.d.c.ut ſup ſequẽdo paulꝫ
de leaꝫ.in quadã ſua diſputatõe que icipit a ꝑlato regu/
lari.diſtiguit aut appellatõ ẽ iterpoſita a diffinitiua ⁊ tũc
nõ tenet talis proceſſus.ſꝫ reuocaꝛ̃ ꝑ uiã attẽtati.q꞉ ſola
pẽdẽtia appellatõis ipedit iuriſdictõem iudicis.ĩ.c.ti.c.
nõ ſolũ.i.rñſo et ita itelligãꝛ̃ argumẽta ibi iducta aut ap
pellatio interponiꝛ̃ ab interlocutoria et tũc ſi procedit p⁹
ihibitionẽ factã a iudice ad quẽ nõ ualẽt et debẽt retrac
tari ꝑ uiã attẽtati.ut.d.c.nõ ſolũ.ii.rñſo.aut nõ erat in
hibitũ et tũc ſi queriꝛ̃ an ſola pendẽtia termini apoſtolo
rũ inducat nullitatẽ proceſſus dicẽdũ ꝙ nõ.q꞉ pendẽtia
termini ipedit ſolũ id ſup q° iudicaꝛ̃ ſed aliud ſeꝑatũ nõ
ipedit.C.de dila.l.ſiue ꝑs.et de ap.ſignificãte.uñ uide
mus ꝙ ſi pẽdẽte dilatõe ſpoliaꝛ̃ appellãs ſiue appellat⁹
põt agere ſup illo corã iudice a quo.ſ.e.cũ teneamur et
ſic in cãu iſto.nã termin⁹ ẽ aſſignat⁹ pro apoſtolis uñ iſta
delatio nõ ipediet alia ſeꝑata.et hoc ẽ qd uoluit hic tex.
qui dicit ex tũc.i.poſtꝙ̃ fuit fcã denegatio et ꝑ hoc ceſſat
opi.hoſti.ſ.poſita.q꞉ ip̃e nõ uidit tex.iſtũ.ſi queriꝛ̃ nũc
quid pẽdẽtia termini iũcta cũ appellatõe hẽat ſaltẽ quo
ad effectũ uiciare proceſſũ.et dicendũ ẽ ꝙ ſic ſcdm exitũ
quẽ hẽbat appellatio retardabiꝛ̃ talis proceſſus.ĩ.e.nõ
ſolũ.ii.rñſo et ꝑ h° patet ꝙ ille tex.ñ loquiꝛ̃ d iſto cãu vꝫ
qñ procediꝛ̃ iter appl̃lõnẽ et pẽdẽtiã termini apl̃oꝝ.ſed
iſtõ decidiꝛ̃ ꝑ.c.ñ ſolũ.ĩ.e.hec ẽ in ſũma mẽs pauli i loco
ꝑallato.et lꝫ iſta diſtinctio poſſꝫ morderi tñ pronũc tran
ſeam⁹.et aduertẽdũ ꝙ ſi iudex petẽti apl̃os nõ rñdet ꝛ̃ di
cit ſe daturꝝ nullo certo termĩo aſſignato uꝛ̃ denegaſſe et
appl̃õni detuliſſe lap⁹ nõbilr allatõe.cxxiiij.ꝑ nõta i cle.
qꝫuis i fi.co.pe.d anch.i ꝯſi cexviij.icip.i xp̃i etc. Iſte
dñs executor ſubiciẽſ ꝙ appl̃laſ d iſta taciturnitate exq°
hẽꝛ̃ ꝑ rñſo ſic d rñſo teneꝛ̃ faceꝛ̃ fidẽ.an dilatio ad apl̃os
ſuſcipiendos ꝑ iudicẽ aſſignata poſſit ſemel et pluries ꝓ
rogari docto.in clemen.ii.eo.titu. Ultimo et nouem
effectus quos uidentur operari apoſtoli non habiti in

UVA. BHSC. IyR_025

cauſa appellationis ponit glo. in. d. cle. ii. in fi. Circa
viii. ix. x. ꝛ. xi. requiſitum. dicite ut in locis ibi allegatis
nec ualet ſtatutũ abbꝛeuians illud tp̄s appellandi uel ēt
anni ad pꝛoſequenduꝫ. ita Jo. an. in. c. fi. co. li. vi. bal.
in. l. pꝛo grāma. C. cōmi. uel epiſt. ꝛ faciunt remiſſiones
ſupꝛa allegate in. vi. requiſito. Circa. xii. ſ. ꝙ appel
latio debeat iuſtificari ex his actis ex quibus pꝛimus pꝛo
ceſſus eſt geſtus. dicite regulam ꝙ ſic. clemen. appellan
ti, eo. ti. Fallit pꝛimo quando illud quod deducit̄ ad
iuſtificandum appellationem ſuperueniſſet appellatio
ne pendente ex facto appellati. nam illud deduci pote/
rit ſicut de nouo ē oꝛtum. argumen. c. inſinuante ſupꝛa
de officio delegati. Ita Baldus in. l. per hanc. in fin. co
lum. C. de tempo. appellatio. tamen generalius idem
Bald. loquitur in. l. inuitus. C. de ꝓcurato. ubi firmat
indiſtidete non conſiderans factum appellati ꝙ iura de
nouo ſupuenīēs ap. pen. pōt deduci ad iuſtificañ. appel
lationē ēt ab interlocutoꝛia. ꝛ ibi infert ad q̄ōnē nūquid
ſi ꝓcur̄. ꝯpuit ſine mādato poſtea pen. ap. obtinet man
datū iſtud mandatū ſufficiat ad iuſtificandū appll'onē ui
dete ibi. Scđo fallit in īterlocutoꝛia que affert graua
mē irrepabile p appll'onē ſi executōi mādaret̄ puta ſnīa
de toꝛquēdo aliquē a qua appellat̄. l. ſi quis ꝓuocatione.
C. eo. illa appellatio poterit iuſtificari ēt ex de nouo de/
ducendis ne ille toꝛqueat̄ iniuſte cū ex nouit̄ deducendis
appeat de iniuſticia ita bal. in. d. l. p hanc. in fi. col. ꝛ ēt
ſenſit bar. in. l. ii. in pe. col. ff. de ap. reci. dū all'at nōta i
l. cū ꝓponas. C. de bo. auc. iud. poſ. Tertio fallit ubi
iudex noluiſſet ꝓbationes coꝛam ſe deducēdas audire.
nā tūc oblatio eaꝝ ſufficit ut poſſint poſtea deduci i cā ap
pellationis ex quo nō ſtetit p ptem. c. interpoſita ꝛ ibi vi/
debimuſ. j. eo. ꝛ voluit bal. in. d. l. per hanc. ꝛ lud. in ſin
gularibus ſuis. Quarto fallit i īterlocutoꝛia lata ꝯ ab
ſentē qꝛ tūc pōt iuſtificari ex nouiter deducēdis appella/
tio. ita bar. in. d. l. ait pꝛoꝛ. §. pmitit̄. ff. de mīo. ꝛ dixit
lud. in ſingularibꝰ ſuis eē ſingulare Quinto fallit quo
tienſcūqꝫ appellatū eēt ab iterlocutoꝛia ꝛ iudex a quo ꝓ
ceſſiſſet ad diffinitiuā nō obſtante appll'one tūc talis ap/
pellatio ab īterlocutoꝛia īterpoſita ſuſcipit naturā appll'o
nis a diffinitiua. qđ pꝫ ex quo ſi iudex ad quē ꝓnunciat
male appellatū illo caſu tñ ꝯfirmabit diffinitiuam. ita in
no. d. q̄nto. ꝛ Imo. in pe. col. in. c. ex pte adde. ſ. de te
ſti. ꝛ dixi. ſ. Jō ēt ſicut i diffinitiua dicimus iuſtificabitur
hic appellatio ex nouiter deducēdis. ita Inno. i. d. c. ex
pte adde. tamē Imo. ibi in fi. col. ꝛ cōiter doc. tenēt ꝯ̄riū
Sexto fallit reſpectu all'ationū iuris. qꝛ all'ationes iu
ris nō deducte in pꝛincipali pn̄t deduci in cā appellatōis
ab īterlocutoꝛia. ita bal. in. d. l. p hanc. in fi. col. ꝛ faciunt
notata p bal. in auten. iubemꝰ. C. de iud. Septimo
fallit in ſnīa ſecūdi decreti uel banni a qua fuit appella/
tū. nam tunc pōt iuſtificari appellatio ex nouit̄ deducēdis
ita bal. in. d. l. p hanc. Et faciūt notata p bar. in. d. l. ij
i pe. col. ff. de ap. reci. Ultimo ſciēdū ē ꝙ lꝫ ex variis
cauſis poſſit ab iterlocutoꝛia ſi expꝛimant̄ appellari tñ lꝫ
ꝓſecutio earū coꝛam oꝛdinariis iudicibꝰ ſil'r fieri poſſit ita
ut ſi ex vna non pōt iuſtificare appellationē poterit tamē
iuſtificare ex alia. c. ſignificante. ꝛ ibi panoꝛ. j. eo. ꝛ dixi
ſ. de ſtilo tñ curie non dat curia iudicē delegatū niſi ſup
una cauſa exp̄ſſa ꝛ poſtea ſi in illa ſuccubuerit coꝛam eo
dē delegato nō poterit ꝓſequi aliam ēt exp̄ſſam. ſed de
bebit īpetrare nouū reſcriptū ſup alia cauſa. ita card. in
d. de. appellanti. et reſtat pulchꝝ dubiū nūquid i ꝓceſſu
cauſe appellationis ſit neceſſariū producere pꝛimam ſē
tentiam bal. in addi. ad ſpec. i ti. co. col. xxxiij. ꝙ ſic. cō
tra. notat Jo. an. ꝛ hoſt. ꝛ bal. in pe. col. in. c. ſup lr̄is.
de reſcrip. ſede. ꝯſi. cxxxi. incip̄. audiui ange. ꝯſi. ccxii. in
cip̄. in dei ꝛc. viſis proceſſibus. ꝛ idē ibi de proceſſu pꝛie
inſtantie hētur in. l. hi qui. ad ciuilia p doc. C. e. i. c. g p
petuꝰ. ſ. de fide inſtr. Cy. in. l. p hanc. in. v. q. C. de tē
po. appel. ꝛ aliquid in. c. p tuas. ſ. e. Quid mō ſi uictoꝛ
non uult pꝛoducere pꝛimam ſnīam ſed eam tenet occul
tam nec uult de illa facere copiam ne poſſit īfrigi. Inn.
in. d. c. g. perpetuus. dicit ꝙ cautella ē ꝙ iudex aſſignet
ei terminum ad illam producēdaꝫ ad iſtantiam uicti et
ſi neget ſe illam hr̄e pꝛonunciet ſi quo tpe appuerit talis
ſnīa illi nō eē dandam fidem. ſequitur bar. in. l. ſi ap pel
lationē. C. e. pe. de ancha. in. c. i. in. v. col. e. ti. li. vi. an
ge. de aretio in. l. i. in pꝛin. in. ii. col. ff. que ſen. ſine ap.
reſcin. Tn̄ idem ang. de aretio in. l. i. in fi. ff. ſi tutoꝛ uel
cura. appellauerit declarat hoc procedere qn̄ uictoꝛ hꝫ ſꝫ
uictus non pōt illam ꝯſequi aliunde. nam tūc dicta cau
tella ē ſeruanda. ita raph. cuma. in. l. i. ff. ſi ap. pendē.
moꝛs iter. al's. n. regulariter appellans qui īpugnat ſen
tentiam illam tenet̄ producere. Ut tamē clarius habea
tis iſtum articulum quero quis hꝫ pꝛobare i cauſa appel
lationis. Dicite poſt bar. ꝛ bal. in. l. hi qui ad ciuilia. C.
e. ꝛ ſingulariter bal. quem oīno uide in addi. ad ſpec. in
ti. de app. i. xiiij. col. aut de iure cōi fundata ē intentō ap
pellati ꝛ dꝫ pꝛobare appellans. d. l. hi qui. aut ē de iure
fundata intentio appellantis ꝛ dꝫ pꝛobare appellatus.
aut neutrius intentio ē fundata de iure ꝛ tunc ſi uterqꝫ
pꝛoſequitur ille pꝛobabit in cauſa appellationis qui hē/
ret pꝛobare in illa inſtantia. aut unus tm̄ pꝛoſequitur et
tunc ille pꝛobabit ſi uult ſnīam pꝛo ſe ferri al's nō poſſet
diffinitiua ferri declarando ut bar. in. l. p hanc. C. de tē
po. ap. auten. qui ſemel. C. quomodo ꝛ quando iudex
nemine autem pꝛoſequente deſeret̄ appellatio ange. tñ
de aretio in. d. l. i. ff. ſi tutoꝛ uel cur. appel. quo ad ſolē
nia incumbētia circa appll'onē. ſ. ꝙ appellauerit legitie.
ꝛ de fatalibꝰ pꝛobare dꝫ illa appellās. Quantū autē ad
pꝛobationē ſup iſtantia cauſe dicunt cōiter doct. ꝙ ſi al
tero abſēte ꝯtumaciter alter uult pꝛoſequi in cauſa ut fe
ratur ſnīa pꝛo eo ꝛ tunc ſiue ſit appellatum ſiue non ap
pellans dꝫ pꝛobare. C. ð app. l. amplioꝛē. ꝛ in auten. de
his qui ingred. ad appel. §. illud quoqꝫ. aut uterqꝫ ē p̄
ſens ꝛ tunc aliqua ē pꝛobatio que fit per negationē ut ꝙ
appellans dicat nunꝙ̄ fuiſſe citatum uel nunꝙ̄ fuiſſe ibi
datū terminū ad pꝛobādū ꝛ dicit domine iudex uideant̄
acta ꝛ tunc etiam appellans iſto caſu dꝫ pꝛobare. ut. l.
ii. de eden. ꝛ per inſpectōem actoꝛum talis negatiua pꝛo
batur ut. l. fi. C. de lib. cā aut ē pꝛobatio per teſtes uel in
ſtrumenta ꝛ ſimilia ꝛ tunc iſto caſu qui pꝛobat in cā prin
cipali pꝛobat in cauſa appellationiſ ut. d. l. hi qui ſiue ex
antiquis actis ſiue ex nouis pꝛobationibus ut l. per hāc
C. de temp. ap. quod ē uerum qn̄ appellatur a diffiniti
ua. ſecus ſi appelletur a noīatione qꝛ ut dixi ſemper ꝓ
bat appellans quia in ea non ē repire pꝛimam ꝛ ſcđam
inſtantiam ut hic. ꝛ ē rō qꝛ cum quilibet teneatur ſubire
munera ut. l. i. in pꝛin. ꝛ. §. i. j. de mune. ꝛ hono. ꝛ. l. in
chola. j. de municip. pꝛeſumptio ē contra noīatuꝫ ꝙ ſu
bire dꝫ. unde ſi appellat contra hanc pꝛeſumptionē de/
bet pꝛobare ut hic. in aliis vero ſecus. ꝛ eſt rō ſm̄ Bar.
in. d. l. hi qui. in fi. vꝫ ꝙ actoꝛ in pꝛima regulariter ꝓbet
in appellatione qꝛ app'lo īterpoſita. ꝛ reducit cauſā i eo
ſtatu in quo erat ante pꝛouocationē ꝛ ſic tpe ſnīe ut dicit
tex. in. l. iii. C. de appel. ſed ſi oīa reducit in. d. tpꝛe ꝛ ſic
quo ad pꝛimam inſtantiā qꝛ appellatio reſcindit ꝓnunci
atum ut. l. i. in fi. ſ. ad turp. uſqꝫ ad lit. ꝯteſta. in pꝛima
iſtantia in. l. ita demū. C. de ꝓcur. ꝛ quod ibi nō. igitur
neceſſario ſequitur ꝙ iſte dꝫ pꝛobare in appellatōne qui
debebat pꝛobare in pꝛima cauſa qꝛ acta ſua ſūt p appel
lationem reſciſſa. ergo neceſſario ſequitur ꝙ intētiōeꝫ
ſuam dꝫ pꝛobare. l. actoꝛ. C. de pꝛoba. ꝛ ita cōiter pra/
cticatur. ſed Glo. in. d. l. hi qui. aliter dicit vꝫ aut ſnīa im
pugnatur ex oꝛdine aut ex cauſa. pꝛimo caſu ille ꝯ queꝫ
lata ē ſemper dꝫ iuſtificare eam ut qꝛ dicit non fuiſſe ci/
tatum non fuiſſe rite latam ꝛ ſi. ut extra de pꝛoba. c. qm̄
contra. ꝛ. d. §. illud quoqꝫ. Si aūt arguatur ſnīa ex cā
e per ꝯn̄s ex iniuſtitia ꝛ tunc aut reus ꝯdemnatꝰ appella
uit ꝛ tunc actoꝛ appellatus dꝫ ſnīam iuſtificare uel ex an

UVA. BHSC. IyR_025

ſiquis actis uel ex nouis qualiter debuit ꝯdemnari ut ex
tra de fide inſtru.c.cum ioannes.aut econtra reo abſo
luto actoꝛ appellat ꝛ tūc qui debebat ꝓbarẽ in pᷓia cauſa
pꝛobabit in cauſa appellationis ut actoꝛ ſuam intentōez
ꝛ reus ſuam exceptionez per quam fuit abſolutus in.d.
§.illud quoqꝫ.ſed lꝫ.d.Io.de ana.multū ſe extendat
in pꝛobando contra cōem ſniam ꝙ imo appellanti ſem
per incūbat onus pꝛobandi.ꝛ per glo.in.c.in pn̄tia.de
renū.ꝛ ēt alijs argu.ꝛ conet̃ reſpondere iuribus ꝛ rōi
bus doc.tamen mihi non placet ſua opi.ꝛ faciliter poſſꝫ
dictis ſuis rn̄deri qꝛ clare colligitur rn̄ſio ex.j.dicendis
In hac itaqꝫ materia placet mihi determinatio ſpec.
in ti.de ſen.pꝛola.§.fi.in fi.ꝛ ꝯpoſito.per Io.an.in.c.
in pn̄tia.de renū.ꝛ Iac.de are.ꝛ pe.ut refert cy.in.l.ꝑ
hanc.C.de temp.ap.in.vi.q.ꝛ.d.l.hi qui.declarata ꝑ
tim ꝑ matheſil.pꝛim vꝫ per raph.qn̄ꝫ.n.pars appellat
ab actu extraiudiciali ꝛ iuriſdictionali ꝛ loquitur appel/
lans dꝫ pꝛobare ꝛ ē ratio ut.ſ̃.dixi.qn̄qꝫ quis appellat
ab interlocutoꝛia ꝛ ideo rō qꝛ dꝫ cauſam inſerere ut i.l.
i.de ap.reci.qn̄qꝫ appellatur a diffinitiua ꝛ tūc dicit que
dam ē pꝛobatio appellationis rite iterpoſite ꝛ.j.x.dies
ꝛ ꝙ apl̃os petierit.j.debitum tp̃s ꝛ tunc hec pꝛobatio ꝑ
tinet ad eum qui appellat in.l.fi.§.illud.C.de tempo.
ap. Et ēt ſi uult ipugnare ſniam qꝛ non fuit rite lata ut
dixi ſupꝛa ſm Gloſ.ꝛ tūc ipe appellans dꝫ pꝛobare ut.d.
c.quoniam ꝯ̃ falſam.de pꝛoba.ſi uero queritur de ꝓba
tione meritoꝝ cāe ꝛ ſic appellans plus pꝛoſequitur dꝫ ip
ſe pꝛobare ſm Ia.de are.ꝛ bart.hic.ꝛ Bald.in.d.l.hi
qui.ſed hoc uĩ abſurdū matheſil.pone.n.ꝙ actoꝛ petit
centū ex cauſa mutui ꝛ nihil pꝛobauit reus cū fuit ꝯdem
natus reus qui appellauit ꝛ fuit pꝛoſecutus actoꝛe abn̄te
ꝛ ꝯtumace dicemus ne iſtū reum deberi pꝛobare hāc ne
gatiuam vꝫ ſibi mutuata nō cē ꝛ certe non.l.actoꝛ.C.
de pꝛoba.l.i.ff.nil noua.ap.pen.fatetur tn̄ ꝙ iudex ex
ſuo officio pōt de fcō ſupplerẽ pꝛo actoꝛe abn̄te.l.amplio
rem.in pꝛin.C.de ap.ſed ſi appellans pꝛoſequitur ad
eum ſpectat onus pꝛobandi ut.d.§.illud quod itelligas
ſane ſi non ſufficiat uictoꝛi ad obtinendā ꝯfirmatōꝫ quā
obtinuerit in pꝛima niſi appareat iuſta ſnīa ꝛ acta pꝛo
pꝛoducat nō tamē ſi reus erat abſolutus qꝛ actoꝛ nō ꝓ
bauerit uel reus erat cōdemnatus qꝛ actoꝛ pꝛobauerat
dꝫ adhuc iteꝝ pꝛobare ſi pꝛima pꝛobatō erat plena.ubi
aūt uterque pꝛoſequitur ē pꝛobanda per quandā abne
gationē ut ſi dicatur iſpiciantur acta ⁊c.tūc debet appel
lans petere copiam ſnīe ꝛ oīum actoꝝ factoꝝ corā iudi
ce a quo ꝛ illa exhibere iudici ad quē ꝛ per eoꝝ iſpectio
nem oſtendere iniquitatē ſnīe ut hac.l.ꝛ.l.quoniam nō
nulli.C.ð appel.ſed iſta opinio ē ualde iniqua nam ab
ſurdum ē appellantē ſuis ſūptibus pꝛoducere acta ut fa
ciant pꝛo aduerſario ꝯ̃ ſe ut.l.nimis graue.C.de teſti.ꝛ
c.i.extra de pꝛoba.ſufficere.n.debet ꝙ pꝛoducat illam
ptē actoꝝ que facit pꝛo ipo appellante per que iūcta cū
ſnīa colligitur iniquitas ſnīe niſi aliud ꝑ aduerſariū do
ceatur ꝛ ſic debet itelligi.l.quoniam nōnulli.ꝛ.l.iudici
bus.C.de appel.unde dico ꝙ ſi actoꝛ i cā pꝛincipali ple
ne pꝛobauit ꝑ teſtes uel inſtra ꝛ fuit reus ꝯdemnatus et
in cā appellationis reus pꝛoduxit ſolū ſniaꝫ in appellati
one et alia acta non fuerūt pꝛoducta ab ipo reo nec ab
actoꝛe iudex dēbet pꝛonūciare bene appellatū et male iu
dicatum qd̓ nō.ſi uero queratur de alijs pꝛobationibus
et tūc actoꝛ qui erat in pꝛincipali cā erit ēt in iſta appella
tōe quod itelligite ut.ſ̃.dixi ſm gl.et hoc ubi de cā termi
nanda tractatur ubi aūt tranſierūt tp̃a non ē hoc querē
dū ut.l.ſi pꝛetoꝛ.§.i.ſ̃.de re iud.nec ēt qn̄ ſententia di
catur nulla de quo per bar.in.l.ſi cum nulla.ff.de re iu
di.iſta ē theoꝛica magiſtra Ange.de aretio in.d.l.i.ff.ſi
tutoꝛ uel cura.appel.qui dicit ita ſeruari de ꝯſuetudine
et ſe pluries practiaſſe.

**vꝫ ceſſante** Iudex a quo fu/
it appellatum ſi
reuocat grauamen per eum illatum in pꝛincipali pꝛoce/
dere poteſt.h.d. Diuiditur in quattuoꝛ.in pꝛima po
nit rationem finalem.in ſecunda ponit deciſio.in tertia
remouetur contrarium.in quarta rationem particula/
rē aſſignat.ſcd̓a ibi ſtatuim⁹.tertia ibi nō obſtante.quar
ta ibi nc pꝛoceſſus. Nō pꝛio ex tex.ibi cū ceſſante etc.
tex.quē milies audieris allegari ꝙ ceſſante cā ceſſat effe
ctus.ꝯcoꝛdat tex.xvi.q.i.c.generalr̃.et in.l.generalr̃.
C.de epiſ.et cle. Sed ne in ābiguo euagemur ſciēdū
ē quid ipoꝛtet uerbum cā.et ſm bar.in.l.ii.in fi.ff.ð do.
cā denotat actum de preterito.faciunt notata in rubꝛica
ff.de conditio.et demon.et in.l.cum tale.§.legato falſā
ff.de cond.et demon.ex quo dixit Io.an.in.c.poſt trāſ
lationē.ſ̃.de tranſ.pꝛela.ꝙ in dubio ubi ſit mentio de
cauſa intelligitur de finali.al̃s uocaretũ pꝛopꝛie occaſio n̄
āt cā.c.ſe lite ubi hon⁹ tex.ſ̃.ð ma.et o.hc.Imo.i.d.l.ii
§.fi.ff.de don.repꝛobat Io.an.dicēs ꝙ uerbū cā ð ſui
nā nō ipoꝛtat cām finalē ꝑ ea q̃ hn̄tur in.d.§.fi.ubi ipoꝛ
tat cām ipulſiuā.et i.d.§.legato falſā.et i.l.titio.e i pꝛi.
ff.de ꝯd.et de.in.l.dam⁹.et toto ti.ff.ð ꝯdi.ob cām i.l.
ſed ſi moꝛe.§.fi.ff.ð do.iter vi.et vx.nō obſtat.d.c.ſoli
te.qꝛ Io.an.et cōit ſcrib.alr̃ itelligūt illa v̓ba n̄ cāꝫ ſed oc
caſionē.i.ꝙ v̓bū cā ipoꝛtat cām ꝓximā.occaſio aūt cām
remotā. Nō ēt ex tex.ibidē ceſſat eff.ct⁹ ꝙ coꝛrecta rō
ne legis uĩ coꝛrecta ipa lex.nā hic coꝛrecta rōe.i.ſublato
grauamie reſtat coꝛrecta ipa.l.ſup ide fcā ut iudex a quo
nō poſſit ꝓcedere Io.tn̄ an.i.d.c.poſt trāſlatōꝫ tꝫ ꝯ̃triū.
qꝛ lex nō fūdaſ̃ ſolū ſup rōe.ſed ēt ſup ꝑ auct̃e et ptāte cō
dentis et iō uno ſublato cū reſtet reliquū nō dr̃.l.ſubla
ta ar.coꝝ que habent̃ i.l.liberoꝝ.§.notanter.ff.ð his
qui not.iſa.in.c.ex tuaꝝ.ſ̃.ð auc.et u'ſu pal.in.c.i.ſ̃.ð
treug.et pace.Im.in.d.§.fi.ꝑ iſtū tex.dicit Io.an.ma
le loqui.et ꝯ̃ Io.an.ē tex.ad lr̃aꝫ i.c.miramur.ſ̃.ð ſer.
nō oꝛd.iūcto.c.a multis.ſ̃.de eta.et qua.et tenet bart.i
l.i.in pꝛin.ff.de leg.iu.et Imo.in.l.ſi uero.§.de uiro
ff.ſo.ma.bal.hic uĩ ſentire mediā uiaꝫ qꝛ aut loquimur
an coꝛrecta rōe.l.lex ſit coꝛrecta ut ex retro et tūc qꝛ ð na
tura legis nō ē trahi ad ꝑterita i auten.ut cum de ap.co
gno.circa pꝛin.c.fi.et ibi habet̃.ſ̃.de ꝯſti.late ꝑ gl.in ꝓ
hc⁹ cle.in v̓bo de cetero.et in data vi.et iō talis l.coꝛri/
gens rōem nō uĩ.l.ex retro coꝛrigere. Aut loquimur re
ſpectu litiū de futuro et tūc dicaſ̃ coꝛrecta.l.coꝛrecta rōe.
tamē ꝑ Io.an.faciūt que uidemus ꝯ̃trio ꝙ.l.coꝛrecta
nō ē coꝛrecta rō imo licitū ē ꝑ.ll.coꝛrectas et carū rōem
arguere iuxta nōta i.c.nouit in verbo quicūqꝫ.ſ̃.ð iud.
in.c.i.ſ̃.de iudi.in.l.i.ꝑ gl.in pꝛin.ff.de ꝯing.cū eī an
cip.li.tamē ad hec pōt reſponderi. Et pꝛio dū dicit̃ de
auct̃e et ptāte.l.que remanet negaſ̃ qꝛ cū rō.l.ſit ei⁹ aīa
ut voluit bal.i.l.ſi quis ſuo ꝑſuaſerit.C.de fur.panoꝛ.
in.c.fi.ſ̃.de reſcrip.et in.c.ſo requiris.ſ̃.eo.ſicut coꝛ/
pus ſine aīa dr̃ cadauer.ita.l.ſublata rōe nō erit āplius
l.qꝛ ſe fūdat ſuper rōe.et facit glo.i d.c.i.in uerbo eligat̃
de elec.non obſtat ar.ꝙ coꝛrecta.l.nō coꝛrigitur rō.qꝛ il
lud ꝓcedit qn̄ rō eēt magis generaſ̃ ꝙ.l.aut ſumeretur
ab equitate naturali.ſec⁹ ſi eēt ratio pticularis ad illā.l.
tantū qꝛ ſublata.l.tolleret̃ ipa ratio.c.nō dꝫ.j.de conſā.
et affi.tamē ut hēat id circa quod rotaſ̃ materia nr̃a an
ceſſante cā ceſſet effectus. Dicite aut ē cā ipulſiua aut fi/
nalis.ſi ipulſiua et tūc non ceſſat effectus ceſſāte cā ipul
ſiua.l.i.§.ſexū.et ibi glo.ff.de poſtu. Et que ſit cā ipul
ſiua dicā in fine tex.et que finalis vide in auten.de non
eligendo ſo nub.in pꝛin. Aut ē cā finalis et tūc ſm bald.
hic.aut ē cā naturalis ſiue eēntialis aut ē artificialis. Si
naturalis et tūc ſi i diuerſis ſubiectis ſūt cā et cātū.puta
pater ē cā et filius ē cātum et illo cāu ceſſante uno non
ceſſat reliquū ut pꝫ ad ſenſū.l.gallus.in pꝛin.et ꝑ totuꝫ
ff.de lib.et poſth. Si uero ſunt in eodē ſubiecto cā et cā
tum puta matrimonium cauſatum et per conſenſum
uiri et uxoꝛis quod iſte ſit uir eſt cauſatum ab ipſo
met. Et ita quod illa ſit uxoꝛ,et iſto caſu. Aut

remanent aliq̄ue reliquie prime cauſe. Et tunc ſublata
cã nõ tollitur effectus.l.pñe furioſo.ff.de his qui ſũt ſui
uel alie.iur.puta marito furiẽte quo cãu tollitur princi/
palis cã matrimonii.ſ.conſenſus non tamẽ tollitur cau
ſatum.ſ.matrimoniũ ꝗ reſtant reliquie.ſ.ſubiectum.i.
ipſe marit9. Aut tollitur ex toto cauſa cum reliquijs ⁊
tunc tollitur ⁊ cauſatum puta mortuo marito.⁊ ita põt
intelligi tex.noſter lʒ ipſe ponat in ſequẽti mẽbro.l.cui
coꝝ.§.i.ff.de poſtulando.§.deinceps.in auten.ꝺ nup
tijs. Aut ẽ cã artificialis.ſ.ꝗ cauſatum ab ipã cauſa per
artem producitur nõ aũt naturaliter ut in cãu noſtro ꝗ
ex grauamine per artẽ.ſ.auctoritate.l.naſcitur cãtuʒ.ſ.
appellatio.⁊ tunc ceſſante cauſa ceſſabit cãtuʒ dũmodo
ex toto ceſſet per hunc tex.de futuro.ſ.non aũt de prete
rito ꝗ.l.non reſpicit preterita.ita nec ceſſatio cãe ex re/
tro detegeret ñ ſubſiſtere cauſatum ſaltẽ reſpectu effcũs
ꝓut hic.ꝗ ſublato grauamine reſpcũ effectus ẽt ex ẽtro
ꝗ ille ex toto ſit reſtitutus nullus effectus appl̃lonis ex
retro durabit.ipẽ tamen bal.in.ꝺ.l.generalr̃.C.de ep:
⁊ cle.facit aliam theoricam que ex aliquibus reſtrigit iſtã
Si tamen ſm panor.hic due eẽnt cãe ad producẽdũ cã
tum quaꝝ unaqueqʒ ꝑ ſe eẽt ſufficiens tũc ſublata una
cã non tolletur cauſatum glo.ẽ.in.§.affinitatꝗ.inſtit.de
nup.i.l.liberoꝝ.§.notantur.ff.ꝺ his qui not.infa.faci
unt que hñtur in.ꝺ.c.ex tuaꝝ.ſecus ſi unaqueqʒ ꝑ ſe nõ
eẽt ſufficiẽs.ꝗ tunc ſublata una tollereẽ cauſatũ ꝑ text.
in.c.qm̃ frequenter.§.porro.iuncto.§.ſin aũt.ꝫ.ut lit.
non conte.nam vbi agitur de federe mr̃imonii cõcurrẽ
tibus duabus cauſis procedit lit.non conte.ſ.ꝙ marit9
ſit ꝯtumax vel vxor ⁊ propter iminẽs ꝑiculum fornicatõ
nis ſi altera illaꝝ ceſſet non procedetur lite non ꝯteſtata
⁊ ſic ceſſabit cauſatum.ꝺ.§.ſin aũt. Nõ.ex tex.ibi or
dinarius ſiue delegatus ꝙ non ſolum iudex ordinarius
põt reuocare ſuã interlocutoriam.l.qꝺ iuſſit.ff.de re iu.
ſed ẽt delegatus ⁊ hoc dixit Bar.eẽ notandũ ex text.no
ſtro in.ꝺ.l.quod iuſſit.⁊ hic cõiter oẽs. Nõ.ex tex.ibi
ꝯminando ſiue iterloquẽdo ꝙ ad hoc ut appelleẽ a gra
uamine iudicialr̃ ſatis ẽ grauamen fuiſſe cõminatũ.⁊ ſic
habetis ſm bal.ꝙ ꝯminatio aggrauat ꝑtem ſicut ⁊ in ſi
mili cõminatio aggrauat culpam.l.ita tamẽ.§.i.ff.de
admini.tu.ſicut ⁊ ꝯminatio aggrauat ꝑemptoriuʒ ſiue
citatiõnẽ.c.tum litteris.ꝫ.de in integ.reſti.dixit bal.in.c.
cum dilecti.⁊ ibi tex.ꝫ.de dolo ⁊ ꝯtu.l.ſi apparitor.⁊ ibi
glo.C.de coartal.li.xii.nõt bar.in.l.ſi finita.§.nihil.ff
de dam.īfec.⁊ ſic ad cauſam appellationis ſatis ẽ graua
mẽ fuiſſe cõminatum quod itelligit hic bal.veꝝ qñ poſt
ꝯminationẽ ad effectum grauaminis non requirit alia
iterlocutoria ſʒ expectaẽ ſolum facti executio.puta ꝗ iu
dex cõminatur de torquendo tunc licituʒ ẽ appellare.l.
ſi quis prouocatus.C.e.ſecus ſi iterlocutoria expectaẽ
anteꝗ̃ ad grauamẽ ueniat ꝗ tunc ꝯminatio nõ grauat.
nec per hoc poterit appellare ꝗ in iterlocutoria ſi appel
lauerit ſatis erit ſibi conſultum.l.iterlocutio.C.ꝯmi.ul
epĩ.tamen de veritate huius dicã in glo. Nota ẽt ex tex.
ibi ſano vſus ꝯſilio ꝙ qui inique fecit põt factum ſuũ cor
rigere ⁊ emẽdare ⁊ dicit uti ſaniori ꝯſilio.ꝯcordat tex.⁊
ibi glo.allegat ꝯcordantes in.c.qualr̃ ⁊ qñ.el.i.de accu
ſa.j. Ideo īfert hic bal.ꝙ tabellio qui errauit circa iſtrm
põt errorem ſuum corrigere dũmodo de ſubſtantialib9
non imutet.nec ex raſura uel imutatione iducat ſuſpitio
nẽ falſi.per ea que habenẽ in.c.iter dilectos.ꝫ.de fide ī
ſtru.⁊ ẽt dũmodo nõdum in publica forma redegerit ꝗ
tunc dĩ functus officio ſuo.l.ꝯtrus.C.de fide iſtru.Iteʒ
dũmodo faciat de auctoritate iudicis qñ iam dedit ꝑti.c.
cum p tabellio.⁊.c.ex lr̃is.⁊ ibi melꝰ.⁊ ibi ꝑ oẽs.ꝫ.ꝺ fi.
iſtru.de quo tamẽ late per Bar.in.l.ſi librarius.ff.ꝺ re
gu.iur.per bar.⁊ bal.in.l.ipator.ff.de ſta.ho.in.l.fi.
ff.de tab.exhi.per ange.in.l.ſi quis.§.prohiber.ff.de
eden.per bal.in.l.i.§.ſin autem.⁊ ibi Imo.ff.de her.
uel.in.l.cum proponeretur.ff.de leg.ii.per bald.in.ii.

conſti.C.in.l.fi.in pe.⁊ fi.col.in.l.oĩum.⁊ in.l.ambigũ
itates.ad fi.⁊ in.l.errore.C.de teſta.in.l.ii.C.de fide
ico.lib.in quodam ꝯſilio ſuo qꝺ incipit uiſo puncto. No
ta ex tex.ibi ab huiuſmodi iterlocutorijs ꝙ lʒ interlocu/
toria tranſeat in rẽ iudicatam quo ad partes ſi non fue/
rit appellatum.c.cum dilecti.ꝫ.de elec.c.ex ꝑte.in.j.e.
tamẽ quo ad iudicem non tranſit in rem iudicatam.ꝗ
iudex poteſt eam reuocare quandocũqʒ uelit ſicut i ſimi/
li uidemus ꝙ in beneficialibus ſnia quo ad ꝑtem trãſit
in rem iudicatam.glo.in.c.i.⁊ in.c.ꝓpoſuit.j.de ꝯceſ.
preb. Inno.in.c.cum olim.ꝫ.de dolo.⁊ ꝯtu. Io.an.i
in.c.i.de lit.conte.li.vi.habetur in.ꝺ.c.cum dilecti.⁊ in
c.ad audientiam.ꝫ.de reſcrip.tamẽ quo ad iudicẽ nun
ꝙ̃ tranſit in rem iudicatam.ut notaẽ in iuribus.ꝫ.al e/
gatis.maxime in.d.c.cũ olim. Nota ex tex.ibi dũ/
terit ꝙ ad hoc ut per reuocationẽ grauamis reuoceẽ ap
pellatio oʒ ꝙ ex toto ipm grauamẽ fuerit reuocatum.⁊
ita Inno.hic.⁊ poſt cum alii. Nota ex tex.ibi libere.
⁊c.ꝙ iudex a quo appellatum ẽ ab iterlocutoria ẽt iuuiſ
ꝑtibus põt procedere in principali ſi reuocauit iterlocuto
riam.⁊ notat bar.in.ꝺ.l.quod iuſſit.⁊ bal.in.l.i.C.ſẽ.
reſcin.non poſ.quod probat iſte tex.dum utitur uerbo
libere.quod itelligitur ſine alicuius ꝯditione.c.ſi pro de
bilitate.ibi liberum.⁊.c.iii.⁊ ibi bal.ꝫ.de offi.dele.⁊c.
dudum.in gl.in verbo libere.de ſepul. Nota ex text.
ibi friuolis occaſionibus ꝙ ꝑ friuolas occaſiones non ẽ
ꝓceſſus dilatañ.facit tex.in.l.non ignorat.C.de fruc.⁊
lit.expen.facit tex.in.c.finem litibus.ꝫ.de dolo.⁊ ꝯtu.et
ſic ex illo uer.ne proceſſus ⁊c.habetis rõem ꝑticularem
deciſ.noſtre.quare non obſtante appellatione ſi iudex a
quo reuocat grauamẽ poteſt procedere in negocio ꝑici
pali.ne.ſ.proceſſus friuolis occaſionibus retardeẽ. Et
ideo ex quo illa ratio non ẽ potior in hac deciſ.ſed poti
or ẽ rõ premiſſa.in prin.c.ẽt habetis ꝙ in una deciſ.põt
ꝯcurrere duplex ratio una finalis.⁊ alia ꝑſuaſiua. Vnꝺ
debetis ſcire ꝙ qñqʒ una ratio ẽ finalis in una diſpoſiti
one qñqʒ impulſiua ⁊ cognoſcetis rationẽ finalem uel i/
pulſiuam ex hiſ ubi.l.eẽt generalis ⁊ ratio ſpecialis tũc
illa ratio ẽ impulſiua non finalis.ita bal.in.d.l.genera
lit.C.de epiſ.⁊ cle.in.iii.col.bar.in.ꝺ.l.ii.§.fi.ang.in
l.fi.ff.de edil.edic.in.l.ſi is qui.ff.de eui.in.l.i.§.rema
net.⁊ glo.in.§.ſerum.ff de poſtu.puta ꝓpter rixaʒ he
ſterna nocte factam ab aliquo laruato princeps prohibʒ
coreas fieri de nocte ⁊ hoc exprimit ꝙ propter talem ri
xam facit. Ecce ratio ẽ ſpecialis vnius rixe edictum gene
rale.certe illa ratio dicetur motiua.item ubicunqʒ ratio
non ẽ neceſſaria non dicetur finalis i.l.ſed motiua bal.
in.l.nõ oĩum.ff.de leg.⁊ in prin.C.in.iii.col.⁊ in.l.nõ
dubium.C.de leg.item ubicunque una rõ magis gene
ralis repireẽtur tunc illa exꝓſſa non ceſeẽ finalis ſed mo
tiua.bal.in.ꝺ.l.generalr̃.item ubicunque una eẽt meli
or rõ ꝙ̃ exꝓſſa ut hoc tex.⁊ notat bal.i.ꝺ.l.generalit
⁊ habeẽ in locis ꝑallegatis.item ubi due eẽnt rões qua
rum neutra per ſe uideretur ſufficiẽs tunc neutra earum
ẽ final ſed utraque ſimul iuncta.⁊ ſic ſingule cauſe erũt
motiue.ꝺ.c.quoniam frequenter.§.porro.tamẽ ut lati
us hẽatis an in aliqua diſpoſitione ratio cenſeatur fina
lis dicite aut loquimur in diſpoſitione hominis aut i diſ
poſitione iuris.ſi in diſpoſitione hominis facite regulaʒ
ꝙ cauſa non uidetur finalis.ita glo.in.ꝺ.l.ii.§.fi.⁊ ibi
omnes. Fallit primo ubi per modum conditionis cau
ſa requireretur.nam tunc uidetur finalis.l.i.⁊ ibi notaẽ
C.de inſtitu.⁊ ſubſti. Secundo fallit quando aliqua
pia cauſa exprimeretur.puta legatum pro anima uel ꝓ
redemptione captiuorum.l.pe.C.de do. Tertio fal
lit ubicunque aliqua publica cauſa uel alias fauorabilis
exprimatur puta ad reficiendum pontem ticini tunc cen
ſetur finalis.⁊ ideo in alio conuerti non poteſt.Bald.in
d.l.pe.ad fi.l.legatum.⁊ ibi Bar.ff.de admin.re.ad ci
uit.pert.l.opuſ.ff.de opi.pub.⁊ ibi etiam Bar.⁊ Imo.

UVA. BHSC. IyR_025

i.d.§.fi. Quarto fallit vbicūqȝ ꝯtinet vtilitatē alteri⁹
quā ei⁹ cū quo gerit actus. puta lego titio.c. ut emat do
mū ſempronio. Iſta cauſa cenſet finalis.l.pꝛ.§.tuſcula
nus.ff.d. leg.i alijs ſec⁹ quādo ꝯtinet vtilitatē ei⁹ cum
q⁹ geritur actus tūc videt motiua.l. titio.c. in pꝛīcipio
⁊.l.quib⁹dieb⁹.§.fi.ff.de ꝯd.⁊ de. Quīto fallit.vbi
act⁹ qui per modū cāe requirit eſt alias neceſſari⁹ ſecus
ſi nō eſſet neceſſarius.l.ſȝ et ſi moꝛ.§.fi.cū.l.ſec⁹.ff.de
don. inter vi.⁊ vx. hec ſūt de mēte bar.⁊ imo.i.d.§.fi.
⁊ bal.i.d.l.generalit ⁊ bar.⁊ nouiſſimoꝛū i.l.fi.fundū
ꝑ fideicō.§.fi.ff.de leg.i. Aut loquimur in diſpoſitio
ne legis ⁊ tūc dedi aliquas ꝯiecturas ꝓxime ex quib⁹ eli
citur cā īpulſiua finalis. Aut in dubio pſumit que i.l.ex
pꝛimit.gl.nō.in.l.cū tale.§.legato falſā.ff.d ꝯd.⁊ de.
quā ad hoc nōt bal.i.d.l.generalit.et ēt ang.i.l.fi.ff.d
edil.edic.lȝ cauillare videat bar.i.d.l.ij.§.fi.itē vbi rō
nō eſt quā vnica.tūc cenſet' final. Ita bal.i.l quāuis ꝑ
glo.i.c.de fideicō.itē vbicūqȝ ꝯditionalr aliqua rō expꝛi
mit i.l.cenſet finalis ita Bal.i d.l.generalit.⁊ faciūt no
tata ꝑ bart.⁊ imol.in.d.§.fi.itē ubicūqȝ ī pꝛefacionibuſ
ſiue ꝓhemijs.expꝛimat.l.fi.⁊ ibi bal.in pꝛin.ff.de here.
inſti.notat bal.i.d.l.generaliter.item ubi rō nulla expꝛi
mitur ſȝ naturali rōe eā cōiectura aſſequimur cenſet fi.
Ita Ci.i.l.nō dubiū.C.de leg. facit glo.i.c.cōſuetudo
pꝛīa di.⁊ ē uſque adeo potēs finalis rō qđ dictū ſpāle ex
tēdit.l ſi ſeruis legatis.§. quicūqȝ ⁊ ibi ꝑ oēs.ff.d leg.
i.ita ēt ꝓſtrigit ⁊ declarat dictū generale.l. cūȝ pater.§.
dulciſſimis.ff.de lega.ij.facit glo.i cle.i.in uerbo eligat
de elec.in.vi. Nota ultimo cōpꝛehēdēdo mētem tex.
noſtri.ꝙ lȝ iudex grauauerit aliquē quo cāu ē ab eo ap
pellatū ⁊ exquo grauauit pōt recuſari.c. ad hec.el.i.ē.
eo.tamē reuocato grauamine uterqȝ effectus ceſſat ap
pellatōis.ſ.⁊ recuſatōis. Glo in uerbo cōminādo di
uiditur in.vi. In pꝛīa colligit ex tex.notabilia. In ſcđa
que ē ibi ſȝ quare pōt opponit ⁊ ſoluit. In tertia que ē
ibi ſȝ nūquid iudex querit arguendo ad partes ⁊ ſoluit.
In quarta que ē ibi aduertat tamē ponit formā reuocā
di grauamē. In quīta que ē ibi arg.colligitur reuertitur
ad tertiā partē eam declarañ. In ſexta que ē ibi.item ar
gu.colligit arg.ex tex.opponit ⁊ ſoluit. In ea. in fi.
habetis pꝛimo ex glo.ꝙ a ꝯminatione iudicis licitum ē
appellare.uos latius dicite ſm innoc.hic cui dicta alioꝛū
accumulabo. Aut cōminatio fit ī executōe grauaminis
iam illati ⁊ tūc ſine dubio nō pōt appellari puta iudex
cōdēnauit te ad.x.cōminatur ꝙ ſi illa nō ſolueris excōi
cabit te uel aliā penā imponet a tali cōminatōe cum tē
dat in executione grauaminis iam illati a quo potuiſſes
appellare ⁊ tūc appellare nō poteris.c.i. ⁊ ibi notatur.
ē.de dila.faciūt notata in.c.dilectis. ⁊ in .c. preterea el
ſecūdo.ē.eo. Aut cōminatio fit in executionē grauamīs
annexi ipi cōminationi ⁊ ſic nōdū illati puta nulla alia
facta cōdemnatione iudex cōminatur tibi ꝙ ſi nō ſolue
ris.c.titio excōicabit te uel aliam penā imponet iſto cāu
grauamē licet nō ſit illatū tamē ſub cōditōe annexum ē
cōminationi ⁊ licitū ē appellare.d.c.preterea el ſecūdo.
Aut cōminatio fit ſimpliciter nec habet aliud graua
men annexum ⁊ tūc ſi iuſta ē cōminatio nō ē licitū appel
lare quia nō grauat.ita glo.hic dum allegat.l. in perem
ptoꝛio.⁊ facit tex.in.c. tam ex litteris ſupꝛa de in integ.
reſtitu. Si uero cōminatio eſt iniuſta ⁊ tūc licitū ē ap
pellare ſm Inno.hic lȝ referat aliquos tenere cōtrariū
arg.l.ij.⁊.l.fi.§.i.⁊ penultimo.ff ꝙ met.cā. Et latius
poſt eū Io.an.aliter loquitur qꝛ aut iudex cōminat ex
traiudicialiter ⁊ tūc exquo lȝ nō grauetur de pꝛeſenti tñ
ꝑ cōminationem oſtēdit malū animū ideo redditur ſuſ
pectus ⁊ ſic recuſari poterit lȝ ab eo nō poſſit appellari
arg.glo.in.c.cum ſuper.in pꝛin.ē. de offi.dele.i.c.cum
adrianus.lxiij.di.qꝛ ꝑ cōminatōes ⁊ exteriores actōes
demōſtratur inimicitia ut ibi facit glo. in.l.licet.ff.de ar
bi.uoluit tamē imol.ꝙ hoc cāu ſi eēt ſolitus minas exe

qui talis iudex ꝙ poſſit a cōminatione extraiudiciali ap
pellari per ea que notat bar. i ſimili in.l.de pupillo.§.
ſiquis ipſi.ff.de ope.noui nūcia. Ci.i.l.unica.C.ſiquis
imꝑ.maled. Aut cōminat iudicialit ⁊ tūc exquo a graua
mīe d futuro iudicialit nō appellat ut dictū ē i.c.ꝓcedēti.
iō nō poſſit a tali ꝯminatione appellari. ⁊ ita hic Imo.
panoꝛ.tȝ idiſticte opi.inno.per tex.noſtrū hic vbi nō fit
dr̄a in ꝯminatione nec iudiciali nec extraiudiciali.nec an
ſit ſolit⁹ minas exequi nec ne. Itē per ea que habent in
l.i.⁊ toto' ti.C.ꝯmi.vl' epi.preterea quatenus Io.an.lo
quit de ꝯminatiōe extraiudiciali.⁊ ſequit Imo.eſt expſ
ſe ꝯ.c.bone cū his que ibi notātur.ē.eo.et contra.c.cūȝ
nobis olim .ē.de elec. vbi in actu extraiudiciali admittit
appellatio a grauamie de futuro.ergo multo magis ap
pellari poterit a grauamine ꝯminato.⁊ de hoc an a cō
minatione grauaminis poſſit appellari per bal. in rubꝛi
ca.C.cōmi.uel epi.⁊ in.l.ij.C.quoꝛū appel.nō recip.
per ange. in.l.nullus.C.ad.l.iul.maie. in.l.iij.C. qui
bo.ce.poſſunt.Ange.in.l.i.§. ſiquis.ff.eo. Habet
aliud ex glo. in.ij.ſui parte ꝙ iudex ita demum poteſt
reuocare interlocutoꝛiā ſi partis nō interſit eam reuoca
ri ⁊ cāu quo pars ꝓtendit intereſſe illud intereſſe dȝ ſibi
refici. Ideo dixit hic innoc.⁊ ſequūtur docto.ꝙ ex toto
iudex in reuocatione grauaminis debet ipam reuocare
⁊ ita agere ut nulle reliquie ſuperſint facit.l.ꝙ ſi minoꝛ
§.reſtitutio in ſimili.ff.de minoꝛ.⁊ latius dicam in mate
ria. Habetis tertio ex glo.in tertia parte ꝙ interlo
cutoꝛia per lapſum.x.dierū tranſit in rem iudicatā quo
ad partes.⁊ facit.c.quod ad conſultationē.ē.ti.i.c.cum
dilecti.in fi.ē.de elec. nō tamē trāſit quo ad iudicē ⁊ ēt
vult glo.in.vij.ſui parte.⁊ ē hic tex. Si tamē eēt graua
men ꝙ haberet cauſam ſucceſſiuam puta excōicationis
que quotidie oppꝛimit uel incarcerationis etiam lapſis
decē diebus ⁊ ꝑpetuo donec ſtaret in grauamine poſ
ſet pars appellare ⁊ foꝛma eſſet ꝙ peteret a iudice gra
uamen reuocari ipſo nō reuocante appellet ita.d. An
to.hic ⁊ imol.⁊ Panoꝛ.ita bal.in.l.i.C.ſentē.reſcin.ñ
poſſe in.l.ij.circa medium.C. de epiſcopali audiē. Car
di.in clemē.i.viij.col. de cauſa poſ.⁊ pꝛopꝛi.in cle.i.in
vij.col.de exceſſ.pꝛela.faciunt notata ꝑ bar. in.l.ij.ff.
de appel.re.in.l.eleganter.§.ſi poſt.ff.de condi.inde.
notata per glo.in cle.ſepe in glo. que incipit uidetur d
uerbo.ſig. An aūt lapſis.x.diebus ſi iudex nolit reuo
care poſſit ꝑs appellare ī oī grauamie dicā.j.ī materia.
Hētis quarto ex glo.in quarta parte pꝛacticā qualit dȝ
iudex reuocare grauamen.⁊ quia glo.inſtruit mentiri
dicēs ꝙ dȝ iudex aſſerere ſe nō credere ꝙ grauauerit co
mūit repꝛobat.per ea que habentur per glo.in.c.i.de
ꝯfeſſ.li.vj.in.c.iuramēti.xxij.q.v. itē ex alio repꝛobat
dū vtitur verbis ꝯditionalib⁹ ſi grauaui in aliquo reuo
co.nā de natura ꝯditionis eſt nihil ponere ieſſe.c.uerūȝ
⁊ ibi habet.j.de ꝯd.ap.l.ſi quis ſub ꝯditione dādorum
x.ff.ſi quis omiſſ.cā teſta.ergo iſta reuocatio ꝯditiona
lis nihil operaret ⁊ ſic nō eſſet bona pꝛatica Hoſti.iſtru
it hoc modo iudicē ꝙ dicat nō ꝯfiteoꝛ me grauaſſe ⁊ ſic
nō dicit mendaciū in aliquo tñ ut ibi moꝛē geram graua
men reuoco.uel ut planī⁹ ꝓcedat. Io.an.hic ⁊ ſequūn
tur comunit doc.dicit ſe non iudere quare plana fronte
ñ poſſit dicere iudex ſi cognoſcit ſe grauaſſe reuoco gra
uamen ꝙ intuli.⁊ ad arg.gl.ꝙ videt fatendo ſe erraſſe
ꝯfiteri appellatōnē iuſtā ⁊ ſic abdicare iurdictōȝ a ſe ergo
nō dȝ poſſe procedere verū ē ſi i grauamie ꝑſiſteret.ſed
exquo reuocat grauamē qđ pōt auctoꝛitate legis vt hic
videtur ceſſare cā ꝓpter quā eſt appellatū.ergo ceſſabit
cauſatū ſcȝ appellatio ⁊ per ꝯñs omnis effect⁹ ei⁹.ſ.abdi
catio iuriſdictionis tacite facta exquo ꝯfitetur appellatio
nē iuſtā maxime ꝓcedit hoc cū ſit facta illa confeſſio reſ
pectiue ſcȝ ad finē ut tollatur grauamē ⁊ ſic fundamētūȝ
⁊ iō corruet edificiū.c.cū paulus.i.q.i.⁊ ſic appellatio.
Ultimo dū glo.colligit hic ꝙ auctoꝛitate.l.lex extinc

m

UVA. BHSC. IyR_025

ta reuiuiſcit hoc eſt verum in re artificiali ⁊ a.l. inuenta
quam ſicut creauit de nouo ita reſuſcitare poterit ſʒ qua
tenus attinet ad materiã noſtram glo. male loquitur ꝙ
nihil reſuſcitatur ꝙ ſit extinctum. nam licet iudex a quo
procedat poſt reuocatum grauamen non propterea re
ſuſcitatur iuriſditio eius que nõ erat extincta ſed tollitur
impedimentum appellatio per quod erat ſuſpenſa iu
riſditio. c. ſuper eo el primo ⁊ ibi uidimus ſupra eodẽ.

Verſus. Sicilides muſe paulo maiora canamus.
Non oĩs arbuſta iuuant humileſqʒ mirice.

Quia hic rotatur materia reuocandi ſententiaʒ per
iudicem debetis ſcire ꝙ triplex eſt genus ſententiaꝝ prin
cipaliter interlocutoria diffinitiua ⁊ mixta. de quibus di
xi in euidentialibus. c. precedẽtis. lato tamẽ mõ appella
tione diffinitiue quãdoqʒ comprehẽditur interlocutoria
quia appellatione diffinitiue uenit ⁊ interlocutoria glo.
ẽ ⁊ ibi bal. in. l. ſiquis iuſiurañ. C. de reb. credi. ⁊ iur. ⁊
an ſit ſentẽtia interlocutoria uel diffinitiua uel mixta po
tius ex effectu cognoſcetis quã ex nomine. ita bald. in. l.
minoribus. C. de his quibus ut indig. ⁊ ſenſit glo. in
cle. ſi. in uerbo repulſione eo. ti. faciunt notata in. c. ſi. e.
ti. lib. ſexto. ⁊ generaliter omne uerbum iudicis faciens
ad cauſam dicitur ſententia interlocutoria. glo. eſt i. §.
ad excludẽdas ⁊ ibi ange. in autentico de litigi. in. §. at
econtrario inſtitu. quib. alien. lic. uel nõ. in. l. cum cleri
cis. C. de epi. ⁊ cleri. in. l. quotiens. in ver. ſententia. C.
de priuile. ſcholarium. li. xij. in. l. nemine. C. de exhi. re.
notatur per leg. maxime per Ange. ⁊ lud. in rubrica. ff.
de re iudica. notat. d. Anto. ⁊ Pau. in rubrica. ſ. titu. i.

Et ideo cũ ita latum ſit nomẽ interlocutorie uarias
producit ſpecies. quedam ẽ ſentẽtia interlocutoria cõmi
natoria ut ẽ tex. ⁊ ibi glo. ⁊ Bal. in. l. omnes. §. p̃terea.
el primo. C. de epiſco. ⁊ cleri. Quedam ẽ interlocutoria
preceptiua ut eſt tex. ⁊ ibi glo. in. l. ſancimus. in prin. C.
de admi. tuto. ⁊ dicit. d. anto. in. c. ad aures. de tempo.
ordi. ꝙ ubi precipit aliquid iudex in ſpectãtibus ad offi
cium ſuuʒ ꝙ debet exprimere cãm. Quedam ẽ interlocu
toria monitoria ſiue decretoria prout ẽ glo. in. §. ſi quis
uero nõ implens in uerbo decreto. in autẽtico de here.
⁊ falci. ⁊ ad predicta faciunt notata per gl. ij. q. i. i ſũma
xi. q. iij. in ſũma. ij. q. i. c. nos in quẽquam. Et multum
differt ſententia precepti ab alijs interlocutorijs qꝛ ſi fert
ordine iuris precedẽte cum litis conteſtatione ⁊ ſimilibꝰ
dicitur potius diffinitiua. glo. habetis nõ. in. c. dudum.
el ſecũdo in uerbo iure. ſ. de electio. notat Barto. ⁊ ibi
ange. in. l. ſi debitori. ff. de iud. faciunt notata per imol.
in. l. ſi finita. §. ſi forte. ff. de damno infec. Si autem fe
ratur non precedẽte ordine iuris puta quia in confeſſuʒ
iudex facit preceptum ut ſoluat ⁊ tunc nõ ẽ diffinitiua ſʒ
interlocutoria. ⁊ proprie uocatur preceptum. gl. in d. c.
dudum. ⁊ xi. q. iij. in ſũma Ang. in. d. l. ſi debitori. Sʒ
alium tamẽ habet effectum illud preceptum ab interlo
cutorijs quia ex interlocutoria nõ naſcitur actio in factũ
glo. eſt nota. in clemẽ. ſi. in uerbo repulſione eo. ti. Sʒ
ex illa ſentẽtia precepti bene naſcitur actio in factum. ita
intelligitur glo. in. l. ſi. §. neceſſitatem. C. de boniſqʒ li
be. De interlocutoria igitur loquendo ſciendum ẽ ſe
cũdum Imol. hic ꝙ triplex eſt ſpecies interlocutorie alio
modo diſtinguendo quam predixi. Prima eſt litis ordi
natiua. puta citatio admiſſio capitulorũʒ dilationes ⁊ ſi
milia. Secunda eſt que diffinit aliquid incidẽs uel emer
gens inter principium ⁊ finem cauſe. prout dicit glo. in
clemẽ. i. in uerbo diffinitiua de ſequeſtra. poſſ. ⁊ fruct ⁊
quod ſit incidens uel emergens habetis glo. in. c. i. ⁊ ibi
docto ſ. de ordi cogni. Tertia eſt ſpecies per quam ali
quid pronũciatur dari uel fieri debere. puta condẽnatio
ad expẽſas dũmodo nõ feratur ſimul cum diffinitiua qꝛ
tunc eſt pars diffinitiue ⁊ iudicatur ut diffinitiua ⁊ non
poteſt reuocari ut infra dicam. glo. eſt ⁊ ibi ange. ponde
rat in. l. qui agnitis. ff. de excep. Sed ut melius rem
palpemus manibus per exempla diſcurram ſpecies in
terlocutorie. deinde diffinitiue deinde mixte. Omnis ſen
tentia lata ſuper proceſſu dicitur interlocutoria. ita glo.
in clemẽ. ſi. notatur in. c. ſi. eo. ti. li. vi. faciunt notata ꝑ
Barto. ⁊ Bal. in. l. conſentaneum. ⁊ in autentica qui ſe
mel. C. quomodo ⁊ quando iud. per docto. in. c. cãm.
que ſupra d̃ dolo ⁊ ꝯtu. Intelligite ſuper proceſſu. i. or
dine procedẽdi uel aliquo articulo eius. Sed ſuper iuſti
cia uel iniuſticia totius proceſſus non ẽ interlocutoria.
Ita innoc. in. c. auditis. ſ. d̃ procura. ⁊ ibi notatur ⁊ ibi
bal. determinat in. l. ſi. C. ſi tu. uel cura. interue. in. l. an
te ſentẽtie. C. quorum appel. nõ reci. Item generaliter
interlocutoria dicitur que fertur ſuper aliquo incidẽti uel
emergenti. glo. in. d. clemẽ. i in uerbo diffinitiua faciũt
notata per barto. in. l. i. §. ſi. ff. de preto. ſtip. Item ſen
tentia ſuper recuſatione iudicis interpoſita eſt interlocu
toria. Archi. in. c. iudex ab apoſtolica de offi. dele. li. vi.
faciunt notata ꝑ ang. in. l. arbitrio. ff. qui ſatiſda. cog.
per bald. in. l. apertiſſimi. ⁊ in. l. cum ſpeciali. C. de iud.
Item inhibitoria que mittitur per unum iudicem ad ali
um eſt interlocutoria ⁊ ideo reuocari poteſt. Ita Fede.
de ſenis in conſilio ſuo. lxxxiij. quod incipit factũ ſic ha
bet. ita. d. anto. ⁊ panor. in. c. cum teneamur. ⁊ ibi dixi
ſupra eo. Panor. in. c. tuam. ſ. de ordi. cogni. Item ſen
tentia quod procedatur ad ulteriora eſt interlocutoria.
⁊ poteſt reuocari. ange. conſilio. cxix. incipiẽte in ciuita
te. barto. in. d. l. quod iuſ ſit. ff. de re iud ca. Item ſentẽ
tia de aliquo inſtrumento exequendo eſt interlocutoria
ita ange. in. l. ab executore in principio. ff. eodem. Ita
baldus in lege ab executore. C. quorum appel. nõ reci.
ideo dicimus ꝙ ſentẽtia qua pronũciatur ſentẽtiã eẽ exe
cutioni demandãdam ẽ interlocutoria ⁊ ab ea cum exp̃ſ
ſione cauſe ẽ appellandum. Do. ant. in. c. quod ad con
ſultationem de re iudi. in. iij. colũ in. c. ut debitus. ſ. e.
⁊ ibi do. anto. item quando pronũciatur inſtrumentum
nõ eſſe liquidum ſiue debitum nõ liquidum dicitur inter
locutoria. ita bal. in. l. ſi. C. de ſentẽtijs que ſine cer. quã
ti. Item quãdo pronũciatur probationes admittendas
eſſe uel nõ eẽ admittendas. ita bald. in. l. ij. C. de epiſ.
audiẽ. item decreta iudicum cenſentur interlocutorie ſen
tentie. ita glo. in. l. quod iuſſit. ff. de re iudi. in. l. preſen
ti. C. de his qui ad eccle. conſug. in. l. ij. de iuriſdi. om.
iudi. ⁊ latius. ĩ. dicam de ſecũdo decreto ⁊ prio. item aſſi
gnatio termini uel dilationum. l. a procedente. C. de di
la. c. i. ſupra de dila. item condemnatio expenſarum. c.
auditis. ⁊ ibi notatur. ſ. de procura. c. finem litibus ⁊ ibi
etiam notatur. ſ. de dolo ⁊ contu. iteʒ ſuper poſſeſſorio
ſi incidenter deducatur in iudicium. nam tunc talis ſen
tentia eſt interlocutoria. c. ſi. ⁊ ibi notatur. ſ. de iud. ⁊ fa
ciunt que infra dicam. item ſuper nullitate alicuius actꝰ
incidenter deducta quia tunc eſt ſententia interlocutoria
nõ diffinitiua per ea que uidebimus in. c. dilecto. ĩ. eo.
⁊ infra dicam. item ſi ſuꝑ legitimatione ꝑſonaꝝ in iudi
cio comparentium c. ex parte. M. ⁊ ibi uidebimus. ĩ.
eo. item ſuꝑ priuilegijs ⁊ declaratione eorum quãdo in
cidenter deducũtur. c. ueniens. §. ceterum. ⁊ ibi Gemi.
de uerbo. ſigni. li. vi. faciunt notata in. c. cum olim. de
verbo. ſigni. ⁊ in. c. in his de priuil. item omnis abſolu
toria ab inſtantia iudicij. glo. in. l. harum. ff. ſi ſerui. uẽ.
in. l. pe. ff. de dolo. in. l. iulianus uerum debitoreʒ i pri.
gloſe magne. ff. de condi. inde. Barto. in. l. ticia. ff. de
accuſa. ⁊ facit tex. ⁊ ibi notatur in. c. pe. ſ. de iud. ſʒ unũ
intellectum. ita bal. in autẽtica q̃ ſeſ. C. quõ ⁊ quando
iudex. in. l. properandũ. §. ⁊ ſi quid. C. de iud. notant
Cano. in. c. examinata ſupra de iudi. in. c. conſuluit. ſ.
de offi. dele. Ange. in. l. ſi fũdus. §. in uendicatione. ff. d̃
pig. Ludo. in. l. i. ff. de arbi. in. v. col. De diffinitiua
autem cã principaliter cognoſcetis inſpecto effectu ſi dif
finiat negocium principale. ita glo. in. d. cle. i. in uerbo
diffinitiua. l. dicere. in princip. ff. de arbi. Et negocium

UVA. BHSC. IyR_025

pꝛincipale dicitur id ſuper quo pꝛincipaliter dirigitūr li bellus quicquid fit ſiue actio ſiue imploꝛatio officij iudicis. ita barto.in.l.i.in ſi ꝛ ibi i.nol cōmēdat.ff.de pꝛeto. ſtip.faciunt notata in.c.fi.ē.de offi.iudi.ꝛ ideo ſi in appellatione interpoſita a negocio pꝛincipali pronūciatur bene uel male appellatum iuxta notata in.l. cos. in pꝛincipio. C.eo.licet per hoc non dicatur abſoluo uel cōdēno tamē quia iſpecto effectu illa uerba dico male appellatum confirmant pꝛimā ſententiam.ideo dicitur diffinitiua.ita glo.in clemē.fi.in uerbo repulſione eo.ti. Et iō ſententia expenſarum licet de natura ſui ſit interlocutoria ut dixi heri.tamē ſi feratur una cum diffinitiua cꝛq° eſt pars diffinitiue dicetur ꝛ ipa diffinitiua.l.qui agnit: ꝛ ibi glo.quam notat ange.ff.de excep. Et ideo ſi ō nullitate alicuius actus pꝛincipaliter dubitet ꝛ ſuper eo agat. ſententia dicetur diffinitiua ſuper tali nullitate lata. baldus in.l.ſi pꝛeſes deſertam.C.quomodo ꝛ quādo iud. faciunt que uidebimus in.c.dilecto.j.eo. Et ita ſi de aliquo pꝛeiudicio pꝛincipaliter dubitet licet talis ſentētia quādo incidenter deducitur ſit interlocutoria.c. ueniēs.§. ceterum ꝛ ibi glo.ꝛ Gemi.de uerbo.ſigni.li.vi. tamen exquo pꝛincipaliter deducitur declaratio pꝛiuil. ſentētia tanquam negocium pꝛincipale finiat dicetur diffinitiua: Ita gemi.in.d.§. ceterum qui ita ſoluat opi.io. an. in c.in his infra de pꝛiuile. Et ideo habetis inferre ad aliam queſtionē nūquid ſentētia ſuper alimentis lata ſit interlocutoꝛia an uero diffinitiua.glo. in.l.ſiquis a liberis.§.ſi uel parens quam ibi repꝛobat barto.ff. de lib. agnoſ.tenet ꝙ ſit interlocutoꝛia. G o. autem in.d.l. ſi quis a liberis.§.ſiquis ex his. tenet ꝙ ſit diffinitiua.ꝛ ſequitur ibi bar. Ange.in.d.§.ſi uel parens per pꝛedicta concoꝛdat quia aut alimēta petūtur incidēter aut pꝛincipaliter ſi incidenter ꝛ tunc pꝛocedat glo.in.d.§.ſi uel parens ꝙ ſentētia ſit interlocutoꝛia. Si uero pꝛincipaliter ꝛ tunc pꝛocedat glo.in.d.§.ſiquis ex his.ꝛ quod ibi uoluit barto.quia dicitur diffinitiua.ꝛ faciunt notata in.l. ſi iudex.ff de his qui ſunt ſui uel alic.iur. Habetis ēt inferre nunquid ſententia lata ſuper poſſeſſoꝛio ſit interlocutoꝛia an diffinitiua ꝛ uidetur dicenda eſſe interlocutoꝛia quia expectat ſentētiam diffinitiuam poſt ſe.i.petitoꝛij.ergo erit interlocutoꝛia.item qꝛ aſſoꝛbetur a ſententia ꝓpꝛietatis ſententia poſſeſſoꝛij.ꝛ ſic uidetur quedam ſentētia ſuper acceſſoꝛio ſiue incidenti per ea que habentur in.c.cum dilectus.ē.de cau.poſ.ꝛ pꝛopꝛie. ergo dicetur ſententia interlocutoꝛia iuxta notata per glo.i.d: cle.fi.in ver repulſione.eo.ti.ꝛ faciunt notata in l.unica.C. ſi de momētanea poſſeſſione fuerit appellatum:

In contrarium tamē eſt ueritas ſi poſſeſſoꝛium pꝛincipaliter deducatur. nam dicit ſentētia diffinitiua.cle.i. ꝛ ibi per ſcribentes de ſequeſtra.poſ.ꝛ fruct. ꝛ ideo oꝛdinem iuris requirit.glo.ē in.c.cōſultatōibus. ſupꝛa de offi.dele.ꝛ ibi per omnes notatur in.c. cum ad ſedem. ē.de reſtitu.ſpo.in.d.c. cum dilectus.notat barto.in.l. naturaliter.§.nihil cōmune.ff.de acquir.poſ.ꝛ ēt bal. in.l.ij.C.de epiſco.audiē.Nec obſtat arg.de.c.cum dilectus quia uerum ē ꝙ reſpectu pꝛopꝛietatis expectat aliam ſentētiam poſt ſe. ſed reſpectu poſſeſſionis ſuꝑ qua pꝛincipaliter ē actum nullam aliam diffinitiuā expectat ergo attenta regla pꝛemiſſa dicetur ſentētia diffinitiua. Mixtam autē ex eo cognoſcetis ꝙ de utraqꝫ participat ꝛ de interlocutoꝛia qꝛ aliquod incidens reſpicit nō pꝛincipaliter deductum uel emergens. ꝛ de diffinitiua quia licet non finiat de directo negocium pꝛincipale tamē uꝫ per indirectum ei pꝛeiudicat. puta in ſentētia ſuper peremptoꝛijs uel etiam finit iudicium uel officium iudicis. ita eſt de mente glo.in.d.uerbo a repulſione. Barto.ꝛ cōmuniter ſcrib.in.l.quod iuſſit.ff. de re iudica.in.l.i.i ſi ff.de pꝛeto.ſtip.in.d.l.dicere.ff.de arbi.bal. in.l.ij. C.de epiſco.audiē.in.l. ſi pꝛeſes.C.quomodo ꝛ quando iudex.in.l.ante ſentētie.C.quoꝛum appel.faciūt notata per barto.in.l.ij.ff. de appella. reci. Hinc habetis inferre ꝙ ſentētia ſuper ꝑemptoꝛijs exceptionibus lata licet uideatur eē interlocutoꝛia tamē exquo pꝛeiudicat negocio pꝛincipali habet uim diffinitiue ꝛ ſic mixte. Ita gl.in.d.clemē.fi. Et uoluit rota decis. ſua.lxxxviij: que incipit item ſi a ſentētia ubi pꝛonunciat. Hinc ēt infertur ꝙ ubi pꝛincipaliter ſuꝑ nullitate pꝛoceſſus pronūciatur omiſſo eo quod in libello erat petitum ꝙ talis ſententia lꝫ uideat interlocutoꝛia quia nō finit negociuꝫ pꝛincipale iuxta notata per bal.in.l.fi.C.ſi tut.uel cura interue.ꝛ heri dixi tamē exquo finit iudicium pꝛonūciādo ipm nullum dicet ſentētia mixta.ita bal.in.d.l. ſi ꝑ ſes deſertam.ꝛ in.d.l.fi.C. ſi tut.uel cura. interue.ꝛ h modo ſaluatur.d. Inno.in.c.auditis.ē. de pꝛocu.qui dixit ſentētiam ſuper nullitate pꝛoceſſus eē diffinitiuam ꝛ dicit ibi imo.ꝙ hec ſentētia late ſūpto vocabulo bn̄ dicetur diffinitiua nō auteꝫ pꝛopꝛie. quia lato ſumpto uocabulo omnis ſentētia que aliquem articulū finit poteſt dici diffinitiua. Allegat gl.in.l.ſi quis iuſiurañ.ꝛ ibi notat eam bal.C.de reb.credi.ꝛ iur. Et ideo habetis etiā inferre ꝙ ſentētia qua pꝛonūciatur appellari poſſe uel nō poſſe appellari licet uideatur interlocutoꝛia exquo nō finit negocium pꝛincipale tamē qꝛ finit inſtātiā appellationis uel nō finit ſed extendit dicetur mixta. qꝛ in conſequentiam pꝛonunciando appellari poſſe ſuſpendit iuriſditōꝫ iudicis a quo pꝛonūciādo nō poſſe extinguit inſtantiam appellationis. imo ſi ſit ſuper diffinitiua appellatuꝫ pꝛeiudicat pꝛincipali negocio. ꝛ ideo mixta dicit.ita panoꝛ. in.c.ſuam per illum tex.j.eo.uoluit bal.in.l.unica i.in. col.C.ne lic.tertio pꝛouoc. Et ideo ſentētia qua pꝛonūciatur appellationem eſſe deſertam hijſdem rōnibus dicetur mixta.ita rota deciſione ſua.lxxxviij. que incipit item ſi a pꝛonūciatione. Et ita ēt dicitur de ſentētia ſuꝑ attentatis ut dicatur mixta hijſdem rationibus dixi in.c. bone.ē.eo. Hinc etiam habetis inferre nūquid ſentētia ſecūdi decreti uel etiam pꝛimi ſit interlocutoꝛia uel diffinitiua. ꝛ certe glo.in.l.pꝛeſenti.C.de his qui ad eccleſias confug.ꝛ in.l.ij.ff.de iuriſdi.om.iudi. tenet ꝙ ē interlocutoꝛia ꝛ facit quia negocium pꝛincipale nō finit. m̄ ē contrariū in ſecūdo decreto lꝫ nō in pꝛio.nam affert ꝑ iudicium irreꝑabile ꝑ diffinitiuam ꝛ iō ſapit uim diffinitiue. Hinc ē ꝙ uidemus ꝙ pōt appellari a ſecūdo decreto.ut uoluit bar.i.l.ij.ff.de appel.recip.ꝛ in.l ſi finita. §.ſi foꝛte.ff.de damno infec. ꝛ bal.in.l.ij.circa mediuꝫ. C.de epiſco.audiē.notant cano.in.c.conſultatōibus.ē. de of.deleg.ꝛ panoꝛ.in.c.quoniam frequenter.§.in aliis.ē.ut lit.nō conte. Ideo dixit bal.eē ſentētiam mixtā ſecūdi decreti in.l.nec quicquam.§.ubi decretum.ff.de of.pꝛocō.in.l.ꝑ hanc.in fi.col.C.de tempo.appel. notant Cano.in dicto.c.conſultatōibus. Et ideo habetis inferre ſentētiam qua pꝛonūciat uigoꝛe ſtatuti cauſā eē compꝛomittendam eē mixtam quia pꝛeiudicat inſtantie iudiciali. Ita bal.i.l.unica.C.ſi quacūqꝫ pꝛed. pot. lꝫ ſentētia ſuper laudo poſtea arbitratoꝛis reducēdo ad arbitriū boni uiri lata dicatur diffinitiua ut uoluit bald. in.l.fi.§.ſed ꝛ ſiquis.C.cōia del. Alia m̄ ē ſpēs ſniarum mixtaꝝ que nec ex pꝛemiſſis cognoſcitur ſꝫ pꝛopterea mixta dicit qꝛ i ueritate diffinit negociū pꝛicipale uerū oꝛdie iuris nō ſeruato.puta in cāis in quib⁹ pꝛocedit ſimpliciter ꝛ de plano ſine ſtrepitu ꝛ figura iudicij. nam tūc ſnia nō ē mere interlocutoꝛia qꝛ finit negociū pꝛicipale ñ ē ēt diffinitiua qꝛ oꝛdie iuris nō ſeruato lata eſt. qui oꝛdo ē de ſubſtātia diffinitiue iuxta notata in.l.pꝛolataꝫ C.ō ſen.ꝛ interloc.om.iud.ꝛ ē i gl.ij.q.i.i ſūma.ita uoluit ang.dicēs ſe ita cōſuluiſſe i.l.imperiū in fi.col.ff.de iuriſdi.om.iud.uoluit ludo.i.l.i.ff.ō arbi.i.vi. colum. ꝛ bar.i extrauag.ad repꝛi.i uerbo ſine figura faciūt nō ta ꝑ ang.i.l.ſtipulatōi alic.in pꝛi.ff.ō ver.ob. i.l.ſi ſic i pꝛin.ff.de leg.i. Et iō i hac ſnia ſcriptura nō requiritur



UVA. BHSC. IyR_025

iuxta ea que notãtur ĩ cle. ſepe. de uer. ſig. Et gemi. po
nit in. c. fi. de re iudi. li. vi. Et ideo ĩ notorio cũ nõ requi
ratur ibi ordo. c. ad noſtrã. el. iij. ſ. de iuriu. c. euidẽtia.
j. de accuſa. tamẽ exquo ibi requiritur ſnĩa. c. porro. j. de
diuor. iſta ſentẽtia dicetur mixta attenta ratõe premiſſa
⁊ ideo ĩ ſcriptis ferri nõ debebit. glo. ẽ nõ. i. §. neceſſita
tem in autẽtico ut iud. ſine quoquo ſuffra. quã ad hoc al
legat bal. in. l. preſbiteri. in. iij. col. C. de epiſco. ⁊ cle. uo
luit Gemi. in. c. fi. de ſentẽ. ⁊ re iudica. li. vi. Qualiter
autẽ ferri debeat interlocutoria q̃ de diffinitiua nõ ẽ ma
teria noſtra an requirat citatio ad prolationẽ iterlocu
Bar. in. l. ſi opus. ff. de ope. noui nũcia. uidet uelle q̃
ſic ⁊ facit. l. quod iuſſit. ff. de re iud. Inno. ⁊ Jo. an. in
c. querellã. ⁊ ĩ. c. auditis. ſ. de ꝑcur. tenẽt cõtrariũ ꝑ tex.
ĩ. c. fi. ſ. de of. iud. Jmo. in. d. l. ſi opus ⁊ ẽt in. d. c. audi
tis ſedere diſtinctionis cõcordat opi. Aut loquimur de
interlocutoria preiudiciali. ⁊ tũc procedat opi. bar. nõ ꝑ
l. quã allegat que nihil facit ſꝫ ꝑ. l. nam ita diuus. ff. de
adop. ⁊ per. l. de uno quoqꝫ in principio. ff. de re iudic.
q̃ in actu preiudiciali debet pars citari. ⁊ ita. d. ant. ĩ. d.
c. auditis. Do. anto. in. c. qua fronte. ſ. eo. aut ẽ actus
qui nõ eſt preiudicialis parti ⁊ tũc interlocutoria in tali
cãu lata nõ requirit citationẽ ⁊ procedat opi. Innocẽ. ⁊
Jo. an. nõ per decre. quam allegant que nihil facit ſꝫ ꝑ
tex. in. l. ſed ſi interpellatur in principio. ⁊ in. l. diem pro
ferre in principio. ff. de arbi. ⁊ hec diſtinctio uidetur eſſe
de mente bar. in. l. quod iuſſit. ff. de re iudi dum vult ꝙ
iudex ita demũ parte nõ citata poſſit procedere ad renũ
ciationẽ interlocutorie ſi ea nõ requirit cãe cognitionẽ.
ſecus ſi requirat cãe cognitionẽ quia tũc requiritur cita
tio partis. ecce ergo ꝙ ſentit eẽ cãum in quo ſine cauſe
cognitione ⁊ ſic abſente parte poteſt perueniri ad interlo
cuto. ⁊ fuit de mente bal. in. l. i. C. de ſen. ex pi̇cu. reci. ĩ
l. nec quicquã. §. ubi decretũ. ff. de offi. procõ. ⁊ leg. ubi
clare explanat ꝙ ſit interlocutoria que poſſit ferri ſine ci
tatione cum parti nõ preiudicet. ſ. cõmiſſio facta nuncio
de citando que quidem dicitur ſentẽtia interlocutoria.
Quia omne uerbum iudicis faciens ad cãm dicitur ſen
tẽtia interlocutoria. glo. in. d. l. cum clericis cũ preal'e.
facit quod notat imol. in d. l. de uno quoqꝫ. ff. de re iu
dica. Jo. an. in addi. ad ſpec. in ti. de ſen. prola. §. ſpe
cies. Sed an requiratur peremptoria citatio poſito
ꝙ citatio requiratur glo. habetis ꝙ nõ. quã ibi panor.
dicit ſingularem in clemẽ. unica de excep. q̃ citatio ad
actum particularem iudicij ſemper ẽ ꝑemptoria ẽt ſi nõ
exprimatur ut ibi. ⁊ faciũt notata per innoc. ⁊ alios ĩ. c.
conſuluit. ſ. de offi. dele. Bal. uoluit ĩ. l. tres denũciatio
nes. C. quomodo ⁊ quãdo iudex. tamẽ bar. in hoc alit
diſtinguit in. d. l. cõſentaneum. C. quomodo ⁊ quando
iudex. tamẽ ſufficeret citatio generalis ad totam cauſã
facta cum prorogatione ⁊ cõminatione d̃ procedẽdo ad
ulteriora. ⁊ tunc ualeret interlocutoria ſine alia citatiõe
de quo tamẽ in. c. fi. per oẽs. ſ. de dila. ⁊ in. c. cuꝫ dilecti.
ſ. de dolo ⁊ contu. per barto. imol. ⁊ alios in. l. q̃ ante
caſ. ff. de uerbo. ob. In ſentẽtia autẽ mixta requirit
citatio ⁊ peremptoria. ita bar. in. d. l. cõſentaneum. ⁊ ibi
bal. ⁊ etiam in autẽtica qui ſemel. C. quomodo ⁊ quan
do iud. Cano. in. c. conſuluit. ⁊ in. c. cõſultationibus. ſ.
de offi. dele. Do. anto. ⁊ panor. in. c. cãmqꝫ. ſ. de dolo
⁊ cõtu. Sed an requiratur litis cõteſtatio ĩ interlocu
toria. tex. habetis ꝙ nõ in. c. accedẽs el primo. ſ. ut lit.
nõ cõte. ⁊ ẽ tex. ⁊ ibi notatur in. c. ut prudẽtiã. §. ſexta.
ſ. de offic. dele. faciunt que habẽtur in. l. a procedente.
C. de dila. imo nec in mixta eſt lis cõteſtanda ꝙ patꝫ q̃
ad ſecũdũ decretum quod ẽ ſentẽtia mixta tamẽ ꝑuenit
lite nõ cõteſtata. l. ſi finita. §. nihil. ⁊ ibi hẽtur. ff. de dã.
infec. notant docto. in. c. quoniã frequẽter ⁊ ibi cãus. §.
in alijs. ſ. ut lit. nõ cõte. in. c. cãm que. ſ. de dolo ⁊ ↄtu.
Sꝫ nũquid requirit ꝙ in ſcriptis ꝓferat. ⁊ dicite ꝙ
nõ. glo. ẽ ĩ. l. ij. ff. eo. ti. glo. in. c. qm̃. ꝓ. ſ. de ꝓba. ĩ uer

bo iterlocutõeꝫ. facit tex. in. l. fi. ibi diffinitiuis. C. de ſen.
ex pi̇c. reci. ⁊ ibi notat bal. ⁊ ludo. in ſingularibꝰ allegat
tex. ad h̃ ſingularẽ ĩ. l. pe. ff. de auc. tu. faciũt notata in
c. fi. de re iud. ⁊ ibi gemi. ꝙ nec ẽt in mixta. imo in diffi
nitiua lꝫ requiratur ſcriptura. d. c. fi. tamẽ poterit proba
ri ꝑ teſtes deponẽtes latã fuiſſe in ſcriptis lꝫ ñ appareat
ſcriptura. c. albericus. ſ. de teſti. ibi doc. ſm̃ unũ intelle
ctũ illius tex. ⁊ ſcribitur in. c. fi. d̃ ꝓba. ita rota deciſ. ſua
cccevij. que incipit itẽ fuit dubitatũ utrũ ſnĩa ubi uolunt
ꝙ plus ẽ ꝙ in oĩ cãu ubi requirit ſcriptura põt ꝓbari il
le actus ꝑ teſtes. ⁊ faciũt que habẽtur ĩ. c. cũ olim. j. d̃ pri
uil. in. l. i. ſiue. ij. C. de bo. poſ. ſm̃ tab. ĩ. l. cuꝫ propone
batur. ff. de leg. ij. imo ad probandum dolũ ꝑ iniquita
tẽ iudicis admittit ẽt ad infrigẽdã ſnĩam ꝓbatio ꝑ teſtes
qui deponũt ꝙ audiuerũt extraiudicialit iudicẽ ꝓteſtãtẽ
d̃ dolo ſuo. glo. ẽ ſingularis ſm̃ Ange. ibi in. l. ſi pretor
§. marcellus. in fi. ff. de iudi. quã ad hoc dixit Ange. ſin
gularẽ ĩ. l. ſi iõ. in prin. ff. de euic. Sꝫ quid ĩ ea ſpecie
ſnĩarũ quas mixtas dixi q̃ nõ habẽt ordinẽ diffinitiue.
puta ĩ ſũmarijs iudicijs. nam lꝫ ex eo ꝙ diffiniant nego
ciũ principale diffinitiue dici poſſũt ꝓut uoluit gl. ⁊ ibi
ange. in. l. qui reſtituere in fi. col. ff. de rei uẽ. tamẽ non
ſũt mere diffinitiue ut. ſ. dixi. Glo. determinat. q. ĩ. l. re
cuſare in prin. ff. ad treb. dicẽs ĩ huiuſmodi ſnĩjs nõ re
quiri citationẽ. ⁊ facit ꝙ uoluit innoc. in. d. c. auditis. ⁊ ĩ
d. c. querellã. ubi dixit debere appellari a ſnĩa huiuſmo
di ſine citatione lata. alias trãſibit in rẽ iudicatã. Ang. in
d. l. recuſare. ⁊ imol. ⁊ albe. ⁊ Jmol. ĩ. d. l. ꝙ iuſſit tenẽt
cõtrariũ q̃ ĩ omni interlocutoria ꝑiudiciali requiritur ci
tatio ut heri dixi. ergo multo magis ĩ iſtis. Et dicite d̃ re
quiſitis ad has ſnĩas ut in cle. ſepe. de uer. ſig. ⁊ ꝑ bar. ĩ
extrauag. ad repri. ĩ uerbo ſine figura. precepti aũt ſen
tẽtia ẽt ipſa regulariter requirit citationẽ ut ẽ gl. in. c. ex
pte. M. el prio. j. de ver. ſig. uoluit bal. ĩ. l. nec quicquã
§. ubi decretũ. ff. de offi. procõ. ⁊ leg. faciũt notata ĩ. l. d̃
pupillo. § meminiſſe. ff. d̃ op. no. nũc. ⁊ cãe expreſſionẽ
requirit. ita bar. ĩ. l. ius alimẽtorũ. ff. ubi pup. edu. deb.
in. l. filiuſfa. §: diui. ⁊ ibi ꝑ alios ff. de leg. i. in. l. pat. §.
tullius agrippa. ff. de leg. iij. Bal. in. l. i. ff. ſi ex noxa. cã
aga. Cano. ĩ. c. ad aures. ſ. d̃ tempo. ordi. ĩ. c. cũ in tua.
j. qui mat. accuſa. po. Tamẽ clauſula illa ſi ſenſerit ſe
grauatũ ſuccedit loco citatõis notat bar. in. §. meminiſ
ſe. ⁊ glo. in. d. c. ex parte. ⁊ bal. in. l. ij. C. de epiſ. audi.
⁊ iõ in cãibus in quibus iudex põt ex officio ꝑcipere ſine
citatione puta ĩ nõ preiudicialibus nõ requirit illa clau
ſula ſi ſenſerit ſe grauatũ. ita bal. ĩ. d. §. ubi decretũ ⁊ in
l. tale pactũ. §. qui ꝓuocauit. ff. d̃ pac. Sꝫ quid d̃ exe
cutione iterlocutorie uel mixte nũquid requiratur idẽ or
do qui requiritur in diffinitiua de quo ĩ. l. a diuo pio. §.
ĩ uẽdicatione. ff. de re iudi ſ. ut prio fiat executio in rebꝰ
mobilibus de hinc ĩ nominibus debitorũ. d̃ hinc in ĩmo
bilibus. glo. in d. §. in uẽdicatione tenet ꝙ nõ ⁊ concor
dat glo. quã põderat ibi Franc. tigrini in. l. ſi pacto quo
penam in glo. fi. C. de pac. ⁊ hãc opi. tenꝫ Ci. in. l. i. C.
de preto. pig. Et facit tex. ĩ autẽtica ⁊ qui iurat. C. d̃ bo.
auc. iud. poſſ. ubi loquẽs de executõe ſecũdi decreti. nõ
tamẽ dicit formã. d. §. in uendica. eẽ obſeruanã. In con
trariũ ẽ ueritas ⁊ tenet glo. in. d. l. i. C. de preto. pig. ⁊
ibi ſali. in. l. preſenti in uerbo ſolitus ordo. C. de his qui
ad eccle. confug. in. §. ſi uero quidã. ⁊ ibi ange. in auten
tico de exhi. ⁊ introdu. re. tenet Ange. ⁊ cõiter ſcribẽ. in
d. §. in uẽdica. tenet ſpec in ti. de ſecũdo decreto. §. re
ſtat uer. ⁊ ſcias. ⁊ in. §. nũc uidenũ. verſi. quid ſi reus. ⁊
ver. ſeq. ⁊ ibi dicit de conſuetudine hanc opi. ſeruari. lꝫ
glo. in. c. qm̃ freqẽter. §. fi. in uerbo ĩmobiliũ ⁊ ibi cõit
docto. ſ. ut lit. nõ cõte. ⁊ pro hac opi. eſt caſus in. d. §.
fi. intelligẽdo ꝙ illa alternatiua uel ĩmobiliũ ſit alterna
tiua ordinis ut ibi ſentit glo. ⁊ facit in ſimili tex. ĩ. l. ſcire
oportet. ff. de excuſſ. tuto. ⁊ que notat bar. in. l. iiij. §. ꝑ
tor ait. ff. de damno infec. notat. d. anto. ⁊ panor. in. c.

UVA. BHSC. IyR_025

ſãm. que ſ. de dolo ⁊ cõtu. ubi alternatiua reſoluitur in
alternatiuaꝫ ordinis. ⁊ ꝑ illum tex. §. ſi. reſpondetur ad
autẽticã ⁊ qui iurat qꝛ ille tex loquitur in hiſdem termi
nis ĩ quibus loquitur iſta autẽtica. Sꝫ nedũ vacuũ eſ
fingere querimus amphora exeat. Circa reuocatõeꝫ
ſniarum quero que ſentẽtie poſſint ꝑ iudicẽ reuocari ⁊
dicite aut loquimur de interlocutoria aut de diffinitiua.
Si de interlocutoria uarie ſunt opi. Prima fuit opio
azo. relata ꝑ glo. ⁊ ſcrib. in. d. l. qꝺ iuſſit qui diſtinxit. aut
loquimur in interlocutoria qua iubetur aliquid dari uel
fieri uel reſtitui ⁊ tũc illa nõ poſſunt reuocari. l. i. C. ſi de
momẽta. poſ. fuerit appel. aut loquimur in alijs interlo
cutorijs ⁊ tunc poſſint reuocari. ita loquiꝰ. l. ꝙ iuſſit iſta
opi. cõiter reprobatur. quia ẽt in ſnijs quibus iubeꝰ ali
quid dari uel reſtitui admittiꝰ reuocatio ut uoluit inno.
in. c. ſi. ſ. ꝙ met. cã. ubi dixit ꝙ ſi iudex taxauit dãna re
ſtituenda ſiue expenſas ꝙ põt iſtã taxationẽ reuocare.
ecce ꝙ loquiꝰ in ſentẽtia iterlocutoria qua aliquid iubeꝰ
dari uel reſtitui ⁊ tamẽ vult ꝙ poſſit reuocari. ⁊ ita tenu
it imol. in. l. quod iuſſit ange. tamẽ ibi in hoc de taxatio
ne aliter loquiꝰ ut dicam. ĩ. in. xiiij. fallẽcia. pro hoc etiã
facit cõtra azo. dictum innoc. in. c. dilecto. ĩ. de uerb. ſig.
quod allegat ⁊ ſequiꝰ pro ſingulari. Bal. in. l. nõ uideꝰ
la prima. ff. de iud. ⁊ ludo. in ſingularibus ſuis ubi uolu
it ꝙ ſentẽtia ſecũdi decreti afferat preiudiciũ irrepabile ꝑ
diffinitiuaꝫ nec quo ad ueram poſſeſſionem expectet ali
am diffinitiuam. ⁊ ſic ſapit in aliquo naturam diffinitiue
ut heri dixi. tamẽ põt ꝑ iudicẽ reuocari. nec obſtat. l. uni
ca. C. ſi de momẽ. poſ. qꝛ reſpondet bar. in. d. l. ꝙ iuſſit
qꝺ loquitur ĩ poſſeſſorio in quo ſentẽtia ẽ diffinitiua nõ
interlocutoria ut heri dixi. ⁊ faciũt notata ĩ. c. ſi. ſ. de iu
dic. Secũda fuit opi. Ugoli. ĩ. d. l. ꝙ iuſſit ꝑ glo. rela
ta diſtinguẽtis. aut loquimur de interlocutoria qua pro
nũciatur aliquid dari uel fieri ⁊ tũc talis nõ poterit reuo
cari ut uoluit azo. per. d. l. unicam. aut loquimur de in
terlocutoria ſuꝑ incidẽti uel emergẽti lata. ⁊ tũc ẽt ñ po
teſt reuocari per. l. i. C. ſi ex falſ. inſtru. per. l. qꝺ ſi ĩ diẽ
§. ſi ꝑ rationem. ff. de cõ. ubi tex. uoluit interlocutoriaꝫ
ſuꝑ incidenti tranſire in rem iud. nec poſſe de illo inci
denti amplius diſputari. ergo nec per iudicem reuoca
ri. Aut loquimur de alijs interlocutorijs puta litis ordi
natiuis ⁊ tũc poſſint reuocari. ⁊ ita loquiꝰ. d. l. qꝺ iuſſit
⁊ decre. noſtra. Iſta opi. ẽt reprobatur a barto. ibi ⁊
ab alijs. primo circa primũ mẽbrũ laborat eodẽ morbo
quo opi. Azo. circa ſecũdũ. nõ bene loquiꝰ qꝛ eſt nimis
reſtringere. d. l. qꝺ iuſſit ⁊ decre. noſtram nec obſtãt. l.
i. C. ſi falſ. inſtru. ⁊. d. §. ſi rõnem quia ſoluit barto. lo
quũtur poſt ſentẽtiam diffinitiuã quo cãu cum iudex ſit
functus officio ſuo. c. in litteris. ſ. de offi. dele. l. iudex.
ff. de re iudic. nõ mirum ſi nõ poſſet poſtea huiuſmodi
interlocutorias reuocare quas in incidenti uel emergẽti
tulit. qꝛ in incidẽtibus uel emergẽtibus expirato officio
iudicis ꝑ diffinitiuam nõ habet amplius iudex poteſta
tem. l. iiij. C. depoſiti. l. terminato. C. ꝺ fruc. ⁊ lit expẽ.
nõ mirum ergo ſi ibi nõ reuocat. puta ibi nõ diciꝰ ꝙ iu
dex nõ poſſit reuocare. ſꝫ tantũ diciꝰ ꝙ tranſiuerint ĩ rẽ
iudicatam tales ſnie. ⁊ fateor quo ad partem. M. vult
glo. noſtra. non autem quo ad iudicem. Tertia fuit
opi. glo. in. l. i. C. ſniam reſcin. nõ poſſ. ⁊ etiam glo. hic
⁊ hoſti. ⁊ cõiter ſentẽtia antiquorum indiſtincte firmans
ꝙ in omni iterlocutoria iudex poſſit eam reuocare per
tex. noſtrum qui generaliter loquitur per tex. in. d. l. ꝙ
iuſſit hec opi. ẽ contra tex. in. c. ſignificãtibus. ſ. de of.
dele. ubi ſi iudex pronũciauit ſe nõ eſſe iudicem quo cãu
eſt ſentẽtia interlocutoria ut patet ex premiſſis nõ poteſt
hanc ſentẽtiam reuocare ẽ cõtra ea que notanꝰ per gl.
in. l. i. in ſi. ff. de preto. ſtip. ⁊ ibi cõmuniter ſcribẽ. ubi in
terlocutoria executioni mãdata uel a iure uel ab homie
nõ põt iudex eam reuocare. Et ideo bar. in. d. l. quod
iuſſit ⁊ cõmuniter ſcrib. poſt eum ⁊ ẽt. d. anto. hic ⁊ ibi. l.

⁊ alij poſt eos dicũt regulam eẽ prout firmat glo. noſtra
⁊ glo. in. d. l. i. ſed fallere in cãibus pro ꝯtrarijs adduci.
Sit ergo regula ꝙ iudex qui tulit interlocutoriã põt
eam reuocare ita tex. hic. ⁊ in. d. l. quod iuſſit ⁊ in. c. ſi
a iudice. eo. ti. li. vi. Fallit in interlocutorijs que ñ ex
pectant aliquam diffinitiuam poſt ſe. puta quibus pro
nũciatur quem nõ eẽ audiendum. nam tũc expirat per
talem ꝓnũciationem officium iudicis ergo reuocare nõ
poterit. d. l. iiij. ⁊. d. l. terminato. Ita bart. ⁊ cõiter ſcri
bẽ. in. d. l. quod iuſſit. ita do. anto. ⁊ alij hic quod itelli
gatis uerum quãdo officio iudicis mercenario iſta inter
locutoria ueniebat expediẽda uel alias ad inſtantiã par
tis. ſecus ſi officio iudicis nobili. nam tunc cum officium
iudicis nobile duret etiã poſt inſtantiaꝫ per ea que habẽ
tur in. l. prima. ff. de iuriſdi. om. iudi. in. c. ſi. ſ. de offic.
iud. tũc talis interlocutoria poſſet reuocari. ⁊ ideo ſcꝺꝫ
decretum ut predixi põt reuocari qꝛ expeditur officio iu
dicis nobili ad uindicandum cõtumaciã partis iuxta no
tata per bar. in. l. ſi finita. §. iul. ⁊. §. ſi plures. ff. de dã
no infec. ꝑ panor. ⁊. d. anto. in. c. quoniã frequẽter. §. i
alijs. ſ. ut lit. nõ cõte. Et tamẽ ẽ talis ſententia ſecũdũ
decretũ que nõ expectat aliaꝫ diffinitiuam poſt ſe ut pre
dixi. Et ita ẽt uoluit bar. in his que expediunꝰ officio iu
dicis nobili in. l. prima. i. prin. ff. de p̃to. ſtip. Fallit
ſecũdo in tali interlocutoria. ꝑ quẽ expirat officiũ iudiciſ
ex toto puta quia pronũciat ſe nõ eſſe iudicẽ. nã tũc talẽ
iterlocutoriã nõ põt reuocare. c. ſignificãtibus. ſ. de offi.
del. ita bar. ⁊ alij ĩ. d. l. quod iuſſit ĩ. l. ij. in. iiij. col. ff. ſi
quis ĩ ius voc. nõ ierit bal. i. l. ſi quis in cõſcribẽdo. C.
de ep. ⁊ cler. ĩ. l. ſi ut ꝓponis. la prima. ⁊ in. l. ſi preſes ꝺ
ſertã. C. quõ ⁊ qñ iud. Imo. ĩ. l. quidaꝫ ꝯſulebat. ff. de
re iud. d. Anto. ĩ. c. ſuꝑ literis. ſ. de reſcrip. quod intelli
gite uerũ in iudice delegato. ſecus eſt in iudice ordinaº.
quia iudex ordinarius qui pronũciauit ſe nõ eſſe iudicẽ
põt hic interlocutoriã reuocare. qꝛ ad eũ nõ ſpectat ſo
lo uerbo abdicare a ſe iuriſditõem ordi. l. legatus. ff. de
offi. preſi. Et iõ pronũciãdo ſe nõ eẽ iudiceꝫ nõ deſinit
ex toto eẽ iudex. ita uoluit bar. ĩ. d. l. ij. ⁊ ſequũtur alij ĩ
locis p̃alleg. ⁊ deciſio rote deciſ. ſua. cclx. que icipit ex h
inſurrexit ad ſi. Itẽ hoc uerũ dũ ĩ delegato loquimur ni
ſi a tali ſnia qua delegatus ꝓnũciauit ſe nõ iudicẽ fuiſſꝫ
appel. nã tũc appellatio ſuſpẽdit uires ꝓnũciati c. ſuꝑ
eo el prio. ſ. eo. ergo illa ſnia nõ abdicauit iuriſditioneꝫ
ab ipo delegato cũ ſit ſuſpẽſa tex. ẽ ſingularis ⁊ ibi omẽ
dant docto. in. c. dilectus el tertio. ĩ. de preb. quẽ ad hoc
põderat lud. ĩ ſingularibus ſuis. Põderat panor. ⁊ imo
la hic. põderat bar. ĩ. d. l. ij. in. vij. col. ⁊ ẽt hoc uoluit ro
ta deciſ. lxxxviij. que ĩcipit item ſi a pronũciatiõe ubi uo
lunt ꝙ iudex qui ꝓnũciauit appellationẽ deſertã nõ po
teſt eã reuocare qꝛ abdicauit a ſe iuriſditionẽ niſi a tali ſe
tẽtia fuiſſet appellatũ. Tertio fallit in interlocutori
is bis cõfirmatis qꝛ ſicut nõ lꝫ a ſnia bis confirmata tẽrtio
ꝓuocare. c. ſua. ĩ. eo. toto titulo. C. ne lic. tertio ꝓuoc.
itẽ ſentẽtia bis cõfirmata nõ põt reuocari per iudicẽ am
plius gl. ẽ ſingularis ſꝫ panor. ⁊ cardi. ibi ĩ cle. ſi. ĩ uerbo
ſuꝑ ea. eo. ti. qꝺ notate ad ea que. ĩ. dicã ĩ articulo quo
tiẽs poſſit iudex reuocare interlocutoriã. Quarto fal
lit ĩ arbitro ſiue ꝯpromiſſario ꝓnũciãte taliter ꝙ ſua po
teſtas ſiue notio finiatur. nã tũc nõ põt eã reuocare. ita
Ang. ĩ. l. i. C. ſniaꝫ reſci. nõ poſ. Bal. ĩ. l. unica. ĩ. xxix.
col. C. de cõfeſſ. Et idẽ dicatis ꝺ executoribꝰ bñficialibꝰ
qui ut ſcitis nõ ſunt iudices ſimpliciter ſꝫ poſſũt uelle eſſe
nudi executores. glo. ẽ ĩ cle. unica ꝺ of. dele. Innoc. ĩ. c.
dudũ. ſ. de p̃ſump. nã tales executores nõ reuocãt ſuas ĩ
terlocutorias ꝑ quas eorũ poteſtas expirauit. d. c. dilectꝰ
el tertio. ⁊ ibi nõ. bar. ĩ. d. l. ij. ĩ. iiij. col. Quito fallit in
iterlocutoria lata ꝺ ꝯſenſu ptiũ. nã tũc ñ poterit iudex eã
reuocare niſi ẽt ꝺ ꝯſenſu ptium. ita panor. hic ꝑ tex. in
c. ſignificãte. ĩ. eo. ita imol. ĩ. d. l. qꝺ iuſſit in. c. ceterum. ⁊
bonus tex. in ſimili. ſ. de reſcrip. tamẽ ex cã poſſet ẽt



UVA. BHSC. IyR_025

reuocare hanc īterlocutoꝛiā inuitꝭ partibus. Ita bald. ⁊
Ange in. l. ex illo. C. eo. bal. in. l. i. C. ſniaꝫ reſci. nō po.
Sexto fallit quādo iudex iam detuliſſet appellationi.
nā tūc nō poteſt tale interlocutoꝛiā reuocare ſup̄ qua eſt
appellatū ⁊ detulit q2 dēferēdo deſijt eē iudex. c. cū appel
latōibus. ⁊ ibi cōmuniter doc. maxie Arch. ⁊ notat Jo.
an. in. c. i. circa pꝛin. verſi. in quibus eo. ti. li. vi. Et no
tat rota deciſ. ſua. lxxij. que īcipit itē ſi iudex. imo uolūt
ibi ⁊ in. d. deciſ. lxxxviij. ꝙ ēt de cōſēſu partiū nō poteſt
iudex iſte qui detulit reaſſumere iuriſditionē. In ꝯ͞triū
tamē in hoc ultimo de conſenſu ptiū tenēt cōiter docto.
⁊ ibi glo. in uerbo reputari. i. d. c. cū appellatōib᷒. Se
mi. ⁊ archi. i. d. c. ut ſup̄. Et ēt Jo. an. dixit in. c. i. circa
pꝛin. uerſi. in quibus eo. li. vi. nam de cōſenſu ptiū pōt
renūciari appellatōi. c. interpoſita. §. illa deniqꝫ. ⁊ ibi ui
debimus. j. eo. ergo de cōſenſu partiū poterit recedi a iu
dice ad quem ⁊ reuerti ad iudicē a quo. imo de conſenſu
tantum appellantis renūciantis ſue appellationi dūmō
appellatꝰ nō interſit pōt rediri ad iudicē a quo ut uidebi
mus in. d. §. ille deniqꝫ. ergo partibus cōſentiētibus ꝙ
iudex reuocet grauamē cū tunc ceſſante cā ceſſet effectꝰ.
ut hoc tex. p̄inde erit ac ſi ptes cōſentiant de renūcian
do appellationi. q2 ſublato grauamie tollitur clariſſima
appellatio ut hic. ⁊ foꝛtius tenet ancha. ⁊ Semi. in. d. c.
ut ſupꝛa ꝙ de cōſenſu appellantis poſſet iudex qui detu
lit appellationi reuocare grauamē. Septīo fallit qūo
cūqꝫ a iudice a quo deuoluta ſit iuriſditio ad alium iudi
cem. puta q2 noluit dare apoſtolos cū peterētur ul' itra
terminū nō dedit uel alijs ſimilibus cāibus de quibꝰ in
cle. ij. in fi. eo. habetur in. c. ut ſuper. ⁊ in. c. ab eo co. ti.
li. vi. his caſibus cum careat iuriſditōe nō poterit iterlo
cutoꝛiam reuocare. ita Jo. an. in. d. c. i. Card. in. d. cle.
ij. Semi. ⁊ Ancha. in. d. c. ut ſuper. hec tamē due limita
tiones p̄cedūt ī delegato ſecus in oꝛdinario q2 nō ex to
to caret iuriſditōe. ⁊ iō interlocu. reuocare poterit. Ita
rota ibi deciſ. cclx. ⁊. d. deciſ. lxxxviij. Bal. in. l. ſi pꝛeſes
C. quomō ⁊ quādo iud. Octauo fallit lite conteſtata
ī cā appellationis corā iudice ad quē. nā tūc cum de qua
re cognouit iudex de ea iudicare debeat. l. de qua re. ff.
de iud. ⁊ p̄ litis cōteſtationē ſibi appꝛopꝛiauit iuriſditōꝫ
c. lꝫ. undiqꝫ c. gratū. ſ. de offi. del. ideo iudex a quo gra
uamen ſuper quo ē appellatū ⁊ lis cōteſtata in cā appel
latōis nō pōt reuocare. ita bal. hic. Nono fallit citatō
ne emanata ī cā appellatōis ſm imol. hic. nam p̄ citatio
nem inducitur p̄uētio iuriſditōnis. c. pe. ſ. de foꝛo ꝯpe.
ergo iudex a quo uidetur pꝛeuētus p̄ iudicem ad quem
⁊ ſic nō poterit amplius iuriſditionē exercere. Decio
fallit poſt inhibitionē miſſam p̄ iudicē ad quē ipi iudici
a quo ita Jo. an. per ea que habētur ī. c. romana. §. ſi
uero. ⁊ in. c. nō ſolū. §. i. eo. ti. li. vi. Et ſequūtur hic. d.
An. ⁊ imol. ⁊ uoluit Fede. de ſenis in cōſi. ſuo. cclxxvij.
qd̄ incipit item ſi a ſnia. Undecimo fallit poſt delega
tionē cāe factam per iudicē ad quē. ita Spec. in ti. de ex
cep. §. uiſo uerſi. Sed pone nā delegando alteri cām ap
pellationis iuxta foꝛmā. c. ut litigantes de offi. oꝛd. lib.
vi. uidetur ſuperioꝛ auocare cauſā a manibus iudicis
a quo. ideo grauamē reuocare nō poterit. Et ita tenet
hic. d. anto. Imol. dicit hoc procedere in papa nō ī alijs
per ea que habētur in. c. cupiētes. §. i. de elec. li. vi. i. c.
paſtoꝛalis. §. pꝛeterea. ſ. de offi. dele. ⁊ dixi in. c. ut nr̄m
ſ. eo. Iſte quatuoꝛ limitatōes pꝛoxime moꝛdētur h̄
a panoꝛ. nā poſt citationē ſiue poſt lit. ꝯte. coꝛam iudice
ad quē ſiue poſt inhibitionē ſiue delegationem a iudice
ad quē factā vr̄ ꝙ iudex a quo poſſit grauamē reuocare
p̄ tex. noſtrū h̄ q̄ generaliter loquit. ⁊ p̄ tex. i. c. ſi a iudi
ce. eo. ti. li. vi. ubi ēt generalit loquit puta circuitꝰ dꝫ eui
tari de. auditoꝛ. de reſcrip. ⁊ anfractus iudicioꝛū dꝫ ab
breuiari. ut hoc tex. in fi. ſꝫ p̄ appellationeꝫ nihil aliud
vult appellans niſi ut grauamē reuocet ergo ut lites ab
bꝛeuient ſi ipſemet qui grauauit vult reuocare cū uerſi

miliꝰ ſit magis de facto ſuo infoꝛmatus quam iudex ad
quē. c. ab excōicato. ſ. de reſcrip. debebit potius pmitti
ſibi reuocatio q̄ expectari ꝙ iudex ad quē ſe infoꝛmet ⁊
poſtea reuocet. puta pēdēte appellatōe ſuſpēdit iuriſdi
tio iudicis a quo. c. ſup̄ eo el. i. ſ. eo. Sꝫ tn̄ pōt iudex a
quo oia facere que tēdūt ad facilioꝛē expeditōꝫ appella
tōis. c. cū teneamur. ⁊ ibi tex. ſ. eo. ergo cū nulla ſit faci
lioꝛ expeditio q̄ reuocare grauamē poterit iudex a quo
grauamē reuocare. ⁊ ad hoc facit glo. i. c. ij. j. de matri.
cōtracto ꝯ͞ iterdi. eccle. Subicit tn̄ panoꝛ. ꝙ dici pōt ad
ſaluan. p̄dicta h̄ eē ſpāle hiſ cāibus ne ſup̄ioꝛi illudatur
corā quo ē cā itroducta arg. c. bone. el. ij. verſi. nec obe
bā. ſ. ō poſtu. p̄la. Duodecio fallit ī iterlocutoꝛia exe
cutioni mādata ſiue p̄ ptes ut uoluit bal. i. l. ab arbitrio
ff. qui ſatiſda. cog. ſiue p̄ iudicē ut uoluit idē bal. i. l. poſt
ſniaꝫ. C. ō ſen. ⁊ iterlocu. om. iud. Et h̄ generalit vult
glo. ⁊ ibi bar. in. l. i. in fi. ff. ō pꝛeto. ſtip. nā talis iterlocu
toꝛia nō pōt reuocari ut ibi niſi de cōſenſu ptiū uel cā co
gnita. ita bal. h̄ ⁊ alij. Imo. i. d. l. qd̄ iuſſit tꝫ ꝯ͞triū p̄ tex.
i. l. pe. ff. de p̄to. ſtip. ubi loquitur de iterlocutoꝛia ⁊ ſm
eū executōi mādata ⁊ tn̄ vult ꝙ poſſit iudex eā reuocare
idiſticte. In ꝯ͞triū tamē ē cōis opi. ⁊ ipe imol. tenet hic tꝫ ꝯ͞
triū. Nec ob. d. l. pe. q2 ibi nō fuerat executa ſnia qd̄ patꝫ
dū tex. dat exceptionē que nō datur niſi añ executionem
actoꝛe inſtāte. Deciotertio fallit ī iterlocutoꝛia que tra
hit ſecū executionē ō iure. nam tūc nō pōt reuocari ita
bar. in. d. l. i. i fi. p̄ illā glo. niſi cā cognita uel de cōſenſu
ptiū. he tamē due limitatōes nō p̄cedūt ī reuocatōe que
fieret ex magna cā uel ſup̄ueniēti uel nouiť detecta. ita
inno. notat ī. c. fi. i fi. ſ. qd̄ met. cā. ⁊ ē bonus tex. i. l. ui
deamus. §. ſꝫ an ipoſ. ff. ō in lit. iur. ⁊ ēt tex ē de bꝛocha
ſm intellectū imol. ſ. ō reſcrip. i. c. cū dilecta. faciūt nota
ta i. l. arbitro. ff. qui ſatiſda. cog. itē nō p̄cedūt ī interlo
cutoꝛia modici p̄iudicij q2 lꝫ executa ſit pōt tamē reuoca
ri. ita bal. i. d. l. poſt ſniaꝫ. ⁊ multo foꝛtiꝰ ergo ī interlo
cutoꝛia cuiꝰ reuocatio nullū p̄iudiciū affert parti. Et iō
ſnia excōicatōis lꝫ trahat ſecū executionē. c. paſtoꝛalis. ī
fi ⁊ ibi uidimus. ſ. eo. ⁊ ſit iterlocutoꝛia per ea que notat
panoꝛ. in rubꝛica. j. de ſen. excō. Archi. i. c. ij. de cōſti. li.
vi. uel ſaltē anoꝛmala ut ibi. tamē pōt p̄ iudicē ēt inuita
pte reuocari. ita inno. in. c. pꝛudentiam. §. ſexta. in uer
bo malicia. ſ. de offi. dele. ⁊ etiam ē tex. in generalitate
ſui i. c. ſacro. j. de ſen. excō. facitꝰ ēt tex. i. c. ab excōicato.
⁊ ibi notat. ſ. ō reſcrip. ⁊ hoc ſentit hic. d. anto. lꝫ obſcu
re. Decioquarto fallit ī taxatōe expēſarū p̄ſtito iura
mēto ⁊ lata poſtea ſnia ſup̄ expēſis. nā talis ſnia expen
ſarū nō pōt reuocari. ita ang. i. d. l. qd̄ iuſſit allegat hoc
uelle inno. i. c. ſacro. j. de ſen. excō. ⁊ ſatis vult quicquid
dicat imol. i. d. l qd̄ iuſſit. dū ibi firmat ꝙ in interlocuto
ria que affert ꝯmodū parti nō fiat reuocatio ad nutum
iudicis. Sꝫ uel citata pte ⁊ cōſentiēte uel cū cāe cognitio
ne. ⁊ p̄ Ang. faciūt notata in autētica ſꝫ hodie. C. de iu
dic. facit tex. in. §. opoꝛtet in autētico de iudic. faciūt no
tata i. l. uideamus. §. deferre. ff. de in lit. iur. notata per
Jo. an ⁊ panoꝛ. i. c. pe. ſ. ō ſequeſtra. poſ. ubi poſt iura
mētū a parte p̄ſtitū ſup̄ expēſis cōcluditur nō poſſe iudi
cem expēſas moderari ⁊ taxare q2 eēt arguere ptem de
p̄iurio cū hoc fuerit iuramētū ueritatis. ergo multo ma
gis poſt taxationē ⁊ iuramētū ⁊ ſniam ſup̄inde latā nō
poterit hāc cōdēnationē expēſarū reuocare niſi ex ma
gna cā ⁊ euidēti dolo iurantis p̄ ea que dixi ī pꝛoxima li
mitatōe uelle inno. i. c. fi. i fi. ſ. qd̄ met. cā. ⁊ erit ſpāle iſto
cāu ut admittatur reuocatio arg. l. ſi hominē. ff. māda.
Imol. in. d. l. qd̄ iuſſit. repꝛobat ange. per ea que notat
inno. in. d. c. fi. quibus apparet rn̄ſio. Decioquito fal
lit in declaratione uerbi dubij ꝙ iudex uno mō ē interp̄
tatus. q2 tunc ex quo ſemel declarauit nō pōt illam inter
locutoꝛiam reuocare. glo. eſt in. l. quicquid aſtringēde. i
pꝛin. de uerbo ob. quā ad hoc dixit ange. ſingularem in
d. l. quod iuſſit ⁊ ſequitur bal. in. l. ſerui. electiōe i pꝛin.

UVA. BHSC. IyR_025

in.l.huiuſmodi.§.ſtichũ.ff.de leg.i.ꝛ facit qḋ uoluit bar
to.in.l.inter ſtipulantem.§.i.in fi.ff.de uerbo.ob.ubi
ille cui ē cõmiſſa declaratio ſi ſemel declarauerit nõ põt
uariare. Ange. tamē in.d.l.quicquid aſtringēde tenet
cõtrariũ ꝛ ad glo.ibi reſpõdet ꝙ ſaluari poterit quo ad
priuatos habẽtes poteſtatē declarãdi quorũ poteſtas cũ
ſtricta ſit,nõ itelligiť niſi ſemel arg.l.boues.§.hoc ſmo
ne.ff.de ver.ſig.nos loquimur in iudice qui hꝫ latas ha
benas circa ſuas iterlocutorias d.l.qḋ iuſſit ꝛ ꝑ hoc tol
litur ēt dictũ bar.in.d.§.i. Decioſexto fallit qñ gra
uati qui appellauit intereſt ut grauamē nõ reuoceť ſim
pliciter.puta qꝛ expendiť in appellatõe interponēda.ꝛ
iam iter arripuit.nam tũc tales expẽſas ſi obtineret i ap
pellatione recuperaret ut uidimus in.c.precedēti.ergo
ſua intereſt ut iudex nõ ſimpliciť reuocet niſi refectis ex
pẽſis.ita glo.hic.Inno.Bal.ꝛ imol.Jo.an.ꝛ.d.anto.
hic ēt ꝛ gemi.in.d.c.ut ſup tenēt cõtrariũ ꝙ imo poterit
ſimpliciter reuocare nec dꝫ hẽre rõnem expẽſarum gra
uati.tamē prima opi.ſm bal.hic habet equitatē qꝛ non
dicitur emẽdare grauamē qui ex toto nõ emẽdat. Ad
ducit notata in.l.edita.C.de edē.facit.l.ꝙ ſi minor.§.
reſtitutio.ff.de minor. Sꝫ huic equitati poſſet reſpõderi
ſuſtinẽdo Jo.an.qꝛ quo ad expẽſas exquo cã reuertiť
ad iudicē a quo reuocato grauamie ut hic poterit ipe iu
dex a quo hẽre rõnem expẽſarum de quibus nõ habue
rit rõnem iudex ad quē.ita firmauit in.c.ꝑcedēti i tex.
ad fi.ꝛ ibi tenet panor.nõ ergo artabitur i reuocatõe gra
uaminis hẽre rõnem expẽſaruꝫ ad quas poterit poſtea
cõdemnare. Decioſeptio fallit i ſnĩa ſup ꝑemptoriis
exceptionibus lata.nã exquo hꝫ uim diffinitiue ut.ſ.dí
xi.certe ſicut in diffinitiua non admittitur reuocatio.ita
nec in iſta ꝛ pro hac opi.facit qḋ uoluit rota in.d.deciſ.
lxxxviij.ꝛ ēt.cclx.ubi ſi iudex pronũciauit appellationē
deſertã exquo habet uim diffinitiue ñ põt reuocare. Ge
mi.in.c.fi.de elec.li.vi.in cõtrariũ ē ueritas qꝛ ubicũque
pronũciatur ſup ꝑemptoriis exceptõibus uel ſuper exce
ptõibus que proceſſuꝫ redderēt nullũ.tũc minus trãſit
in rem iudicatã iſta ſnĩa quã alie mere iterlocutorie qḋ
patet per tex.in.c.fi.eo.ti.li.vi.ubi ab huiuſmodi inter
locutoriis nõ ſolum põt quãdo ferũtur appellari ſed ēt
per appellationē a diffinitiua effectus huiuſmodi ſentē
tiarum retractatur qḋ nõ ē in aliis mere iterlocutoriis.
ſicut ergo ꝑ iudicē ad quē in cã appellationis a diffiniti
ua huiuſmodi interlocutorie ſunt reuocabiles.ergo ita ꝑ
iudicē a quo.ꝛ ita tranſeũt hic cõiter doc.ꝛ precipue.d.
anto.ꝛ ēt in.d.c.fi.nõ obſtat qḋ notat rota in.d.deciſi.
qꝛ loquitur in tali iterlocutoria ꝑ quam expirat officium
iudicis que nõ põt reuocari ut dixi in ſecũda limitatione
ꝛ hoc patꝫ ex.d.deciſ.dum uoluit ꝙ ſi fuiſſet iudex ordi
nari⁹ qui ꝓnũciaſſꝫ appellationē deſertã ꝛ talis qui poſ
ſet per querellam adiri ꝙ tũc poſſet reuocare hãc ſnĩaꝫ
quia ex toto nõ expirat officiũ ſuũ. Et ꝑ predicta hẽtis
inferre notabilē declarationē ad ea que notat Lappus
in.c.i.de reſcrip.li.vi.ꝛ ibi gemi.ꝛ que notat.d.anto.
in.c.ſuper litteris.ſ.de reſcrip.ubi firmãt ꝙ lꝫ reſcriptũ
impetratum ꝑ excõicatum ſit nullũ ipo iure tamen ſi iu
dex cognoſcēdo an ſua ſit iuriſditio pronõciauit ſe iudi
cem illo cãu poterit ad ulteriora procedere tanquam ua
leat reſcriptum ſi pars nõ appellauerit.ꝛ faciũt notata ꝑ
bar.in.l.ij.in.vi.col.ff.ſiquis in ius uoc.ñ ier.tñ ubi iu
dex pronũciauit reſcriptũ ualere ꝛ nõ fuit appellatuꝫ ab
hac interlocutoria lꝫ ualeat proceſſus i appellatõe tamē
a diffinitiua poterit de nouo deducere nullitatē reſcripti
qꝛ impetratũ ꝑ excõicatuꝫ.ꝛ hoc cõſtito annullabiť iudi
ciũ.tex.ē iuncta glo.ibi que in hoc exemplificat in.c.fi.
eo.ti.li.vi.in prĩo riſo. Et ita ēt habetis iferre quo ad
exceptionē falſi procuratoris ſup qua ſi fuerit ꝓnũciatũ
ꝛ pars nõ appellauit tamē i diffinitiua poterit poſtea ꝺ
nouo in cã appellatõis de nullitate mãdati uel falſitate
imputari.qḋ notate ad limitationē.l.ita demũ.ff.de ꝓ

cura. Decioocrauo fallit in ſnĩa interlocutoria cuius
grauamē nõ ē reꝑabile ꝑ appellationē a diffinitiua poſt
ipam diffinitiuam nõ põt talis ſnĩa retractari nõ ꝑ iudi
cē a quo qꝛ functus ē officio ſuo lata diffinitiua.nõ ꝑ iu
dicē ad quē qꝛ huiuſmodi iterlocutoria ꝑ appellationeꝫ
a diffinitiua nõ deuoluitur.d.c.fi.ſcdo riſo ſtat ergo ꝙ
nõ poterit reuocari.ita bar.in.d.l.ꝙ iuſſit ꝛ faciunt que
dixi in hoc arti.in ſecũda opi.ꝛ uoluit hic.d.ant.ꝛ imol.
Decionono fallit i cõſultore qui cõſiliũ ſemel ꝑſtitit.
nã illud reuocare nõ poterit qꝛ cõſultor accedit poti⁹ ad
naturã diffinitiue ꝙ̃ interlocutorie.ita bal.hic.ꝛ faciunt
notata i.d.l.iter ſtipulantē.§.i.ꝛ ibi ꝑ bar.in fi.ꝛ ꝑ An
ge.in.d.l.quicquid aſtringeñ. Uigeſimo fallit ubicũ
qꝫ ꝑ ſnĩam ē ius acquiſitũ parti.nam tũc parte iuita uel
ſine cãe cognitione reuocari nõ poterit. Innocē.in.c.ſa
cro.j.de ſen.excõ.d.Anto.hic. Et ideo dixit bal.hic ꝙ
ſi ꝑ interlocutoriã ē adiudicatũ dominium uel quaſi uel
aliud ius parti ꝙ nõ poterit reuocari. Et ideo infert ꝙ
ſecũdũ decretũ reuocari nõ põt ꝙ nõ procedit ita ſimpli
citer ut heri dixi qꝛ imo poterit reuocari ſꝫ cuꝫ cãe cogni
tione.ꝛ faciũt que.j.dicã. Et iõ ꝑ ꝑ̃dicta inferť ꝙ ſnĩa ꝑ̃
cepti nõ põt reuocari quando mãdatur aliquid dari uel
fieri.ita.d.anto.hic.ꝛ Spec.in ti.de ſen.prola.§.ſpēs
verſi.ſed pone.faciũt notata i.c.ex parte el prĩo.j.ꝺ v.
ſig.in.c.fi.ſ.de cõfeſſ. Uigeſimoprĩo fallit i inhibito
ria miſſa per iudicē ad tutandũ iuriſditionē ſuã.puta ꝑ
eccleſiaſticũ iudici laico qꝛ ꝯctus diciť feneraticius.nam
tũc cũ talis inhibitoria ſit interlocutoria tamē cũ pronũ
ciatum ſit inſtrumētũ nõ feneraticiũ ꝛ ſuper inde appel
latũ iudex a quo illã inhibitoriã reuocare nõ poterit qꝛ
acceſſoria ē articuli ſup quo pendet appellatio ꝛ reuocã
do ꝑ̃iudicaret appellatõi. Et ſic hẽs dicere ꝙ iudex nõ
põt reuocare interlocutoriã aliquã que ſit acceſſoria arti
culi ſup quo ē appellatũ exquo ꝑ talē reuocatõem ꝑ̃iudi
catur appellatõi.ita Fede.de ſenis.cõſi.ſuo.lxxxiij.qḋ
incipit factum ſic habet.ꝛ ita panor.in.c.tuã.i pe.col.ſ.
de ordi.cog.faciũt notata i.c.cũ teneamur.ſ.eo. Ui
geſimoſecũdo fallit ex ꝯſuetudine fori qꝛ ſtãte cõſuetudie
ꝙ iudex nõ reuocet iterlocutoriã nõ poterit reuocare.
qꝛ minime mutañ.ſunt ꝛc.l.minime.ff.ꝺ leg.c.cuꝫ dile
ctus.ſ.ꝺ cõſue. In diffinitiua aũt regula ē ꝙ iudex ñ
põt eã reuocare.l.paulus ꝛ.l.iudex.ff de re iudi. Fal
lit ꝑ̃mo ex ꝯfeſſiõe ptis qꝛ ꝑ cõfeſſionē ptis ſnĩa ēt q̃ trã
ſiuit i rē iudicatã poterit reuocari.c.qꝛ pleriqꝫ.ꝛ ibi In
no.j.ꝺ imu.eccle.uoluit.d.anto.ꝛ panor.h nõt imol.
i.c.i.j.ꝺ ꝯceſ.ꝑ̃ben.ꝛ bal.i.l.ex hoc iure.ff.de iuſt.ꝛ iur.
Secũdo fallit ſi uictor i diffinitiua paſſus ē de uirib⁹
ſentētie poſtea diſputare ꝛ ꝯ̃uũ ꝓbari.nã lꝫ tũc ſnĩa trã
ſiuiſſet i rē iudicatã uidetur tacito cõſenſu ptis ab ea re
ceſſuꝫ.iõ ualebit ſnĩa poſtea lata.ita.d.anto.h.ꝛ ſequũť
alii ꝑ ea que notat inno.i.c.cũ bertold⁹.de re iudi.i.c.
ſrnitatis de frig.ꝛ mal.ꝛ i locis ꝑ.d.ant.alleg.ꝛ notať
i.c.cũ dilecta.ſ.de reſcri. Tertio fallit i diffinitiua la
ta offõ iudicis nobili qua iudex aliquid decreuit.nã tũc
cũ eius officiũ ñ expirat uideť poſſe reuocare ipaꝫ ſnĩaꝫ.
ita.d.anto.hic ꝛ alii faciũt notata ꝑ Jo.an.in.c.ſignifi
cãtibus.j.de purg.vulga.faciũt que uoluit bart.i.d.l.
qḋ iuſſit i fi.col.ꝛ que dixi.ſ.i interlocutoria in ꝑ̃ma fal
lēcia. Quarto fallit quãdo petiť retractari ſnĩa per re
mediũ in integ.reſt.ſupplicatõis uel ſimile.c.tũ ex lrĩs.c.
ex lrĩs.ſ.ꝺ in integ.reſti.l.unica..C.ꝺ ſen.ꝑ̃fec.ꝑ̃to.in
autētica que ſupplicatio.C.ꝺ preci.imp.offe. Quin
to fallit in ſnĩis que nõ trãſeũt i rē iudicatã.nã tunc cas
põt iudex reuocare.c.tenor.c.lator.ſ.ti.i.faciũt notata
i.c.ſrnitatis ꝛ ibi glo.nota.in ꝓpoſito.j.de frig.ꝛ male.
ita.d.anto.hic. Sexto fallit in ſnĩa lata iudicio perito
rũ.nã ubicũqꝫ uenit ferēda ſnĩa iudicio ꝑitorũ talis ſnĩa
poterit retractari lꝫ ſemel uno mõ lata fuerit.c.ꝓpoſui
ſti.ꝛ ibi.d.anto.ſ.de ꝓba.Jo.an.i addi.ad ſpec.i ti.ꝺ
hõic.§.i.ver.ſꝫ pone vulneratus.puta medic⁹ dicit vul



UVA. BHSC. IyR_025

nus eē mortale iuxta iudicium huius medici fertur ſentē tia. Alio poſtea medico perito apparente qui dicat vulnus nō eē mortale ſententia retractari poterit. Et ita tenet Ange. in. l. quod ſi nolit. §. ſi mancipium. ff. ď edil. edic. Septimo fallit in ſentētia lata per probationeꝫ priuilegiatas que nō ſunt uere probationeſ. puta fertur ſententia per probationem unius teſtis cum iuramēto in ſupplementum probationis a parte ſuſcepto talis ſententia ueritate aliter apparente retractari poterit. tex. ē nota. ⁊ ibi Barto. in ultima lectu. in prima col. in. l. admonēdi. ff. de iureiu. Bal. in. l. i. C. ſi a nō comp. iud. Ange. in. l. i. C. ſen. reſcin. nō poſſ. in autētica nouo iure. C. de pena iudi. qui male iudica. faciunt notata in c. fi. ē. de iureiu. ⁊ in. d. c. propoſuiſti. Octauo fallit in arbitro pronūciāte diffinitiue contra formam mandati. ⁊ ita in iudice delegato. nam exquo diffinitiua eſt nulla non dicit̄ functus officio ſuo. ideo denuo pronūciare poterit tex eſt in. l. quid tamē. §. i. ff. de arb. notant canoniſte in. c. in litteris. ē. de offi. deleg. Bart. in. l. iudex ff. de re iudica. Bal. in. l. ſi ut proponis. C. quomodo ⁊ quādo iudex. Imol. in. c. quintauallis. in. iij. col. ē. ď iureiurā. Nono fallit in arbitratore diffinitiuam ſuā ex mandato ſuperioris retractāre. nam tunc poteſt ſuā diffinitiuam retractare. tex. eſt ī. c. quintauallis. ⁊ ibi notat do. anto. ⁊ imol. in tex. ſupra allegato faciunt notata ꝑ barto. in. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio.

Decimo fallit in arbitro in quo eſt factū compromiſſum ut poſſit iudicare ſemel ⁊ pluries. ⁊ ita in iudice delegato ab habēte poteſtatē cōmittēdi hoc mō. puta a ſupremo principe delegato iuxta ea que habētur in. l. unica. C. de ſentē. prefec. pret. ⁊ eſt bonus tex. in. l. i. §. fi. ff. de queſtio. nam illo caſu arbiter uel delegatus qui ſemel iudicauit poterit de nouo ſententiam ſuam corrigere ⁊ mutare. Barto. in. l. quod tamen in principio. ⁊ in. l. non ex omnibus. ff. de arb. dicit ꝙ imo de nouo retractare diffinitiuam per talem cōmiſſionem nō poterit ſꝫ intelligetur illa cōmiſſio ut aliquid operetur ꝙ poſſit ſemel ⁊ pluries iudicare. i. hodie ſuꝑ uno articulo cras ſuper alio. non autem ꝙ ſuper eodem articulo poſſit contrarias ferre ſentētias. Et ideo dixit ipe Barto. debere addi in cōmiſſione ꝙ poſſit ſemel ⁊ pluries iudicare mutando ⁊ corrigēdo qꝛ tūc uerba bene importabūt ut poſſit primam ſententiam reuocare. d. anto. in. d. c. quintauallis. ⁊ imol. in. iij. colū. dicit ꝙ cāu quo unus articul⁹ tantum eſſet cōmiſſus ꝙ exquo uerba illa ꝙ poſſit pluries iudicare non poſſint aliquid operari intelligētur iudicare mutando uel corrigendo etiam ſi illa uerba non exprimantur. Io. an. in addi. ad ſpecu. in ti. de arb. §. fi. verſic. ⁊ licet. tenet ex toto ꝯ hoc dictum barto. ⁊ allegat Guid. de ſuza. ita tenere quia ex conſenſu partium non poſſunt regule iuris cōmunis infringi. l. nemo poteſt. ff. de leg. i. regula nemo de regu. iur. li. vi. ergo per compromiſſum nō poteſt dari poteſtas corrigendi ſententiam quia ſiue bene ſiue male functus eſt officio ſuo. d. c. in litteris. ⁊ in. d. l. iudex. Imol. tamē in. d. c. quintauallis in tertia col. dixit opi bar. ſeruari ī practica. nec obſtat fundamētum Io. an. quia. d. c. in litteris. ⁊. d. l. iudex procedunt in his que ſunt iuris publici. ⁊ in iudice qui ſuſcipit poteſtatem ex publico non a priuatis. capi. ſignificantibus. ē. de of. dele. l. ꝓuatorū. C. ď iurdi. om. iud. nos loquimur ī arbitro qui ſuſcipit ptātē a cōſenſu partium. l. ñ diſtinguemus. §. nūc de offi. ff. de arbi. iō cōſenſu ptiū pōt dari ptās illa limitata in iudice delegato a ſuꝑmo pīcipe nō ꝓcedit ar. Io. an. qꝛ ipe pōt derogare iuri cōi iuxta notata ī. c. ꝗ ī eccleſiarū. ē. ď ꝯſti. ī l. fi. C. ſi ꝯ ius uel util. pub. Undecio fallit ī ſniīs latꝭ a ſupremis principibus. nam illas mutare corrigereque poſſunt ad nutū. ita bar. in. l. ab executore in fi. prime col. ff. de appel. imo latā ab alio pōt princeps reuocare tex ē in. l. i. §. fi. ff. de queſti. ⁊ faciunt notata ī. c. qō ad

conſultationē. ⁊ in. c. cū oliꝫ. ē. ti. i. imo ēt ſi per ſniam alterius diffinitiuā tranſlatū eēt dominiū ſiue adiudicatum in priuatū poſſet pīceps reuocare talē ſniam. ⁊ ſufficit clauſula nō obſtāte tali ſnia lꝫ de dñio tranſlato nō fiat mētio. ita bal. in. l. impetrata. in. i. ⁊. ij. col. C. ſniaꝫ reſcin. nō poſ. faciūt notata ꝑ eūdē in ꝓludijs feudorꝫ in. xij. col. ⁊ in. l. eos in prin. C. eo. ⁊ faciūt notata ꝑ gl. in. c. ꝯſtitutas. ī. de relig. domi. ⁊ in. c. cū adeo ꝑ bal. ē. de reſcrip. ubi notabiliter ponit̄ quādo ꝓiudicat̄ iuri tertij an dꝫ expectari ſecūda iuſſio an ſufficiat apponi clauſula nō obſtāte notat lappus Gemi. ⁊ anch. in. c. ei. qui de prebē. li. vi. d. Anto. in. c. ex parte. el. ij. ē. de of. dele.

Duodecio fallit in ſnia lata ex preſūptōe iuris. nam tūc vitate alit̄ appēre pōt retractari. tex. ē ī. l. ſiqui adulteriū. ⁊ ibi ange. C. de adul. facit qō notat glo. in cle. i. de proba. ⁊ ibi Car. ⁊ imol. in. l. ī cōtractib⁹. §. illo. C. de nō nume. pecu. autētica ſꝫ iam neceſſe. ſꝫ melior ē gl. ī corpore unde ſumitur. C. ď dona. ante nup. qꝛ preſumptio iuris ⁊ de iure eliditur ex cōfeſſione ꝑtis multo magis ueritate apparēte faciūt notata ꝑ bal. in. l. cōtra negantē. C. ad. l. acquil. Sed que ē ratio differentie ꝙ regule fiant cōtrarie inter diffinitiuā ⁊ iterlocutoriā qꝛ ī diffinitiua nō admittit̄ reuocatio regularit̄ ī interlocutoria ſic. Io. an. hic ⁊ ſequūtur alij duas rōnes aſſignat. Prima qua diffinitiua fert̄ cū maiori examine ⁊ pōderatione. c. fi. de re iudi. li. vi. l. ꝓlatā. ⁊ ibi notat̄. C. ď ſen. ⁊ interloc. om. iud. ⁊ colligit̄ ex ꝓdictis. iō nō ita de facili admittitur uariatio ar. l. fi. C. arbi. tut. ar. l. nō dubiū. C. de repu. ⁊ ar. glo. nota. ī. c. ex lrīs. ī glo. i. ad fi. ī. ď diuor. ubi cōfeſſio facta hito termino ad deliberañ. ñ pōt reuocari tāquā erronea. Secūda ē rō qꝛ ī diffinitiua iudex ē functus ꝓnūciādo offō ſuo. d. c. in lrīs. ⁊. d. l. iudex ī iterlocutoria aūt regularit̄ ē ſecus. d. l. dicere alias incip. qualem. §. dicere. ff. de arbi. Et ideo uidetis ꝙ interlocutoria ꝗ finit officiū iudicis nō pōt reuocari ut. ē. dixi. ⁊ ecōtra diffinitiua poſtquā durat offm̄ iudicis ꝯ ta in geſtꝭ officio iudicis nobili pōt reuocari ut ꝓdixi. Tamē tenere mēti ꝙ id qō dicit̄ diffinitiuaꝫ poſſe certis cāibus reuocari ꝓcedit ex noua inſtātia. nō ex ꝓma inſtantia qꝛ ipa ē finita cū duret tantū a pīcipio litis uſqꝫ ad diffinitiuā. l. ꝓperañ. §. i. C. de iud. Et iō noua inſtātia erit inchoanda retractatōis prie ſnie. alias ſecunda erit nulla tanquā ſine inſtātia lata ꝑ ea que habētur ī. l. duobus. ff. de excep. rei iudi. in. l. i. C. quādo ꝓuoc. in. c. inter monaſteriū. ē. ti. i. ⁊ ita io. an. ⁊. d. anto. hic. Sꝫ nūquid de cōſenſu ꝑtium poterit diffinitiua reuocari. ⁊ uidet̄ ꝙ ſic qꝛ de ꝯſenſu ꝑtiū poſſunt renūciari ſnie que tranſiuit in rē iudicatā. l. acta. ⁊ ibi glo. ff. ď re iudic. ergo ita poterit fieri ut reuocet̄ ſnia. facit tex. nota. in. l. ij. C. cōia utri. iudi. ubi ſnia nulla bñ pōt cōſenſu ꝑtiū ratificari. ergo a cōtrario ualida poterit īfringi qꝛ ꝯtriorum ⁊c. In ꝯtriū ē ueritas. ita glo. nota. in. l. ſi diuerſa. C. ď trāſac. ⁊ ibi cōiter doc. nō obſtāt cōtraria qꝛ loquūtur in uim priuati ꝯſenſus. ſ. ī ſimplici renūciatōe iuris ꝓprij. que ē priuati iuris. Itē in cōualidatōe in uiā cōuētōnis nō aūt ſnie. Nos loquimur quādo cōſenſus ꝑtiū īteruenit in diſpōne eorū que ſunt iuris publici diſponēdo de eo iure publico. ſ. ut iudex reuocet ſuā ſniam. ⁊ ſic faciat actuꝫ iuri ꝯtriū ut iudex. ita colligit̄ ex notatꝭ in. d. l. ij. ⁊ in. d. l. acta per Ange. ⁊ imol. ⁊ in. d. l. qō iuſſit ꝑ imol.

Uiſo que ſnie poſſint reuocari ſcōa ē qō ꝑ quem iudicē poſſit fieri reuocatio. ⁊ dicite ꝙ poſſit fieri ꝑ iudicēꝫ ꝓferēteꝫ ipaꝫ ſniaꝫ ut in. d. l. qō iuſſit. Immo ēt ſi eēt delegatus regularit̄ poterit iterlocutoriā reuocare. tex. ē hic. ⁊ glo. in. d. l. quod iuſſit. ⁊ ſic illō uerbū ꝓtor ibi poſitū ſumitur ēt pro delegato. Etiā ſi eēt appellatū ab ipſo iudice tm̄ poterit reuocare grauamē uel iterlocutoriaꝫ ut hic. ⁊ notat bal in. d. l. i. C. ſen. reſcin. nō poſ. Sꝫ pūctus ſtat quid de iudice ad quē. ⁊ dic ꝙ ſi ſuꝑ ipa iterlocutoria ē appellatū poterit reuocare grauamē ſi recepta

UVA. BHSC. IyR_025

appellationem iuſtam. c. vt debitus. ⁊ ibi vidimus. ſ. eo.
ſed ſi velit reuocare aliud grauamen quam id a quo eſt
appellatum regulariter non poterit. c. ſuper eo. cl. i. ſ.
eo. c. fi. ij. reſponſo. eo. ti. li. vi. niſi eēt appellatum a diſ
finitiua. q̄ꝛ tunc iudex ad quem omne grauamen per qđ
ſit preiudicium ipſi negocio principali et diffinitiue uel ēt
redditur iudicium nullū poterit emendare. alia aut gra
uamina non. tex. ē in. d. c. fi. imo nec huiuſmodi graua
mina poterit reuocare ſi ab eis fuiſſet appellatum per p
tem ⁊ ſuccubuiſſet pars in appellatione ita ꝙ tranſiſſent
in rem iudicatam. puta q̄ꝛ bis appellatum ē ⁊ confirma
te fuerunt ſnīe interlocutorie. nam iudex ad quem a diffi
nitiua appellatum ē huiuſmodi interlocutorias p quas
ſit preiudicium negocio principali uel per quas excludit
exceptio reddens iudicium nullum de quibus loquitur.
d. c. fi. non poſſet retractare nec mutare cle. fi. ⁊ ibi habe
tur eo. ti. Tertia ē queſtio uſq̄ʒ ad quod tempus poſ
ſit interlocutoria reuocari. ⁊ reiectis opi. recitatis per gl.
in. d. l. quod iuſſit. ſ. de tempore quadrimeſtri. dicite ſm
Di. ⁊ Bar. in. d. l. quod iuſſit. ⁊ uoluit glo. hic. ⁊ cōiter
doc. aut loquimur quo ad ptem q̄ꝛ ad inſtantiam partis
iudex velit reuocare ⁊ tunc ſolum vſq̄ʒ ad. x. dies audiet
pars lapſis. x. diebus quo ad partem ſnīa dr̄ tranſiſſe i
rem iudicatam. d. c. cum dilecti. in fi. ſ. de elect. Alio mō
ſit reuocatio interlocutorie. ſcilʒ officio iudicis q̄ꝛ forte ui
dēs ſe erraſſe uult reuocare uł vt parcat̄ ſumptibus par
tium. l. arbitro. ff. qui ſatiſd. cog. ſm vnam lec. l. pe. ff. a
quib. ap. non lic. Et illo cāu iudex poteſt ppetuo donec
durat officiū ſuū reuocare interlocutoriam. ita glo. hic.
Inno. in. c. ſepe. ſ. eo. ⁊ ſequuntur cōiter doc hic. ⁊ i. d.
l. quod iuſſit. ⁊ colligitur ex predictis in limitationibus i
terlocutorie. Sed ſtat qđ a quo tpe incipiant currere
iſti. x. dies parti. ⁊ dicite quandoq̄ʒ iudex grauat facien
do uel cōminando ⁊ tunc currunt. x. dies a tempore ſe/
cuti effectus facti. ſ. uel ſnīe preciſe uel quando a graua/
mine de futuro ſecuti grauaminis niſi pars uellet ciuiſ a
cōminatione appellare. ut dixi in gl. ⁊ faciunt que habē
tur in. c. concertationi. eo. li. vi. ⁊ cle. ſicut. eo. ti. quando
q̄ʒ iudex grauat negligendo q̄ꝛ requiſitus ut iuſticiaʒ fa
ciet nihil reſpondit quo cāu ſicut negans iuſticiam vide
tur grauare vt uoluit bal. in. c. i. de mil. uaſſ. qui cōt. eſt
in vſi. feu. ⁊ tunc perpetuo licitum ē parti de hoc graua
mine conqueri donec iudex poſſit emendare. tex. ē nō.
in. c. per tuas. ⁊ ibi notat bal. ſ. de teſti. lʒ Imo. uideat̄
ibi ſentire illud fieri. offi. iud. Quarta ē queſtio an ad
reuocationem interlocutorie requiratur citatio ptis bal.
in. l. i. C. ſen. reſcin. non poſſ. uidetur diſtinguere. aut
loquimur in his que nullius ſunt preiudicij uł modici et
tunc nō requiratur citatio partis. l. ſed ⁊ ſi interpellatur
§. i. l. diez proferre. in prin. đ arb. et facit rō regule prie:
j. de reg. iur. ⁊. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. nam
ad prolationem interlocutorie que non preiudicat non
requiritur citatio. ut dixi. ſ. ergo ita ad reuocationem eiꝰ
non requiretur citatio. aut loquimur in his que ſunt gra
uis preiudicii. ⁊ tunc requiratur citatio. l. de unoquoque
ff. de re iud. c. inter quattuor. ſ. de ma. ⁊ obe. ⁊ hec diſti
ctio eſt de mente bar. in. d. l. quod iuſſit. circa fi. colum.
Im. ibi uꝛ uelle ꝙ ubi iudex reuocat interlocutoriā nō
requiratur aliqua citatio. mouetur per tex. in. l. pe. ff. de
preto. ſtip. qui tex. poteſt intelligi ut heri dixi. ſed melius
quo ad propoſitum ille tex. non dicit ꝙ citatio non īter
uenerit ſed ſolum dicit reuocatam eſſe interlocutoriaʒ p
iudicem intelligo legitime. ſ. precedente citatione l. ſcien
dum in ſimili. ff. de ver. ob. faciūt notata ī. l. i. C. đ uſu.
Et hanc opi. bar. ⁊ bal. ſequūt̄ cōiter hic ſcrib. bal. tñ in
d. l. arbitro. ff. qui ſatiſd. cog. uꝛ alr̄ dicere. q̄ꝛ in his que
ſunt grauis p̄iudicij. ita vult demū ptem citari debeꝛ ni
ſi ipſemet ꝯ quē ē lata iterlocutoria eā executioni manda
uerit quo cāu uꝛ ei acquieuiſſe. iō iudex non hʒ citare p/
te ſcū leſa ps ꝯtentata fuerit de iterlocutoria exequēda

⁊ ſic clarꝫ ē ꝙ non pōt aliquid opponere. unde reuocatō
pendet ex mero officio iudicis. iō a ſe ipo reuocare pote
rit. ⁊ faciūt notata p bar. in. l. ii. §. qđ ſi de frumētaria.
ff. de admi. re. ad ciui. perti. ⁊ que dixi in. c. cū ſit roma/
na. ſ. c. ſecus dicit ſi fuiſſet executa a iudice ſolum. quia
tūc nō adeſt ꝯſenſus ptis. ⁊ ſic nō ita pendet ex mero of
ficio iudicis ipugnatio iterlocutorie. De primo mēbro
ſ. relato qñ interlocutoria nulli preiudicat uel parꝫ non
ē qđ. De ſco aūt dicite ubi interlocutoria p̄iudicat aut eſt
lata ſine citatōe cāu quo iudex pōt puta īminēte p̄iculo
ſcandali iuſſit iudex ceſſari ab ope ⁊ non citata parte vt
puta q̄ꝛ iuſſit debitorem fugitiuū app̄hendi nō citata p/
te. ⁊ tunc in reuocatione eius requirit̄ citatio. ita Io. an.
in addi. ad ſpec. in ti. de ſen. prola. §. ſpēs. v. eſt quoq̄ʒ
tamē unū verbo bonum eſt. ⁊ ita ang. ⁊ Imo. in. d. l. de
vno quoq̄ʒ aut iudex tulit īterlocutoriam preiudicialem
pti ſine aliqua citatione cāu quo non poteſt ⁊ ſic male fe
cit ⁊ tunc ſicut facto protulit interlocutoriam ſine citatiōe
ita de facto citare debet. ita. d. anto. hic Inno. in. c. que
rellam. in ſimili. ſ. de elec. vbi iudici agenti de fcō. de fcō
pōt reſiſti. Inno. in. c. dilecti. ubi loquit̄ de mā nr̄a. ſ. đ
elec. glo. nō in. l. i. § i. ff. de fer. Inno. in. c. dilecto. j. đ
ver. ſig. tex. nō. in. c. ab excōicato. ⁊ ibi bal. dicit. eē caſuʒ
⁊ ponit bal. in. c. ij. ⁊ in. c. ſup lr̄is. ſ. de reſcrip. Et alle
gat bal in. d. c. ij. bonum tex. in. l. i. §. i. ff. ſimul. uen.
no. bal. in. c. ꝯquerente. ſ. de reſti. ſpo. ⁊ ibi alij glo. i. l.
minor. in prin. ff. de euic. ⁊ ibi ang. nōt bal. in. l. ſi pacto
quo penā. C. đ pac. in. l. ſi diuerſa. C. ſi pp̄ter pub. pē.
in l. ob maritorum. C. ne vx. pro. ma. in Rica. C. de re
ſcin. uen. circa prin. in Rica. C. de ſuc. edic. in. l. fi. C. de
edic. diui adri. tol. in. l. meminerint. ⁊ ibi bar. C. unī vi.
melius bar. in. l. prohibitū. C. de iure fiſ. bar. in. l. cuiuſ
cūq̄ʒ. §. fi. ff. ad. l. iul. maie. in. l. uis eius. C. de proba.
aut tulit iterlocutoriam premiſſa citatione. ⁊ premiſſa ci
tatione reuocare debet. ex quo eſt preiudicialis. Et ita
intelligitur communis opi. hic. ⁊ notata per Bar. in. d.
l. quod iuſſit. Ex predictis infertur ꝙ cum primum ⁊
ſecundum decretum ſint ſententia interlocutoria. ut ſu
pra dixi. ⁊ uoluit. d. anto. in. c. contingit. in. iiij. colū. ſu
pra de dolo ⁊ contu. Io. an. ⁊ panor. in. c. i. ſupra de eo
qui mit. in poſſ. ꝙ ad reuocationem huiuſmodi decreti
ſiue primi ſiue ſecundi requiratur citatio partis. Et ita
Io. an. in. d. c. i. ⁊ ibi alij licet Specu. non firmet pedes
in ti. de ſecundo decreto. §. iam de effectu verſi. antepe.
uoluit tamen bal. in. d. c. i. ⁊ fuit de mente ſpecula. licet
non alleget in. d. verſi. antepe. in prima opi. ꝙ vbi pe
riculum eſſet in mora puta dicit ſpecula. quia vltima die
anni ab interpoſitione primi decreti curſi uelit pars in
terponere cautionem ut relaxetur primum decretum ex
quo tempora non largiuntur non erit neceſſaria citatio
alterius partis. dum tamen iudex percipiat idoneam
cautionem alias non ualeret relaxatio. l. quotiens in ar
gumentum ff. ſi quis caut̄. uoluit tamen Baldus. in. c.
cum veniſſent. ſupra de eo qui mit. in poſ. ꝙ reuocatio
primi decreti facta abſente nuncio cui eſt facta commiſſio
valeat ⁊ teneat. Sed punctus ſtat an ſi ignorans ipſe
nuncius reuocationem de mittendo in poſſeſſionem fa
ctām per iudicem nihilominus facit miſſionem in poſſeſ
ſionem valeat ipa miſſio. ⁊ videt̄ dicendum ꝙ ſic. p tex.
in ſimili in. c. audita. et ibi habetur. et habetur in. c. ex
conqueſtione. ſupra de reſti. ſpo. per ea que uidimus in
c. vt noſtrum. ſupra eo. quia reuocatio debet peruenire
ad notitiam iudicis ergo ita in nuncio. cum et ipſe dicat̄
delegatus. c. ex lr̄is. c. fi. ſ. de offi. deleg. faciunt ad predi
cta que videmus a contrario ꝙ etiam commiſſio dʒ eſſe
nota iudici. l. multum intereſt. et ibi bar. ff. de condi. et
demon. c. prudentiā. in. prin. et ibi habetur et in. c. cum
in iure peritus. ſupra de offi. dele. nōt bar. in. l. prolatāʒ
ubi ponit limitationes in materia. C. de ſen. et i. e. l. om.
iud. i. l. falſuſ i pe. char. C. đ fur. faciūt nōta per bar. i. l.

UVA. BHSC. IyR_025

hec autem. §. i. ff. ex quib. cau. in poſſeſſio. ea. notat pa
nor. in. d. c. audita. Archidi. et Gemi. in. c. is qui. de ꝓ
curato. lib. vi. In contrarium tamen eſt ueritas ſecū
dum bald. in. d. c. cum ueniſſent. naȝ reſpectu nuncii iu
dex nihil aliud interlocutus eſt niſi ꝙ commiſit ei. und̄ ī
iſta interlocutoria cōmiſſionis de preiudicio nuncii non
tractat̄. ergo eo abſente ꝑ ſupradictā theoricam poterit
reuocari cōmiſſio. ſed cōmiſſio fundatur ſuper ipō prio
decreto ergo reuocato primo decreto tacite videbit̄ reuo
cata cōmiſſio. nec ſubeſt rō quare debeat ipſi abſ̄ti nun
cio intimari reuocatio ex quo de eius preiudicio non tra
ctatur ⁊ ēt facit glo. in cle. i. eo. ti. vbi vult ꝙ actus geſt⁹
in abſ̄tia ptis debeat ei intimari qñ eſt ꝑiudicialis ergo
non dȝ intimari ſi nō ē preiudicialis. Et ſic habetis īfer
re ꝙ ubicūqȝ pōt iudex non citata pte reuocare interlo
cutoriam ut pȝ ex premiſſis ꝙ ſi talis reuocatio ē preiu/
dicialis parti dȝ ei intimari al's non. Ita voluit Bal. in
his terminis in. l. eos. §. apl'os vbi loquit̄ de ꝓrogatio
ne termini. C. eo. Item ad predictā deciſ. facit ſ̄m bal.
q2 nuncius ē nudus miniſter. ſed reuocatio nudi miſtri
non dȝ ei intimari imo operatur effectum etiaȝ eo igno
rante allegat. l. qui abſ̄ti. ff. de acqui. poſ. Sed uos ha
betis glo. in cle. unica. de renū. eſt tex. in. l. ſi pater. ff.
de manu. vin. notatur per Bar in. l. ij. §. i. ff. de dona.
habetur in. l. eius qui in prouincia. ff. ſi cer. pet. Qui
ta ē queſtio an cā cognita debeat fieri reuocatio interlo
cutorie. bal. in. l. poſt ſnīam. C. de ſen. ⁊ interlo. om. iu
dicuȝ videtur diſtinguere. aut loquimur in īterlocutoria
modici preiudicij ⁊ tūc poſſit reuocari ſine cāe cognitiōe
l. ſed ſi īterpellat̄. §. i. l. diem ꝓferre. in prin. l. qualeȝ. §.
fi. ff de arb. faciunt notata in. l. a ꝓcedente. C. de dilla.
aut ē grauis preiudicij reuocatio ⁊ tunc non fiat nō cita
ta pte. c. i. ſ̄ de cā poſ. c. inter quatuor. ſ̄. de ma. ⁊ obe.
l. nam ita diuus. ff. de adop. idem bal. in. l. arbitro. ff.
qui ſatiſd. cog. al'r diſtinguit aut interlocutoria ē ſnīa exe
cuta parte contra quam ē lata ⁊ tūc non poſſit reuocari
ſine cāe cognitione. ita intelligantur notata in l. i. §. fi.
ff. de preto. ſtip. aut non ē executa a parte ſed a iudice ſ
nullo modo executa ⁊ tunc non requiratur cāe cognitio
ꝑ. d. l. quod iuſſit. ubi permittit̄ officio iudicis. Imo. in
d. l. quod iuſſit cum hoc ultimo mēbro vr̄ concordare ꝑ
tex. in. l. pe. ff. de preto. ſtip. cui. ſ̄ rñdi bal. hic hoc ca
ſu ultimo vr̄ ſe reſtringere ſi ſtatus cauſe patiatur ⁊ non
al's. ⁊ ideo dicit pone iudex pronunciauit procuratorem
eſſe admitteñ. vel publicauit atteſtationes fuit cum ꝓcu
ratore lis conteſtata uel pars didicit teſtificata. nūquid
iudex poterit iſtam interlocutoriam reuocare. ⁊ dicit ꝙ
non niſi de conſenſu partium. q2 nā cauſe non patitur.
bar. in primo exēplo. bal. tenet ꝯ̄rium in. l. ij. in. v. col.
ff. ſi quis in ius uoc. non ier. ⁊ poſtea in. d. l. i. §. fi. gene
raliter tenet ꝙ imo cauſa cognita poſſit ſententia etiam
executioni mandata uel a iure uel ab homine reuocari
ſi'ſit interlocutoria. Unde ex mente bar. ibi. ⁊ in. d. l. qd̄
iuſſit. ⁊ Imo. d. anto. ⁊ panor. hic. dicite aut iudex iter
locutoriam protulit ſine cauſe cognitione ubi eam inter
ponere tenebatur ⁊ ſicut de facto proceſſit de facto reuo
care dȝ. ⁊ ſic cauſa non cognita. c. ab excōicato cum ali
is. ſ̄. allegatis in quarta queſtione. aut proceſſit cā non
cognita in his in quibus poterat ⁊ tunc ſi interlocutoria
ē preiudicialis parti uel reuocatio eius dȝ cauſa cognita
reuocari. ita Io. an. in. d. addi. ad ſpec. ver. ⁊ quoqȝ.
Si uero non ē preiudicialis ⁊ tunc ſine cauſe cognitiōe
reuocare poteſt. d. l. ſed ſi interpellatur. ⁊ in. d. l. diē ꝓ
ferre. aut interlocutoria ē lata cum cauſe cognitione ubi
cauſe cognitione requirit̄ tūc cauſe cognitio reuocari
debet. ita bar. in. d. l. quod iuſſit. aut eſt lata cum cauſe
cognitione ubi non requirebatur cauſe cognitio q2 uide
tur interpoſita in ſententia ex habundanti ar. l. qui mu
tuam. ff man. tunc ubi ſententia ē executioni mandata
uel a iudice uel a iure de facto non procedente in reuo/
cation e requiritur alterum de duobus uel cauſe cognitō
vel conſenſus ptium. ita bar. in. d. l. i. in fi. ⁊ ſequuntur
hic cano. Sexta ē queſtio an inuita parte poſſit inter
locutoria reuocari. ⁊ breuibus dicite aut loquimur cum
cauſe cognitione ⁊ tunc regulariter inuita parte pōt re/
uocare. d. l. quod iuſſit. ⁊ ibi per omnes. ⁊ bart. in. d. l.
i. in fi. aut ſine cauſe cognitione ⁊ tunc ubi cauſe cognitō
requiritur non poterit inuita parte facere conſentiente
autem parte ſic per ea que habentur in. l. acta. ff. d̄ re
iud. ⁊ faciunt que notat bar. in. d. l. i. §. fi. ⁊ ibi bal. Sȝ
pone ꝙ inuita parte reuocauerit ſine cauſe cognitōe ubi
requirebatur bar. in d. l. quod iuſſit. videtur ſentire iun
gendo ea que ponit circa cognitionem ⁊ ea que ponit ī
penult. queſtione ꝙ aut abſente parte reuocat ⁊ non ci
tata ⁊ tunc ſit ipō iure nulla reuocatio. aut reuocat pre
ſente parte ⁊ tacente ⁊ illo cāu valeat reuocatio aut par
te non tacente ⁊ tunc lȝ non valeat reuocatio iudex te/
netur ad intereſſe. l. ſi quando. C. de teſti. ⁊ facit. l. ſanci
mus. quam ſuperius ad hoc adduxerat. C. de iud. ⁊ po
teſt illa diſtinctio procedere de iure ciuili. ſed de iure cāo
nico cum ab omni grauamine licitum ſit appellare ſi ꝓ
feratur talis ſentēria preſente parte ualebit niſi pars ap
pellauerit. parte autem appellante non valebit. ita Io.
an. hic ⁊ ſequuntur. d. anto. panor ⁊ Imo. Sed illo ca
ſu parte non appellante an poſſet agere pars ad inter
eſſe contra iudicem prout voluit bar. Dicite ut dixi ī ru/
brica. ſ̄. eo. ⁊ ponit panor. in. c. finem litibus. circa fi. ſ̄.
de dolo ⁊ contu. ⁊ notat angel. in. l. ſi filius. ff. de iudic.
Septima eſt queſtio an poſſet iudex cogi ad reuocan
dam interlocutoriam. bar. in. d. l. quod iuſſit. refert di.
primo loco arguere ꝙ non per. l. non quicquid ff. de iu
di. quia permiſſum iudicis poteſtati non eſt neceſſitatis
ergo licet poſſit reuocare tamen non cogetur. ipſe tam̄
bar. ita diſtinguit. aut loquimur de iure ciuili aut de iure
canonico. Si de iure ciuili. ⁊ tunc aut interlocutoria af/
fert grauamen irreꝑabile per diffinitiuaȝ ſiue per appel
lationem a diffinitiua. et tunc ex quo de iure ciuili poteſt
appellari a tali grauamine poſſit parſ petere a iudice ut
reuocet ſi uero non reuocauerit appellet et tunc graua/
men emendabitur per iudicem appellationis et ſic per
indirectum cogetur reuocare ſi nolit iuriſdictionem
ab eo per appellationeȝ auelli uel ſuſpendi in illa cauſa
⁊ faciunt notata per bar. in. l. ii. C. de ap. recip. et bal. ī
l. ii. circa medium. C. de epiſ. audiē. in. l. ante ſnīe. C.
quorū ap. et dixi in. c. ſuper eo. ſ̄. e. ti. el. ii. aut ē interlo
cutoria a qua non poteſt appellari de quibus in locis in
proxime allegatis. et tunc non cogatur eam reuocare ſȝ
bene tenebitur parti ad intereſſe ſi iniuſte fecit. l. ſancimuſ
C. de iud. et uidetur uelle bar. ꝙ ſi neceſſe ꝙ pars pe/
tat reuocari grauamen. quod videtur contra ea que dixi
poſt panor. et alios in. c. proxime precedenti. Fallit ta
men hoc ultimum membrum in duobus caſibus. primo
in iudice laico nolente exequi ſnīam iudicis eccleſiaſtici.
quia etiam ſi pronunciauerit ꝙ non uult exequi cogetur
hanc pronunciationem reuocare. et econtra. c. fi. de ex/
cep. li. vi. Secundo fallit iudice negligente iuſticiam fa
cere. nam tunc poteſt cogi ad reuocandum hanc negligē
tiam et iuſticiam faciendam. §. i. in autentico ut differ.
iudi. colla. ix. Ita bartol. in. d. l. quod iuſſit. Aut lo
quimur de iure canonico et tunc cum ab omni grauami
ne poſſit appellari ut uidimus in. cap. ſupra proxime et
tunc ſi nolit reuocari poterit appellari. et ſic per indire
ctum cogetur non preciſe et appellatione interpoſita iu
dex ad quem emendabit grauamen. d. c. ſupra proximo
Octaua eſt queſtio an requiratur expreſſa reuocatio
et concludit Imol. in. d. l. quod iuſſit. quod non ſufficit
tacita. puta pronunciauit capitula nō eſſe admittēda ad
mittit poſtea per talem actum uidetur tacite reuocaſſe
primam interlocutoriam. et facit in ſili. c. cum dilecti. in
fi. ſupra de electio. c. ex parte. in. infra eo. faciunt notata

UVA. BHSC. IyR_025

in.l.a procedente.C.de dil. Nona eſt queſtio an a re
uocatione poſſit appellari. Et dicite ſecundum Jo.an.
hic. et ſequuntur cõmuniter ſcrib. ꝙ ſic ſi pars in ea gra
uetur per rationem. c. precedentis. bal. hic primo refert
hanc opini. ſed poſtea uariando tenet ꝙ cum reuocatõ
ſit arbitraria iudici ꝙ poſſit eam facere nec poſſit eam re
uocari. allegat notata in.c.i. ſupra de dil. cuius dictuꝫ ꝓ
cederet in reuocatione que eſſet mere arbitraria et ex
qua pars non lederetur alias ſecus. quia pars leſa per
arbitriũ iudicis bñ põt appllaꝛ arbitrariiſ gl. ĕ i. c. ſup hiſ
i ti. j. de accu. in. l. ſi qua pẽa. ⁊ ibi Bar. ff. de ver. ſig. ha
betur in. d. c. i. ẜ. de dila. Decima ĕ qõ quotiẽs poſſit
iudex reuocationẽ facere. ⁊ videtur dicẽdũ ꝙ poſſit toti
ens quotiens uoluerit per tex. in. d. l. quod iuſſit ibi ꝯrio
imperio reuocare poteſt. nam uerbũ poteſt ĕ extenſiuuꝫ
⁊ hꝫ tractum in futurum. l. ſi quis ita. ff. de lega. ij. ergo
ſemꝑ poterit Bar. in. d. l. quod iuſſit. ⁊ uidetur hic ſen
tire bal. tenet ꝙ non poſſit niſi bis eandẽ ſniam reuoca
re. ⁊ pro eo ĕ glo. lꝫ ipẽ non alleget in cle. ſi. in ver. ſuper
ea. eo. ti. faciũt notata in. l. vnica. C. ne lic. tertio prouo.
in. l. fideicõ. §. ſi vo. ff. de le. iij. ⁊ ẽt in. l. ueluti. ⁊ ibi bal.
ff. de ed. notat Iud. in ſili in rubrica ꝺ arb. in. xvij. col. in
telligite niſi eẽt dictũ aliud in delegatione puta qꝛ forte eſ
ſet dictũ ꝙ poſſet pluries ⁊ pluries reuocare. per ea que
notat Iudo. ubi ꝓxime ⁊ alij. ⁊ faciũt notata per Bal. in
l. ij. C. de arb. in. l. i. C. ut in poſ. leg. vbi dixit ꝙ data
ptãte arbitro ꝙ ut poſſit terminũ ꝓrogare ſeꝫ ꝯo tertio ⁊
pluries ⁊ totiens quotiens voluerit poterit pluries pro-
rogare tñ no uult ꝙ non poſſit tranſcendere inſtãm triẽ
nij ⁊ ſequitur Iud. vbi ꝓxime. Undecia ĕ qõ an ſi due
ĩterlocutorie reꝑiantur vna poſt aliam videaꝛ pria reuo
cata ⁊ dicite ſm bar. in. d. l. quod iuſſit. in ſi. col. ꝙ nõ ni
ſi appeat ꝙ habuit aium reuocandi. moueꝛ per ea que
habenꝛ in. l. hic ãr. §. i. ff. ex quib. cau. in poſ. ea. ubi nõ
videꝛ quis ſe fundaſſe ſuper actu quẽ ignorabat. ita po-
tuit ille iudex prime ſnie eſſe oblitus. adducit in ſimili ꝙ
nemo renũciat iuri quod ignorat. l. mater decedẽs. ff.
de inoffi. teſta. c. gr̃a. de reſcrip. li. vj. Adducit. l. ficut.
C. ob teſta. mil. vbi miles ꝑtercũdo filiũ quẽ ignorabat
non uꝛ exheredare. ⁊ in. l. ſi cũ uel in utero. i eo. ti. Ad-
ducit caſum de broca. i. c. cuꝫ olim. ẜ. de re iud. Bar. au
tem in. l. cũ ꝓcuꝛ. §. ſi dñs. ff. de op. no. nũ. alr loquitur
qꝛ aut loquimur poſt primã interlocutoriã executiõi mã
datam ⁊ tunc qꝛ hꝫ plenum robur ſicut diffinitiua nõ ui
deatur ꝑ ſem reuocare. per ea q̃ue hñtur in. l. i. C. qñ
prouo. ⁊ faciũt que dixi. ẜ. in diffinitiua reuocanda. aut
nõdũ ĕ interlocutoria executa ⁊ tunc aut ĕ aduerſa ſcda
ſnia prie ſiue ꝯria ⁊ tunc ſi apparet de animo iudicis ſu
mus in cãu claro. l. ſi quam rem. ff. de reſcin. ven. l. con
tinuus. §. cũ ita. in ar. ff. de ver. ob. ſi non appet ꝺ aio
⁊ tũc in dubio uideꝛ prima reuocata. d. l. ſi quã rẽ. et ſic
vult ꝯriũ eiꝰ ꝙ dixit i. d. l. qꝺ iuſſit. aut ĕ diuerſa ſa ſnia
a pria et non contraria et tunc ſi appet de animo ſtamuſ
certo. ſi non appet uideꝛ pria reuocata. d. l. ſi quã. aut ĕ
eadẽ ſnia ſcda cum prima puta qꝛ in prima ꝓnunciat ca
pitula admittẽda in ſa ſilr. Et tunc aut prima ĕ executi
oni mãdata ẽt a iure tñ ⁊ tũc ſecũda nihil valet. l. apud
aufidiũ. ff. de op. leg. habeꝛ in. l. ſerui electõe. i prin. ff.
de leg. i. aut prima nõ erat executa ⁊ tunc valet utraqꝫ ⁊
utile ĕ ꝓpter appellationẽ qꝛ ab utraqꝫ appellari poterit
tñ appellatio iuſta ꝓnunciata in pria precludet uiã ſecũ
de niſi cẽmus in cãu in quo ille due ſnie lꝫ idem ꝯtinerẽt
tamẽ ad diuerſa tendũt qꝛ diuerſo tꝑe naſcũtur. puta aſ
ſignata ĕ tibi dilatio mẽſis ad probañ. aſſignaꝛ illo fini-
to dilatio alterius mẽſis ad ꝓbañ tunc utraqꝫ ſnia ſuuꝫ
effectum opanꝛ ⁊ cenſentur diuerſe. tñ prima opi. bar.
uideꝛ canoniſtis magis placere. in. d. c. cum olim. ꝑ illũ
tex. ⁊ ponit. d. anto. in. c. cuꝫ dilectis. ẜ. de reſcrip. Duo
decia qõ ĕ an ꝛuocata iterlocutoria pẽtãt acta. ꝛ uta iudx ꝓ
nũciauit ſe iudicẽ l ꝓnũciauit ꝓcuratorẽ legitimũ an ſi po

ſtea reuocat hãc ſniaꝫ lit. ꝯt. ſcã et ꝓbatõeſ facte ꝑſiſtũt. et
dicite aut loquimur de actꝫ probatorijs ⁊ illa nõ ꝑeunt be
ne verũ ĕ ꝙ in alium finem non ꝓderunt iduci nec ope
rabunꝛ niſi circa eam cãm que acta ĕ ſi circa cãm que fa
cta ſunt. uel circa incidẽs tantũ uel circa emergẽs ſi circa
ea tantũ facta ſunt. ita bar. in. l. ij. v. col. ff. ſi quis in ius
voc. non ier. faciunt notata ꝑ Inno. ⁊ alios in. c. cãmqꝫ
el. ij. ⁊ in. c. veniẽs. el. ii. ẜ. de teſtibus per bar. in. l. cum
lite mortua. C. iud. ſol. in. l. ij. C. de ed. aut loquimur ꝺ
actis litis ordinatiuis puta lit. conte. ⁊ alijs ⁊ tunc iudex
lite conteſtata non poteſt reuocare interlocutoriam qui
reſeruet lit. conte. ⁊ ſic acta litis ordinatiua ſi per reuoca
tionem illam huiuſmodi actis preiudicaretur. ita bar. in
d. l. ij. v. col. ff. ſi quiſ in ius voc. ⁊ ideo non reſeruando
uideretur grauare. ⁊ allegat notata ꝑ Inno. in. c. ſepe
in verbo expenſarum. ẜ. eo. ⁊ ſic uidetur ſentire ꝙ ſi nõ
reſeruaret ꝑirent acta litis ordinatiua. ⁊ faciunt notata ĩ
d. c. cãm que cum alijs ſupra allegatis. ⁊ in. l. ii. C. ꝺ fru
cti. ⁊ lit. exp. ⁊ ibi bal. ubi ꝑẽpta inſtantia ꝑiꝛ uidenꝛ acta
litis ordinatiua. ⁊ ideo neceſſaria eſt reſeruatio.

## Dum ſpeciali ſit.

Hoc. d. ſꝫ pãor. uſqꝫ ad uer. porro. Cã ſuſpitionis coram iudice re
cuſato allegari dꝫ. ⁊ coram arbitris de cõi cõ
ſenſu. vel ꝑtibus diſcordantibus coram arbitro uniuſcu
iuſcũqꝫ ꝑtis dꝫ probari ⁊ determinari ⁊ ſi probata fuerit
iudex recuſatus de conſenſu recuſatoris delegabit cauſaꝫ
vel remittit ad ſuperiorem. h. d. Uel alr loco ſũmarii
ſcdm Jo. an. inſtruũtur appellantes ⁊ recuſantes iudi
ces ſuſpectoſ ad finem ut euitẽt correctionem qualr ꝺbẽt
recuſationem ſiue appellationẽ interponere. h. d. uſque
ad ſi. c. Diuiditur iſta decre. in quattuor ptes princi
paliter. in prima premittitꝛ exordium. in ſcda que eſt ibi
ſtatuimus. ponit primam conſtõnem circa recuſationeꝫ
iudicum. in tertia que eſt ibi porro. ponit ſecũdam cõſti
tutionem circa appellationem inſtrueñ. que a correctiõe
interponiꝛ. in quarta que ĕ ibi ceterum. predictas duas
conſtitutiones modificat. Nota ex tex. ibi ſpãli ſit pro
hibitꝰ. ſcdm bal. ꝙ. l. ſub pena aliquid prohibẽs non añt
anullans actum dicitur prohibitiua. nam. c. ſacro ꝺ quo
loquitur decre. noſtra. j. de ſen. exco. non anullat excõi
cationem factam non premiſſa admonitione ſed ſolum
penam imponit. ⁊ tamen. l. prohibitiua uocatur ut hic.
proprie tamen prohibitiua. l. inducit anullationem actꝰ
l. non dubium. C. de leg. faciunt que habentur in. c. ge
nerali. de elec. li. vi. Nota ex tex. ibi cum monitione.
iuncto tex. infra ibi. uel forte ſi aduerſarium. ſcdm bald.
hic ꝙ forma. d. c. ſacro. ⁊ ꝑ ꝯris. c. conſtitutionem quod
uenit ad illam declarañ. de ſen. exco. li. vi. habet locum
ẽt in cauſa inquiſitionis quod pꝫ in tex. noſtro qui etiaꝫ
in cã inquiſitionis loquitur. Nõ ex tex. ibi ſtatuimus.
ſcdm bal. hic formam in cauſa recuſationis obſeruandã
primo qꝛ dꝫ recuſatio fieri cauſa expreſſa ⁊ expreſſio de
bet fieri coram ipõ iudice recuſato. ſecũdo ꝙ per partes
non autẽ per iudicem dꝫ deueniri ad electionem arbitro
rum qui de cauſa ſuſpitionis an iuſta ſit uel ne an uera
ſit uel falſa cognoſcere debebunt. ⁊ ſi iudicium non uer
ſatur principaliter inter partes quia non ſit actor ⁊ reus
ſed fiat per inquiſitionem quia ſit reus ⁊ iudex tantum
in iudicio tunc de conſenſu iudicis ⁊ rei eliguntur arbitri
Tertio ſi partes non poterunt concordare uel iudex
⁊ pars in eligendo arbitros quelibet pars eligat unum
arbitrum et iſti ambo de cauſa ſuſpitionis cognoſcent. et
ubi non ſit actor eligant iudex et pars. Quarto ꝙ his
arbitris non concordantibus in pronunciando eligunt
ipſi arbitri non partes tertium arbitrum non cuius
ſolius ſententie pareatur. ſed ut ꝙ duo ex ipſis decreue
rint illud obtineant. hoc papa mandat arbitris in uirtu
te obedientie et ſub timore diuini iudicij. Quinto ꝓnũci
ata cã ſuſpitionis nõ uera uel nõ legitia uel ea nõ ꝓbata

UVA. BHSC. IyR_025

remittitur causa ad iudicem recuſatum. ſexto probata cā recuſationis iudex deleget cauſam iudici non ſuſpecto de conſenſu recuſatoris vel ad ſuperiorem ipſam cauſaʒ remittat ⁊ qualr̃ hoc ſextum intelligatur dicam latius ī gl.
Nō ex tex. ibi coram eodem ꝙ cauſa ſuſpitionis ē coram ipo recuſato proponēda ⁊ ſic habes vnam dr̃iam īter ius canonicum ⁊ ius ciuile in materia recuſationis qꝛ de iure canonico recuſatio fit cum cā expreſſa. de iure autem ciuili non requiritur expſſio cauſe. ita glo. in. l. aptiſſimi. C. de iudi. in. l. qꝛ poterat. ff. ad treb. in. l. idem ſi ſuſpectus. ff. de procu. ſenſit glo. in. c. ſecūdo requiris ſ. co. voluit ſpec. in ti. de recu. iudi. §. i. ver. quidam legiſte iurare tñ debet recuſans ꝙ calūnie cauſa non recuſat. ita glo. ⁊ poſtilla Bald. in. l. apertiſſimi. C. de iud. ⁊ ſtatim poſtꝗ ſunt electi arbitri procedūt ſuper negocō principali nec aliud diſcutiunt de cauſa recuſationis bal. in. d. l. apertiſſimi. ⁊ ſunt quaſi iudices delegati tales arbitri. ita bar. in. l. fin. ⁊ bal. in. l. apertiſſimi. C. de iudi. bar. in. l. i. §. i. ff. a qui. ap. non lʒ. Nō ex tex. ibi ſi aduerſarium non habeat ſm bal. hic. ꝙ in cauſa inquiſitionis iudex non dicitur aduerſarius rei ⁊ ſic habes ꝙ licet litigans mecum in iudicio dicatur meus aduerſarius. c. item cum quiſ. ſ. de reſti. ſpo. c. fi. ſ. de eo. qui mit. ī poſ. c. i. ſ. de iudi. tamen in cauſa inquiſitionis cōtra me mote iudex non dicitur meus aduerſarius. ⁊ eſt ratio in cā inquiſitionis non dicitur ipe actor ſed fama ſuſtinet vices actoris. c. qualr̃ et qñ el. ii. ibi ñ tꝗ idē ⁊ actor ⁊ iudex. j. de accu. Nō ex tex. ibi arbitros cōiter ⁊c. caſuʒ expreſſum in quo deuenit̃ ad arbitros iur̃. ſ. ut de ſuſpitione cognoſcatur ⁊ ideo dixit Jo. an. in. c. pia. ū excep. li. vi. Notat Gemi. in. c. ab arbitris de offi. dele. c. li. panor. in. c. ſuſpitionis. ſ. de offi. deleg. ꝙ ad arbitros iur̃ nunꝗ deuenitur niſi in caſibus a iure expreſſis qđ ītelligit panor. hic uerū niſi idemptitate rōnis uidētur debere extendi vt etiam aliquo caſu ſimili iretur ad arbitros iuris lʒ non expreſſo in iure. adducit glo. in. c. ſtatutum. circa prin. in verbo copia. de reſcrip. li. vi. faciunt notata in. c. i. ⁊ fi. de offi. dele. li. vi. ⁊ facit ratio nam exceptio idemptitate rationis extenditur ad caſum ſimilē tex. ē in. c. cum dilecta. j. de confir. vti. uel inuti. ⁊ eſt gl ī terminis. in. l. i. de condi. inde. facit tex in. c. per venerabilem. j. qui fil. ſint legi. ergo ex quo vno cāu ē a iure exceptum vt ueniatur ad arbitros iuris intelligetur etiā exceptum in alio ubi ē eadem ratio. facit tex. in. l. libertum §. ſenatus. ff. de rit. nup. facit tex. nō. qui in odioſis loquitur ⁊ penalibus. in. l. ii. §. exercitum iuncto prin. ff. de his qui not. infa. quem tex. allegat Jo. an. in regula odia. in mercu. de reg. iur. li. vi. Nō. ex tex. ibi cōiter eligant. ꝙ recuſatione ꝓpoſita debent eligi arbitri iuris qui de ea cognoſcāt. intelligite verū niſi ptes ꝯfiteantur ſuſpitionem iuſtā ⁊ verā. qꝛ tunc fruſtra itur ad arbitros ideo iudex dʒ delegare. tex. ē in. c. ſi quis ꝯ clericum. ſm vnum intellectum. ſ. de foro ꝯpe. ⁊ ſic habes ꝙ lʒ in ciuilibus confeſſus habeatur pro iudicato. l. i. ff. de cōfeſ. l. vnica. C. co. tamē quo ad priuandū iudicem iuriſdictione ꝯfeſſio partium non hʒ vim iudicati qꝛ ſi haberet uī iudicati non poſſet delegare. c. iudex. de offi. dele. li. vi. ubi poſt pronunciationē ſuſpitionis non pōt iudex recuſatus delegare ēt de conſenſu ptium. tñ poſſet reſpōderi ꝙ ille tex. loquitur in delegato. d. c. ſi quis ꝯ. iordinario lʒ non ſit cōis opi. ut fiat illa dr̃ia ut dicam. j. iteʒ hoc verum niſi cā ſuſpitionis eſſet notoria qꝛ tunc ea allegata non debēt eligi arbitri ſed iudex ſtatim delegabit tex. ē ſm ſuppletionē Jo. an. in. c. accedens. el. i. ſ. ut lit. ñ conte. ⁊ eſt cāus in. d. c. ſi quis ꝯ. ſm alium intellectum Item hoc ꝓcedit niſi iudex uolēs lites euitare voluerit potius delegare cām ꝗ uenire ad arbitros. nam erit in facultate ſua hoc eligere. c. ſi quis contra clericum. ſʒ alium intellectum qui melius conſonat lr̃e. iteʒ ⁊ quarto niſi ſuſpitio eēt notorie friuola. qꝛ tunc poterit iudex non obſtante illa ſuſpitione ad vlteriora ꝓcedere nec tenetur expectare ꝙ deueniatur ad arbitros. ita tex. hic in prin. ibi fruſtratorie recuſatus. Et ita Jnno. hic. ⁊ facit quod voluit Jnno. in. c. poſt electionem. j. de conceſ. preben. ubi dixit ꝙ ubi ps calūnioſe opponit aliquā exceptioneʒ iudex cui hoc conſtat poteſt eā non admittere qualiſcunqʒ ſit ēt ſi dicat ſe velle probare. facit quod uoluit pāor. in. c. conſtitut̃. de fideiuſ. in. c. ex pte. el. ii. ſ. de offi. del. ⁊ facit rō. nam fruſtra expectatur id cuius euētus nihil opatur. c. cum contingat. ſupra de offi. dele. l. gallus. § ſi eius. ff. de lib. ⁊ poſth. ſed ēt ſi deueīretur ad arbitros oīo ꝓnunciaretur ſuſpitionē friuolā. ergo hoc nō erit expectandū. item ⁊ quīto ꝓcedit niſi eēnt dati plures delegati cū clā ꝙ ſi non omnes. nam tūc uno recuſato non eligunt̃ arbitri ut de ſuſpitione cognoſcāt. ſed cognoſcet ꝯlocius. c. ſi ꝯ unum. i. rñſo. de offi dele li. vi. itē. vi. ꝓcedit niſi eēt delegatus iferioris. qꝛ ſi recuſet̃ cognoſcitur de recuſatōe per eius delegantē. puta epm. d. c. ſi ꝯtra unum. ii. rñſo. niſi eēt recuſatus uicarius epi qꝛ tunc nō eliguntur arbitri ſed cognoſcit eps. d. c. ſi ꝯ unū. iij. rñſo
Nō. ex tex. ibi qui de cā ſuſpitionis ꝙ arbitri in cā ſuſpitionis electi cognoſcunt ipſi de cā ſuſpitionis. Et circa duo uerſat̃ cognitio. primo an iuſta ſit uel ne. ſʒ an uera uel falſa. et ſic reglr̃ habetis ꝙ iudex ipe recuſatus de iuſtitia recuſationis an legitima ſit ñ pōt cognoſcere. Nō ex tex. ibi ſub obteſtatōe diuini iudicij ꝙ arbitri i cā ſuſpitōis ſub pena peccati mortalis tenentur primo iudicij negociū exequi iudicando iuſte. ſʒ o ī caſu diſcordie eligere tertiū. ita bal. hic ꝑ iſtum tex. ibi ī vtute obedientie. ⁊ facit tex. in. c. ij. ſupra de ma. ⁊ obe facit ēt tex. ibi ſub obteſtatōe. iunctis his que habent̃ in. l. ſi quis maior. C. de tranſac. ⁊ facit tex. ad predicta in c. i. ⁊ ibi notat̃ de re iudi. li. vi. qui lʒ loquat̃ in iudice tñ hʒ locum ēt in arbitris iuris qui equipant̃ iudicibus. c. ab arbitris. ⁊ ibi notat̃. de offi. dele. li. vj. c. ſuſpitōis. ⁊ ibi ēt notat̃ ſupra de offi. dele. faciūt notata in. l. fi. C. de iud. in. l. arbitro. ff. qui ſatiſd. cog. ⁊ facit tex. ibi diuini nois acrimonia in l. plʒ C. de ſacro ſan. ec. Et ideo uidemus ſ̄ſe in cōminationibus principum ꝑpalium qꝛ ſi princeps dicat in lr̄is alioquin idignationem noſtram incurſuros talis cōminatio operatur ut contra faciens poſſit puniri pena arbitraria bal. in. l. i. in. vj. col. C. de ſumma tri. ⁊ fid. catho. imo ſi quod temporale beneficium habet ab illo principe in penam illius inobedientie illo priuandus eſt. ita Bald. in. c. i. §. porro. in. ij. colum in ti. que fuit prima cauſa benefi. amit. in vſib. feu. ⁊ ideo iſta cōminatio diuini iudicij non mirum ſi inducit peccatum mortale. ⁊ ſic remouet nos a gratia dei. c. quod quidam. j. de pe. ⁊ re. ⁊ ibi habetur. Nō ex tex. ibi ſua iuriſdictione utatur ꝙ ubi cauſa recuſationis non eſt iuſta uel non probata iuriſdictio reuertitur ad iudicem recuſatum. Nota ex text. ibi uel ad ſuperiorem ꝙ ſi iudex recuſatus probata recuſatione uult poteſt uti altero de duobus remedijs. uꝫ ſubdelegare ſi ſit delegatus vel delegare ſi ſit ordinariꝰ de conſenſu ptium quatenus hoc importat neceſſitatē ſm unum intellectum. uel de conſenſu recuſatoris tāʒ quatenus eſt de conſilio. Uel ſecundo poteſt remittere ad ſuperiorem. ⁊ ſic habetis ꝙ etiam alr̃ qʒ per appellationem archiepiſcopus ⁊ huiuſmodi ſuperiores qui nō poſſunt adiri per querellam poteſt tamen in cauſa ſubditorum ſui ſuffraganei cognoſcere. ſ. in cāu recuſationis inferiore remittente. Et ſic habetis etiam ex predictis ꝙ ex quo iudex recuſatur ut ſuſpectus non ſtatim licitum eſt ab eo recedere per uiam appellationis. quia licet ſit ſuſpectus per hoc non grauat dummodo obſeruet formam tex. noſtri. cum ergo non grauet non erit licitum appellare. capi. ut debitus. ſupra eodem. Et faciunt que vidimus in. c. propoſuit. ⁊ in. c. ad hec. vbi ex ſola ſuſpitione iudex non dicitur grauare. ſ. e. ita Jnno. hic ⁊ ſequūtur doc. nec obſtat hic tex. ſ. in prin. ibi

UVA. BHSC. IyR_025

recuſationis vel appellationis obtentu quaſi ſentiat pro
miſcue illa remedia competere qꝛ fatetur Inno. ⁊ ſequū
tur alij ꝙ aduerſuſ citationē ſiue cōminationē ꝺ qua hic
promiſcue licitū ē iſtis remedijs vti uel appellare uel re
cuſare ſed nō ꝓpter eaſdem cauſas. imo diuerſis reſpec
tibus ex quo ſunt diuerſa remedia recuſare propter ſuſ/
pitionē appellare ꝓpter grauamē quod declarat text. ꝓ
ſequendo ſingula membra ſingulatim recuſationem.
in uerſiculo. ſtatuimus appellationem in verſicu. por
ro. nec vnum cōmiſcet cum alio imo vult Inno. ꝙ non
valeat appellatio proponēdo recuſationē. qꝛ dico te ſuſ/
pectum ⁊ niſi admiſeris appello de quo dixi in. c. vt ꝺbi
tis. ſ. eo. ⁊ ideo ſubiciunt poſtea doc. ꝙ ſi propoſita re
cuſatione iudex non obſeruaret formā iuriſ ꝙ iſto cāu pu
ta qꝛ vellet ꝓcedere ad vlteriora diceret talis iudex gra/
uare. ⁊ ideo poſſet poſtea appellari. d. c. ut debitus ⁊ ita
ē in arbitro ſuſpitionis ſiue in arbitris ut ab eo anteꝗ̄
grauet non poſſit appellari poſt grauamē aūt illatū ap
pellari poſſit qꝛ ab huiuſmodi arbitris bñ appellat. c. ab
arbitris. de offi. dele. in. vi. ⁊ facit glo. in. c. ſuper his. ſ.
de accu. ⁊ in. l. ſi qua pena. ff. de uer. ſig. ⁊ ē tex. in. l. ar
bitro ſm unū intellectū. ff. qui ſatiſd. cog. facit tex. ⁊ ibi
bar. in. l. fi. C. de iudi. Et ſic habes ꝙ appellatio inter
poſita ab his arbitris iuris ſm hanc concluſionem dicit
potius iudicialis ꝙ̄ extraiudicialis. nam ſi eēt extraiudi
cialis poſſet a futuro grauamine appellari. c. cū dilecti.
ſupra de elec. vidim⁹ i. c. hōc ſupra eo. tū qñ ſnīa hui⁹ ar
bitri erit nulla non erit neceſſe appellare. puta qꝛ pronū
ciet ſuſpitionem non eſſe iuſtam in cāu. c. accedens. el ſe
cundo ſupra ut lit. non conte. uel i caſu. c. poſtremo. ſu
pra eo. vel in alio de caſibus a iure expreſſis illo caſu ſen
tentia erit nulla qꝛ lata contra expreſſum errorem iuris
l. i. i prin. ff. que ſen. ſine ap. reſ. c. i. ⁊. c. inter ceteras. ſ
rē. i. c. examinata. j. de confir. uti. uel inuti. ij. q. vi. § diffi
nitius. uel econtrario ponc ꝙ pronunciet appellationē
iuſtam in caſibus in quibus apparet expreſſe eſſe friuo/
lam ex diſpōne iuris. puta in eo qui allegat ſuſpectū in
temperiē aeris ꝓpter calores eſtiuos. c. cū dilecti. ſupra
de dolo ⁊ contu. ⁊ tūc etiam ſnīa erit nulla. qꝛ lata cōtra
expreſſum errorem iuris. c. per tuas. j. de ſen. exco. l. ii.
C. qñ prouoca. non eſt neceſſe. Sed dicet quiſpiam
quo ergo cāu poterit appellari. nam ſi pronunciat iniu
ſtam ubi eſt iuſta expreſſe uel pronunciat iuſtam ubi ē in
iuſta nulla ē ſnīa. ⁊ ſic non ē neceſſarium remedium ap
pellationis. c. dilecto. j. eo. l. ſi expreſſum. in princ. ff de
appel. d. l. ii. ſi pronunciat iuſtā ubi ē iuſta vel iniuſtam
ubi eſt iniuſta non grauat ⁊ ideo non poterit appellari.
c. ad noſtram. c. ut debitus ſupra eo. ⁊ uidebimus in. §.
porro. Dicite ꝙ media ē via. nam in cauſa recuſationis
poteſt iudex recuſari ēt in caſib⁹ a iure ñ expſſis ⁊ iuſta
erit recuſatio dūmodo ſint ſimiles expreſſis. puta in co
gnatione ſpūali qui cāus non reperitur expreſſuſ allega
tur quis ſuſpectus qꝛ compater iudicis vel qꝛ ſuſcepit eū
de ſacro fonte qꝛ iſto cāu de ſimilibus ad ſimilia procedē
dum erit. ⁊ ideo arbitri ſuſpitionis ponderabunt conſue
tudinē prīe an cognatio ſpūalis inducat magnū amorē
⁊ amicitiā ⁊ pronūciabunt ſuſpectū ī demōſtratē rōnis:
de qua in. c. poſtremo. ſupra eo. Si aūt ſm conſuetudi
nem prīe in iſtis affectio non habetur ꝓut dicit Io. de
certaldo in li. nouellarū non habere rōem cognationis
ſpūalis in alio mundo iocando tū ⁊ tūc ꝓnunciabit non
ſuſpectum iſto cāu arbiter poterit inique pronunciare. ⁊
non ꝯ expſſum errorem iuris. et ideo neceſſaria erit ap
pellatio. Erit etiam neceſſaria ſi iudex ꝓnunciat nō ſuſ
pectū ex defectu probationum ⁊ ſic contra ius partis. ita
Io. an. d. anto. ⁊ omnes et ſur de mente Inno. hic Et
ſic habes ex predictis ꝙ lꝫ interpretationē generalē face
re ſpectet ad imperatorem uel principem. c. inter alia. j. de
ſen. exco. et. c. quoniā multos xi. q. iii. l. i. pe. et fi. C. de
legi. tū ꝑticularem interpretationē legis facere pōt iudex

in cā coram ſe producta uel itroducta et eam extendere
idēptitate rōis. ita Inno. hic. et poſt eum alij. et in. c. i.
ſupra de conſti. facit glo. in. c. i. ſ. de poſtu: prela. in. c. iu
dicet. iii. q. vii. facit tex. in. l. i. de profeſ. et med. qui i ur.
conſt. li. xi. in. §. i. in auten. iuſiuran. qꝺ preſtat ab his
qꝛ iurāt iudices ſeruare iuſticiā et facere ꝓut ſibi uiſū fu
erit de iure ergo et ius iterpretari poſſunt in illa cā. Ulti
mo nō ibi tranſmittat ꝙ arbitri poſtꝗ̄ conſtat de ſuſpiti
one nō ꝓcedūt ipſi in negocio principali qꝺ pꝫ ex q° alii
delegatur uel remittitur ad ſupiorem. ſecus ē de iure ciui
li. l. fi. C. de iud. ⁊ ibi habetur et ē ratio. nam de iure ca
nonico per ſuſpitionem iudex remouetur ex toto ēt ordi
narius. ſecus ē de iure ciuili. d. l. fi. et. l. apertiſſimi. cū
auten. ibi poſita qꝛ dat adiunctus ipſi ordinario. nō mi
rum ergo ſi de iure ciuili arbitri in alio habent latiores
habenas. et ſic cōiunctis his que dixi ſupra habetis tres
drias in mā ſuſpitionis inter ius ciuile et canonicū ut di
xi ſupra ſuper verbo coram eodem vbi poſui unā et tūc
habetis duas. Glo. in uer. iuſte ſuſpitōis habetis ex gl.
ꝙ etiam ubi ſuſpitiones non ſunt in iure expreſſe tamē
ē dare ꝙ cā ſuſpitionis erit iuſta et hoc erit arbitrarium
arbitris electis in cauſa ſuſpitionis. ita hic Inno. et ſe/
quūtur doc. facit tex. in. c. ſuſpitionis. ibi ad quos omīa
que ad hunc articulum faciunt pertinere noſcuntur. ſ. ꝺ
offi. dele. Glo. in uerbo coram iudice. in fi. habetis prio
ex glo. ꝙ tex. noſter non habet locum in delegato. tamē
cōiter reprobatur a doc. qꝛ ſiue ſit ordinarius ſiue dele
gatus pōt ꝓcedere ꝑ inquiſitionē. c. i. et fi. ſupra de offi.
dele. et ideo uerba tex. ibi ſi aduerſariū non habeat cū
iudice arbitros cōiter eligant ꝑ que mora eſt glo. hēbūt
locū tam in delegato q̄ꝫ in ordinario. Habetis ſecun
do ex gl. vt dixit hic bal. ꝙ iquiſitio ē remediū extraordi
nariū ⁊ tū loquit gl. de iure canonico. ſil' ſe ē gl. i. c. qm̄ ꝯ
i vbo extraordiario. ſ. de ꝓba. in. c. multi. ii. q. i. in. c. ꝑ
ſbiter. ii. q. i. in. c. nullus. el. i. iiij. q. iiij. i. l. qui varia uel
diuerſa. ff. de teſti. tenꝫ Inno. in. c. cū oporteat. j. de ac
cu. ⁊ ex iſtis hēt iferre ꝙ nō ſequit cōiter ⁊ oi cāu pōt ꝓ
cedi ꝑ iquiſitionē ergo ē remediū ordinariū qꝛ ꝑ iquiſitō
nē oi cāu de iure canonico ꝓcedit. c. qualr ⁊ qñ. el. ii. j. ꝺ
accu. ⁊ tū dr remediū extraordinariū. vt hic. bar. mī in. l.
ſi maritus. §. ſi extraneus. ⁊ ibi ang. ff. de adul. bal. in
l. i. C. de lib. et co. lib. i. c. i. ſ. ꝺ offi. iud. i. c. ſup lrīs. in
fi. ſupra ꝺ reſcrip. i. l. ea quidē. circa finē. C. ꝺ accu. et ibi
ſali. tꝫ ꝙ imo iquiſitio ꝓpea dicat remediū extraordiari
um de iure ciuili qꝛ reglr nō ē ꝑmiſſa oi cāu. Et iō dicūt
ꝙ ſi ꝑ ſtatutū ꝑmitteret iquiſitio ꝙ i° cāu eēt remediū or
diariū. et pl⁹ voluit bal. in. l. gallus. in prin. ff. de libe. et
poſth. ꝙ hoc cāu qñ a ſtatuto ꝑmittit iquiſitio iudex nō
iquirēſ ꝺ delict in cāu ꝑmiſſo poſſit de neglia i ſindicatu
puniri. faciūt nōta ꝑ bal. et ang. in. l. mā īpia. C. de ſer.
fug. Et iō dixit bal i. d. c. i. et i. d. l. eā quidē. et i. d. c. ſu
per lrīs ꝙ de iure cāonico inquiſitio ē remediū ordiariū
arch. i. c. ſi quid lxxxvi. di. gen. i. c. i. ꝺ accu. li. vi. et In
no. i. c. dilecto. j. de uer. ſig. Bal. tū i. l. i. §. cū urbē. ff. ꝺ
offi. ꝑfec. urb. vł ſedere diſtīctōis ꝯcordare ꝯrietates aut
a iure cōi l' ſtatuto ꝑcipit iquiſitio et tūc exq° ē uia neceſſa
ria cū ꝑcipiat dicat remediū ordiariū. aut vo ꝑmittit ñ
ꝑcipit et tūc qꝛ q̄ ſūt facultat' ñ ſūt neceſſitatis. c. ꝯſuluit.
ſupra ꝺ offi. del. l. nō quicquid. ff. ꝺ iud. iō dicat remedi
um extraordiariū. De iure tū cāonico panor. ſupra i ru
brica. ꝺ iud. alr diſtiguit. et ꝑ ꝑdicta ifert bal. hic ꝙ rētē
to ꝙ iquiſitio ſit remediū extraordiariū ut uult gl. ꝙ pē
dēte iquiſitōe qñcūqꝫ ſupuenerit iudex dꝫ ceſſare ab iqui
ſitōe et admittet accuſatorē. qꝺ ñ deberꝫ ſi eēt remediū
ordiariū. et ita bar. et ang. i. d. l. ſi marit⁹. §. ſi extrāe⁹ et
ang. i. l. ſi vacātia. C. de bo. vac. li. x. bal. ⁊ ſali. p⁹ꝯ i. d
l. ea quidē faciunt notata per bar. in. l. fine. §. i. in fi. co
lum. ff de lib. agno. ⁊ per. d. anto. in. c. ſuper lrīs. in pe.
char. ſ. de reſcrip. hī i. c. accedens. j. de accu ⁊ plus vult.
hic bal. ꝙ cepta accuſatione ſi accuſator deſtiterit pōt iu/

UVA. BHSC. IyR_025

der.ꝓcedere ꝑ inquiſitionē per ea que habent̃ in.l.ij.C
de abol.in.l.quoniam indubitati.C.de adul. Glo.i v̇
bo tertium aduocent.in fi.habetis ex gl.ſm panoꝛ.ꝙ id
quod dicitur de arbitris electis de conſenſu ꝑtium habet
locū ēt in arbitris iur̃.ut ſicut nō pōt dari ex ꝯpromiſſo
ꝑtās eligendi tertiū arbitris voluntariis.c.innotuit.ꝛ c.
pe.ē.de arb.ꝛ ibidē rōe.l.itē ſi unuſ.§.ſi in duos.ff.de
arb. Ita non pōt dari arbitris iuris iſta facultas per par
tes. Et ideo īfert ꝙ ſtatutū loquens de arbitro cōpꝛehē
det ēt arbitros iuris.ꝛ eſt nō.qꝛ tamen arbitri iuris ī ali
quo ſunt iudices.c.ab arbitris.de offi.dele.li.vi.c.ſuſ-
pitōis.ī pꝛin.ꝛ ibi ꝙ hꝫ iuriſdictionē oꝛdinariā.ē.ð offi.
dele.l.fi.C.de iud.l.arbitro.ſm vnū intellectuꝫ.ff.qui
ſatiſd.cog. In arbitratoꝛe tamē ſi diſcoꝛdāt inuicē duo
arbitratoꝛes non cogūtur uenire ad tertiū.qꝛ in arbitra
toꝛibus nullo pacto a ꝑſona eoꝝ recedetur.l.ſi quis ar
bitratu.ꝛ ibi habetur.ff.de uer.ob.l.fi.§.ſed ꝛ ſi quis.
ꝛ ibi notatur.C.cōia deleg.ita bal.in.c.i.de inueſti.in
mar.fac.in vſi.feu.panoꝛ.in.d.c.ſuſpitionis.ꝛ in.c.quī
rauall̃.in pe.col.ē.de iur̃ iu. Gl.in uerbo terminū.ī
fi.habetis ex glo.erroneā opi.in qua ſemp ꝑſtitit ꝙ per
decre.legitima.eo.ti.li.vi.coꝛrecta ſit decre.ſuſpitionis
ē.de offi.dele.vos dicite ſm omnes ꝙ aut loquimur q°
ad aſſignandū terminū ꝑtibus ad ꝓbandū vel ad aliō
coꝛam arbitris agendū ſuper ipa cā ſuſpitōnis.ꝛ tūc iſte
terminus aſſignatur ab arbitris non aūt a iudice recuſa
to.ꝛ ita loquitur.c.ſuſpitionis.aut loquimur quo ad aſ
ſignandū terminū arbitris ut ꝓcedāt in cā ſuſpitionis ꝛ
tunc illū aſſignat iudex recuſatus.ꝛ ita loquitur decret.
legitima. Glo.in verbo recuſatoꝛes in fi.dum vult glo.
ꝙ tex.noſter nō habeat locū in delegato dicite ſm cōem
opi.ꝙ male loquitur.qꝛ ſicut oꝛdinarius hꝫ hanc ꝑtātē
ut ꝓbata recuſatione poſſit eligere alterū de duobus vel
remittere cām ad ſuperioꝛem quod tamē dixit.d.anto.
hic.ꝙ nunꝙ vidit hoc pꝛacticari vel de conſenſu recuſa
toꝛis cōmittere ita erit in delegato.nec obſtat tex.in.c.
ſo requiris qꝛ lꝫ per recuſationē ſit affecta iuriſdictio ali
quo modo ut ibi tamē nō ē ex toto ablata quod pꝫ ex q°
cogit iudices ad pꝛocedēn.aſſignando terminū.c.legiti
ma.eo.ti.li.vi.ergo non mirū ſi ꝛ de conſenſu recuſato
ris poterit ꝛ ſubdelegare.ꝛ ita ē tex.in.c.iudex.de offi.
deleg.li.vi.ꝛ ſignanter ſm glo.ibi ꝛ panor.ꝛ Imol.ibi
ꝛ Imo.in.c.ſecūdo requiris.ē.eo.ille tex.loquitur ſo-
lū de conſenſu recuſatoꝛis.non aūt requirit ꝯſenſuꝫ utri
uſqꝫ partis.put viſus ē.velle ꝛ male panoꝛ.in.c.ſi quis
ꝯ clericum.in.ix.col.ē.de fo.comp.tamē ut.ī videbim⁹
pōt teneri ꝙ ſit aliqua dṙia īter delegatū ꝛ oꝛdinariū ꝛ ſic
ſaluari glo.ut ſtatim dicam. Habetis etiam ex gl.ſo.
ad.c.lꝫ que quidem.ꝛ hic ꝛ in.d.c.ſi quiſ ꝯ.ſatis appꝛo
batur ꝙ loquat̃ de ſpāli conſuetudine lꝫ hoſti.hic aliͬ lo
quatur.ꝛ aliͬ in.d.c.lꝫ.vel ſecūdo poteſtis dicer̃ ꝙ in.d.
c.lꝫ.pꝛopoſita fuerat recuſatio et iudices nō obſtante ꝙ
de recuſatione conſtaret ꝛ pꝛobata eēt ad ulteriora pꝛo
cedebant.ꝛ pꝛopterea fuerat appellatum ꝛ ſic recurritur
ad ſupioꝛem uigoꝛe appellationis non uigoꝛe recuſatio
nis.ꝛ facit tex.ibi ad maꝫ.ſicut hactenus ſeruatū ē l' ad
nr̃am ſi maluerit audientiā appellare.ita panoꝛ.in.d.c.
ſi quis ꝯ.in.xij.col. Habetis tertio ex glo.tres itellec
tus ad tex.noſtrum ſuper illo uer.ac ipa ꝓbata ⁊c.pri-
mo ꝙ illa v̇ba de recuſatoꝛis aſſenſu loquant̃ de cōſilio
non de pꝛecepto.ꝛ ſic ſenſus ꝙ ſi iudex recuſatur ne toti
ens recuſatoꝛ poſſꝫ uti remedio recuſationis cautella ſit
ꝙ iudex de ꝯſenſu ſuo det alium non ſuſpectum uel re-
mittat cām ad ſuperioꝛem ꝛ pꝛo iſta opi.facit tex.in.c.ſu
per qōnum.§.cum aūt.ꝛ ibi glo.in verbo ſtatuimus ē
de offi.dele.vbi uerba neceſſitatis reſoluūtur tamē in cō
ſilium facit aꝯ̇trio glo.in.c.rogo.xi.q.iij.ubi uerba con
ſilij reſoluūtur in neceſſitatē ſcðm ſubiectam materiam
Et hunc itellectū approbat panoꝛ.in.d.c.ſi quis ꝯ.ꝛ ſe
cundū cum erit dṙia inter delegatū ꝛ oꝛdinarium.ꝛ ſic

ſaluabit̃ principiū gl.noſtre.ſ.qꝛ delegatus ꝓpoſita recu
ſatione nō poterit ſine ꝯſenſu ipius recuſatoꝛis ꝛ ſic de neceſſi
tate requirit̃ alteri ſubdelegare.oꝛdinarius aūt hoc po
terit.ſed conſiliū ē ꝙ conſenſum recuſatoꝛis habeat.nō
aūt neceſſarium ꝛ pꝛo hac opi.facit tex.in c.iudex de of
fi.dele.li.vi.dum ſpāliter loquitur de delegato ut de ne
ceſſitate hēat conſenſum recuſatoꝛis poſt pꝛopoſitā recu
ſationē.ante ꝓpoſitam nō ergo in ꝯtrium erit ius cōe in
oꝛdinario.c.ꝑuī.§.loca.de pꝛeb.li.vi.facit ſecūdo tex.
in.d.c.ſi quis ꝯ.ubi nulla fit mentio ꝙ de conſenſu recu
ſatoꝛis debeat delegare.ꝛ tn̄ loquit̃ de oꝛdinario.facit
tex.in.l.ꝑtoꝛ.ff.de iuriſdi.om.iu.ubi ēt oꝛdinarius ſuſ
pectus alteri delegat nec fit aliqua mentio de conſenſu
recuſatoꝛis.ꝛ facit.ij.q.vi.c.ſtatuēn⁹ faciūt notata ꝑ Io.
an.in.c.irrefragabili.§.exceſſus.ē.de offi.oꝛd.ꝛ ꝑ In
no.in.c.ex ꝑte.el.i.j.de uer.ſig.vbi iudex ſuſpectus al
teri cām delegat.ꝛ loquunt̃ de oꝛdinario nec tamē rꝫqui
runt conſenſum ꝑtium eodē modo iducendo facit glo.
in.c.cum dilecta.in uer.pꝛocuratricem.circa fi.j.de con
fir.util.vel inuti.in.c.querellā ē.de elec.in.l.eos.ī pꝛi.
C.de appel.ꝛ etiam que dixi in rubꝛica.ē.eo.dum fir-
maui ꝙ ſi iudex a quo ſuccedit iudici ad quem ꝙ tūc cū
ſit ſuſpectus dꝫ cauſam delegare. Et ſi dicatur notata ī
d.c.irrefragabili.cum alijs que adduxiſti loquunt̃ ante
recuſationem pꝛopoſitam.nos loquimur poſt recuſati
onem dicit panoꝛ in d.c.ſi quis contra.in.viij.col.ꝙ
non eſt aliqua ratio differentie quare magis pꝛopoſita
recuſatione oꝛdinarius dꝫ requirere de neceſſitate con
ſenſum partis recuſantis ut poſſit ſubdelegare ꝙ̄ ante
pꝛopoſitam recuſationem ex quo omnino conſtat eum
omnino eſſe ſuſpectum per iura pꝛeallegata.ꝛ pꝛo hac
opi.adducitur.nam oꝛdinarius hoc habet a iure cōmu
ni ut poſſit delegare et poteſtas ſua ē fauoꝛabilis ꝛ a iu
re cōi.c.peruenit.xi.q.i.in.c.ad hec ꝛ ibi notatur ſupꝛa
de reſcrip.c.i.ꝛ ibi glo.de reſcrip.li.vi.de.ii.ꝛ ibi glo.ð
offi.oꝛd.ꝛ eſt tex.in.c.ut litigantes.de offi.oꝛd.li.vi.er
go etiam ſi fuerit recuſatus cum ceſſante cauſa ceſſet ef-
fectus ꝛ cauſa ſuſpitionis ceſſat ex quo delegat alteri nō
debebit per recuſationem impediri quo minus poſſit al
teri delegare. Et ſi dicatis pꝛout hic dicit panoꝛ.non me
moꝛ eoꝛum que ibi dixerit ꝙ ex quo oꝛdinarius ē ſuſpec-
tus pꝛopterea de neceſſitate requiritur conſenſus recuſa
toꝛis in delegando alteri quia pꝛopter ſuſpitionem que
eſt contra iudicem pꝛeſumitur contra eum ꝙ delegaret
iudici ſuſpecto ꝛ tali iudici qui poſſet offendere partem
ꝛ ideo pꝛopter hoc requiritur conſenſus recuſatoꝛis. Re
ſpondet panoꝛ.in.d.c.ſi quis contra.arg.non pꝛocede
re qꝛ cū ꝓmptū ſit remediū ſi delegabit ſuſpecto recuſā
di n̄ ē ꝑꝑ hoc īfrigēda iuriſditio oꝛdīaria ut n̄ poſſit dlega
re ꝛ ſi acri⁹ inſtet̃ iudex ex recuſatōe irat⁹ delegabit alicui
qui faciet ad nutū ſuū ꝛ ꝑs n̄ poterit foꝛte hūc recuſare.
qꝛ nō hēbit cām quā ꝓbare poſſit.rn̄det panoꝛ.hoc nō
ꝓ̄ſumi ī iudice quē lex ꝓ̄ſumit bonū ꝑ ea q̄ hn̄tur ī.l.ii.
C.ð offi.ciui.iud.ꝛ ī.c.i ꝑtia.ē.ð renū.ī.l.i.ð ꝓd.curi
al.li.xi.et ſi eēt ꝑꝑ ſuſpitōꝫ aliq̄ ꝓ̄ſūptō ꝯ̄ iudicē iſte ex to
to n̄ ē ðſtitut⁹ remedio qꝛ poterit appellare.ꝛ iō cū iuriſ
dictio oꝛdīaria ſit fauoꝛabiliſ ꝛ n̄ tractet̃ ð dāno recuſato
ris n̄ dēmus īfrigere r̃las cōes diſponētes poſſe oꝛdiari
um ꝓ arbitrio dlegare.ſꝫ ope ꝓ̄ciū ē ſcire q̄ ſit rō dṙie in
ter dlegatū ꝛ oꝛdiariū.et dixit panoꝛ.ī.d.c.ſi quis ꝯ.in
xi.col.eē rōeꝫ.nā ꝑtās delegata determiat̃ a uolūtate cō
cedētꝭ.c.piſanis.ē.ð reſti.ſpo.c.uenerabili.ē.ð offi.dle.
Sꝫ ī dubio mēs delegātꝭ ē nolle delegare iudici ſuſpecto
c.cū iter.ſupꝛa ð excep.ꝛ ibi gl.ſignāda ꝙ uſqꝫ adeo ꝓ
ſumit̃ aīus delegātꝭ ab eē qn̄ delegat⁹ ē ſuſpect⁹ ꝙ ēt poſt
latā ſn̄iam pōt de ſuſpitione opponi.ꝛ anullabit̃ ſn̄ia qꝛ
nullā n̄ iuriſdictionē ꝯferre tale reſcriptū.ita gl.ibi ī uer
bo certa ſcia.cū ergo nullā iuriſdictōeꝫ conferat delegās
iudici ſuſpecto n̄ mirꝫ ſi ꝓpoſita recuſatōe afficit̃ iuriſdictō
tota et īpedit̃ ut nō poſſit dlegare niſi ꝯſētiēte recuſatoꝛe

UVA. BHSC. IyR_025

ſed eo conſentiente poteſt q2 ꝯſentiendo videt̃ remittere
recuſationem ꝙ poteſt anteꝙ̃ ſit ꝓnunciatũ. ⁊ ideo non
mirum ſi de ꝯſenſu ſuo poteſt ſubdelegare ut ẽ gl. in. c.
iudex. de offi. dele. li. vi. ⁊ ideo cum ad remittendũ recu
ſationẽ ſufficit ꝯſenſus recuſatoris ideo ⁊ ad ſubdelegan
dũ ſufficiet eius ꝯſenſus nec requiretur ꝯſenſus vtriuſ/
qȝ. hec ẽ ratio in delegato. in ordinario aũt eius iuriſd°
non ĩpeditur ex quo ſit ſuſpectus q2 dato ꝙ ſit ſuſpec
tus tñ hȝ iuriſdictionem ordinariam ⁊ ẽ iudex per ea q̃
habentur in. c. cum veniſſẽt. ſ̃. de iud. ⁊ c. inſinuante. ſ̃
de offi. dele. in. c. ex pte. el. i. j. de uer. ſig. non miruȝ er
go ſi delegare poterit lȝ ſit recuſatus. puta eius iuriſdic/
tio ẽ magis fauorabilis ꝙ̃ delegata. ideo non mirum ſi
in delegato requiritur ꝯſenſus recuſatoris non in ordina
rio. puta ius canonicũ dȝ intelligi ut minus corrigat ius
ciuile quã ſit poſſibile. q2 inuicem ſibi deſeruiũt. c. i. j. d̓
op. no. nun. ſed de iure ciuili erat dr̃ia inter delegatum
⁊ ordinariũ q2 per recuſationẽ iuriſdictio delegata ex to
to ĩpediebatur. ordinaria aũt non ex toto ſed dabat̃ ad
iunctus. l. aptiſſimi. l. fi. ⁊ autentica ſi non contigerit. C
de iudi. non mirũ ſi ius canonicum quod poſtea ſupue
nit ad exemplũ iuris ciuilis noluit ut delegatus ex toto
remoueretur ſecus autem in ordinario q2 ex quo venie
bat ad corrigendum ius ciuile uolẽdo ꝙ non daret̃ ad/
iunctus non tamẽ ex toto uoluit ꝑiudicare iuriſdictioni
ordinarie. ⁊ ideo ei fauit in hoc ut ſi recuſetur poſſit ſub
delegare nec requirat de neceſſitate ꝯſenſum recuſato/
ris nec alterius ptis. Et hac rõne attenta habetis infer
re ꝙ ẽt poſt recuſationem pronũciatã lȝ conſtet ordina
rium ſuſpectũ per ſñiam tamẽ poterit delegare alteri ñ
ſuſpecto ẽt inuitis ptibus iudex ordinarius. ⁊ ita ẽ tex. ĩ
d. c. ſi quis ꝯ̃. ſm vnũ intellectum intelligendo illa v̓ba
recuſatus fuerit cũ effectu. ſ. recuſatione declarata. ſecus
ẽ in delegato. q2 recuſatione declarata de ꝯſenſu recuſa
toris non poteſt ſubdelegare. ⁊ ita ẽ tex. in. d. c. iudex.
Jmo. tamẽ hic ⁊ in. c. ſ̓o. requiris. ſ̃. e. tenet ꝙ ordinari
us de conſenſu utriuſqȝ ptis poſt recuſationem declara
tam poſſet delegare. ⁊ facit tex. in. d. c. iudex. dum loqui
tur de recuſatore tantũ. in delegato tamẽ idem Jmo. et
d. anto. hic uidet̃ ſentire ꝯ̃riũ. ⁊ ẽt panor. in. d. c. ſi quis
ꝯ̃. ⁊ attenta rõe prima. ſ. glo. in. d. c. cum inter. neceſſe ẽ
ita dicere. nam ex quo nullam hȝ iuriſdictionẽ a delegã
te cum ſit ſuſpectus ut vult illa glo. ergo conſenſu parti
um non habebit. c. ſignificantibus. ſ̃. de offi. dele. l. pri
uatoꝝ. C de iuriſdi. om. iu. Alium ĩtellectũ habetis
dicere ex glo. ꝙ illa uerba de recuſatoris aſſenſu impor
tẽt neceſſitatẽ et tũc altero de duob⁹ modis poſſũt intel
ligi. primo ut determinẽt totam clãm ac ĩpa ꝓbata ⁊c.
Et ſit ſenſus ꝙ iudex recuſatus alterũ de duobuſ poteſt
eligere de conſenſu accuſatoris vel ut deleget alteri non
ſuſpecto uel ut remittet ad ſupiorem ⁊ ſic illa uerba d̓ re
cuſatoris aſſenſu. ſignificẽt eẽ in optione recuſatoris una
cum iudice ꝙ alterũ ex iſtis fiat. ⁊ hunc intellectum dixit
Jmo. forte veriorem ⁊ hoc modo intelligẽdo tex. noſter
loquit̃ tam in delegato ꝙ̃ in ordinario ante ſñiam lataȝ
ſuper recuſatione. ⁊ ideo in tex. de ſñia verbũ nulluȝ tñ
cõiter iſte intellectus non placet doc. q2 non dȝ eſſe ĩ po
teſtate ptis an iudex remittat ad ſupiorem ⁊ ideo ſignan
ter tex. illa verba de aſſenſu recuſatoris appoſuit in pria
pte alternatiue. ſ. pſone idonee ꝯmittat nec repetiit ĩ ſ̓a
pte ibi uel ad ſuperiorem tranſmittat. Propterea tertiũ
dat glo. intellectum ꝙ illa verba de recuſatoris aſſenſu
referant̃ ſolum ad primã ptem alternatiue. ſ. cãm cõmit
tat. ⁊ hoc modo duplex põt ſm gl. eſſe ſenſus in littera.
vno modo ꝙ ſubaudiet̃ ad tex. de aſſenſu recuſatoriſ cõ
mittat recuſatus ⁊ de aſſenſu eius ꝯ̃ quẽ ſit recuſatio pu
ta actoris reo recuſante. ⁊ mouetur glo. ad hanc ſubau
ditionẽ ꝓpter iniquitatẽ ⁊ inequalitatẽ que reſultaret in
ter actorem et reũ. mouet̃ ſecũdo q2 daretur materia ca
lũniandi recuſatori ſi ſolus haberet eligere aliũ iudicem

primo recuſato. et iſte intellectus lȝ in ſe ſit verus tamen
ad lr̃am noſtram non ꝯgruit q2 facit extraneã ſubauditi
onẽ. ſciuiſſet. n. papa hoc exprimere. c. ad audientiã. j. d̓
deci. faciũt notata in. c. cupiẽtes. §. qd̓ ſi ꝑ ·xx. de elect.
li. vi. panor. tñ hic nitit̃ ſuſtinere ꝙ ĩmo de conſenſu tm̃
recuſatoris hẽat recuſatus delegare pſone ꝑ eũ eligẽde
qd̓ reprobat gl. nr̃a. ⁊ mouet̃ ĩpe q2 ex quo recuſator nõ
cõfidit de iudice iõ iura voluerũt ꝙ ne iudex eã poſſit de
legando uel ſubdelegãdo ledere debeat hr̃e aſſenſũ recu
ſatoris qui de eo dubitat. nõ ãt cõſenſũ alterius ptis. q2
illa nõ dubitat de iudice qd̓ pȝ ex quo corã eo cepit litiga
re. Adducit ẽt tex. in. c. iudex. de offi. d̓le. li. vi. vbi ſignã
ter tex. de conſenſu recuſatoris tm̃ facit mentõeȝ. ⁊ ꝑ iſta
fũdamẽta vr̃ tolli iniquitas quã arguit glo. nr̃a et ẽt ineq̃
litas q2 ſubeſt rõ diuerſitatis. Et facit quod notat bal.
hic in. iiij. col. vbi dixit ꝙ qñ aduerſus iudicẽ ſuſpectũ ꝑ
recuſationẽ nõ ẽ conſultũ ꝙ tũc cum ſuſpitio hẽat vi cõ
minationis tacite licitũ ẽ appellare. l. ſi quis ꝓuocatione
C. eo. Et ideo dixit ꝙ cũ hodie de conſuetudine in foro
ciuili recuſato ordinario non det̃ eps adiũctus ꝙ iõ cum
per recuſationẽ nõ ſit conſultuȝ aduerſus ordinariũ ſuſ
pectũ poterit a tali iudice appellari propter ſolam ſuſpiti
onẽ quod nõte ad limitationẽ ꝑdictoꝝ. ecce ergo in pro/
poſito ꝙ ſuſpitio hȝ uim cõminationis. nõ mirũ ergo ſi
iura fauẽt recuſatori ꝯ̃ quem ẽ cõminatum tacite vt recu
ſatus non eligat delegatũ niſi de cõſenſu ſuo. alio modo
intelligit glo. illa verba de conſenſu recuſatoris retento
hoc tertio ĩtellectu ꝙ non referant̃ ad tertiã ptẽ alterna
tiue. ſ. vel ad ſupiorem tranſmittat ſed referat̃ tantũ ad
primã non tñ ex toto determinẽt primã q2 reſpectu pſõe
idonee cui dȝ cõmitti nõ requirit̃ aſſenſus recuſatoris ſed
ſolum reſpectu actus cõmittendi. et ſit ſenſus ꝙ iudex re
cuſatus ſiue ordinarius ſiue delegatus probata cauſa re
cuſationis poſſit remittere cauſam ad ſuperiorem ſi velit
ſi autem nolit remittere ſed velit delegare alteri uel ſub
delegare tũc hanc uiã delegandi uel ſubdelegandi omiſ
ſa prima non poſſit eligere niſi de conſenſu recuſatoris.
et hac via electa de conſenſu eius poſſit iudex eligere per
ſonam idoneam arbitrio ſuo ſine conſenſu recuſatoris ⁊
ſic in actu cõmiſſionis requiritur conſenſus recuſatoris.
ſed non in electione pſone cui comittat̃ ⁊ hanc opi. ſecu
tus ẽ ubiqȝ Jnno. maxime hic. et in. c. ſi quis ꝯ̃. et ſiliter
his locis Jo. an. et vin. et pro cõi approbat̃ et tenet ſpe
cu. in ti. de recu. iud. §. i. ver. ordinari⁹ vero. T ñ hoſti.
hic habuit ĩpe aliũ intellectũ qui ſatis applaudet. d. ant.
ꝙ tex. noſter in prima pte alternatiue loquat̃ de ordina
rio. in ſecunda ibi vel ad ſupiorem loquat̃ de delegato.
nam prima pars non poteſt loqui de delegato q2 ex quo
ẽ recuſatus et lata ſententia prout poteſt intelligi tex. no
ſter etiam de conſenſu partium non poſſit ſubdelegare
d. c. iudex. et ſupra dixi. Jdeo de neceſſitate intelligatur
tex. noſter ibi tantum de ordinario. Jn ſecunda autem
alternatiua propterea intelligitur tex. noſter in delega/
to tantum et non in ordinario quia nemini dubium eſt
ꝙ delegatione corruente propter ſuſpitionem cauſa re
uertitur ad fontem ſuum ſcilicet ordinarium deleganteȝ
Jtem ex alio quia nuſquam viſum eſt obſeruari ꝙ ordi
narius recuſatus remittat cauſam ad ſuperiorem et con
ſuetudo eſt bona iur̃. interpres etc. c. cum dilectus. ſupra
de conſuetu. Sed retento communi intellectu q2 ab
hoc ſuo intellectu ĩpemet hoſti. recedit in. c. lȝ ex ſuſcep
to. ſ̃. de foro compe. vbi vult ꝙ ordinarius recuſatus re
mittat cauſam ad ſuperiorem per illum tex. ſtat queſtõ
pone ꝙ recuſator remiſſa cauſa ad ſuperiorem habet
eum ſuſpectum nunquid poterit etiaȝ eũ ſupiorem recu
ſare. Et dicit hic hoſtien. ꝙ de equitate uidetur dicẽ. ꝙ
non ne lites ex litibus oriantur contra. l. nõ ignorat. C.
de fruc. et lit. exp. et vt finis litib⁹ ĩponat̃. c. finẽ. ſ̃. de do
lo ⁊ ꝯtu. itẽ ne det̃ mã calũniãdi ipi recuſatori ſ. reo que
d̓ facili ĩ eo pſumit̃ cũ reoꝝ ſit fugere. c. null⁹. ſ̃. d̓ pſũp.

UVA. BHSC. IyR_025

In ꝑtium determinat hic Bal. ⁊ Jmo. per rationem. c. q2 ſuſpecti. v. q. iij. c. cum inter. ſ. de excep. periculoſum ē. n. coram iudice ſuſpecto litigare. iō qn̄cūq3 ⁊ quotiens cūq3 ſuſpitio occurrat non vr̄ caluīoſe opponi. c. inſinu ante. ſ. de offi. deleg. ⁊ ante oīa hec tene pro conſtanti ꝙ delegatus aſſumptus de ɔſenſu ptium nō pōt recuſa ri ut ſuſpectus. c. ſuper qōnum. §. cum aūt de offi. dele. Et hoc ꝓcedit ēt ſi ſoli ꝓcuratores ptium hn̄tes manda tū ad ipetrandū ɔſenſerint l3 in mādato ſpāliter talis ꝑ ſona non exprimeret. c. cum olim. ubi cāus de cā poſ. et ꝓpri. bal. in. c. de cāis. in. vij. col. de offi. deleg. tamē ad ɔſentiendū in ɔueniētiā certoꝝ iudicū neq3 ex pte acto ris neq3 ex pte rei admittitur ꝓcurator cū generali man dato Jmo. ⁊. d. benedi. in c. fi. in fi. col. de ꝓcur. ubi aūt iudex de ɔſenſu ptium nō ē impetratus pōt recuſari ⁊ a ſnīa lata per huiuſmodi electū de ɔſenſu ptium pōt ap pellari l3 non poſſit recuſari. d. c. ſuper qōnū. §. uerū. iū cto fi. vbi ſolum ꝓhibet recuſari. bar. in. l. i. §. i. in fi. ff. ꝺ ap. paulus ɔnſi. lxxxv. incip. in xpi ⁊c. pro declaratione Bal. in addi. ad ſpec. e. col. xiij. per. l. ij. ſm̄ vnā lecturā C. e. Nunc aūt his declaratis extra glo. quero qualr̄ recuſatio ſit ꝓponēda ſeu qualr̄ debeat fieri ⁊ an in ſcrip tis ⁊ dicite ꝙ ſic. glo. in. c. quoniam ſ. in verbo recuſati ones. de proba. ⁊ in. c. ij. requiris. §. i. ſ. c. ⁊ panor. i. c. prudentiam. §. ſexta. vii. col. de offi. dele. Spec. in ti. de excep. §. uiſo v. ſed nūquid. itē ꝓponēda ē corā iudice re cuſato ⁊ exprimēda ē cā de iure canonico non aūt ciuili ut dixi in textualibus. Sed pone recuſatus ē iudex cā non expſſa. nūquid poterit poſtea eam exprimere ut va leat recuſatio. ⁊ dixit hic bal. ꝙ non. q2 ſimile videm⁹ in appellatione ab interlocutoria per ea que dixi in. c. ut de bitus. ſ. eo. ⁊ ex quo pro forma recuſationis requirit ꝙ exprimatꝰ cā ergo poſtea nō ualebit recuſatio ēt ſi poſtea interueniat expſſio q2 forma d3 ineſſe actui. c. detrahe. i. q. i. c. q2 ꝓpter. ſ. de elec. l. cum hi. §. prior. ff de trāſa. ⁊ facit glo. in. c. ſi is cui. de offi. dele. in. vi. ⁊ ideo in ap pellatione ab interlocutoria ut dixi in. d. c. ut debitus ꝙ ſi tpa largiuntur. ſ. intra. x. dies poterit cām non expſſā exprimere. q2 poſſet nouiter appellare. ita in recuſatione ſ. donec non ſunt arbitri electi poterit cām non expſſam exprimere. q2 poſſet ⁊ nouiter recuſare. ita ut illa cauſa deuolueretur ad arbitros eligendos. per notata in. d. c. ſi is cui. Sed quid ſi unam expreſſit cām recuſationis ⁊ in proceſſu uult aliam ꝓſequi an poterit ⁊ dicite ꝙ non. ſicut in appellatione ab iterlocutoria de. appellanti e. ti. ⁊ dictum ē in. c. ut debitus. ita ſpec. in ti. de recu. iudi. §. ſi. uer. quid ſi unam. ita Jmo. in. ij. col. uer. poſtremo. ⁊ ita panor. in fi. col. ſ. in. c. poſtremo. d. anto. in. c. cum contingat. in fi. col. de offi. deleg. in. c. accedens. el. i. ut lit. ni pte. facit. c. abbate ſanc. de re iu. li. vi. Et facit tex. hic dum utitur vbo. ac ipa ꝓbata. ergo non ita ſi fuiſſet alia ꝓbata ꝙ expreſſa. Sed quid ſi friuolam expſſit. uel notorie iniuſtam cām recuſandi. dicite ꝙ iudex ad ul teriora ꝓcedere poterit. nec debebit eligere arbitros. c. ac cedens. el. i. ſ. ut lit. non conte. voluit Jo. an. ⁊ archi. i c. legitima. eo. li. vi. archi. in. c. frequens. de reſti. ſpo. e. li. ⁊ uoluit hic Jmo. in. iij. col. ⁊ iſte ē unus cāus in quo ſine dubio iudex recuſatus pōt ꝓcedere ad ulteriora. et valet ꝓceſſus. ita lapus ⁊ poſt eum gemi. in. c. iudex. in iiij. col. de offi. dele. li. vi. faciūt que dicam. j. in ulti'. q. imo fortius l3 de iure ciuili non ſit cā recuſationis expri meda ut dixi in textualibus. ſi tamē fuerit expſſa ⁊ friuo la non ualebit recuſatio. ita angel. in. l. q2 poterat. ff. ad treb. ⁊ ita in ſimili facit tex. in. c. examinata ſm̄ unum in tellectum. ſ. de iudi. faciunt per bar. in. l. i. in prin. ff. de eden. Secunda ē principalis queſtio. qn̄ ſit recuſatio ꝓponenda dicite primo ꝙ ſtatim dato iudice ſuſpecto ēt anteꝙ delegatus ſuſceperit pōt recuſari. nec d3 expecta re de neceſſitate citatō3. ita Gedc. de ſen. in conſilio ſuo xxiij. incip. cogitetis. ⁊ ſic habetis ꝙ lr̄e delegatorie non

ex toto dicūtur ꝓprie ante recuſationē p̄ſentate eſſe ipſi ptis. ut uidimus in. c. ex cōgōne. ſ. de reſti. ſpo. ſed i ali quo ſunt cōes ſaltem ut poſſint ipugnari. ⁊ hoc mō pōt ſaluari quod uoluit glo. in cle. poſt ɔſtōnem. de elec. fa ciunt notata per ang. in. l. obſeruaſi. ff. de iudi. imo eti am ſi recuſatus delegauit ⁊ ille noluerit acceptare dele gatiōnē uel mortuus fuerit quo cāu cā reuertitur ad fon tē ſuā. ſ. delegante3 poterit recuſator denuo inſiſtere ſue recuſationi iam ꝓpoſite q2 per delegatiōnē non expira uit cum uerba debeant intelligi cum effectu. c. relatu3. j. de de. non reſid. l. i. §. ſi. ff. ꝙ quiſq3 iur. ita gemi. in. d. c. iudex. Sed nūquid poſt ɔcluſum in cā poterit opponi recuſatio. dubiū naſcitꝰ per ea que habentꝰ in. c. cum dile ctus. ſ. de fi. inſtru. ⁊ in. c. paſtoralis. ſ. de cā poſ. ⁊ pro ꝓpri. q2 ɔcluſio in cauſa claudit os pti. ut ibi dixit Jnno. ⁊ poſt eū bal. ⁊ ita ɔcludit per io. an. in. c. ij. ⁊ ibi Jm. ſupra de ord. cog. uoluit lapus. ⁊ gemi. in. d. c. iudex. in fi. col. Fallit tamē illa ɔcluſio qn̄ ſuſpitio eēt notoria. nam tūc cum notoria ñ indigeāt ꝓbatōe. c. euidentia. j. de accu. l. emptorem. in prin. ff. d ac. emp. ⁊ ubi requirī tur ꝓbatio aliqua allegatio illa non excluditur ꝑ ɔcluſi one3 in cauſa ut uoluit bal. in. l. i. C. ut que deſ. aduo. Et. d. ant. in. c. peruenit. j. de emp. ⁊ uen. ⁊ alb. in. l. u bemus. ⁊ ibi aliquid bal. C. de iu. ideo talis recuſatio ꝑ ɔcluſionem in cā nō excluderetur ita lapus ⁊ gemi. in. d. c. iudex. Secundo fallit niſi cā ſuſpitionis eſſet nata p⁹ ɔcluſionem in cā. ita imol. in. d. c. iudex. quem ibi refert gemi. tamē diſtinguit gemi. aut loquimur in his in qui bus ſnīa ē iudici arbitraria. ⁊ tunc cū poſſit ledere arbi trando in plus ⁊ minus poſſit ⁊ ſuſpectus recuſari. faci unt que habentur in. c. cū ueniſſet. ſupra de iud. ⁊ in. c. i. de pen. li. vi. ⁊ notata in. c. nouit ſupra eo. aut loqui mur in his in quibus ſnīa non ē arbitraria ſed determi nata puta q2 pena ſtatuta a iure uel q2 h3 ſequi allegata ⁊ probata ut in ciuilibus nec alr̄ poteſt arbitrari ⁊ tunc ex quo poſt ɔcluſum in cā oꝫ negocium liquere. glo. ē in. c. ſignificauerunt in uerbo liquere ſupra de teſti. nec aliud ꝓduci poteſt. d. c. cum dilectus. ⁊ iudex h3 ſequi allegata ⁊ probata glo. in. c. i. ſupra de offi. ord. ⁊ in. c. paſtoral. § quia uero. ſupra de offi. deleg. in. l. illicitas. §. ueritas ff. de offi. pſid. iō ledere non poteſt poſt ɔcluſum in cā ergo nec poterit recuſari. Et ſi dicatur nōne poterit le dere iniuſte agēdo. reſpondetur ipe promptū erit remediū appellationis. iſta diſtinctio gemi. non placuit. d. phil. q2 ēt in arbitrariis ſi ledat poterit appellari. c. ſuper his. et ibi glo. in fi. j. de accu. c. q2 nos. ſupra eo. l. ſi qua pena. ⁊ ibi glo. et Bar. ff. de uerb. ſig. ergo ſi in arbitrariis ita pōt appellari ſicut in nō arbitrariis. diſtinctio gemi. non bona q2 non ē fulta ratione. puta nō ē bonum arg. di cere ꝓmptum ē remedium appellationis ergo non pote rit recuſare. q2 ſequeretur ꝙ nunꝙ habere3 locum recuſa tio. maxīe de iure canonico cum a quocunq3 grauamine poſſit appellare ut uidimus in. c. ut debitus. ſupra eo. ⁊ ideo de facili poſſet teneri ꝙ indiſtincte etiam ſi ſuperue niat de nouo recuſatio non poſſ3 opponi poſt ɔcluſum i cā ex quo hēt differre ſnīam et pro hac opi. facit qō vo luit bal. in. d. c. paſtoralis. ii. col. et in. l. ſ. ꝗuis idubitati. C. de adul. ubi uult ꝙ ſi exceptio falſi ꝓcuratoris oppōa tur poſt ɔcluſum in cā ꝙ non admittatur ne differatꝰ ſen tentia. et ē ratio fortior hic quā in cāu ſuſpitionis q2 iudi cium geſtum cū falſo procuratore caret fundamēto peni tus. c. in noſtra. ſupra de procu. l. l3. C. de procur. Et ni nō poteſt ꝑ ptem opponi poſt ɔcluſum in cā. imo in hoc ē etiam fortior illa exceptio falſi procuratoris ꝙ iudex ex officio poteſt eam opponere ēt parte nō opponēte. glo. ē in. c. i. in uerbo abſētia. et in. c. cupiētes. §. ceterum de elec. li. vi. et in. c. i. de iud. lib. vi. Et facit ad predicta qō notat imo. in. c. exceptionem. in prin. iii. col. et panor. in c. paſtoralis. j. de excep. ubi uolunt ꝙ nulla dilatoria po terit opponi poſt ɔcluſum in cauſa. Et ſic ex predicta re

UVA. BHSC. IyR_025

gula habetis q̄ exceptio ēt reddens ꝓceſſum retronul
lū nō pōt opponi poſt cōcluſū in cā ante ſniā lʒ latā lʒ poſ
ſet opponi poſt ſniam. ita pʒ i exceptione falſi ꝓcurato
ris que reddit ꝓceſſum retro nullū. d.c. in noſtra. ⁊ d.l.
lʒ ⁊ tamē nō pōt opponi poſt concluſum in cā ante latā
ſentētiam bal. in. d.c. paſtoralis ⁊ i. d l. quāuis. ita etiā
in exceptione ſuſpitionis que maxime i delegato reddit
ſentētiam retro nullā glo. in. c. cum inter. ſ. de except.
in uerbo citra ſniam. ⁊ tamē nō pōt opponi regulariter
poſt concluſum in cā ante ſniam ut. ſ. dixi. ⁊ faciūt ad p̄
dicta que notat rota deciſ. ſua. vi. que incipit item ex pre
dictis ubi uolūt q̄ de nullitate reſcripti uel falſitate poſt
cōcluſum in cā nō poſſit opponi ante ſniam a parte licet
fateātur q̄ in his in quibus officiū iudicis exuberat puta
in beneficialibus. c. cum nobis olim. ſ. de elec. c. oblate.
ſ eo. poſſit iudex ex officio de tali exceptōe inquirere ēt
poſt cōcluſum in cā. ita dicit Ludo. in ſingularibus ſuis
hoc eē notandū. Succedit tertio quis iudex poſſit re
cuſari ⁊ dicite q̄ regulariter ſiue ordinarius fuerit ſiue d
legatus recuſari poterit. ut in. c. ſiquis ꝯ. ſ. de foro com
pe. ⁊. ſ. in glo. in uerbo recuſatoris dictū ē ēt ſi iudex fue
rit de conſenſu partium aſſumpt⁹ noua apparēte cā uel
nouiter detecta poterit recuſari iuxta glo. in c. ſtatutum
§. cū autē in uerbo recuſent de reſcrip. li. vi. faciūt q̄ ha
bētur in. c. inſinuāte. ſ. de offi. dele. bonus ē tex. in l. ū
diſtinguemus. §. cum quidam. ff. de arb. Et ideo ſit
queſtio nūquid papa poſſit recuſari ⁊ glo. habetis in ar.
q̄ nō in. c. i. in fi. de conceſ preb. li. vi. ubi vult glo. q̄ pa
pa nō mouetur affectōe ſʒ iuſticia ergo nō recuſabit. ⁊
ita hoſti Jo. an. ⁊ panor. in. c. querellā ſ. de elec. faciūt
que habētur i. c. p principalem ⁊ i. c. cūcta p mundum.
viiij. q. iij. ⁊ ita i ſimili idē dicēdū erit d alijs ſupmis pri
cipibus per ea que habent in. l. hoſtes p bar. ff. d capt.
⁊ poſtl. re. in. l. infamem. ff. de pub. iudi. in. l. i. §. de qua
re p ange. ff de poſtul. in. c. p uenerabilē. j. qui fil. ſint
legi. in. c. cum te. ſ. ti. i. ⁊ in. c. que in eccleſiarū. ſ. de cō
ſti. ⁊ faciūt que habētur p panor. ⁊ alios i. c. cuʒ ueniſſet
ſ. de iudic. p Ci. i. l. unica. C. ne quis in ſua cā ubi ꝯclu
ditur iſtos ſupremos pricipes poſſe eē iudices in facto ꝓ
prio ergo carēt ſuſpitōe. Et iō hētis iferre q̄ cōciliū uni
uerſale nō pōt recuſari ⁊ ē glo. in. c. a recta. xxiij. q. i. no
tatur p. d. anto. ⁊ panor. in. c. i. ⁊ ita pōt ſaluari glo. ibi
ſ. de iudi. Sʒ quid de cardinalibus ⁊ dicite q̄ recuſa
ri nō poſſunt. ita Jo. an. ⁊ poſt eū. d. anto. in. c. ad pe
titionē. j. de accuſa. ſi ſit legatus ⁊ uidimus in. c. nouit.
ubi ponit imo. ſ. eo. notat ſpec. in ti. i. §. ſuper ē verſi.
cardinalis. Sed quid de ſinodo glo. in. c. i. ſ de iud.
uiſa ē uelle q̄ nō poſſit recuſari. In cōtrarium eſt cōmu
nis opi. ibi p ea que habētur in. c. lʒ ex ſuſcepto. ſ. de fo
ro cōpe. in. c. in ſingulis. j. de ſta. mo. in cle. paſtoralis.
vſi. piſana ciuitas. de re iudi. in. c. cū. R. canonicus. ſ.
de offi. deleg. ⁊ precipue ſi tota ſit ſuſpecta. ut. d. §. piſa
na ciuitas cū preal leg. uel capitales ſint ſuſpecti. c. qr ſu
ſpecti. iij. q. v. c. fi. ſ. de ꝓcura. ⁊ ibi habet. Et idem
dicēdū ē de ciuitate. d. §. piſana. idem de collegio. d. c. lʒ
ex ſuſcepto. Si tamē aliqui eſſent ſuſpecti ⁊ nō oēs uel ū
capitales nō poſſet recuſari tota ciuitas nec totū collegi
um. ſed tantū recuſabūtur ut collegio nō interſint ſuſpe
cti. ita. d. anto. in. c. i. ſ. de iud. Et ſequit panor. ⁊ ideo
dicit panor. in. c. cām. el. ij. ſ. de of. delega. q̄ ſi aliquis
ſcholaris haberet pticularē inimicitiā cū aliquo doctore
collegii ⁊ ē ingreſſurus examē i illo collegio pōt recuſar
ne ille doctor ſuſpectus interſit ſuo examini. itē ſi plures
ſint dati delegati poterit unus ſuſpectus recuſari lʒ etiaʒ
nō ſint delegati ut collegiū. d. c. cām. ⁊. c. ſi cōtra unuʒ.
de offi. dele. li. vi. Sed nūquid ꝓpter ſuſpitionē p̄de
ceſſoris in officio uel dignitate poterit ſucceſſor recuſari
⁊ dicite q̄ ſi ſuſpitio naſcit rōne pſone p̄deceſſoris cum
iura perſonalia nō tranſeāt in ſucceſſorē. c. quoniā Ab
bas. ſ. de of. dele. ⁊ ibi notat. ideo non poterit ſucceſſor
recuſari. ita Gemi. in. c. iudex de offi. dele. li. vi. imo pl⁹
ēt ꝓpoſita recuſatione cōtra predeceſſorē ſi medio tēpo
re ille moriatur ſucceſſor erit iudex nec nocebit ꝓbatior
nec pendētia recuſatōis. ita Gemi. ubi ꝓxime. Si autēʒ
recuſatio fuerit ꝓpoſita ꝓpt ſuſpitionē cauſatā intuitu
dignitatis uel ſubſit ſimilis ſuſpitio lʒ nō ꝓpoſita. ⁊ tūc
trāſibit in ſucceſſorem qr annexa ē ſuſpitio dignitati nō
perſone. d. c. quoniā abbas. ⁊ ita bal. in. c. de cāis. vi.
col. ſ. d offi. del. Sed quid d iquiſitore an poterit recuſa
ri lʒ ſit extraordinarius quidā iudex ut dixi in glo. in uer
bo cū iudice. ⁊ dicite q̄ ſic ut ibi. imo ſi de neceſſitate iu
dex cogeret inquirere puta ex forma ſtatuti tamē poſſet
recuſari. ita bal. hic in. iij. col. Sed quid de examina
tore teſtiū ⁊ dicite q̄ lʒ quādoqʒ ſit iudex in aliquo quā
doqʒ nudus miniſter ut uoluit glo. in cle. i. in prin. d of.
dele. tamē indiſtincte pōt recuſari. ita Ange. in. l. obſer
uandū ff. de iudi. per glo. nota. in. §. ⁊ q̄ ſepe in autēti
co de trien. ⁊ ſem. Et ideo idē dicite de alijs executorib⁹
qui i aliquo poſſūt exequēdo p̄iudicare in plus ⁊ minuſ
ut dictū ē in. c. nouit. ſ. eo. hētur in. c. ſuper qōnum in
prin. ⁊ ibi panor. ſ. de offi. dele. Sʒ quid de arbitro
⁊ dicite q̄ pōt recuſari. tex. ē in d l. nō diſtinguemus. §.
cū quidā. ⁊ ita. d. anto. in. c. quītauallis. in. xix. dſis. et
ibi imol. in. vij. dſia. ⁊ panor. in. v. ſ. de iureiu. hoc tamē
hʒ ſuſpitio in arbitro q̄ nō directo annullat ꝓceſſum ſʒ
dat exceptionē doli. d. §. cum quidā ſicut ⁊ in ſimili uide
mus q̄ licʒ ſnia uenalis ſit ipo iure nulla. l. uenales. C.
quādo ꝓuoc. nō ē neceſ. tamē ſecus ē in arbitro qr non
annullatur ipo iure ſnia ſed p exceptionē. l. ita demuʒ
ff. de arb. Et ita imol. hic in antepe. col. Sʒ quid de
arbitratore. Do. anto. ubi proxie tenet q̄ nō pōt recuſa
ri qr a pſona nō recedit. l. ſiquis arbitratu. ff. de uerb.
ob. In ꝯtrium tenēt ibi panor. ⁊ imol. qr eadē ē rō ut re
cedatur in arbitratore que in arbitro. imo ſtrictius obli
gat ꝯpromiſſum in arbitrū factū q̄ in arbitratorem. l.
diem ꝓferre. §. ſtari. ff. de arb. Et ſi dicatur imo ꝓpter
hoc nō recuſat arbitrator qr ſi inique arbitrabit petit re
ductio. d. c. quintauallis Et iō cū hēat hoc remediū nō
mirū ſi aliud nō datur. Rndetur q̄ hoc attēto nūquaʒ
hēret locū recuſatio. qr ſi grauatur quis pōt appellare.
ergo cū hēret appellatōis remediū nō deberet dari recu
ſatio. Sʒ quid de aſſeſſore ⁊ dicite q̄ recuſari pōt. c.
ſtatutū. §. aſſeſſorē. ⁊ ibi notat de reſcrip. li. vi imo pro
pter pſonam aſſeſſoris ſuſpectā ſi iudex eēt imperit⁹ poſ
ſet recuſari iudex Ita panor. in. c. i. ſ. de iudic. lʒ. d. an
to. ibi diſtinguat cōſiderādo an cogat iudex ſequi cōſiliū
aſſeſſoris puta ſtāte ſtatuto ⁊ tūc poſſit recuſari. an vero
nō cogat nō poſſit recuſari iudex pp aſſeſſorē. Nō tamē
artatur iudex eligere aſſeſſorē de uolūtate partiū dūmō
nō ſuſpectū eligat. Ita Jo. ān. ⁊ alij in. d. §. aſſeſſoreʒ.
⁊ ita inno. ⁊ poſt eū Bal. ⁊ panor. in. c. ſup qōnū. §. ue
rum. ſ. de of. dele. licet glo. ibi teneat ꝯtrium quaʒ ſequit
imol. Sʒ quid de conſultore ⁊ dicite q̄ pōt recuſari.
ita bal. in. d. c. ſuper qōnuʒ. ⁊ in. l. i. C. d rela. ⁊ ideo cau
te faciet iudex eligendo de conſenſu partium cōſultorē. ⁊
illis citatis dʒ eligere. Bal. in. d. l. i. ⁊ facit tex. in. d. §. ue
rum. Sʒ quid de tabellione qui ſcribit acta ⁊ dicite q̄
pōt recuſari. ita bal. in. d. l. i. ⁊ in. d. c. ſup queſtionū. in
ij. col. ⁊ facit glo. in. d. §. ⁊ qd ſepe. Et facite p illam
glo. regulam q̄ omnis pſona que habet interuenire in
iudicio tanquā media pōt recuſari iuſta cā ſuſpitiōis ſua
dente. ⁊ faciūt notata p bal. in. d. c. ſup queſtionū. ⁊ per
Ange. i. d. l. obſeruaſi. tamē ubi tabellio recuſatur non
requirit q̄ ꝓbet cā ſuſpitionis. ſed tantū ſufficit iuramē
tum. ita bal. in. d. c. ſup queſtionum. Et generalit dicit
pe. de ancha. in cōſilio. cclvi. q̄ an conſultor tabellio ⁊
ſimiles poſſint recuſari ⁊ ex qua cā relinquit arbitrio iu
dicis. ⁊ incipit. d. cōſilium in xp̄i nomine ⁊c. ſub ⁊ ad ple
nū. Et Calda. in rubrica de appellationibus conſi. vij.
Quarta ē queſtio qualiter in recuſatione procedatur

n

UVA. BHSC. IyR_025

⁊ dicite ut dixi ī textualibus. Quinta ē qō que ſenten
tia dicatur lata ſup cā ſuſpitionis an diffinitiua an inter
locutoꝛia. Et dicite ꝙ ē interlocutoꝛia ut uoluit archi. ⁊
Jo. an. in. d. c. iudex. faciunt notata in. l. arbitro. ff. qui
ſatiſda. cog. ⁊ ſic lʒ hec ſnia finiat iuriſditionē arbitroꝛuʒ
in cā ſuſpitionis electoꝛū tamē exquo nō finit negocium
pꝛincipale dicit̄ interlocutoꝛia ⁊ ſatis dictū ē in. c. pꝛecedē
ti. Sexta ē queſtio quid ſi ab hac ſnia arbitroꝛū fue
rit appellatū an pen. ap. iudex pꝛocedet in pꝛincipali ⁊
ſenſit hic imol. in fi. col. ⁊ clare in. d. c. iudex ꝙ ſi pꝛoceſ
ſerit iudex in pꝛincipali ad ulterioꝛa exquo pēdet appel
latio ⁊ ſnia illa cenſet̄ interlocutoꝛia ꝙ illo cāu erit in pē
dēti ualiditas pꝛoceſſus ſicut ⁊ quādo appellatur ab inter
locutoꝛia regulariter ſi iudex pꝛocedit ad vlterioꝛa pen.
ap. ſtat pꝛoceſſus in pēdēti qꝛ ſi pꝛonūciabitur bn̄ appel
latum nullus erit pꝛoceſſus ſi male ualebit. c. nō ſolum.
eo. ti. li. vi. ideo ita in ſimili ſi pꝛonūciabitur bene appel
latum pꝛoceſſus geſtus ꝑ iudicē recuſatū pꝛonūciata re
cuſatione legitima pen. ap. erit aliquis. ſi autē pꝛonūcia
bitur male appellatū erit nullus. ⁊ illa appellatio a iudi
ce recuſato nō dʒ interponi nec pꝛoſequi eā pōt ipē ſʒ ſo
la pars. ita gemi. in. d. c. iudex. Septima ⁊ ultima eſt
queſtio quis ſit effectus recuſationis. ⁊ dicite ꝙ ea pꝛo
nūciata iuſta clarus ē effectus ꝙ extinguit iuriſditionē
iudicis preterquā in delegato ad remittēdū ad ſupioꝛeʒ
in oꝛdinario ad remittēdū uel alteri delegādum ut ſatis
dictū ē in pꝛio intellectu glo. in uerbo recuſatoꝛis. Sed
punctus ſtat quid ꝓpoſita recuſatione ante ꝓnūciatōeʒ
an extinguet iuriſditionē recuſati an ſuſpēdet ⁊ ſic an ſi
ꝓpoſita recuſatione iudex pꝛocedat ad ulterioꝛa in pꝛi
cipali an pꝛoceſſus erit nullus ipo iure. Innoc. hic dicit
ꝙ nō meminit ſe legiſſe ꝙ pꝛoceſſus ſit nullus ipo iure
Et hāc opi. tʒ hic Cardi. tenet ange. in. l. quia poterat
ff. ad treb. tenet inn. in. c. inſinuāte. ſ. de of. del. ang. in
l. quidam cōſulebat. ff. de re iudi. ⁊ ſpecu. in ti. de recu.
iudi. §. quod aūt in fi. Do. anto. i. c. accedēs. el pꝛio. ſ.
ut lit. nō cōte. Oldra. cōſilio cxlvij. Ange. cōſi. cxviij. ⁊ ī
l. apertiſſimi. C. de iudic. tenet glo. in. c. quoniā ſ. in ū
bo recuſatōes. ſ. de pꝛobatōnibus. baldus ⁊ ſalic. in. l.
i. C. ſi qua ꝑdi. po. ideʒ tenēt antequā eligantur arbitri
ſuſpitionis niſi lex uel ſtatutū transferret illico ꝑ recuſa
tionē iuriſdictōeʒ in alium. ⁊ ita intelligūt. d. l. i. ⁊ facit
tex. in. l. nō diſtinguemus. §. cum quidā. ff. de arbi. ubi
ꝑ exceptionē annullatur ſnia arbitri ſuſpecti ergo ita in
iudice. l. i. ff. de arb. ⁊ ille tex. ponit nos in claro quādo
arbiter ē recuſatus ſuſpectus. ita ange. de aretio in ru
bꝛica. ff. eo. in. iij. col. Secūdo facit tex. in. c. ſup que
ſtionū in fi. ſ. de offi. dele. ubi dixit tex. ꝙ ſi ſuſpect⁹ iu
dex noluerit admittere recuſationē ꝙ pōt appellari ⁊
geſta pen. ap. reuocabūtur in uiaʒ attētati. ergo ſi non
fuiſſet appellatū geſta ualerēt. ⁊ ſic pꝛoceſſus recuſati ū
ē nullus. cōtrariā opi. tenuit glo. ij. q. vi. c. quotiens. ⁊
dicit hic hoſti. ſe audiuiſſe ab Inno. ꝙ hec opi. ē uera.
⁊ tenet eā hoſti. Et tranſit Jo. an. ⁊ ēt hoſti. in ſūma in
ti. de iud. dele. §. quis ſit effectus circa pꝛincipiū. ⁊ tenet
bar. in. d. l. qꝛ poterat. ⁊ ibi imol. ⁊ ī. d. l. quidam conſu
lebāt. Adducēs tex. in. l. unica. C. ſi quacūqʒ pꝛedi. pot.
ubi tex. vult ꝙ recuſato iudice ſtatī iuriſditio ab eo auel
litur. ergo pꝛoceſſus ꝑ eū agitatus tanquā ſine iuriſditō
ne erit nullus. ⁊ cū bar. tranſit Pau. de caſtro cōſi. xxij.
qō incipit in xp̄i nomine ⁊c. circa pꝛinci. Salſ. in auten
tica offeratur ꝑ illū tex. C. de lit. cōte. Gemi. in. c. quo
tiēs. ij. q. vi. bal. in. c. olim. in. ij. col. de except. in. c. ſuſ
pitōis de offi. dele. Cardi. hic. puta ſm bal. hic negari
nō pōt quin recuſatio faciat iuriſditionē iudicis dubiaʒ
ſi facit dubiā ergo pꝛoceſſus ſuus nō ualet. nam añ oīa
iudex dʒ eē certus de ſua iuriſditōe. c. pꝛudētiā in pꝛin.
ſ. de offi. dele. l. quero. in fi. ff. de eo qui pꝛo tuto. l. h
autē. ⁊ ibi habetur. ff. ex quib. cau. in poſſ. ea. faciūt no
tata ꝑ barto. in. l. multū. ff. de cōdi. ⁊ demō. Tertio ad

ducit imol. tex. in. c. iudex. de offi. dele. li. vi. ubi pꝛopo
ſita recuſatione iudex nō pōt delegare niſi de cōſenſu er
go multo minus ad ulterioꝛa pꝛocedere poterit. Et ſi
uolumus tenere iſtā opi. nō obſtāt fundamēta inno. Et
pꝛio. §. cū quidam qꝛ lʒ equipari ſint arbitri ⁊ iudices.
tamē nō ex toto ꝓcedet equipatio ut notat̄ in. d. l. i. C.
de arb. iuncta. l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iud. Et ī
pꝛopoſito magis ḋ facili annullat̄ actus iudicis quā ar
bitri ut pꝛobat tex. in. l. ita demū. ff. de arb. iuncta. d. l.
uenales. C. quādo pꝛouoc. ⁊ ē ratio qꝛ ad obſeruatōeʒ
ſnie arbitri agitur ex ſtipulatōe nō autē ex ipſa ſnia. l. i.
C. de arb. ſecus in iudice. l. miles. §. pe. ⁊ fi. ff. de re iu
di. Ita Panoꝛ. in. c. ij. in. v. col. ſ. de arb. ideo ſi ageret̄
ex ſnia puta ſtante ſtatuto attenta hac rōne ſecus eēt qꝛ
nō hēret locuʒ. d. §. cū quidā qꝛ ſnia eēt nulla. ⁊ faciūt
notata ꝑ bar. in. l. ij. C. ubi ⁊ apud quē. in. l. quid ergo
§. ex cōpꝛomiſſo. ff. de his qui not. infa. licet iſta ſit ma
gna reſtrictio ad. d. §. cū quidā. Nō obſtat tex. in. c.
ſuper qōnum. §. fi. qꝛ lʒ ibi dicat de appel. nō tamen ne
gat pꝛoceſſuʒ eē nullū. nam a ſnia nulla poterit appel
lari ⁊ reuocabūtur attētata tanquā pen. ap. innouata.
c. dilecto. j. eo. ⁊ ibi uidebimus. Si aūt volumus tenere
inno. nō obſtat tex. in. d. l. unica qꝛ ſoluit inno. in. c. in
ſinuāte ad fi. ſ. de offi. dele. ꝙ ille ē cāus ſpālis. iō ad
cōſequētias nō trahēdus. ⁊ lʒ bart. dicat ꝙ ſpālitas nō
ē in hoc ſʒ in eo ꝙ oꝛdinari⁹ pōt recuſari qui alias non
poterat de iure ciuili. tamē quis retulit bar. ꝙ nō ſit etiā
ſpāle in hoc ꝙ pꝛoceſſus ſit nullus cū nō detur cāus ꝑ
eum eo excepto in quo ꝓceſſus ſit nullus. ⁊ ꝙ ille ſit ca
ſus ſpālis noluit ibi bal. ⁊ hic imol. ⁊ in alio ē ſpālis qꝛ
ꝓpoſita ſuſpitōe deuoluitur iuriſditio ſtatim ad aliuʒ.
nec itur ad arbitros pꝛout regularit̄ in cāu ſuſpitōis de
iure canonico ⁊ de iure ciuili ē ſpālis ꝙ recuſato oꝛdina
ri⁹ nō ē uicarius ſuſpectus ⁊ tamē unū ē tribunal. Nec
ob fundamētū bal. ꝙ ignorat iudex fundamētū ſue iu
riſditōnis qꝛ hoc ē falſuʒ imo ſcit ſe eē iudicē. ⁊ ideo ſicut
in declinatoꝛia iuriſditionis que reuocat iuriſditionē in
dubiū pꝛoceſſus ad vlterioꝛa nō ē nullus ipo iure ꝑ ea
que habētur in. c. ſup litteris. ſ. ḋ reſcrip. in. c. ij. ꝑ In
no. ſ. de dila. ꝑ bar. in. l. ij. ff. ſiquis in ius uoc. nō ier.
ita erit ī recuſatōe ꝓpoſita imputet ſibi pars que nō ap
pellauit. d. c. ſup qōnum in fi. Nō obſtat. c. iudex qꝛ im
mo facit pꝛo opi. inno. nā ſi ex toto expiraſſet iuriſditio
ēt de cōſenſu recuſatoꝛis nō poſſet ſubdelegare. c. ſigni
ficātibus. ſ. de offi. dele. ergo pꝛoceſſus non erit nullus
exquo nō caret iuriſditione. Lappus in hoc articulo
in. d. c. iudex quē ſequitur hic imol. ita diſtinguit ⁊ iſtam
diſtinctionē amplectitur imol. in. d. l. quidā cōſulebat. ⁊
ludo. de roma in. d. l. qꝛ poterat. ⁊ in cōſi. clxxiij. quod
incipit circa pꝛimū conſultationis ar. ⁊ allegat. d. Ma
theum de mathefelanis ita tenuiſſe in. c. inſinuante de
of. dele. Aut loquimur de iure ciuili. ⁊ tūc exquo nō ē ne
ceſſaria alia ꝓbatio ſuſpitionis ſtatim dicatur affecta iu
riſditio. ⁊ ideo nō ualet ꝓceſſus. ita loquat̄ opi. bar. ⁊
Doct. ⁊ ita uoluit hic bal. ⁊ in. d. l. unica. Aut loquimur
de iure canonico ⁊ tūc futurus iudicabit euēt⁹. nā ſi recu
ſatio ꝓbabit̄ iniuſta ualebit ꝓceſſus ſi iuſta nō ualebit.
Et facit qꝛ bonū ē ar. de appellatōe ad recuſationeʒ ut
dixi in rubꝛica ergo idē erit ꝙ in appellatōe ab interlocu
toria. d. c. nō ſolū. Bal. hic de iure canonico ita diſti
guit aut pars allegat iudicē ſuſpectū ⁊ nō expectato reſ
ſo recedit ⁊ ualet pꝛoceſſus qꝛ exquo nō ē eneruata iuriſ
ditio ex toto nō dʒ recedere illicētiatus. d. c. i. ⁊ ibi tex.
ſ. de iudi. Aut excepit de recuſatōe ⁊ iudex reſidit delibe
randū eē. ⁊ tūc ſi recuſatio ē notoꝛia nō ualet ꝓceſſus.
c. accedēs el pꝛio. ſ. ut lit. nō cōte. aut non ē notoꝛia ⁊
tunc ſi deuētum ē ad electionē arbitroꝛum exquo tranſla
ta eſt iuriſditio huius articuli pꝛeiudicialis in alios ne ui
deātur iuriſditionē arbitroꝛum impedire nō ualebit pꝛo
ceſſus. ⁊ faciūt que dixi in. c. ut noſtrū. ſ. eo. faciūt not

UVA. BHSC. IyR_025

ta in. c. tuam. ſupra de ordi. cog. Aut non eſt deuentum
ad arbitros ⁊ tūc ualeat proceſſus niſi appelletur. ⁊ ita
loquatur. Inno. hic cum ſequacibus. Do. anto. h di
ſtinguit aut recuſatio ꝓponiť corā ſupiore prout quan
doq; ꝓponi pōt puta in cāu. c. ſi cōtra unū in fi. de offi.
dele. li. vi. ut declarat hic imol. qñ uicarius recuſať ⁊ re
cuſatio proponiť corā ſuo epo. ⁊ tūc exquo cā videť iam
aduocata ad maius tribunal nō ualeat proceſſus iudicis
recuſati ꝑ ea que dicta ſūt ut in. c. ut noſtrū. aut cā recu
ſationis ē ꝓpoſita corā ipo recuſato. ⁊ tūc exquo nō eſt
aduocata ad aliū ⁊ de iure canonico pendet ex futuro
euētu ueritas recuſationis ⁊ iuſticia iō interea ualet pro
ceſſus. Imol. hic reprobat q2 ē ↄtra tex. noſtrū ubi in
diſtincte cā ſuſpitionis ē ꝓponēda corā recuſato. nec tex.
in c. ſi cōtra unū dicit cām cē ꝓponēdā coraȝ ſuperiore
ſed ꝓbandā. Panor. hic diſtinguit aut ꝓpoſuit recu
ſationē ⁊ poſtea nō cōparuit ām̄odo ⁊ nullus ſit ꝓceſſus
aut comparuit poſt recuſationē ⁊ ualeat ꝓceſſus q2 im
putet ſibi ſi ñ appellet. l. app. allegatiōe. i. bal. i. c. cōſtitu
tis. in fi. ſ. de reſcrip. tenet tamē ꝙ uno cāu ſnīa ſiue ꝓ
ceſſus iudicis ſuſpecti annulleť ēt nō oppoſita exceptiōe
puta in exceptione inimicitiarū capitaliū. nam exquo il
la amouet rectū iudiciū nō pōt dici iſte eē iudex. c. forus
de ver. ſig. ⁊ ideo ſnīa redditur nulla. Ange. in cōſilio.
cccxviij. qđ icip. i dei nomine ⁊c. Ex facto ꝓpoſito tȝ in
diſtincte ꝙ exceptio inimicitiaꝝ dȝ opponi alioquin ualȝ
proceſſus. Nō alienū hoc loco exiſtimo querere ꝙ qđ
ne recuſatur iudex ordinarius ⁊ procedit cū adiūcto cuȝ
nō hēret neceſſe admittere adiunctū queriť an corā ꝓ
ceſſus ualeat. ⁊ videť dicēdū ꝙ ſic per tex. in. l. i. §. ſȝ pō
ponius. ff. ꝙ falſ. tuto. aucto. ubi geſta ꝑ duos tutores.
alterū uerū alterū falſum valēt ⁊ aſcribūtur vero tutori
ergo ita in propoſito iſte ꝓceſſus ualebit exquo ordina
rius erat iudex. Sed rñdetur ꝙ ibi veritas ⁊ opi. ſiue i
tentio nō ↄtradicebāt. verus. n. tutor ſciebat ſe veruȝ tu
torem cē ⁊ per ↄſequēs ſe poſſe ſolū ⁊ inſolidū auctoriza
re ut de cuř. fur. l. cōſilio. §. ultimo. de admi. tut. l. ſi plu
res in prin. ⁊. c. ſi vnus ex pluribus tuto. l. i. ꝙ ergo ſe
cum aliū admiſit hoc nō facit ad ſolidandū actū propriū
ſeu auctoritatē quā ꝑſciebat uacillare ſed in cāu de quo
agitur ⁊ in cāu. c. cuȝ ſuper abbatia unus iudex admiſit
alium tanquā ſecū coefficiētem actum ⁊ ſine quo nō cre
debat actū poſſe expedire ſicut nec uere poterat in cāu
preſenti. ut in aut. ut deſe. iudi. §. ſi uero. ⁊ in cāu. c. cuȝ
ſuper abbatia nō potuiſſet ſi uerū fuiſſet qđ credebat.
vnde ſicut in ſūma. iij. cāus. primo ueritas cum opi. ↄcor
dabāt affirmatiue in. §. ſi pomp. q2 ut dictum ē. ſ. uerus
tutor ſolus poterat auctoritatē preſtare. ⁊ ita credebat ⁊
ſciebat in. ij. cāu. in. c. cū ſuper abbatia ↄ ueritas a uolū
tate diſcordabat. ⁊ ideo viciū etiā inducitur i actu ar. ff.
de re. dub. l. in ambiguo de acqui. here. l. ſi is ad quē. ⁊
l. heres inſtituť. in iij. cāu. ſ. in cāu noſtro veritas cum
opi. cōcordabat negatiue uidelicet q2 recuſatus credebat
ſe ſolū nō poſſe ꝓcedere ⁊ ita uerū erat. Sȝ fuit error i
modo adiunctionis. ⁊ ideo uiciatur actus ut. ff. de ap. l.
ſi cōſtat uni. n. cōiſſa videť cā ut epo ideo nō potuit per
ſui adiunctionē aliquid uſurpare ut. C. de teſta. l. ↄſulta
diualia. ⁊. C. de execu. ⁊ exac. l. ij. li. xij. Et ita ex iſta diſtī
ctione cāuuȝ apparet ꝙ nulla ē inter eos cōmunio. Se
cūdo adduciť nā ordinarius nō pōt a ſe nudo conſenſu
abdicare iuriſditionē. l. legatus. ff. de offi. preſi. ergo iſte
procedēdo cū adiuncto nō uidetur renūciaſſe iuriſditiōi
ſue cū nō poſſit ⁊ ſic debebit ualere eius proceſſus. Sol.
hic nō ānullatur ꝓceſſus q2 iudex in aliquo ſibi deroga
uerit. ſed cū allegatio ſuſpitionis ⁊ recuſatio liget iudici
manus ut ſ. dictū ē ⁊ nō pōt procedere ſine adiūcto epi
ſcopo autētica ſi uero. C. de iud. ideo cum ꝓcedat cum
adiuncto minus legitime dato ſine quē nō debuit admit
tere corruit proceſſus. vel aliter lȝ renūciare officio non
poſſit iudex tamē in aliquo pōt derogare ſue iuriſditōi.

puta pronūciādo ſe nō eē iūdicē. c. ſignificāſtibus de of.
dele. Et ſi dicatur dato ꝙ tacite hic uideť ꝓnūciare ſe
nō eē iudicē tamē exquo pōt ſuſtineri proceſſus ut ab or
dinario ſolo factus dȝ ſuſtineri ut notať in. c. cū ex offici
de preſcrip. ꝑ doc. ꝑ legiſtas in. l. unica. C. qui ꝓ ſua iu
riſdi. ⁊ uideť tacite reuocaſſe illā interlocutoriā. Solutō
cū ex mō ꝓcedēdi apparebat ꝙ nō proceſſit ut habens
poteſtatē ſolus ꝓcedēdi ſȝ quaſi habēs poteſtatē cū ad
iuncto nō ſumus in cāu dubio ſȝ claro. iō nō ualet ꝓceſ
ſus. ut notať in. d. c. cū ex officij. ⁊ in. d. l. unica. ⁊ ꝓ hac
cōcluſione facit. c. cum ſuper de offi. dele. facit illō vulga
re qđ potui nolui qđ nolui adimplere nequiui. l. multuȝ
C. ſiquis alteri uel ſibi. ⁊ ita Oldra. conſi. cxlvij. quod i
cipit thema tale eſt.

**Porro.** In notorijs nō admittitur appellatio.
In dubijs aūt cā probabili corā iudice
expreſſa admittiť que dȝ legitima reputari quā ſi nō pro
ſequitur iudex a quo in cā ꝓcedet. item ſi proſequitur ⁊
nō probat hec aūt cōſtitutio ad regulares extēdiť. Di
uiditur in tres ſicut tria hȝ dicta. ſecūda ibi exceſſu. tria
ibi ceterū. Nō ex tex. ibi cum euidētia rei qđ factū dici
tur eē notoriū ex euidētia rei. facit. c. euidētia. j. de accu.
⁊ notat bal. in. l. fi. C. de ꝓba. in. l. fi. ff. de here. inſti. ⁊
ibi imol. in. l. cōuēticulā. C. de epi. ⁊ cleri. in. l. unica. C.
de cōfeſ. notat panor. poſt. d. anto. in c. tertio loco. ſ.
de proba. ⁊ Jo. an. in addi. ad ſpecu. in ti. de proba. §.
fi. verſi. xiij. Nota ex tex. ibi cōfeſſione ꝙ ex cōfeſſiōe
partis pēm dicitur notoriū. intelligite facta cōfeſſiōe in
iudicio ⁊ i forma iudicij. alias nō faceret notoriū. ⁊ ita in
telligitur tex. in. c. fi. j. de coha. cleri. ⁊ muli. Et ita glo.
ij q. i. §. quādo autē facit qđ notat glo. in. l. iubem⁹. C.
de lib. cā. in. l. i. §. qđ ſenatus. ff. de libe. agno. facit glo.
in. l. noluit. §. i. ff. de intero. ac. Nō ex tex. ibi aut alio
legitimo mō ꝙ ēt ꝑ legitimas ꝓbationes in iudicio fa
ctas diciť factū notoriū. ⁊ iō dixit glo. nō. in. l. ad dictos.
C. eo. ꝙ manifeſte cōuictus ēt ſi nō ſit cōfeſſus nō pōt
appellare ex quo probatio tranſit in notoriū. Et ita bal
dus i. l. ij. C. quorū ap. nō reci. Et imol. in. l. creditor.
§. iuſſus. ff. eo. ⁊ ſic iungēdo iſta tria alternatiue hic poſi
ta dūmō factū ↄſtet euidētiā rei cōfeſſione ꝑtiſ ⁊ legitimiſ
ꝓbationibus dare habetis inferre ꝙ nō poterit appella
ri. ⁊ ita ſonat tex. in. §. ſunt quorū. ij. q. vi. ⁊ in. l. ij. C.
quorū appel. Sed plus vult tex. noſter ꝙ imo alterum
ex iſtis ſufficiat ad excludēdū appellatōnē uel factū cē no
toriū euidētia rei. ⁊ in hoc nemo dubitat niſi aliquo mo
do notorium excuſaretur prout voluit glo. ⁊ ibi Inno.
in. c. i. de offi. dele. li. vi. ⁊ bal. in. l. ij. C. quorum appel.
uel ꝙ factum conſtet ex cōfeſſione partis tantuȝ de quo
uidebimus in glo. uel ꝙ per legitimam probationē factū
tranſiuit in notorium. ⁊ hoc ante concluſum in cā cē nō
pōt. c. ſignificauerūt. ⁊ ibi glo. in uerbo liquere. ſ. de te
ſti. altero ex iſtis interueniēte impeditur appellatio qđ
patet ex tex. dum utitur alternatiua circa iſta. c. inter ce
teras. ſ. de reſcrip. l. ſi is qui ducēta. §. utrū. ff. de reb.
dub. Hoc procedit ſine cā. expreſſa aūt cā a tali notorio
bene appellatur. Ita ludo. in cōſilio. cccxxiiij. incipiente
omnipotētis dei ⁊c. in propoſita cōſultatione tex. ⁊ glo.
in. c. romana. §. ſinautem. eo. lib. vi. Nota ex tex. ibi
iniquitatis ꝙ appellatio dicitur remedium oppreſſorum
⁊ ideo non debet eē ad iuuamen iniquitatis. c. ad nr̄am
⁊. c. ſuggeſtum. ſ. eo. Nota ex tex. ibi ſi aduerſarium
ꝙ a cōtrario uidetur innuere iſte tex. ꝙ ſi iudex procedat
ex officio parte ab eo appellante non poſſit ei terminuȝ
prefigere ad proſequēdum appellationeȝ. ſed tamē poſ
ſit hoc facere quādo pars habet aduerſarium. Sed ne
reſultet abſonus intellectus dic ꝙ hic nō eſt ſumendum
ar. a contrario ſenſu iuxta ea que habentur in. c. cū apo
ſtolica. j. de his que fi. a prela. in. l. i. C. de condi. inſert.
nam indiſtincte iudex poteſt appellanti terminum ad ꝓ
ſequendum prefigere ſiue procedat ex officio ſiue ad in



UVA. BHSC. IyR_025

ſtantiam alterius. c. perſonas. ⁊ ibi dixi ⁊ i. c. cum ſit. s. eo. Nota ex tex. in uerſi. ceterũ ꝙ regulares nõ poſſunt ſuperiores ſuos recuſare nec ẽt ab eis appellare. Intelligite quãdo ſm regularẽ obſeruantiam corrigũtur ut ſonat tex. Et uidimus in. c. ad noſtrã. s. eo. uel etiaꝫ ſi iudicialiter corrigãtur. nam lꝫ ſm hoſti. hic circa regulares correctiones totalis ordo iudicij nõ ſit ſeruandus. c. qualiter ⁊ quãdo el grande in ſi. j. de accuſa. tamẽ iudicialiter procedi dicitur ut ibi. Et ideo tali cãu a correctione regulari nõ poterit appellari per regulã nec ſuperior recuſari poterit. ita ẽ h cãus ſm aliũ intellectũ cui littera nõ applaudet. ⁊ iſto cãu dꝫ reſtringi ut nõ poſſint ſuperiores recuſari nec ab eis appellari per regulares niſi modũ excedant. faciunt que uidimus in. c. ad noſtrã ⁊ in ſimili in. c. nouit. s. eo. Glo. in uerbo cõfeſſione. in ſi. habetis ex glo. tres modos ex quibus colligitur factum notoriũ de quibus ꝑ. d. anto. in. c. ueſtra. j. de cohabi. cleri. ⁊ mul. a. xxx. col. uſqꝫ ad. xlij. col. Et per ſalic. i. l. ea quidem. C. de accuſa. Aliud habetis ex glo. ꝙ cõfeſſus in criminalibus nõ excluditur ab appellatione niſi fuerit etiaꝫ cõuictus concordat glo. ij. q. vi. c. quicũqꝫ. ⁊ in. l. ij. C. quorũ ap. in. l. creditor. §. iuſſus. ff. eo. uos tamẽ primo facite cãus claros. aut ẽ quis conuictus ⁊ cõfeſſus ſpõte delictũ ⁊ cõdemnatus ⁊ tũc nõ põt appellare. d. l. ij. ⁊. § ſunt quorũ. ij. q. vi. aut ẽ tantũ cõuictus ⁊ tũc põt appellare niſi cõuictio tranſeat in notoriũ vt dixi ſup tex. in uerbo legitimo. aut ẽ confeſſus tantũ. ⁊ tunc glo. s. allegate tenẽt ꝙ poſſit appellare. Et tꝫ barto. l. d. §. iuſſus. ⁊ bal. ⁊ aliquid bar. i. d. l. ij. ⁊ ibi Sal. Et tenet Pe. de ancha. in. c. romana. §. ſinautẽ. eo. ti. li. vi. cõtrarium tꝫ glo. in. d. §. ſinaũt. ⁊ ibi uidetur tex. bonus dum alternatiue loquitur ⁊ ẽt bonus tex. hic põderãdo alternatiuã. nec ẽ bonus intellectus glo. noſtre ꝙ hic loquatur in correctõe extra ordinẽ facta. nã loquitur generaliter in hoc principio uerſiculi huius. §. porro. ⁊ pro hac opi facit tex. in ſimili in. c. ꝑ tuas. s. de prob. et ẽt. l. generaliter. C. de nõ nume. pecu. Archi. in. d. §. ſinautẽ. ⁊ bal. in addi. ad ſpec. eo. ti. uerſi. appellatio dicit ꝙ ſi cõtra cõfeſſionẽ ſuam reus appellat nulla iuſta cã reuocãdi cõfeſſionẽ expreſſa nec ſe ab ea excuſat ⁊ tũc iudex a quo nõ tenetur deferre appellationi. Et ideo ſi medio tempore vult exequi ſniam põt. ⁊ ita intelligitur ꝙ notat bal. in. d. l. ij. dum vult ꝙ pen. ap. iudex põt exequi. ⁊ ẽ bonus tex. in. d. §. ſin autẽ. Et durabit iuriſditõ iudicis a quo in obſeruãtia donec ꝑ iudicem ad quẽ inhibeatur ne procedat qđ debet facere iudex ad quem recepta appellatione ⁊ cepto cognoſcere de excuſatiõe aduerſus cõfeſſionẽ. d. §. ſinautẽ. Si uero pars appellat expreſſa cã reuocãdi cõfeſſionẽ puta qꝛ ꝑ errorẽ uel etiã qꝛ nõ ſponte ſꝫ terrore tormẽtorũ ⁊ illo cãu ⁊ iudex a quo tenetur deferre appellationi ⁊ iudex ad quẽ tenetur recipere appellationẽ ſicut legitimã. Et ita glo. in. d. §. ſinaũt in uer. mãdatur. ⁊ ita põt intelligi tex. in. l. ſi. C. d erro. aduoc. ꝑ quẽ mouebatur bar. ⁊ i. l. ſiquis inſiurañ. quã notat ibi bal. C. de reb. cred. ⁊ que nõ. per bar. in. d. §. iuſſus. De hoc ẽt ꝑ do. anto. in. c. ueſtra. de coba. cle. ⁊ mul. Bal. in. l. minoribus. C. de his quib. ut indig. ⁊ ita cõcludit hic imol. ⁊ panor. lꝫ. d. ant. hic aliter diſtinguat faciẽdo differentiã inter ius ciuile ⁊ canonicũ ut infra dicã. voluit tamẽ bal. in. l. a procedẽte. C. de dilla. ꝙ in tãtum preſumatur cõtra illũ qui cõfeſſus ẽ crimẽ ꝙ ſi petat terminũ ad excuſandũ cõfeſſionẽ ſuã ꝙ iudex nõ tenetur illuꝫ terminum ſibi dare. Et ſic habetis elicere ex predictis ꝙ lꝫ quãdo appellatur a diffinitiua nõ requiratur expreſſio cãe glo. ẽ i. c. i. §. his que in verbo ſtatuit. eo. ti. li. vi. tamẽ iſto cãu quãdo diffinitiua lata eſt preterita cõfeſſionis ⁊ appellatur a tali diffinitiua requiritur expſſio cãe. Glo ẽ in. d. §. ſinautẽ. in uer. mãdatur. ⁊ cum h trãſit ibi gemi. ⁊ tranſit imol. in. d. §. iuſſus. alio ẽt cãu ſingulari requiritur expreſſio cãe quãdo a diffinitiua appellatur. ſ. quãdo tertius appellat a diffinitiua pro ſuo iure ⁊ intereſſe. ita bar. in. l. a ſnia. ff. eo. ⁊ ibi ange. de aret. in. ij. colũ. qui dicit ꝙ dꝫ aliqualiter docere de intereſſe. Inno. ⁊ Jo. an. in. c. cũ ſuper de re iudi. matheſi. ſingulari. cxx. cap. nota regulã qua cauetur. Facite ergo uobis regulã ꝙ cõfeſſio regulariter impedit appellationeꝫ quicquid hic dicat glo. noſtra. Fallit primo in cõfeſſione nõ ſponte emanata ſed metu tormẽtorũ. naꝫ tũc nõ impeditur appellatio. tex. ẽ in. d. l. ij. ⁊ ibi bal. ⁊ ibi notat h panor. Secũdo fallit reſpectu iudicis a quo qꝛ tũc niſi exprimatur cã ꝑ cõfeſſionẽ impeditur effectus appellationis donec nõ fuerit inhibitũ ut nõ ſuſpẽdatur iuriſdictio iudicis a quo. d. §. ſinautẽ. ⁊ bal. in. d. l. ij. Tertiõ fallit in cõfeſſione poſt ſniam emanata qꝛ cõfeſſio talis nõ impedit appellationẽ in criminalibus. gl. ẽ in. l. nõ tãtũ ff. eo. notat imol. in. d. §. iuſſus. ⁊ bal. in. c. ſi. s. de ꝯfeſ.

Quarto fallit in iudicio ciuili qꝛ cõfeſſio emanata i iudicio ciuili impedit appellationẽ. ita imol. in. d. §. iuſſus ⁊ Cy. in. d. l. cõſtitutiones. ff. eo. ⁊ bonus tex. pro eis ꝑ locum a ſpãli. in. l. iij. C. quorũ appel. tamẽ barto. in. d. §. iuſſus dum generaliter loquitur uidetur ſentire ꝯtrariũ ⁊ etiam in. d. l. iij. ⁊ bal in. d. l. ij. ⁊ ẽ bonus tex. in. l. ſi. C. de erro. aduoc. ⁊ in d. l. ſiquis iuſiurãdũ cum his q̃ ibi notat bal. C. de reb. cred. ⁊ iureiu. Et q̃uũqꝫ varietates ſint inter legiſtas panor. hic firmat ꝙ idem ſit in ciuili quod in criminali. ut ſicut niſi iuſtificetur appellatio expreſſione cãe cõfeſſionem reuocãtis appellatio in criminali nõ admittitur ita nec in ciuili. ⁊ ita ecõtra ubi admittitur in crimiali expreſſa cauſa admittitur ⁊ in ciuili. Quito fallit i ficta cõfeſſiõe nã ficta ꝯfeſſio nõ ẽ eiuſd roboris cꝰ ẽ expſſa ꝑ ea que nõt bar. i. l. eius qui delatorem. ff. de iure fi. Et ideo ſicut aduerſus fictionẽ iuris non admittitur ꝓbatio etiã ex cõfeſſione ptis gl. ẽ in. l. ſiue poſſidetis. ⁊ ibi nõ. C. de proba. faciũt notata in. l. unica. §. i. C. de re. vxo. a. t. ⁊ in. §. accedit. ergo ita aduerſus cõfeſſionẽ fictã ex quo naſcitur fictione iuris ſicut nõ admittitur ꝓbatio nõ admittetur appellatio tanquã cõtra notorium iuris. tamẽ in cõtrariũ cõcludit imol. in. d. §. iuſſus. ⁊ Ci. in. d. l. i. C. quorũ ap. ꝙ ſicut in uera cõfeſſione nõ impeditur appellatio ita nec in ficta. Et faciunt notata in c. ſi ante de dolo ⁊ contu. ⁊ ideo in cãu. c. ſi. s. de iuram. cal. c. ij. de cõfeſſ. li. vi. vbi iura inducunt fictã cõfeſſionẽ nõ uidetur ſublata appellatio ſicut nec in uera cõfeſſione. ⁊ faciũt nõ ꝑ glo. i ver. rõnabili in. l. ij. § qđ ſi actor. C. de iur. cal. faciunt in ſimili nõta i. l. qui ad certũ. ff. loca. in. l. filio quẽ. ff. de lib. ⁊ poſtu. Ita Ci. i. d. §. ꝙ ſi actor. Pe. de ancha. ⁊ gemi. in. d. c. ii. de cõfeſ. Materia iſta quotidiana ẽ ⁊ ideo pro eiuſdẽ materie declaratõe ex mẽte. d. anto. hic ⁊ ang. de are. in. d. §. iuſſus facit duo pricipalia mẽbra. ⁊ primo quid iur ſit de iure ciuili. Secũdo quid iur ſit de iure canonico. Ad primũ rñdeo ꝙ aut loquimur i ꝯuictis plene ⁊ cõfeſſis ſpõte in iudicio ⁊ tales nõ poſſũt appellare in quibuſcũqꝫ cauſis tã ciuilibꝰ q̃ criminalibꝰ. ut d. l. ij. ⁊. d. l. abſtinendũ ⁊ hoc tenet gl. i. d. l. ij. quod ſequitur Di. ⁊ bar. in. d. §. iuſſus ⁊ ẽ cõis ſentẽtia. pe. tamẽ ut refert Ci. in. d. l. ij. tꝫ ꝯtriũ vꝫ ꝙ illa. l. ij. habeat ſimpliciter locũ i illis quinqꝫ cãibus tantũ nec aliquo mõ extẽdẽda tanquã odioſa ⁊ exorbitãs ⁊ hoc tenet ibi Ci. ⁊ Ja. bu. ſꝫ cõiter ut dixi ſententia gloſatorũ tenetur quã ſequitur imol. in. l. creditor § iuſſus. ff. e. ⁊ ibidẽ. d. mathe. de mathſellanis quoniam imo. d. l. ij. eſt fauorabilis ⁊ equiſſima inquãtum denegat confeſſis ⁊ ẽt conuictis facultatẽ appellãdi ut inde late delicta puniãtur. Eſt. n. uehemẽtiſſima p̃ſumptio talẽ fruſtratorie ⁊ differẽdi cã appellati. cõſtat autẽ ualde expedire reipublice delicta puniri. ut. l. ſi a reo. §. ſi. cum ſimi. ff. de fideiuſ. l. ita vulneratus. ff. ad. l. acquiliã ⁊ appellationes fruſtatorias nõ debere admitti. ut in. c. cum appellatõibus extra eo. in. vi. Itẽ pro hoc facit qđ notat glo. ⁊ clarius per doctores in. l. ſiquis in tantam. C. vñ

UVA. BHSC. IyR_025

ui. ubi dicũt leges tractãtes de odio rõnabili ſiue de pe
na rationabili poſſe extendi per idemptita e rõis in. c. i.
ẽ. de dolo ⁊ contu. Pro hoc tu adducas qḋ nõ. Ci. bal.
Ange. ⁊ Sali. in. l. quicũqȝ. C. ḋ ſeruis fugitiuis. ⁊ Di.
⁊ bar. in. l. i. ff. de verbo. ſigni. Et pro hoc facit. l. ſi qua
pena. eo. ti. ſm unũ intellectũ. ⁊. l. cum reis. C. de penis
que plane procedit interdicẽdo eam in confeſſis ⁊ conui
ctis. Et illud vos teneatis lȝ bal. ⁊ ſali. in. d. l. ij. uideau
tur uelle ꝯcordare opi. Tu pro hoc ẽt adducas cãum in
d. l. abſtinendum que loquitur in alijs cãibus ꝙ in illis
quinqȝ de quibus loquitur. d. l. ij. Aliquãdo loquimur ĩ
confeſſo tantũ ⁊ nullo modo cõuicto uel in ꝯfeſſo. ⁊ con
uicto per probationes ſemiplenas uel nõ euidẽter claraſ
⁊ tunc talis põt appellare ut in hac glo. niſi in quibuſdaȝ
grauiſſimis criminibus ut hẽtur maxime per Sal. in. l.
i. C. de raptu uirgiuũ. ⁊ in. l. i. C. de falſa mone. ibi Sa
li. in. l. cõſtitutiones. ff. eo. ⁊ iudex a quo tenetur tali ap
pellationi deferre tam in ciuilibus ꝙ in criminalibus ꝑ
d. l. ij. ⁊. d. l. abſtinẽdũ a contrario ſenſu. ⁊ per. l. fi. C. ḋ
erro. aduoc. Ange. de aretio. in. l. nõ tantũ. ff. e. Ang.
in. l. ſi debitori. ff. de iudi. quod eſt uerum ſm dictũ. d.
Mathe. niſi talis cõfeſſ⁹ acquieuerit ſnĩe contra eum la
te. tunc. n. nõ poſſet appellari. ar. l. ad ſolutionẽ. C. de
re iudi. cum ibi nõ. facit. l. generaliter. §. ſiue aute illarũ
C. de iureiurã. unde ſi debitor meus ueniat ad iudiciuȝ
⁊ ad mei inſtantiã confeſſus eſt debitũ ⁊ ſponte ſuſcepit
preceptũ de ſoluẽdo et faciat ꝙ hoc expreſſe appareat in
actꝭ nõ poterit poſtea etiam infra. x. dies a tali precepto
appellare. Similiter ſi ꝑ oſt lit. conte. reus ẽ confeſſus ⁊
in ſe ſponte recepit ſententiaȝ diffinitiuam nõ poterit ap
pellare. fateꝛ tamẽ ꝙ in dubio licet reus cõfiteatur ſe eẽ
debitorẽ ⁊ tacuerit quãdo deinde preceptuȝ uel ſentẽtia
emanauerit contra eũ tamẽ nõ preſumitur fuiſſe conui
ctus ⁊ ſnĩe acquieuiſſe cum de eius preiudicio tractatur.
ut. l. filiuſfa. §. inuitus cum ibi nõ. per glo. ⁊ bar. ẽ. de
procura. ⁊ per Di. in regula qui tacet in. vi. habetur in
c. nõne de preſump. per barto. late in. l. que dotis. ff. ſo
lu. matri. ⁊ ideo infra. x. dies poterit appellare tam a di
cta ſentẽtia quam etiaȝ a precepto ut hac glo. ⁊. l. ſi pe
cuniam. C. de re iudi. Aduertẽdum tamẽ ꝙ omnia iu
ra que dicũt appellationẽ confeſſi ⁊ cõuicti nõ debere re
cipi procedũt habito reſpectu ad iudicẽ a quo qꝛ iudex
a quo nõ tenetur deferre appellationi quinimo appella
tione nõ obſtante põt exequi ſuam ſentẽtiam. Si tamẽ
uideretur ſibi appellationẽ predictã habere probabilem
⁊ uerſimilẽ cãm appellandi honeſte faceret ei deferre ⁊
ſupſedere in executione licet ad hoc ñ teneaꝛ. ut. d. l. ij.
⁊. l. nõ quicquid. ff. de iudi. Tu allega optimũ tex. ⁊
quod ibi notatur in. l. i. in fi. ff. de queſtio. Sed tunc
queritur. petitur a reo centum ex cã depoſiti. reus autẽ
fuit conuictus ⁊ confeſſus depoſitum ⁊ lata fuit diffiniti
ua contra eũ. Ipſe autẽ appellauit hac cã expreſſa qꝛ di
cit ſe ſoluiſſe dicta centum uel ſibi pactum fuiſſe factum ḋ
nõ petẽdo utrum iudex a quo teneatur deferre huic ap
pellationi. Et uidetur ꝙ nõ. per ea que dicta ſũt. ius. n.
euidenter preſumit cõtra talem qui appellat ⁊ has exce
ptiones opponit cã differẽdi. Et hoc uidetur fuiſſe ḋ mẽ
te Specu. in ti. de confeſ. §. ſi. verſi. ſed nũquid confeſſ⁹
ſed iudex ad quẽ bene poterit ⁊ debet recipere dictaȝ ap
pellationẽ ſi ante oĩa ſaltẽ ſũmarie reus faciat ſibi fideȝ
ſemiplenã de talibus exceptionibus ar. d. c. romana. §.
ſinautẽ poſt ſentẽtiam ⁊ qḋ ibi per glo. ⁊ ẽ tex. in. l. i. cũ
ibi notatis. C. quorũ appel. ⁊ dixi in. l. ex conſenſu. §.
fi. ẽ. eo. Nũc ſecũdo principaliter ẽ uidẽdum an de iur
canonico confeſſus poſſit appellare dic ſm. d. Mathe.
aut loquimur in plene conuicto ⁊ cõfeſſo ⁊ in hoc cõcor
dant leges ⁊ canones ut. d. l. ij. ⁊ nõ. glo. in. d. §. ſinaũt
ꝑ oſt ſentẽtiam. aut loquimur in cõfeſſo tantũ uel conui
cto tantũ ita ꝙ res ſit clara ⁊ probationes poſſint tranſi
re in notoriũ ut declaraui in textualibus ⁊ tũc aut loqui

mũr in cãſibus criminalibus uel ciuilibus in quib⁹ tracta
tur de correctione criminũ. ⁊ tũc iudex a quo nõ tenetur
deferre appellationi ut ẽ tex. hic. ⁊. d. §. ſinautẽ poſt ſen
tentiam. vbi ẽ alternatiua appella° tñ i ſe ẽ valida. ⁊ po
teſt iudex ad quẽ cã recipeꝛ ſi videbiꝛ dictã appellatõȝ hẽ
re ꝓbabilẽ cãȝ apellãdi. ut vult gl. ĩ vbo. mãdeꝛ. i. d. §.
ſinaũt p⁹ ſnĩaȝ. Et aduertaſ ꝙ iudex ad quẽ añ oĩa dȝ
recipere ſũmarie ſemiplenas probationes ſuper cauſis
grauaminũ huius cõfeſſi ⁊ cõdemnati ut ſi alleget metũ
tormentorum uel errorem iuris uerſimilẽ ut habetur ĩ
d. §. poſt ſnĩam. Illud autẽ quod dixi iudicem a quo ñ
teneri deferre huic appellationi ẽ uerũ niſi appellãs ex
primat probabilẽ cãm et uerſimilem qꝛ tũc iudex a quo
defert ut hẽtur in. d. §. ſinautẽ poſt ſnĩam. ⁊ ſi nõ defert
malefacit ⁊ puniri poſſit pena qua ſolẽt puniri iudices
appellationibus nõ deferẽtes. de qua hẽtur in. l. qm̃ iu
dices. C. eo. ⁊ uidimus in. c. de priore. ẽ. eo. ti. per taleȝ
tamẽ appellationẽ etiam in qua ẽ expreſſa cã rationabiꝛ
poſtquã iudex a quo nõ detulit nõ dicetur adhuc eẽ reci
ſa ſentẽtia. imo durat eius uirtus ⁊ tenebit executio ſẽtẽ
tie facta a iudice a quo ante inhibitionẽ ſibi factam legi
time per iudicẽ ad quẽ. nec debet retractari talis executõ
iam facta niſi prius ſit obtemptũ in appellatiõe ut in. c.
nõ ſolũ de ap. in. vi. poſtquã tamẽ ẽ obtẽptũ in appella
tione declarabiꝛ ꝑꝑ hoc oẽs actus factos ꝑ iudicẽ a quo
poſt appellationẽ interpoſitã fuiſſe nullos ipo iure ut ĩ
c. ꝑ tuas de ſen. excõ. ⁊ in. c. lȝ. eo. ti. li. vi. ⁊ i. l. i. ff. nil
no. appel. pen. Et aduertẽdũ ẽ ꝙ tale ius canonicuȝ
ſeruari dȝ nõ ſolum in foro ſpirituali ſed ẽt temporali in
terris eccleſie. ut ſupra de appel. c. ſi duobus. ⁊ nõ. in re
gula peccatũ in. vi. ⁊ eo. li. c. ij. de arbi. vnde in terris ec
cleſie ſi damnati ad mortẽ a iudicibus ſecularib⁹ qui legi
time in iudicio ſunt cõfeſſi lȝ nõ etiã cõuicti ſi appellant
a ſnĩa diffinitiua cõtra eos lata nõ tenetur iudex a quo
tali appellationi deferre ſed exequi ⁊ facere eos mori ni
ſi cã rõnabilis ⁊ uerſimilis in appellatione exprimatur.
ut dictũ ẽ. Itẽ aduertẽdum ẽ ꝙ hoc ius canonicũ for
te fuit cã ꝑꝑ quã inducta uideꝛ cõſuetudo generalis fe
re ꝑ oẽs partes ꝙ in effectu in cãis criminalibus appel
lari nõ põt quoniã ut plurimũ proferuntur ſnĩe contra
confeſſos in iudicio ⁊ licet ſepius cõfeſſi ſint metu tormẽ
torum. De hoc tamẽ liquere nõ põt iudicialiter. ſed hec
cõſuetudo ẽ expreſſe cõtra ius ciuile ꝙ exigit eos fore cõ
feſſos ⁊ ẽt cõuictꝭ. Et ex predictis infertur ꝙ ſi cõfeſ
ſus in iudicio ſe occidiſſe hominẽ in terris eccleſie ⁊ dã
natus ad mortẽ appellauerit ꝙ anteaꝙ iudex ad queȝ
inhibeat fuit decapitatus ⁊ poſtea cõtingat obtineri ĩ ap
pellatõe qꝛ cõfeſſio facta fuit metu tormẽtorũ uel qꝛ pro
batũ ẽ cõfeſſionẽ fuiſſe falſam declarabiꝛ ꝑꝑ hoc execu
tionẽ prius factam nullam ipo iure. ⁊ ſic cenſebitur talẽ
fuiſſe mortuũ hominẽ integre fame ⁊ teſtamẽtũ ſuũ va
lidũ remanebit iuxta. l. ſiquis filio. §. irritũ. ⁊. § hi qui.
ẽ. de iniuſ. teſta. nec bona ſua cõfiſcata remanebũt iuxta
nõta i. d. autẽtica bona dãnatorꝫ. C. de ſen. paſ. ar. d. c.
ꝑ tuas ⁊. c. lȝ. ſȝ mors illata tolli nõ põt. ut. l. ſiquis ꝓ
uocatõe. C. e. ꝑꝑ qḋ iudex a quo dȝ puniri de iniuſticia.
⁊ fuit i dolo uel in culpa iuxta. l. i. in principio. ff. eo. ⁊. l.
in lege. ẽ. ad. l. iul. de ui. quod notat tamẽ in his cãibus
ubi executio ẽ irreuocabilis meli⁹ ẽ ab executõe abſtine
re ꝑ notata i ſimili in de. i. ibi imol. de re iud. ⁊ que po
ſui. ẽ. i. c. ex rõne in finali col. ii. Quero qñ dicaꝛ iuſta
cã uel veriſimilis ꝑꝑ quã iudex a quo teneaꝛ oĩo deferre
appellatõi interpoſite a cõfeſſo ⁊ cõdẽnato ĩ cã crimĩali
Rñdeo ſm. d. Matheũ clari⁹ loquẽdo qm̃ glo. i d. §.
ſinaũt poſt ſnĩaȝ ꝙ cã põt eẽ prio qñ allegareꝛ error eui
dẽs ut puta ſiquis ẽ cõfeſſus ſe occidiſſe titiũ credẽs euȝ
mortuũ ex vulnere qḋ ei intulit ⁊ ẽ paratus in cõtinenti
ſũmarie fidẽ facere ſaltẽ ſemiplenã iudici a quo ꝙ dictus
titius uiuit. ꝓ quo facit. l. i. §. fi. ẽ. de queſti. ⁊. l. inde ne
ratius in fi. ẽ. ad. l. acquil. ⁊. l. qui ſeruuȝ. ẽ. de iterrog.



UVA. BHSC. IyR_025

ect. Secūdo ſi allegat ſe poſitū ad torturā nullis pce
dētibus indicijs ſaltē leuibus. ⁊ iō cōfeſſiōe poſtea ſecuta
cū tormētis ſibi nō preiudicaret. l. pe. ⁊ ibi nōt. p glo. ⁊
Bar. ff. de queſti. tūc. n. ſi iudex a quo ppēdit indicia nō
fuiſſe legitima uel ſaltē ſuper hoc eē probabile dubium
tenetur in dubio deferre appellationi. Tertio ſi alle/
gat metu tormētorum ſe fuiſſe confeſſum ⁊ ſuam con/
feſſionē in dubio metu ratificaſſe. tunc. n. ſi iudex a quo
ſcit hoc eē uel probabiliter dubitat ut qꝛ a predeceſſore
ſuo fuit tortus ⁊ corā eo poſtea cōfeſſus uel dubitat ne
nimis cito poſt torturā ad banchū iuris ductus fuerit ad
ratificandū ꝯ. l. i. ⁊. ij. ⁊ ꝙ ibi. Ja. de bu. ⁊ doc. C. de cu
ſto. re. tunc in dubio deferre tenetur appellatōi faciūt q̄
dixi in. c. ut debitus. ⁊ in. c. ad noſtrā. ſ. eo. alias autē
ſi iudex a quo ſcit cām allegatā fore falſā ut qꝛ ſibi bene
conſtat ⁊ in actis apparent indicia ſufficientia preceſſiſſe ⁊
ſe moderate malefactorem torſiſſe ⁊ cōfeſſionē eē ſpon
te factā ⁊ nō metu tormētorū ⁊ congrua quiete ⁊ dilatōe
interueniente nō tenetur de iure nec dꝫ deferre appella
tioni. Ipſe. n. de facto ſuo ut actis ſuis certus eſſe dꝫ. l.
cum falſuꝫ. ſ. de acqui. here. Secūdo cāu quādo lo
quimur in cāis mere ciuilibus in quibus de crimine non
diſputatur ⁊ tūc ē dubiū. nā dicūt quidā ꝙ confeſſi ⁊ nō
cōuicti poſſūt indiſtincte appellare ēt de iure canonico.
nam ſtandū ē in hoc diſpoſitioni leguꝫ poſtquaꝫ ius ca
nonicū aduerſatur legibus tantū in cāis in quibus agit
ad correctionē criminū. ut hoc tex. noſtro. ⁊. d. §. ſinaūt
poſt ſniam. Sꝫ tamē cōiter tenet cōtrariū ꝙ idē ē i cau
ſis ciuilibus de iure canonico. ⁊ ita tenet glo. in. d. §. ſin
autē poſt ſniam. Et ita tenet Ange. loco pallegato. pri
mo qꝛ ē eadē rō imo maior. nā ſi denegatur appellatio
in cā criminali ubi requirūtur pbationes clariſſime. l. fi.
C. de proba. ⁊ tractatur de grauiſſimo piudicio. ſ. d pri
uatione vite fortius denegari dꝫ in cāis ciuilibus. Item
pro hoc facit. d. §. ſinautē poſt ſniam ibi uel quo quis in
iure ⁊c. intelligēdo large de quolibet negocio ēt ciuili in
quo quis cōfeſſus ē. item pro hoc facit illemet. §. ibi uel
ſimilibus ⁊c. Et ex predictis infertur ꝙ ſicut de iur ca
nonico nō tenet iudex a quo deferre appellatōi interpo
ſite per uere cōfeſſum niſi cā rōnabilis exprimatur. ita ēt
eadē rōne idem erit dicendū in eo qui ficte hētur p cō/
feſſo ut ē cōtumax in nō iurādo de calūnia ⁊ in rndēdo
poſitionibus ut ſupra dictū ē ⁊ in bānito pp cōtumaciā
qui ex forma ſtatutorū hētur p cōfeſſo ⁊ cōuicto. Et h
videtur ſatis de mēte Jo. an. in addi. ad ſpecu. d iura.
calū. §. fi. verſi. ſꝫ nūquid taliter in addi. de quo. ſ. pro
xime in quinta fallentia. ⁊ pro hoc facit. d. §. ſinautē pꝰ
ſniam ibi uel ſimilibus ⁊ hoc expreſſe voluit bar. quem
expſſe ſequit bal. in. l. ita demū. C. d procura. ⁊ tꝫ An
ge. ff. e. l. nō tantū dic ut ibi. Unū tene mēti ꝙ lꝫ con
feſſus poſſit appellare ut in hac glo. nūquā tamē audie
tur ⁊ ſua appellatio deuoluet tam in ciuilibus q̄ i crimia
libus niſi in ipa appellatōe expſſerit cām grauaminis ⁊
ſigillatiꝫ licet appellet a diffinitiua ar. d. §. ſinautē poſt
ſniam lꝫ alias regulariter appellādo a diffinitiua nō te
neatur quis exprimere cās grauaminis iuxta. l. iij. §. fi.
ff. e. lꝫ ab interlocutoria ſic. ut i de. appellati. c. ⁊ dixi. ſ.
in. c. ut debitus ⁊ ēt in hoc. §. de quo late p bar. in. l. eiꝰ
ff. de ap. reci. Ita notabilit dixit bal. in. l. minoribꝰ. C.
de his quibus ut indig. Sꝫ hoſt. ⁊ archi. in. d. §. ſinautē
poſt ſniam dicūt cōtrariū ꝙ ēt ſi ſponte cōfeſſus appellꝫ
valet eius appellatio etiā nulla cā inſerta qꝛ quo ad va
lorē ⁊ ſubſtātiā appellatōis. quādo appellatur a diffiniti
ua nō ē neceſſaria inſertio cāe ut. d. l. iij. §. fi. ⁊ ideo po
terit pſequi appellationē corā iudice ad quē ⁊ coram eo
allegare errorē cōfeſſionis ⁊ probare. eorū tamē dictum
cōiter nō tenet ut pdixi. Sin autē queritur an iudex
a quo teneatur deferre ⁊ tūc ꝙ ſi ſimpliciter appellatur
nulla cā expreſſa nō teneatur deferre ⁊ poterit pcedere
ad executōꝫ donec p iudicē ad quē fiat ſibi ihibitio q̄ fie
ri poterit cū primū ceperit cognoſcere an appellatio ſit
recipiēda uel nō. ut. d. §. ſinautem poſt ſniam ⁊. l. i. C.
quo. ap. Et ita bal. ſꝫ ubi in appellatōe eēt expreſſa una
cauſa de quibus ſupra dixi. tūc iudex a quo debet defer
re ēt dato ꝙ nulla ibi fiat inhibitio facit qd hētur in. d.
l. fi. C. de erro. aduoc. Et iſte ē intellectus. d. §. ſinautē
poſt ſniam ⁊ ſic pōt ſaluari opi. hoſti. ⁊ Arch. qꝛ quo ad
ualorē appellatōis nō fuit neceſſaria inſertio cāe ſꝫ quo
ad hoc ut iudex a quo teneatur deferre ar. c. ut debitus
ſ. eo. Iſtā opinionē ēt tenuit bal. in addi. ſpe. in ti. d ap
pellatōibus in uer. appellans a diffinitiua et de hoc per
ioannē andree in nouella in. d. §. ſinautē poſt ſniam ⁊
cū iſta opi. tranſit Imol. in. d. §. iuſſus quod credo uerū
tu tamē ut euites dictā opinionē. Bal. in. d. l. i minori/
bus. de qua imol. nō facit mētionē ſemp quādo ē cōfeſ
ſus uel habitus p cōfeſſo in tua appellatōe interpoſita
inſeras cās grauaminis. ⁊ ē rō ſpālitatis qꝛ ius multuꝫ
cōtra te pſumit ꝙ tua appellatio nō ſit fruſtratoria pp
cōfeſſionē pprā. ut ſupra dixi ⁊ in cāibus in quibus i cri
mialibus licitū ē appellare in illis ſiue appellet principa
lis ſiue tertius p eo puta pdictus ſi iudex pcedat ad exe
cutionē nō obſtāte appellatōe poterit illi de facto reſiſtē
tia impune fieri ⁊ reus ſibi de manibus de facto extrahi
Ita bal. in. l. ad dictos. C. de epi. audie. Ange de are.
in. l. nō tantū in. i. col. ff. e. ⁊ ibi dixit ideꝫ ange. ꝙ licet
tertius admittatur ad appellādū in cā criminali p condē
cto nō tamē admittitur ad proſecutōeꝫ cāe cū in talibus
crialibꝰ pcura. ñ admittat. l. pe. §. ad crimē. ff. d pub. iu
di. ⁊ hētur in. c. ueniēs. j. de accuſa. Sꝫ p cōplemen
to quero poſt imol. ⁊ panor. hic. nūquid ꝙ dicit hic de
cōfeſſione habeat locū ēt in herede ut cōfeſſio teſtatoris
ei piudicet. Et dicite ex mēte Jo. an. co. ti. in addi. ad
ſpec. §. in quibus verſi. ſed nūquid ꝙ ſic. bal. in. l. i. C.
ne ex delictis defunctorū. Do. anto. in repetitōe. c. ura.
de coha. clerico. ⁊ mulie. Et iō infertur ad qōneꝫ ꝙ
ſi teſtator cōfeſſus ē corā epo ſe rapuiſſe. c. que intēdit re
ſtituere ꝙ illo cāu mortuo iſto cōfeſſio piudicabit heredi
bus ⁊ cogētur ad reſtitutionē rapine dato ꝙ rapina ad
eos nihil peruenerit qꝛ illo cāu lꝫ heres nō teneat ex deli
cto defuncti niſi quatenus ad eū peruenit ex delicto. l. i.
C. ne ex delic. defunc. hētur in. c. fi. j. de ſepult. tamē hic
nō tantū conuenit ex delicto defuncti quātū ex ciuili ob
ligatione nata ex quo cōfeſſus ē ſe debere ⁊ uelle reſtitu
ere uel ꝙ reſtituatur. ⁊ faciūt que habētur in. c. q̄ꝙ. de
uſuris li. vi. Et in. l. eum pro quo. p bal. per illū tex. ff.
de in ius uoc. hec procedūt in uera cōfeſſione. facta autē
confeſſio nō piudicat heredi nec alteri tertio multo ma
gis. ita bar. in. l. eius qui dclatorē p illū tex. ff. de iure fi
ſci. panor. in. c. per inquiſitionē. ſ. de elec. Imol. in. c.
fi. quicquid ibi dicat panor. ſ. de iura. cal. nec ēt preiudi
cabit ficta confeſſio in alio iudicio. tex. ē in. l. ij. §. i. ff. de
iure fiſ. quē ad hoc pōderat bar. i. d. l. eius lꝫ ſecus ſit in
uera cōfeſſione. ita Jo. an. in. d. c. p inquiſitiōnem poſt
Inno. Sꝫ quid de cōfeſſione pcura. an pfeſſio eius
piudicabit circa appellationē domio ⁊ cōcludit hic. d. an
to. ꝙ nō licet factū procu. preiudicet dño. per ea que no
tātur in. c. i. ſ. ut lit. nō conteſt. in. l. i. §. ſi procura. ff. ſi
quis iuſdi. nō obtē. tamē cū renūciare appellationi non
poſſit pcurator ſine mandato ſpāli per ea que habētur
p bal. in. l. fi. §. fi. C. de tempo. ap. Diſtinguit tamē bal.
in. c. ex parte decani. ſupra de reſcrip. ita per indirectuꝫ
cōfitēdo nō poterit piudicare dño in appellatōe licet in
cōtrariū faciūt que notat bal. in. d. c. ex parte decani. ⁊
que habētur in. l. ſi fideiuſſor. §. quedā. ff. man. In ficta
autē cōfeſſione pcurato. clarū ē ꝙ illa nō nocet domio
Ita Jo. an. ⁊ panor. in. d. c. p inquiſitionē. Glo. in
uerbo corā ſuperiore in fi. habetis ex glo. an in cā appel
lationis pſequēde debeat citari iudex a quo. Et dicite
ꝙ tex. habetis magiſtralē theoricā facietem in. c. uenera
bilibus in prin. ⁊. §. i. de ſen. excō. li. vi. qꝛ aut iudex p

UVA. BHSC. IyR_025

ceſſit ex officio ⁊ tūc debet citari ipē iudex. alias nō vale
būt acta. aut proceſſit ad inſtantiā partis ⁊ tūc aut ap/
pellans inſtat ēt ut iudex puniat̃ ⁊ tūc reſpectu cāe que ꝯ
iudicē dirigitur ut puniat̃ dꝫ iudex citari. aut uero appel
lans inſtat ſolū ſuper appellatōe ⁊ iudex a quo nō ē ci/
tandus. exquo proceſſit in cā ad inſtantiam alteriꝰ bene
poterit ſi volet aſſiſtere cāe appellationis ⁊ inſtruere ap
pellatū ⁊ defendere ſuū proceſſuꝫ per ea que notat Jn
noc. in. c. de cetero. s̄. de tranſ. hētur in. c. dilectus. el. i.
⁊ el. ij. s̄. de reſcrip. ⁊ ita cōiter doc. h. ⁊ in. d. c. venerabi
libus. Glo. in verbo defecerit in fi. an ꝓſumatur pro
proceſſu iudicis uel ne hētur in. d. c. quoniā ꝯ in. c. cum
in iure peritus per Jnno. maxime. s̄. de offi. dele. in. c. cū
bertoldus. per Jnno. ⁊ alios. ⁊ in. c. cū inter. p Jo. an.
Hoſti. ⁊ imol. s̄. de re iud. habūde p albe. in autētica. ſi
quis in aliquo documēto. C. de edē. p Ci. Bal. ⁊ Albe.
in. l. emācipatus. ⁊ in. l. ſicut. C. de fide inſtru. Glo. i
ṽbo has cōſtitutōes. in fi. nō. ꝑpetuo iſtā gl. ꝙ forma. c.
ſacro. nō habꝫ locū inter regulares qꝛ ipi poſſint excōica
re illa forma omiſſa ſuos regulares. ⁊ licet alij trāſeant
panor. hoc intelligit uerum ſi per regulares cōſtitutōes
appareat aliquam formā dari excōicationi qꝛ tūc ea eſt
obſeruanda cū uideātur recedere a forma capituli ſacro
⁊ pro glo. faciūt notata in. c. i. de ſen. excō. li. vi. tñ Jn
no. hic intellexit tex. noſtrū loqui de cōſtitutione iſta tm̄:
nō de decre. ſacro. quod patet per illa uerba demōſtrati
ua has duas. ⁊ ſunt due cōſtitutiones in hac decre. vna
circa recuſationē uſqꝫ ad ṽſi. porro. Alia circa appellatō
nem a ṽſi. porro uſqꝫ ad ṽſi. ceterum. Et ſit ſenſus ꝙ
regulares non poſſunt recuſare ſuos ſuperiores nec ab
eis appellare ſi ſm regularē obſeruantiaꝫ diſtringantur
uel ut dixi in tex. ſꝫ hoſt. ſi iudicialiter ſuperiore proce/
dente modū nō exceſſerit nō poſſunt nec eū recuſare nec
appellare faciūt que uidimus in. c. ad noſtrā. s̄. eo. Et
ille intellectꝰ Jnno. ē magis conſonus littere.

c **VM CĀM.** Hoc dicit ſm Jo. an.
ſi iudex cōfeſſionē aduo
cati eadem die reuocata pro lit. cōte. habere
vult uel proceſſuꝫ habitū a ſubdelegato ſub
delegati ratum hēre ab eodē legitime appellatur. h. d.
Diuiditur in duas. in. i. facti narratio. in ſecūda ꝓui
ſio ibi mandamus quatenus. Nota primo ex tex. ibi
ſunt dilationes dilatorie proponeñ. ꝙ aduocatus p ſuaꝫ
confeſſionē pōt preiudicare in exceptionibus dilatorijs
ipi parti ſi pars exquo ſciuit cōfeſſionē cū nō reuocauit
Et faciūt que habētur in. l. ſed ſi ſuſcepit. ff. de iudi. i. c.
inter monaſteriū. s̄. ti. ꝓri. qualitercūqꝫ enim in princi
pali procedatur uidetur renūciatū dilatorijs ut ibi. ⁊ ad
uocatus licet nō efficiatur unquā dñs litis per ea que ha
bētur in. l. i. §. i. ff. de poſtul. in. l. quiſquis. C. de poſtu
la. tñ ſua cōfeſſio preiudicat parti preſenti. l. i. C. de er/
ro. aduoc. uel ēt abſenti ſi exquo ſciuit nō reuocauit. l.
ij. ⁊ fi. C. de erro. aduoc. ⁊ hoc tex. ⁊ dicā in glo. ideo nō
mirū ſi per confeſſionē aduocati preiudicatur cliētulo in
dilatorijs cū poſſit preiudicari ēt in peremptorijs. Nō
ex tex. ibi reuocauit ꝙ ſtante errore cōfeſſionis aduoca
ti pōt cliētulus eius cōfeſſionē reuocare. ⁊ ponit pulchre
bal. in. c. fi. s̄. de cōfeſſ. Et licet tex. exprimat ꝯfeſſiōꝫ fuiſ
ſe erroneā tamē ſignāter habetis ex tex. ꝙ in ipo actu re
uocationis nō tenetur clientulus exprimere ꝙ ꝑꝑ erro
rē reuocet. Et ſic habetis eē differētiā inter reuocatiōeꝫ
cōfeſſionis aduocati ⁊ reuocatōeꝫ ꝓprie cōfeſſionis vel
procuratoris. qꝛ in reuocāda cōfeſſione aduocati nō ē ne
ceſſe exprimere ꝙ propter errorē reuocetur multo minꝰ
nec erit neceſſe probare errorē. ſecus ē circa reuocādam
propriaꝫ uel procuratoris cāu quo ꝓcurator poſſit p̂iu/
dicare qꝛ tūc requiritur ꝙ exprimatur ꝙ ꝑꝑ errorē ſit re
uocatio. l. error. C. de iur. ⁊ fac. igno. ⁊ ibi nō. c. fi. ⁊ ibi
notat̃. s̄. de cōfeſſ. l. nō uidetur. ff. de cōfeſſ. ⁊ ēt neceſſe
ē qñqꝫ probare errorē in dictis iuribus. Nō ex tex. ibi
litē cōteſtatā ꝙ ex cōfeſſione aduocati pōt lit. cōteſta. in
duci ſi a parte nō reuocet̃. ⁊ ſi talis cōfeſſio reſpiciat ꝑnci
pale negociū ut hic. ⁊ faciūt notata in. c. unico. ſupra de
lit. cōteſta. in. c. cum ad ſedē. s̄. de reſti. ſpolia. Nota
ex tex. ibidē lit. cōte. iūctis precedētibus ꝙ lꝫ p exceptōꝫ
ꝑemptoriā oppoſitā nō inducat̃ lit̃ cōteſtatio. c. fi. de lit.
ꝯte. li. vi. tñ ſi ꝑemptoria opponat̃ ⁊ ſup ea teſtes recipi
antur ut hic uel offeratur ꝓbatio ꝑemptorie inducit̃ lit̃
cōteſtatio. Jta bal. hic qui dicit hoc eē ſingulare ⁊ pōt eē
rō qꝛ offerēdo probationē uel teſtes faciendo examinari
cū iſta nō poſſint fieri niſi lite cōteſtata ut ualeāt toto ti.
ſupra ut lit. nō cōte. ⁊ pars ī dubio nō videt̃ eligere uiā
ad impugnāda ſua iudicia. l. iij. ff. de teſta. mili. iō per
hos actus ſequētes uidet̃ pars declarare īitionē ꝙ duꝫ
obiecit ꝑemptoriā fecit aīo litē ꝯteſtādi. glo. tñ i. d. c. fi.
dat aliū intellectū ad hūc tex. ꝙ hic iō p oppoſitōeꝫ ꝑem
ptorie inducatur lit. cōte. qꝛ pars nō ſimplicit̃ oppoſuit
exceptionē ſꝫ attigit negociū principale negando narra
ta ꝓut narrātur ⁊ petita fieri nō debere. Deīde ꝑempto
riā ſubijcere per que ṽba datū ē induci lit. ꝯteſ. imo eſt
quotidiana practica. d. c. unico. ⁊ ibi notat̃. ⁊ iſte intelle
ctus cōiter hic approbat̃ lꝫ ſit diuinatiuus. Nota ex
tex. ibi fore credētes ꝙ lꝫ iudex nō hēat ꝓpoſitū grauan
di qꝛ ſomniat ſe iuſte agere tñ permiſſa ē appellatio etiā
ab interlocutoria ⁊ ſic hētis hic caſuꝫ ꝙ ab iterlocutoria
appellatur ēt ſi ex ꝓpoſito iudex nō grauet. ſed re ipa i
iuſticiā faciat. dū tamē ex ꝓductis corā eo ꝺ iniuſticia ap
pareat cle. appellanti. eo. ti. Et ſic iō opi. iudicis appella
tōem nō excludit qꝛ in iur̃ errabat. ita panor. hic creden
do per cōfeſſionē erroneā aduocati ⁊ reuocatā litis cōte
ſtationē eē. Nota ex tex. ibi p ꝓcur̃. ipſoꝝ ꝙ ꝑs cōfeſ
ſionē aduocati nō ſolū pōt reuocare p ſe ipam ſꝫ ēt per
ꝓcura. ⁊ ſic hētis hic eē caſuꝫ ꝙ aduocatus nullo pacto
fit dñs litis nec inſtātie nec parē poteſtatē hꝫ in cā ſicut ꝓ
cura. nā ſi hēretur ꝓ procuratore nō poſſent geſta p eū
p aliū ꝓcur̃. reuocari ad litē generaliter datū ut pꝫ h. l.
ſi hominē. ff. man. Nota ex tex. ibi delegatorū ſuorū
approbauit ꝙ ſubdelegatus a delegato ēt principis non
pōt alteri ſubdelegare. facit tex. in. c. ſup qōnū. §. ſi ue
ro. s̄. de offi. dele. imo plus vult hic tex. ꝙ ēt nō poſſit ra
tum hēre proceſſuꝫ geſtū a ſubdelegato ſubdelegati ipe
delegatus primus. Et ſic hētis bonū tex. ꝙ in iuriſditio
nalibus ratihabitio nō iuſtificat proceſſuꝫ nullū ex defec
tu iuriſditionis. Et uoluit Jnno. in. c. prudētiā. in prin.
s̄. de offi. dele. hētur in. l. lꝫ. ff. de iudic. Et precipue ē ſi
gnādus iſte tex. cū loquatur in cardinali delegato qꝛ ex
hoc hētis ꝙ lꝫ cardinales qui mittūtur uideātur i dubio
ſemper eē legati de latere. c. i. de offi. lega. li. vi. ⁊ habe
ant iuriſditionē ordinariam c. ii. de off. leg. li. vi. tanquā
legati tñ ſi cōmittatur eis ꝑticularis cā in ea nō cenſentur
ordinarij ſed potius delegati ⁊ ita ē tex. hic ⁊ pōt eē ratō
uel quia illa ꝯmiſſio fiebat in curia ⁊ tūc non fiebat tan
quam legato cum in curia nō ſint legati uel ēt poſito ꝙ
fieret extra curiam ideo cēſentur delegati qꝛ particulari
ter illa cā ē eis ꝯmiſſa. ⁊ ſic nō fungūt̃ iuriſditōe uniuer
ſali ſicut legati. ⁊ faciūt que dicā in glo. in uerbo delegatꝰ
in fi. imo fortius probat iſte tex. unum nō. ꝙ licet legatꝰ
de latere cum equiparetur ꝓcōſuli. d. c. ij. de offi. lega.
li. vi. Et proconſul poſſit delegare alteri. ſ. ꝯſtituendo le
gatum. l. legatus ⁊ toto titulo. ff. de offi. proconſ. Jta
poteſt Cardi. delegare alteri ⁊ ſic legatus proconſul po
teſt alteri delegare. Et ſic lꝫ legatus ſit delegatus inferio
ris a principe tamē ſubdelegat. l. cum pretor. §. i. ff. de iu
di. Glo. ē in. d. l. legatus habetur in. l. more. ⁊ in. l. ⁊
quia. ff. de iuriſdi. om. iudi. Jta Cardi. cum ſit legatus
delegare poterit ⁊ ſuus delegatus alteri ſubdelegare ad
inſtar proconſulū. ar. d. c. ij. ⁊ ita panor. in. c. cum bertol
dus. s̄. ti. ꝓri. tamē hoc non procedit in particulari cau
ſa cardinali ꝯmiſſa quia exquo eam non habet ut lega
tus licet poſſit tanquam delegatus principis ſubdelegar̃

ſpam cām tñ ſuus ſubdelegatus nō poterit alteri ſubdele
gare. qꝛ hoc nō haqet cardinalis ut legatus ita tex. hic.
Ultimo nota delegatū ab inferiore a principe nō poſ
ſe ſubdelegare delegatū aūt a principe ſic. l. a iudice. C.
de iudic. Glo. in uerbo eadē die. in fi. qꝛ glo. attingit
duo unū tacite aliud expreſſe. unū an clietulus poſſit re
uocare cōfeſſionē aduocati ſcđꝫ qñ. Circa primuꝫ dicite
latius aut fit cōfeſſio clietulo pñte ꝛ nō ꝯdicēte ꝛ tūc ñ po
teſt eam reuocare. l. i. C. de erro. aduo. niſi ſicut ꝯfeſſio
nē propriā ꝛ ſic p̄textu erroris. l. error. C. de iur. ꝛ fac.
igno. c. olim. j. de cenſi. ꝛ. d. c. fi. ſ̄. de confeſſ. aut cōfitet̄
clietulo pñte ꝛ ꝯdicēte ꝛ tūc nihil oꝑatur cōfeſſio ergo d̄
reuocatōe nō ē tractādū. d. l. i. Aut fit clietulo abſente cō
feſſio. Et tūc aut q̄ꝑrimū ſciuit fecit actuꝫ per quē uidet̄
ꝯſenſiſſe cōfeſſioni. puta in cāu noſtro cōfeſſio aduoca
ti nō erat erronea qꝛ nō uera ſꝫ erronea qꝛ nō tempore
d̄bito. cōfitebatur. n. ſuꝑ ꝑemptoria exceptione ꝛ ad lit.
cōteſt. inducendā cum tempns induciarū ad dilatorias
opponēdas eēt petitū. Et ideo errabat aduocatus qꝛ ñ
debebat litē cōteſtari nec exceptionē ꝑemptoriā attinge
re donec dilatorie nō eſſent expedite. ꝛ iſto cāu ſi clietul⁹
poſtquā ſciuit cōfeſſionē aduocati proceſſit ad aliquē ac
tum qui ſolet geri poſt lit. cōte. videt̄ tacite confirmar̄ cō
feſſionē aduocati. ꝛ ideo reuocare āmodo nō poterit. fa
ciunt notata in. c. fi. de iureiu. li. vi. aut poſtquā ſciuit ꝯ
dixit ꝛ tūc ualet reuocatio ut hic. Circa ſecūdum quā
do debeat reuocatio fieri. aut querimus de reuocatione
fienda ut de cōfeſſione aduocati ꝛ fic nō aliter docto de
errore tacito nec expreſſo ut dixi in tex. ꝛ tūc uſqꝫ ad tri/
duuꝫ reuocare poterit. d. l. fi. dūmō ꝑ aliquē actū preiu
diciale nō videatur cōſenſiſſe. ꝛ iō in cāu noſtro dicit̄ ea
dē die reuocandū eē. nec procedēdū in cā ad aliquē actū
qui ſolet geri poſt lit. cōte. puta producēdos teſtes ꝑut
hic uideatur cōfeſſionē aduocati cōfirmare. Ita glo. hic
nota. que cōiter approbatur. aut vult cōfeſſionē reuoca
re nō ut aduocati cōfeſſionē ſꝫ ēt ut propriā. ſ. qꝛ vult di
cere de errore. ꝛ tūc pōt ꝑpetuo eā reprobare uel reuoca
re docēdo de errore. glo. ē. xxxv. q. ix. c. loci. v̄ſ. his ita.
quā ita intelligūt hic panor. ꝛ imol. etiam in cauſa appel
lationis. l. fi. C. de erro. aduoc. hētur in. l. creditor. §. iuſ
ſus. ff. eo. Glo. in uerbo delegatus in fi. habetis prio
ex glo. quod dixi in vltimo nota. tex. ꝛ ē ratio quare de
legatus a principe poſſit ſubdelegare ꝛ nō alij delegati i
feriorum in priuilegium ipſorum delegatorum principis
nam maiores ſunt quocunque ordinario in illaꝛ cauſa.
c. ſtuduiſti ſupra de offic. lega. Cum ergo eis competat
ex priuilegio ꝛ priuilegia non ſunt extendenda regula.
que a iure de regu. iur. libro ſexto. l. quod uno ꝯtra. ff.
de legi. Ideo non extenditur ad delegatos inferiorum
hoc priuilegium. ꝛ per hoc habetis inferre rationem ad
tex. noſtrum quare ſubdelegatus delegati a principe nō
habet ipſe ſubdelegare. quia exquo delegato principis ē
conceſſum hoc ex priuilegio non egreditur perſonam.
ꝛ ſic ut tranſeant in delegatum principis. l. ius ſingula/
re. ff. de legi. §. quod principi inſti. de iure natura. gen.
ꝛ ciuil. ꝛ hanc rationem ſentit glo. noſtra. imo pluſ vult
glo. quod etiam poſt litem conteſta. non poſſit ſubdele
gatus delegati a principe ſubdelegare quia in iudice
non conſideratur an lis ſit conteſtata uel ne quo ad ap
propriandum ſibi iuriſditionem quando eſt delegatus.
l. iudicium ſoluitur. ff. de iudi. licet ſec⁹ ſit i procuratore
l. neque. C. de procurato. ꝛ habetur in capl'o non iniu
ſte. ſupra de procura. Ideo ſicut non poteſt ante lit. con
teſta. ſubdelegare ita nec poſt. ꝛ cum glo. tranſeunt om
nes. Habetis etiam ex glo. intellectum ad capitulum
cum bertoldus. ſ̄. de reiudicata quod licet ibi delegat⁹
inferioris a principe ſubdelegaret non tamen per hꝫ iſte
tex. permittit q͛ delegatus ab inferiore a principe poſſit
ſubdelegare quia eſſet contra tex. noſtrum. ꝛ. d. l. a iudi
ce cōtra. c. paſtoralis in principio. ꝛ. c. ſuper queſtionū i
pri. maxime ꝑ locum a ſpeciali. ſ̄. de offi. delega. ſed in
telligitur ille tex. narrare facti accidentiaꝫ ſuper qua pa
pa ibi de hoc nihil decidit ideo ſtabimus iuribus exꝑſſ
que cōtrariū diſponūt. ſ. tenēdo ꝙ ibi poti⁹ de facto ſub
delegauit q̄ de iure nec tenuit ſubdelegatio. Sed cir
ca hanc partē glo. pro complemēto. quero primo nun
quid ordinarius poſſit ſubdelegare alteri cum clauſula
ut ille poſſit ſubdelegare ꝛ videt̄ dicēdū ꝙ ñ. exquo ſub
delegatio ē ꝯceſſa in priuilegiū principis ꝛ delegatorum
ſuorū ut dixi. ꝛ ita tenet Archi. in. c. quāuis. eo. ti. li. vi.
ꝛ Ci. in. d. l. a iudice. In contrariū ē glo. in. c. is cui.
de offi. dele. li. vi. ubi glo. firmat ꝙ ordinarius poſſit hꝫ
facere ꝛ tenet rota deciſ. cclxviij. que incipit item ſi eps
Et tenet ſpec. in ti. de iudice delegato. §. ij. v̄ſi. ſed nun
quid tenet bar. in. d. l. more. ꝛ l. ꝛ qꝛ ꝛ cōiter oēs i. d. l.
a iudice mouētur per tex. in. l. unū ex familia. §. ſi d̄ fal
cidia. ff. de leg. ij. ꝛ tex. ē in terminis arguen⁹ de arbitro
ad iudicē in. l. nō diſtinguemus. §. queſitū. ff. de arb. ꝛ
tenēt cōiter canoniſte hic. ꝛ in. d. c. cum bertoldus. ꝛ in
d. c. is cui. Nec obſtat arg. ꝯrium ꝙ delegatus inferioris
nō pōt ſubdelegare qꝛ illo cāu ſubdelegādo nō faciet ut
delegatus ſed ut pica ꝛ organum ipius ordinarij. ꝛ ipe
ſubſtitutus dicetur ſubdelegatus ordinarij nō ſubdele/
gatus delegati ab ordinario. Et ideo Ange. in. d. l. mo
re. dicit ꝙ ſi ordinarius vellet delegare cum hoc ꝙ dele
gatus poſſet nomine ſuo facere ſubdelegatū hoc ñ poſ
ſet. Et ita ſaluatur opi. Archi. ꝛ Ci. Secūdo quero
an licet ſubdelegatus delegati principis nō poſſit ſubde
legare ut hoc tex. ꝛ. c. ſuper qōnum. §. ſi uero. ſ̄. d̄ offi.
del. imo ſi occurrēt i eād ꝑſōa ꝙ cēt ꝑ ꝑte d̄legat⁹ prin
cipis ꝑ ꝑte ſubdelegat⁹ ñ poſſꝫ ſubdelegar̄ ut ē tex. nō.
in dicto. §. ſi uero. vtrum poterit delegatus pricipis ſub
delegando dare poteſtatem ſubdelegandi alteri. ꝛ glo.
eſt in. c. ſuper queſtionum. §. porro. verſiculo tranſfert.
ſupra de offic. delega. ꝙ nō. ꝛ ita tenet Archi. in dicto.
c. quāuis. ꝛ Io. an. in dicto. c. is cui. Panor. tamen
in dicto. c. cum bertoldus. ita diſtinguit. Aut ſubdelega
tus ſubdelegauit in totum vices ſuas nil ſibi reſeruato.
ꝛ tunc non poſſit ſubdelegare cum poteſtate ſubdelegā
di. nam exquo ſubdelegando in totum abdicauit a ſe
iuriſditionem. d. §. porro. nō poſſumus dicere ꝙ ſi iſte
ſubdelegatus deueniat ad actum ſubdelegandi ex pote
ſtate ſibi permiſſa a ſubdelegāte uideatur ipe delegatus
ſubdeleganſ. Iſtam ſecūdam ſubdelegationem facere.
quia non remanſit iudex ꝛ ſic non habet locum funda/
mentum per quod mouetur Barto. in dicta. l. more. ꝛ
glo. ꝛ docto. in dicto. c. is cui. ad concludendum ꝙ ordi
narius inferior a principe poſſit delegare cum poteſtate
ſubdelegandi ut dixi in precedenti queſtione. Aut dele
gatus principis ſubdelegauit non in totum uices ſuas
ſed aliquo ſibi reſeruato. ꝛ tunc exquo remanſit iudex
ſi ſubdelegatus ſubdelegauerit ex poteſtate ſibi permiſ
ſa ꝛ ſubdelegante ualebit ſubdelegatio quia illo caſu mi
litat fundamentum ut delegatus ſubdelegans uideatur
per miniſterium ꝛ organum ſubdelegati alteri ſubdele
gare ſicut dixi in precedenti queſtione de ordinario. ta
men in contrarium faciunt que notat Specu. in ti. de
lega. §. ij. verſiculo ſed nunquid delegatus. nam inter
cetera propterea prohibetur ſubdelegatus ſubdelegare
ratione infinitatem euitandi que ratio indiſtincte cōclu
dit ſiue ſubdelegatus ſubdelegauit vices ſiue non. nec
ē bonum ſimile adductum de ordinario dante poteſta
tem ſubdelegandi quia ſubdelegatio in ordinario non
prohibetur in ordinario ratione infinitatis ſed reſpectu
poteſtatis quia hoc priuilegium ē ſolū ꝯceſſū pricipi ꝛ d̄
legati ab eo ſubdelegādi ꝛ ꝯcedit̄ a. l. c. paſtoral' in prin.
ꝛ. c. ſuper qōnūm in prin. ſ̄ de offi. dele. ꝛ dictū ē i tex.
Tertio quero nūquid delegat⁹ iferioris a pricipe uel
ſubdelegatus delegati principis ꝛ ſic huiuſmōi ꝑſone que
delegare ꝑhibent̄ poſſint unum articlm cāe ſubdelegare

UVA. BHSC. IyR_025

licet nõ totã cãm barto. in. d.l. moze. cõcludit ꝙ ſic. ⁊ in
l. ſolet. ff. de iurſdictione om. iud. Mouet̃ q̃ delegatus
ad uniuerſitatez cauſaꝝ põt unã cauſam ſubdelegare ut
hic in glo. ergo ita delegatus ad unam cauſam quaſi ad
uniuerſitatẽ articuloꝝ cãe illius delegat⁹ poterit ſubde
gare unũ articulũ. ⁊ fac̃ pzo eo. l. i. §. i. ff. quis ⁊ a quo.
adducit 2ᵒ. tex. i cle. unica. de offi. del. 3ᵒ. pzo eo fac̃ tex.
in. c. ſup queſtionũ. v̓ſi. noſ aũt. ibi uel iudex quicũque.
s̃. de offi. del. ubi generalit̃ dic̃ tex. ꝙ quicũqz iudex exe/
cutozẽ ad certũ articulũ delegare poteſt. quarto. pzo eo
fac̃. c. cũ bertold⁹. s̃. de re iud. In ↄ̃rium eſt cõmuis
ſentẽtia ⁊ in. d. c. cũ bertold⁹. ⁊ tenet glo. in. d. cle. uni
ca. ⁊ ibi per doc. tenet Angelus. in. d. l. moze. Bal. in.
d. l. a iudice. Spec. in titulo. e. uerſiculo. ſed nunquid.
rota i deciſ. ſua. c. lxiiij. que icipit itẽ. ꝙ d̓legat⁹ ozdinarij
⁊ ꝑ illa opi. ẽ tex. hic qui loquit̃ de delegatiõe articuli.
ſ. receptioñ. teſtium. ⁊ tex. in. l. a iudice. C. de iud. ibi iu
dicis dãdi poteſtatẽ nõ hẽt ⁊ tñ delegatio articli i quo re
quirit̃ cãe cognitio faceret iudicẽ. glo. i. d. cle. unica. ergo
articlũz ſubdelegare nõ poterit. nõ obſtat pꝛio ꝙ dicitur
de delegato ad uniuerſitatem cauſaꝝ. q̃ i eo ẽ alia rõ ꝙ̃
hic ſenſit glo. ſ. q̃ ozdinario cõpat̃. ⁊ fac̃ glo. i. c. ſtatutũ
§. inſup. in v̓bo moderatas. de reſcrip. li. vj. fac̃ glo. in
cle. ii. de reſcrip. nõt Bar. in. l. ſi uni. al̃. icipit põponius.
ff. de re iud. ⁊ Ang. in. l. qui ꝓcuratozẽ. ff. de ꝓcur. ⁊ fa
ciũt nõta i. c. pzudẽtiã. i pꝛin. mar̃. per Imo. ⁊ Panor.
s̃. de offi. del. et hoc nõ tollit̃. l. i. §. i. ff. quis et a quo.
q̃ loquit̃ i delegato ad uniuerſitatez cauſarum. nõ ob/
ſtat tex. i cle. unica q̃ imo fac̃ in ↄ̃rium. ex quo loquitur
ſpecialit̃ i delegato pꝛincipis qui ſic̃ totã cauſam ſubdele
gare põt ut hic. ⁊ d. l. a iudice Ita et unum articulum.
ſecus ergo eſt i delegato iferiozis nõ obſtat tex. in. c. ſu
per queſtionum. i pꝛin. q̃ loquit̃ d̓ ↄputãdo executoꝛ ad
certuz articulũ ⁊ ſic de delegatiõe nudi facti ꝙ̃ bene põt
facere delegat⁹ iferiozis a pꝛicipe. ſecus eſt in delegatiõe
articuli cũ cognitione uel aliquali iuriſdictione. q̃ cam ñ
poteſt alius delegat⁹ ꝙ̃ pꝛincipis facere. ꝓut poſtea apit
ibi tex. ſtatim in v̓ſi. ꝙ ſi delegat⁹ ubi cũ miniſterio ſolũ
loquitur de delegato a papa. Et hoc modo rñdetur ad
capitulum cũ bertold⁹. ſecundum unum intellectum uel
ad capitulũ cũ bertold⁹ rñdet̃ ut in glo. hic. q̃ de facto ibi
fuit ſubdelegatio facta ⁊ nõ fuit oppoſitum. Et ſic hẽtis
in hoc articulo diſtinguere ut patet ex ſo. ↄ̃rioꝝ. aut vult
delegatus iferiozis ſubdelegare articulũ in quo requirit̃
cauſe cognitio uel aliqualis iuriſdictio ⁊ nõ põt. aut vult
ſubdelegare articulũ nudi facti ⁊ hoc põt. ⁊ fac̃ glo. i. d.
cle. unica cũ alijs ꝑallegatis. ⁊ iõ uidet̃ qd̓ iudex poteſt
tabellioni remittere receptionẽ teſtiũ nudi facti. lz articu
lum an ſint admittẽdi uel ne nõ poſſit. ⁊ ita faciũt nõta
in. c. ꝑ̃ſentium. in pꝛin. de teſti. li. vj. fac̃ tex. in generali
tate ſui iũcta glo. ibi in. c. ii. de iud. li. vj. faciũt nõta per
Inno. in. c. qm̃. ↄ̃. s̃. de ꝓb. lz aliter uideat̃ diſtinguere
Inno. qui ibi nõ tenet̃ in. d. c. cũ bertold⁹. Sz pũct⁹
ſtat nũquid iſte miniſter nudi facti poterit ipe alteri ſubd̓
legar̃ hoc miniſteriũ. puta tabellio cui eſt delegata exaĩa
tio teſtium nudi facti an poterit alteri ↄmittere ⁊ quic
quid dicat Inno. in. d. c. cũ bertold⁹. ↄcludit ibi Io. an.
⁊ Imo. qd̓ nõ q̃ vꝛ electa induſtria ꝑſone. ergo alteri
nõ ſubdelegabit nec examiationẽ nec ſcripturã eius. q̃
eius fides vꝛ electa ẽt in ſcribẽdo. ⁊ faciũt nõta in. c. ſi. v̓
ſi. cetex. s̃. de offi. del. ⁊ ibi Panoꝛ. faciũt nõta per Bar.
in. l. nemo. ff. de duo. re. faciũt nõta in. l. unica. §. ne aũt.
C. de cad. toll. i. d. c. is cui. de offi. del. li. vj. ſz pone au
ditoꝛ rote cui ẽ ↄmiſſa cã audiẽda ⁊ cognoſcenda fec̃ re
miſſozias ad ptes duob⁹ cũ clauſula. ꝙ ſi nõ omnes. ut
teſtes examinarẽt iuxta ea que habent̃ i. c. ↄſtitut⁹. j. de
fideiuſ. in autẽtica apud eloquẽtiſſimũ. C. de fid. inſtru.
pone vn⁹ ex iſtis examiatozib⁹ delegauit uices ſuas alte
ri ↄſocio. collega ꝓceſſit ad examiationẽ teſtiũ. opponi
tur receptiões non ualere, q̃ facte ſunt ab iſto collega cui

alius conſoci⁹ ↄmiſſerat vices ſuas ꝙ nõ potuit facere
ar. c. ſup queſtionũ. §. ſi vero. s̃. de offi. del. ↄcluſũ fuit
per. d. de rota deciſ. ſua. cclviiij. que icipit itẽ ſi auditoꝛ.
has receptiones nõ valere ⁊ deducit̃ ex pꝛedictis q̃ſtio
nibus. nã aut volumus tenere ꝙ auditoꝛ rote habeat
ozdinariã aut hẽat delegatã de quo in cle. auditoꝛ d̓ re
ſcrip. Si tenem⁹ ꝙ auditoꝛ habet ozdinariã iſti exami
natozes delegati ſũt iferiozis a papa. gᵒ ſubdelegare nõ
poterũt. ut hoc tex. ergo collega nõ potuit ꝓcedere ex
ſubdelegatõe facta a ↄſocio. nec põt ẽt ille auditoꝛ hũc ꝓ
ceſſũ ratificare. q̃ peccat i iuriſdictiõe ut dixi in tex. aut
tenem⁹ ꝙ auditoꝛ hẽat iuriſditionẽ delegatã ⁊ tũc iſti
examiatozes ſũt ſubdelegati delegati pꝛĩcipis ergo dele
gare nõ poterũt. d. §. ſi vero. ⁊ i tex. hic. nec poterit au
ditoꝛ hanc receptionẽ ratificare q̃ peccat i iuriſdictiõe.
⁊ ita tranſit rota. Poſſz tñ papa illo cãu ratã hr̃e hanc
receptionẽ teſtiũ. quia lz dicatur ꝙ ꝓceſſus null⁹ ex de
fectu iuriſditionis nõ poſſit ratificari ut dixi in tex. tam̃
pꝛinceps ꝑ̃e poſſz hũc pꝛoceſſũ ratificare. Gl. eſt nota.
viiij. q. ij. c. ij. ⁊ faciũt nõta. iii. q. vj. c. hec quippe. ⁊ faci
unt que habẽtur i. c. ad petitionẽ. j. de accuſa. Quar
to quero nũquid legat⁹ poſſit ſubdelegare. de legato ꝓ
conſulis nõ eſt dubiũ ꝙ ſic. l. legato. ff. de offi. ꝓconſ.
et ibi notat̃. l. cũ pꝛetoꝛ. §. i. ff. de iud. De legato de later̃
ẽt nõ eſt dubiũ ex quo equipat̃ ꝓconſuli. c. ij. d̓ offi. del.
li. vj. ⁊ voluit bal. i. d. l. a iudice. ⁊ Ang. i. d. l. cũ p̃toꝛ.
Sz qd̓ ſtat quid i alio legato qui nõ ſit de latere. panoꝛ.
in. d. c. cum bertoldus dixit indiſtincte ꝙ oẽs legati pñt
delegare q̃ indiſtincte equiparãtur pꝛocõſulibus. d. c. ij.
nec loquitur ille tex. ſolũ de legatis de latere. Ultimo
quero an ꝑ cõſuetudinem poſſit dari poteſtas ſubdele/
gandi nõ habenti. ⁊ dic ꝙ ſic glo. ẽ in. d. l. cum pꝛetoꝛ.
§. i. ⁊ facit quia conſuetudo põt dare ozdinariam. ix. q.
iij. c. conqueſtus in. c. cum cõtingat. s̃. de fozo cõpe. ⁊ l.
dat poteſtatem delegandi. d. c. paſtozalis. in pꝛin. ergo
ita cõſuetudo que equiparatur. l. c. fi. s̃. de conſue. l. de
quibus. ff. de legi. In ea. in fi. habetis ex glo. ꝙ dele
gatus ad uniuerſitatẽ cauſarũ põt ſubdelegare unã cãm
⁊ gl. cõiter appꝛobat̃ faciũt que hñtur in. l. cũ p̃toꝛ. §. i.
ff. d̓ iudic. ⁊ i. l. i. §. i. ff. quis ⁊ a quo ⁊ que notat bar. in
d. l. moze. ⁊ in. d. l. ſolet. Aliud habes ex glo. ꝙ dele
gatus ad uniuerſitatẽ cãrũ equiparat̃ ozdinario. ⁊ ſunt
iſti delegati ad uniuerſitatẽ cãꝝ puta vicarij fozanei ita
gl. in cle. ⁊ ſi principalis de reſcrip. faciũt q̃ notãtur in. c.
i. d̓ of. ozdi. li. vi. ⁊ cũ glo. concozdat ꝙ vult gl. in. d. §.
inſup. ⁊ qd̓ notat̃ i locis ꝑallegatis. Sz qualiter itellige
tur quis ſit delegatus ad uniuerſitatem cãrũ. ⁊ dixit An
ge. in dicta. l. ſolet. ꝙ ille ẽ delegatus ad uniuerſitatem
cauſarũ cui uniuerſalitas cauſarum inter aliquã uniuer
ſalitatẽ perſonaꝝ ẽ cõmiſſa. tamẽ bal. i. d. l. a iudice alit̃
loquitur quia dicit cum delegatum ad uniuerſitatẽ cãrũ
cui ſub cõmemoratõe certi territozij uniuerſitas cauſarũ
ẽ cõmiſſa. Uos latius dicite iũgendo ea que notãtur
per bar. in. d. l. moze. ꝑ canoniſtas in. c. cum ab eccliarũ
ſupꝛa de offi. ozdi. maxime do. anto. Io. an. ⁊ imol. ⁊ i
cle. ij. de reſcriptis. ⁊ per bal. in. d. l. a iudice. ⁊ Ange. in
d. l. ſolet ꝙ quãdoque a pꝛincipe datur quis ut ozdina
rius quãdoqz ut delegatus ad uniuerſitatem cauſarum
quandoque ut delegatus ad plures cãs ⁊ nõ ad uniuer
ſitatem. qñqz ad unã cãm ozdinariã. Ad uniuerſitatem
uidetur dare pꝛinceps in dubio quando eum pꝛeficit cer
to territozio ita ut uideatur magis circũſcribere ⁊ conſid̓
rare ipſum territozium ⁊ que in eo occurrent quam cau
ſas tantum. tex. ẽ in. l. i. §. cum urbem. ff. de offi. pꝛefec.
vrb. ⁊ in hoc cõcozdãt omnes. item ozdinarium uidetur
dare cõmittẽdo pꝛincipaliter territoꝛiũ cũ uniuerſitate cã
rũ ⁊ i h̃ nemo dubitat ⁊ faciũt notata per inno. i. c. ex lit
teris. j. de iure patro. itẽ uidet̃ dare ozdinariũ cõmitten⁹
univ̓ſitatẽ cãꝝ i certo loco ł iuꝛ̃ditõe i certo loco. ita bar.
i. d. l. moze. ⁊ d. an. ⁊ io. an. i. d. c. cũ ab ecclaꝝ. imol. lz

UVA. BHSC. IyR_025

ꝯtrariū. qꝛ licet ſub ꝯmemoratione loci ꝯmittat̄ vniuerſi
tas cauſaꝝ puta in tali loco nō videt̄ principal̄r ꝯmiſſa
cura loci ſ; ſolū vniuerſitas illaꝝ cauſaꝝ. ⁊ locus videt̄
demōſtratiue appoſit᷒. ergo nō dicet̄ ordinari᷒ ſed dele
gatus ad vniuerſitatē cauſaꝝ. ⁊ etia; pro hac opi. ſac̄ qd̄
nōt Ang. in. d. l. ſolēt. tn̄ dic̄ Jmo. qd̄ nō eſſet recedeñ.
a cōmuni opi. ī iudicañ. delegatū autem ad vniuerſita
tem cauſaꝝ ſine dubio dat princepes. qñ vtit̄ verbo dele
go dū in ꝯmiſſione vniuerſaliter cauſe plures ꝯmittant̄
vt quid vniuerſu; ⁊ int̄ vniuerſitatē pſonaꝝ. ita Bald. ī
d. l. a iudice. ⁊ Bar. ī. d. l. more. ⁊ iō dixit ibi Bar. qd̄ qñ
pricepes ꝯmitteret territoriū vel iuriſdictionē ī territoriū
ſub his vbis. auctoritate nr̄a facias. vel ſimilib᷒ ꝙ uidet̄
illo cāu dare delegatū ⁊ ad uniuerſitatē cauſaꝝ. Na; oia
nr̄a ſacim᷒ ⁊c. c. ſi apoſtolice. de preb. li. vi. l. ij. vſi. oia.
noſtra ⁊c. C. de iure vet̄. enuc. et iō iſto caſu nō miꝝ ſi v;
facere delegatū. c. cū aliquib᷒. de reſcrip. li. vi. Ad vniuer
ſitatē aūt patet nō eſſe delegatū ex quo territoriū vel vni
uerſal̄ iuriſdictio in territorio ꝯmittit̄. delegatum aūt ad
plures cauſas vr̄ dare princeps qñ plures cauſas vni cō
mittit nō vniuerſalit̄. ſ; vel ſub ſingulari enumeratiōe vl̄
in genere. puta tale; ⁊ talē cauſam tibi ꝯmittmus. vel ēt
omnes cauſas vrētes inter titiū ⁊ ſeiū tibi ꝯmittimus. et
iſte ſi ſub enumeratione cauſaꝝ eſt dat᷒ dicetur delegat᷒
ad plures ſi ſub generalitate dicet̄ delegat᷒ generalis. ita
Aug. in. d. l. ſolent. Delegatū autem ad vnam cauſam
tunc videt̄ dare cū vnā cauſam ſibi ꝯmittit. quadoq; tn̄
uidet̄ poti᷒ excitare ꝙ̄ delegatū facere. ſ. qñ ꝯmittit vnā
cauſam uel etiam plures ordinario que omnio ad eum
ſpectabāt. na; tunc in dubio videt̄ potius excitare iuriſ
dictionem ordinariam ꝙ̄ delegatū facere. c. l; in corrigē
dis. ⁊ c. graue. ſ. de offi. ord. ſed nūꝗ delegatus ad vni
uerſitatē cauſaꝝ ſic̄ poteſt unam cauſam ſubdelegare ut
hic ī glo. ita poterit totā uniuerſalitatē cauſaꝝ alteri ſubdō
legare. ⁊ dicite qd̄ non. nam ſicut ordinarius nō pōt ab
dicare a ſe totā iuriſdictionem niſi de ꝯſenſu ſupioris. l.
pe ff. dō off. pſ. habet̄ in. c. qd̄ in dubijs. ⁊ ī. c. admonet.
ſup̄. dō renūc. ita iſte delegatus ex quo ꝯperat̄ ordinario
⁊ ita uoluit Jmo. in. d. c. ſuper queſtionum. §. ſi uero.

Glo. ſi. in ſi. nō glo. qꝛ ponit dr̄a; inter appellationē
a diffinitiua īterpoſitā ⁊ appellationem ab interlocutoria.
qꝛ cu; appellat̄ a diffinitiua ñ requirit̄ cauſe expreſſio. nec
unam artat̄ proſequi cauſam magis ꝙ̄ aliam. ſed non
deductū deducā ⁊c. c. cu; io. ſup̄. de fid. inſtru. l. per hāc.
C. de temp. appel. in interloc. ſecus eſt. dixi in. c. ut debi
tus. ⁊ an propoſitis pluribus cauſis appellationis quan
do ab interlocutoria appellat̄ poſſit ſi in una proſecuta
ſuccubuit ad aliā reuerti. ⁊ an cogatur omnes proſequi
quas expſſit. dixi ī. d. c. ut dēbit᷒. ⁊ hic pōit Jo. an. ⁊ alij.

## Jlecto filio g.

Pro euidentia premitto qd̄ ſententia uarijs
modis retractat̄. Quādoq; per uiam appel
lationis. ꝙ tunc eſt pro parte quādo dicit̄ ſententiam eē
iniuſtam. de cui᷒ natura uidimus in Rica. quantum at
tinet ad appellationē a diffinitiua. de appellatione autem
ab interlocutoria uidimu᷒ in. c. ut debit᷒. ⁊ dō appellatiōe
ab actu extraiudiciali uidimus in c. bone. ſup̄. eo. quan
doque per uiā in integꝝ reſtitutionis. ut in. c. ex litteris.
in. c. ſuſcitata ⁊ in. c. tū ex litteris. ſ. de in inte. reſti. quā
doq; p uiam ſupplicationis. ut in autentica. que ſuppli
catio. C. de pc. imper. off. nōtur in. d. c. tu; ex litteris.
Quandoq; per uiam reductionis ad arbitrium boni ui
ri. ut habetur latiſſime in. c. quintauall̄. ſ. de iur̄ iu. ⁊ nōt
Bar. in. l. ſi ſocietatem. §. arbitroꝝ. ff. pro ſocio. Quan
doque in uiam nullitatis. ⁊ illa proprie eſt materia nr̄a

H. d. non ſufficit appellāti dicere legitimā exceptiōe;
ſe oppoſuiſſe ⁊ qd̄ ꝓpterea appellauit niſi per eam non
admiſſa; ſe doceat appellaſſe. h. d. Diuidit̄ in duas.
in. pria. facti narratio. ī ſa. docet ⁊ inſtruit iudices. ſecun
da ibi qm̄ iudices. Nō. prio ex tex. ibi. cert᷒ numerus
canonicoꝝ q ī n eccleſia numerata numero firmato iura
mto. impetratio facta ultra numeꝝ hoc tacito ꝙ eccl̄ia
eſſet numerata ⁊ tacito de iuramto eſt ſurreptitia. ⁊ nul
lam dat iuriſdictionē nec poteſtatem executoribus. facit
tex. in. c. ꝯſtitutus. ſ. de reſcrip. faciūt nōta in. c. cū non
deceat. de elec. li. vi. in. c. dilecto. j. de pb. ⁊ ſic habetis qd̄
ſurreptio in reſcriptis ad beneficia uiciat ipſo iure. pro
ut eſt glo. in. c. ad audientiam. el. ij. ſ. de reſcrip. l; ſecus
ſit in reſcrip. ad lit. ut ibi. ⁊ in. c. cetez. ⁊ in. c. ſi autē. ſup̄.
de reſcrip. Nō. ex tex. ibi ꝯ ipſos. ꝙ l; ex quo ſurrep
tio in īpetratione beneficiali uiciat grām ipſo iure ut pro
xime dixi talis exceptio dicat̄ perēptoria qꝛ ius principa
le partis ꝑimit iuxta nōta in. c. i. de lit. ꝯt. li. vj. ⁊ in. c. i.
ſ. de ord. cog. ⁊ de natura ꝑemptorie ſit ut regulariter ñ
opponat̄ ad ꝓceſſum ſed ad merita. d. c. i. tñ illa ſurrep
tio gratie licet ꝑemptoria poteſt opponi ad ꝓceſſum. ⁊
ſic habetis ꝙ exceptio ꝙ grā ſit ſurreptitia pōt opponi.
non ſolū ad merita. d. c. ꝯſtitut᷒. ſed etiā ad ꝓceſſum l;
ſecus ſit in reſcriptis ad lites. nam ī eis ſurreptio nō pōt
opponi ad merita ſed ſolū ad proceſſum. d. c. cetez. d.
c. ſup litteris. de reſcrip. ⁊. d. c. i. de lit. ꝯt. li. vj. Et eſt
ratio dr̄e inter reſcripta ad beneficia ⁊ reſcripta ad lites
qꝛ per reſcriptū ad beneficia non ſolum datur iudex ſiue
iuriſdictio ⁊ poteſtas iudici. ſed ēt ipſum ius creat̄ in eo
ſuper quo principalis ītentus partis fundat̄. iō non miꝝ
ſi cū ſurreptio uiciet gratiam uiciat omnē effectū gratie.
⁊ ſic poteſtatem datā iudici. ⁊ ꝓpterea opponit̄ ad ꝓceſ
ſum. ⁊ ius ipſum principalit̄ ꝓceſſum pti. ſ. beneficij pro
uiſionem iō pōt opponi ad merita in uim ꝑemptorie ex
quo ꝑimit ius pn̄cipale. Jn reſcriptis aūt ad lites ſec᷒ eſt
qꝛ per ipſa l; det̄ poteſtas iudici cognoſcendi de cauſa tñ
nihil noui iuris dat̄ pti circa negociū principale. ⁊ iō cu;
unic᷒ ſit tm̄ effect᷒ reſcripti ad lites. ſ. dādi iudice; nō miꝝ
ſi ſolum opponit̄ ad ꝓceſſum ⁊ nō ad merita ſurreptio
reſcripti ad lites. qꝛ reſcriptū merita nō reſpicit. d. c. ſup
litteris. Et ex pdictis habes aliud in quo differt reſ
criptū ad bñficia a reſcripto ad lites. qꝛ in reſcripto ad be
neficia ſurreptio circa ꝑemptoriam aliquā exceptionē ul̄
ius ꝑemptoriū uiciat reſcriptū ut hic. ⁊ in. d. c. cōſtitut᷒.
nam ꝙ ī eccleſia numerata iurato numero nō poſſit reci
pi canonic᷒ ultra numerū eſt ius ꝑemptoriū. ⁊ tñ tacitur
nitas hui᷒ numeri uiciat reſcriptū ipſo iure. ut in primo
nōbili ſec᷒ ī reſcripto ad lites. qꝛ taciturnitas ꝑemptorie
exceptionis ul̄ iuris ꝑemptorij niſi ſit litis finite nō uiciat
reſcriptū. d. c. i. de lit. ꝯt. li. vj. ⁊ hēt in. d. c. ſup litteris.
⁊ rō pēdet ex predictis. qꝛ reſcriptū ad beneficia reſpicit
ēt ius principale non ſolum dationem iudicis. ⁊ iō debet
facere mētionem de īpedientib᷒ illud ius pn̄cipale. Reſ
criptū aūt ad lites ſolū dat iudices nec aliquid opat̄ circa
ius pn̄cipale. ⁊ iō de iure pn̄cipali nō habēda ē mētio. ſ;
ſolū de īpedientib᷒ uel īpedire ualētib᷒ poteſtatē ul̄ ꝓceſſu;
iudicis. dati. Nō. ex tex. ibi. ⁊ ſic p ꝯfeſſionē. ꝙ ſi poſt
obiectā exceptionē fuerit appellatū l; regularit̄ ad ꝓbañ
iuſtificationē debeat ꝓbari vitas exceptionis. ut uidebi
mus in. c. īterpoſita. j. eo. tñ ſi ex ꝯfeſſione ptis ꝯſtet ex
ceptionē eſſe uerā ſatis iuſtificat̄ appellatio. dūmō aliud
appellationē nō īpediat ut p; ex tex. ibi ſi uobis ꝯſtiterit
Jmmo pl᷒ hētis ex illo tex. ibi. ꝯfeſſionē iūcto poſtea
vſi. ſi uobis ꝯſtiterit. ex mente Bal. ⁊ alioꝝ ꝙ l; ꝯfeſſio
iuſtificet ꝓceſſu; retro nullū ut uoluit Jnno. ī. c. qualit̄
⁊ qñ. el. 2°. j. de accuſſa. hēt. in. c. i. de accuſſa. li. vj. ēt ſi
nullitas ꝓueniat qꝛ forma mādati nō ſit ſuata. c. piſa
nis. ſ. dō reſt. ſpol. ēt ſi nullitas ꝓueniat qꝛ ſentētia ē la
ta poſt iſtañ. put nōt Bal. ī. l. ꝓperañ. ī. prin. C. dō iudi.
Panor. ⁊ d. Anto. ī. c. pe. ſ. de iudic. ⁊ general̄r ꝯfeſſio
ſup l; iordinatū ꝓceſſū cū faciat notoriū iur̄. ut ī. c. ſi. j. dō
cohit. cle. ⁊ mul. ī notorijs ñ reqrit̄ ordiarius ꝓceſſ᷒. c. ad
nr̄a; el. 3°. j. dō. iur̄. c. euidētia. j. dō accuſſa. iō cūfeſſio ſine
alia tela iudicij ul̄ min᷒ ſolemni ualet et tenet et iuſtificat

acta.nōt. bti. et Panoꝛ. in.c.at ſi clerici.ſ̄.de iudi.bar.ī
l.ſi ꝯfeſſus.ff.de cuſt. et exhi.re.in extrauag. ad rep̄. in
ver.per iquiſit̄.Bal.et Ang.in.l.i.C.de iudi.Bal.in.l.
vnica.C.de ꝯfeſ.in.l.ii.C.de re iud. Jmo.et alij in.de.
ꝯſtitutionez.de elec.in.iiii.col. tamē ſi nullitas ꝑceſſus
ꝓuenit ex defectu iuriſdictionis ꝯfeſſio ptis ꝯſitētis intē
tuȝ aduerſarij nō iuſtificat ꝑceſſum. d.c. at ſi clerici. in
prin.et.c.oliȝ.et ibi bon⁹ tex.ſm Panoꝛ.ſup̄. de reſcrip.
et eſt hic caſus.nam appellatio interpoſita a grauamīe
de futuro iudiciali nullā iuriſdictionē deuoluit ad iudicē
ad quem.et ita fuerat hic.interuenit poſta ꝯfeſſio partis
ꝯſitētis intētum appellātis.ſ.qꝺ executores nulliter per
reſcriptum ſurreptitiū ꝑceſſerāt.ꝙ patet cū ille pꝛeſbiť
ꝯfeſſus eſt illā eccleſiā eſſe numeratam. et ille ꝓpter
nullitatē reſcripti appellabat.tn̄ vult papa ꝙ licet ꝯfeſſio
aduerſarij interuenerit per quā pȝ de nullitate ꝑceſſus
ꝙ tn̄ ex quo appellatio nō valuit cū a grauamine de fu
turo interpoſita ſit iudex ad quē nō poſſit pꝛetextu hui⁹
appellationis ꝓnūciare pꝛoceſſum nullum. qꝺ patet ex
verſi.ſi vobis ꝯſtiterit a ꝯtrario ſenſu. Nō.ex tex.ibi
huiuſmodi nō admiſſam.ꝙ licet a grauamine de futuro
extraiudiciali poſſit appellari.c. ꝯcertationi. et ibi glo.
eo.ti.li.vj.c.bone.et ibi vidimus.ſ̄.eo. et etiam a gra
uamine iudicis extraiudicialiter inferēdo .c. dilectis filijs
decano .et ibi vidimus.ſ̄.eo.tn̄ a grauamine iudiciali ꝺ
futuro nō poteſt appellari.ſed requiriť ꝙ illatū ſit et.ꝓp
terea hic pōderat ad iuſtificañ.appellationem debere cō
ſtare exceptionem nō fuiſſe admiſſam.et ſic habetis caſū
nō.qꝺ oppoſita exceptione pars appellās non audiť ex
eo ſolo ꝙ dicat ſe exceptionem oppoſuiſſe. ſed requiriť
ꝙ dicat ſe oppoſuiſſe et admiſſam nō fuiſſe.vbi tn̄ gra
uamen ꝓuenit facto tm̄ iudicis abſque alia exceptione ł
petitiōe reuocatiōis poterit grauat⁹ appellare.ita Pau.
de eleazarijs in cle.quia cōtingit.de relig.do voluit tamē
Hoſt.hic et ſequiť Jmo.ꝙ poſtq̄ pars oppoſuit excep
tionē ſi iudex nō admittit poteſt appellare qn̄ vel exp̄ſſe
reijcit vel tacite ad vlteriora ꝑcedēdo.c.cū dilecti. in fi.
ſup̄.de elec.videbim⁹ in.c.ex pte.M.j.eo.habetur in.
d.l.a ꝑcedēte.C.de dil. Sed ſi iudex taceat nec aliquid
faciat tunc dicit ꝙ ſaltē per trinā iterpellationē debet iu
dex in negligētia ꝯſtitui petēdo ſingula interpellatione
vt exceptionem admittat.ſic in ſimili in.c.i.ſ̄. de ſupl.
negl.pl.in.c.cū i veteri.ſ̄.de elec.et ſi admittere nolue
rit ꝯuinceť eius negligētia.et poterit appellari tanq̄ gra/
uet ptem diſtrahēdo eum in longū. et ſic vult Jmo. qꝺ
nō ſolum a facto iudicis poſſit appellari ſed etiā a negli
gentia eius dūmodo de ea ꝯuicatur.et pꝛo eo eſt glo.in.
c.legitima.in fi.eo.ti.li.vj.et facit glo.relata ad tex.i.c.
ad aures.j.de ſimo.faciūt nōta per Ci.in.l.in criminali.
C.de iuriſd.om.iud.et ēt per Bal.in.c.per tuas. vbi ēt
ſentit appellari a negligētia.ſ̄.de teſti. Dicit tn̄ ibi ꝙ ēt
ſi nō fuerit appellatū nunq̄ trāſit in reȝ iudicatā. Jn
ꝯtrariū ꝙ a negligētia iudicis nō poſſit appellari ſed ad
ſuperioꝛem recurri eſt tex.in.§.ſuper hoc. in autētico.ꝺ
queſtoꝛe.colla.vi.quem ad hoc ponderat Bal.in.l.ij.
C.vt lit.pen.i fi.col.ē tex.in autentico. vt in med.li. ⁊ ī
autentico man.pnc.circa pꝛincipiū.que iura ad hoc pō
derat Bal.in.l.fi.in pꝛīa col.C.de ſent. ⁊ interloc.om.
iud.⁊ ibi ꝓ hac parte facit aliud fundamñtum.nā ad hoc
interponiť appellatio vt ſentētia firmetur. et partes ſūt
iudicis ad quē vel ꝯfirmare vel infirmare id ſuper quo
eſt appellatū.l.eos.in pꝛin.C.eo.ſed negligentia nihil
ponit ineſſe.ergo nō ſubeſt nec qꝺ infirmeť nec qꝺ ꝯfir
metur.ar°.c.ad diſſoluen̄.j.de deſpon.ipu.l. eius qui ī
ꝓuincia.ff.ſi cer.pe.ergo fruſtra a negligētia appellabi
tur cū appellatio circa eam nō poꝛrigat effectū. Jta pꝛo
illa opi.eſt tex.quē ad hoc pōderat Bal.in.l.fi.§. illud
C.de temp.appel et facit tex.in.c.null⁹ i pꝛincipio.j.ꝺ
iure.patro.facit glo.in.c.ſi religioſus.de elec.li.vj. Et
per iſtū tex.pꝛimo inferť ꝯ comunē pꝛaticam que habet
vt ſi iudex ſub pena excōmunicationis late ſentētie pꝛe
cipiat tibi vt.j.menſem ſoluas.c.a tali ſentētia appella
tur.⁊ eſt bonus tex.in.c.pꝛeterea.el.2°. ſup̄.eo. nā vid
tur qꝺ talis appellatio nō ꝑcedat ex quo grauamen nō
dū eſt ſecutū vt pꝛedixi.tn̄ Jo.an.⁊ poſt eum alij dicūt
hāc pꝛaticā ſeruari.qꝛ licet ſentētia illa ꝯditionalis nō li
get pendēte ꝯditione.d.c.pꝛeterea. tn̄ in hoc grauetur
quia ſi nō ſoluerit etiam ſi medio tēpoꝛe voluerit allegaŕ
exceptionem iuſtam ſentētia adueniēte tempoꝛe ligabit
ecce ergo grauamen cui ſtatiȝ ſubijciť.quia poniť ſub an
cipiti ꝑiculo.⁊ ideo ꝯdemnať ita vt eius exceptio contra
ria nō admittať.et ideo ex quo excludiť a ſuis exceptiōi
bus ⁊ grauatur per ꝯdemnationem poterit appellare.
Hinc infertur etiā ex hoc tex. ſm Bal. qꝺ licet execu
toꝛ beneficialis habeat poteſtatē ſiue iudiciariaȝ ſiue exe
cutiuam mere ꝓut elegerit vt voluit glo.in de.i.de offi.
del.Jnno.⁊ alij in.c.fi.de p̄ſ.ēt ſi eligat partē meri exe
cutoꝛis quo cāu tanq̄ extraiudicialr agat poſſet a graua
mine de futuro appellari.c.dilect̄.ſup̄.eo. tn̄ ſi coꝛā tali
executoꝛe mero ex quo hāc viam elegit opponaŕ aliqua
exceptio non poteſt ab iſto executoꝛe appellari reſpectu
grauaminis de futuro.ſ.ſi nō admiſſerit exceptionē. ita
eſt hic tex.aureus ſm Bal.⁊ ſic habet̄ limitationē ad id
ꝙ diciť in.d.c.dilect̄.qꝺ a iudice extraiudicialiter agēte
licet poſſet appellari a grauamine de futuro tn̄ ſi coꝛā ta
li iudice etiam extraiudicialiter aliquid agēte opponatur
aliq̄ exceptio ñ pōt opponēs appellare ſub ꝯditiōe ſi ñ
admiſſerit exceptionē.ſȝ habet neceſſe exceptionē expec
tare ⁊ reſpōſionē iudicis circa exceptionē. vŕ Bal. velle
eſſe rationē qꝛ opponēdo exceptionē videť pars iam ſe
allegare iterlocutiōe iudicis ſup ea.iō anteq̄ appelletur
expectet eam iterlocu.⁊ cū.d.Bal.videtuꝛ recte ponde
ranti trāſire.d.An.⁊ Jmo.qꝛ tn̄ ſubiciunt qꝺ lȝ ab exe
cutoꝛe bñficiali poſſit appellari pꝛopť exceptionez nō ad
miſſam quo ad effectū deuolutiuū vt hic tn̄ ex quo non
aſſūmit ptes iudicis quo ad effectū ſuſpēſiuū talˀ appella
tio nihil oꝑabiť.qꝛ poterit pēdēte ea executionē facere.
⁊ ita allegāt.Spec.in ti de acti.⁊ peti.§. ſup petit̄. vſi.
ſȝ quid ſi qn̄.⁊ faciūt nōta p Hemi.in.c.i.circa pꝛin. de
ꝯceſ.p̄b.li.vj. immo pl⁹ dicūt qꝺ lȝ oppoſitio exceptiōis
oblata ꝓbatione ⁊ nō admiſſa iuſtificet abſque alio ap
pellationē ꝓpterea iterpoſitā.d.c. iterpoſita. in pꝛin.j.
eo.tn̄ hoc nō hapet locū in executoꝛe mero beneficiali.
qꝛ oppoſitio exceptionis oblata ꝓbatione coꝛā eo non
iuſtificat appellationē.cū ipſe nō arteť ſuſcipe ptes iudi
cis ⁊ ꝓbationes admittere.iuxta nōta in.d.cle.vnica.⁊.
d.c.fi.allegant Jo.an.in addi.ad Spec. i ti.de peti.et
poſſ.§.i.ad fi.⁊ remittit ſe Jmo.ad nōta p ſe in.d.c.fi.
Nō.ex tex.ibi.nō cōſtiterit.ꝙ lȝ qn̄ appellaŕ a ſenten
tia nulla videaŕ incidēť cā nullitat̄ deducta.l. quedā.ff.
famil.her.l.carmelia pia.ff.de iure pat.c.exhibita.ſ̄.de
iud.nōtur in.l.i.C.qn̄ ꝓuoc.tn̄ illud itelligiť vez ſi ap
pellatio ſua ſubſtātialia habuit.alˀs aūt appellatio non ꝺ
uoluet ad iudicē vt ēt ſup nullitate poſſit ꝓnūciare. qꝺ
patet ex tex' noſtro ex quo mādat inquiri an appellatio
fuerit interpoſita a grauamine de pꝛeterito. ⁊ tūc appel
labaŕ a ꝑceſſu nullo.⁊ vult papa ita demum ſup nullita
te iudicē ad quē debere ꝓnūciare ſi appellatio fuit a gra
uamine de pꝛeterito iterpoſita. quaſi ſentiat qꝺ ſi fuiſſet
iterpoſita a grauamine de futuro ex quo non valet ap
pellatio vt.ſup̄ dixi vt vidim⁹ i.c.vt debit⁹ ⁊ in. c.cū ceſ
ſante ſup̄.eo.non poſſit iudex ad quē de nullitate ꝓnū
ciare. Et iō hētis inferre qꝺ iudex appellationis nō pōt
de nullitate ꝓnūciare niſi appellatio tenuerit. fac.d.c.
exhibita. Jmmo plus pꝛobat ille tex. quod dato quod
notoꝛia eſſȝ nullitas vt hic erat ex ꝯfeſſione p̄ſbiteri tn̄
iudex ad quē ex quo appellatio ñ tenet non poteſt ſup
nullitate pꝛonunciare.immo elegantius pꝛobat ille tex.
ſm Bald.et alios quod etiam in his in quibus regu/
lariter exuberat officium iudicis pꝛout eſt in bñficialibus

UVA. BHSC. IyR_025

de quibus loquitur hic tex. in quibus iudex ſupplet ex of
ficio. c. oblate. ſ. eo. c. cum nobis olim. ſ. de elec. ēt op
ponēdo exceptionē uice partis. glo. in. c. i. in uerbo ab
ſentia. de elec. li. vi. tamen de nullitate ēt notoria iudex
aditus in uiam appellationis nō ſupplebit ēt in bñficiali
bus. exquo appellatio nō tenet ⁊ ē ratio ſm Jo. and. ⁊
alios q̄ ē quid imputet̃ parti q̄nare cū̃ poſſit in uiā nul
litatis cām agere ſe reſtrinxit ad uiam appellatōis ar. c.
cum ſuper. ſ. de offi. dele. l. ſi mulier. in fi. ff. qđ met. cā
faciūt notata in. c. examinata. ſ. de iudi. Nota ex tex.
ibi nec admiſſas ꝙ executor beneficialis ēt ſi eligat uiam
meri executoris tenet̃ admittere exceptionē ſurreptiōis
⁊ de nullitate poteſtatis ſue. quod patet exquo ſi nō ad
mittat pōt appellari. quas tamē exceptiones teneat̃ exe
cutor admittere hētur in. c. de cetero. ſ. ti. ꝓxi. Et iō di
xit paulus de caſtro cōſi. cccxxv. incip. in xpi ⁊c. Ad pri
mū r̃ndetur ꝙ ubi in appellatiōe includitur nullitas de
ſerta appellatione ꝑ p̃mā inſtātiā iudex appellatō s nō
pōt ſup nullitate procedere. ſed bene ſup nullitate princi
paliter poterit noua inſtantia inchoari faci: in ſimili. c.
examinata. de iudic. Nota ultio ex tex. ibi appellaſſe
ſm bal. ꝙ lʒ appellatio a ſentētia diffinitiua deuoluat ēt
nullitatis cām. l. ſi conſtat ff. eo. habetur ꝑ bar. in l. ſi
expreſſuʒ. in princ. ff. eo. ēt in appellatōe ab interlocuto
ria quo ad iuſtificādū appellationē deuoluit nullitatem
de quo tamē latius. j. dicā in materia tamē appellatō ab
actu indifferēti qui nō ē ſnīa nec interlocutoria nec diffi
nitiua. puta ut hic quādo appellatur poſt exceptionē op
poſitā ſed nōdū reiectā talis appellatio nō includit in ſe
nullitatē ⁊ ē ratio q̄ appellatio nō tenet ut dixi in verſi.
ſi nihil cōſtiterit. Glo. nihil habēt ſʒ ueniamus ad mate
riā. Circa materiā nullitatis p̄io principaliter querē
dū ē ut intelligamus id de quo diſputabit̃ que ſnīe dicāt̃
nulle. Et dic ꝙ p̄io ſnīa dicitur nulla ex defectu iudicis.
q̄ ſit talis perſona que iudicare nō poſſit. de quibus i. c.
ſciſcitatus. ſ. de reſcrip. in. c. crimina. iij. q. vij. c. ad pro
bandum de re iudicata in. c. cum uigeſimum. ſupra de
officio delega. in. c. audiuimus. xxiiij. q̄ōne. i. i. l. cuʒ p̄
tor §. i. ff. de iudi. in. l. quidā cōſulebat. ff. de re iudi. in
l. ſeruus. ff. de iudi. Secūdo ē nulla eo q̄ laicus vult
iudicare clericum. c. at ſi clerici. ſ. de iudi. c. ſi diligēti. ſ.
de foro ꝯpe. c. ſi imperator. lxxxvi. di. uel laicus vult iu
dicare de ſpiritualibus. c. ij. ſ. de iudi. c. contingit. ſ. de
arbi. uel clericus vult iudicare cōtra laicos ſibi nō ſubdi
tos. c. ſi duobus. ſ. eo. ⁊ hētur in. c. nouit ſupra de iud.
in. c. ex parte. h. ſ. de foro cōpe. uel alias unus ep̄s vult
iudicare ſuum nō dioceſanū. c. ſignificaſti. ſ. de foro cō
pe. c. paſtoralis. ſ. de offi. ordi. ⁊. c. ij. de offi. ordi li. vi.
uel ēt extra territoriū aliquid iudicat cōtra nō ſubditoʒ.
l. fi. ff. de iuriſdi. om. iudi. c. ij. de conſti. li. vi. Tertio
ē nulla rōne quātitatis quia iudex in plus pronūciat q̄
debeat uel ex mēſura ſue iuriſditionis. l. ſi idem cum eo
dē. ff. de iuriſdi. om. iud. quia tunc ex toto eſt nulla ſen
tentia nec ualebit in eo in quo potuiſſet iudicare ita glo.
⁊ ibi bar. ⁊ alij in. l. fi. ff. de iuriſdi. om. iud. ⁊ ita Bald.
quicquid dicat ibi glo. in. l. ij. C. de re iudi. ⁊ notat bal.
in. l. i. C. ſi aduer. rem iudi. ⁊ in. l. i. C. de erro. cal. ſpe
cu. qui nō firmat pedes in ti. de ſen. prola. §. iuſta. i ver.
ſic. item qđ ē nulla rōne quātitatis. Siue ēt alio mō pec
cet ſentētia in quātitate q̄ tūc ēt ex toto erit nulla. Jta
bar. in. d. l. fi. tamē bal. in. d. l. ij. Jn hoc tenet cōtrariū
ꝙ lʒ ſit nulla reſpectu eius quātitatis. in qua ſnīa excedit
tamē ualebit in ea quātitate in qua debuit ꝯdēnare ar.
l. ſancimus. §. pe. C. de dona. Quarto ē nulla quā
do ſup alia re iudicat̃ quā fuit cognitum ꝑ regulam. l. de
qua re. ff. de iudi. ⁊. c. cum oliʒ. el p̄io. ſ. de offi. deleg.
vel ēt de alia re iudicat̃ quā fuit delegatū. d. c. cum oliʒ.
⁊. c. ex lr̃is. de offi. dele. Quīto ē nulla rōne litigatoꝝ
puta q̄ ꝯ minorē ſine auctoritate tutoris cōparēteʒ. l. i.
⁊. ij. C. qui leg. ꝑſo. in iud. ſtan. nō ha. l. claꝝ. C. ď auc.
preſt. l. ſi curatorē. habēs C. ď in integ. reſt. mino: uel
ꝯ furioſū. l. furioſo. ff. de re iud. uel ꝯ eccleſiā ſede uacā
te ꝑ ea que habētur i. c. i. ⁊. ij. j. ne ſede uac. i. c. tū ex lit
teris. ſ. de in iteg. reſt. uel i fauorē excōicati agēns. c. cū
iter. ⁊. c. exceptionē. ſ. de excep. qđ tamē hodie nō pro
cedit. c. pia. de excep. li. vi. Sexto ē nulla reſpectu lo
ci. puta extra territoriū ſuū iudicauit ēt iter ſubditos. ut
in cle. i. ⁊ ibi hētur de foro cōpe. i cle. paſtoralis de re iud.
in. l. fi. ff. de iuriſd. ō. iud. ⁊ in. c. ij. de cōſti. li. vi. uel iudi
cauit in alio loco quā vbi citauit. l. ſi ut ꝓponis la. ij. C.
quomō ⁊ quādo iudex. uel in alio loco quā ubi ē datꝰ de
legatus a papa. c. ſtatutū. §. in nullo de reſcrip. li. vi. uel
ēt iudex laicus iudicauit in eccleſia. c. decet. de imu. eccl.
li. vi. Septio ē nulla reſpectu tp̄is. puta q̄ die feriato
maxie in honorē dei. c. fi. ſ. ď de fer. l. dies feſtos. C. de
fer. uel q̄ ď nocte. c. cōſuluit. ſ. ď offi. del. Octauo eſt
nulla q̄ñ nō cōtiet abſolutōʒ uel cōdēnatōʒ exp̄ſſaʒ. ut i
l. i. ⁊. l. i ſnīa. ff. ď re iud. ſiue tacitā. ſ. ꝑ relatōʒ ad aliđ.
puta ꝓnūcio ut i tali ꝯſi. tale cōtinet̃. ita uolūt cano. in
c. cū uenerabilis. j. ď reli. do. ita bal. i. l. i. C. ſi aduerſ.
lib. ⁊ faciūt nōta ꝑ bar. i. l. ait pror. §. i. ff. de re iudi. uo
luit imol. i. c. ſi ꝓ debilitate. ſ. ď off. del. tū illud ꝯſiliū ad
qđ fit relatio dʒ eē p̄ciſe cōdēnatoriū ď p̄nti. al's ſi diceret
cōſulimꝰ talē ꝯdēnañ. ſicut nō ualet ſnīa dico talē cōdē
nādū q̄ nec ꝯdēnat nec abſoluit. d. l. i. ⁊ ibi nō. C. ſi ad
uer. lib. ita nō ualebit ſnīa ꝓnūcio ut i cōſi. tali ꝯtinet̃.
exquo illud cōſiliū nō ꝯtinet ꝯdēnationē factā ſʒ fiedaʒ.
ita bar. ⁊ alij i. d. l. i. C. ſi aduerſ. lib. ita imol. i. d. c. ſi ꝓ
debilitate. ⁊ nōt ang. i. l. i. §. ſiquis ita. ff. ď ver. ob. ⁊ in
cōſi. ſuo. ccxxiiij. ⁊. ccxxiiij. ⁊ fede. de ſenis cōſi. cciiij. faci
unt nōta ꝑ bal. i. l. cū iudex. C. ď ſen. ⁊ iterloc. om. iud.
ꝑ bal. i. c. cū eccleſia ď cā poſ. ⁊ ꝓprie. i addi. ad ſpec. in
ti. ď requiſitōe cōſilij. Ang. i ꝯſi. cclxxxiiij. incip. decima
liberina. Bal. i. l. ſi arbiter. C. ď ſen. ⁊ iterloc. om. iudi.
Ang. ⁊ imol. i. l. i. ff. ď re iud. Nono ē nulla ex mō ꝓ
cedēdi q̄ nō requiſitus a pte ꝓcedit ad utilitatē priuatā
ꝯ ea q̄ hn̄tur i. l. unica. C. que de aduoc. i. l. ꝓperañ.
§. ⁊ ſi quidē. C. ď iud. ⁊ q̄ hn̄tur i. c. bone. el. i. ſ. de po
ſtu. p̄la. p. d. anto. i. c. i. ſ. ď iud. ange. nōbilit cōſi. cclxx
xvij. incip̄. cōſtitutio. i. ij. col. Decio ē nulla pp ſubſtā
tialia iudicij ñ ſeruata. ď quibꝰ. ij. q. i. i ſūma. ij. q. vi. §.
diffinitiua. ⁊ ꝑ gl. aliquid i. c. ď cāis. ſupra ď offi. del. ⁊ i
l. ꝓlatā. C. ď ſen. ⁊ iterloc. om. iud. Undecio ē nulla
q̄ñ extra inſtātiā fert̃ ď quo i. l. ꝓperañ. i prin. C. ď iud.
i. l. unica. C. ut oīs tā ciuil' q̄ cri. i. c. pe. ſ. ď iud. plene ꝑ
do. anto. ⁊ imol. i. c. de cāis. ſupra ď offi. del. Duodecio
ē nulla q̄ñ pen. ap. ꝓnūciat iudex a quo. c. ad audieñ. ⁊
ibi uidimꝰ ſupra eo. Deciotertio ē nulla q̄ñ cōtinet mani
feſtā iniquitatē ⁊ nō exp̄ſſaʒ i ſnīa. c. iter ceteras. ⁊ ibi hʒ
ſupra ti. ꝓxi. ⁊. c. cū bertoldꝰ. c. ubi nō. ⁊ i cle. paſtoral.
ď re iud. anch. cōſi. vi. lʒ ang. i. l. ciues. C. e. ⁊ bal. i. l. fi.
§. ſed ⁊ ſiquis. C. cōmunia del. uoluerunt itelligere ma
nifeſtam. ideſt notoriā. tamē Cano. in. d. c. inter ceteras
tenēt ꝙ ſatis ē notoria exquo apparet ex actis. Deci
moquarto ē nulla quādo cōtra expreſſum errorē iur. c.
i. ſupra de re iudi. l. i. in principio. ff. que ſen. ſine ap. ꝙ
procedit nō ſolū in diffinitiua ſed etiaʒ in interlocutoria
c. per tuas. de ſentē. excō. Glo. in. l. ij. ff. de appel. recip.
in. l. ſi expreſſim. ff. de appel. in. l. i. §. item ꝯtra ſacras
ff. que ſen. ſine appel. bal. ang. ⁊ cōiter qui poſt illos ſcri
pſerunt i. l. prima. §. primo. ff. ꝙ quiſque iur. Et intel
ligite errorem iuris certi. non autem multipliciter inter
pretabilis. Jta Bald. in. l. penultima. ff. ď iuſticia ⁊ iure
⁊ facit quod notat glo. inſtitu. de ob. que ex quaſi mal.
in principio facit quod notat Barto. in. l. iiij. ff. de rebꝰ
dubiis. ⁊ Bald. ſimiliter in. l. i. C. de bon. poſſ. ſecūdū
tab. ⁊ notat imol. poſt ange. et alios in. l. cum prolati. ff.
de re iudi. ange. in. l. qui rome. §. duo fratres. ff. ď uer.
ob. imol. in cle. ne romani. in. xi. col. de elec. faciūt q̄ hn̄
tur in. c. capellanus. ſupra ď fer. d. anto. in cōſi. xxvij. i

UVA. BHSC. IyR_025

cip̃.in dei etc.viſis preſentibus.ludoui.conſilio ꝛ ecḱ. in
cip̃.in xp̃i noĩe in ꝑpoſito cãu.d.anto.in.c.cũ inter.ð re
iud.bal.in.l.ij.C.qñ prouo.ꝛ in.d.locis de extrauagã
ti ẽt.itẽ de errore iuꝝ expſſi nõ aũt iuꝝ quod extẽdiꝝ ð ſili
bus ad ſilia.nã lꝫ iudex nõ faciat talẽ extẽſionẽ ſnĩa non
erit nulla.ita Jnno.ꝛ ibi alij.in.c.cũ ſpãli.ṡ.e.in pñcĩ.
Et Bal.in.l.ij.C.qñ prouo.ꝛ lud.in.l.ſi is ad quẽ.ff.
de acqui.here. Decimoquito ẽ nulla qñ ĩpoſſibilitatẽ
ꝯtinet.c.fi.ꝛ ibi habeꝝ.ĩ.de ꝯd.ap.l.fi.ff.que ſẽ.ſine ap.
Decimoſexto ẽ nulla qñ ꝑ ſurreptionẽ obtineꝝ.c.cum
olim.ṡ.ti.i.l.ſi quis obrepſerit.ff.ad.l.cor.de fal. De
cimoſeptimo ẽ nulla qñ ferꝝ ꝯ res prius iudicatas.l.i.et
ibi hẽꝝ.C.qñ ꝑuo.nõ ẽ neceſ.nõt bar.in.l.duob⁹.ff.
de excep.re iu.nõ.d.ant.in.c.ſup lr̃is.in.xxvii.col.ꝛ in
c.cum dilecta.ꝛ Jmo.in.c.ex pte a.ṡ.de Rp.ꝛ.d.anto.
ꝛ panor.in.c.cũ.m.ferrarieñ.circa fi.ꝛ ibi Jm.ṡ.ð ꝯſt.
nõnt oĩs i.c.inter monaſteriũ.ṡ.ti.i. Decimoctauo
ẽ nulla qñcũqꝫ non ſeruata forma reſcripti uel mente
eius.c.cũ dilecta.ṡ.de reſcrip.c.piſanis.ṡ.de reſti.ſpo.
c.venerabili.ṡ.de offi.dele.uel ut dixi mẽte qꝛ plurib⁹ de
legando uꝝ velle ꝙ oẽs ſiꝝ ꝑcedant.ꝛ iõ unius tm̃ ſnĩa
erit nulla.c.vno delegatoꝝ.ꝛ.c.prudentiã in prin.ṡ.de
offi.dele. Decimonono ẽ nulla ſi ſit venalis.ij.q.vi.l.
venales.C.qñ prouo.nõ ẽ neceſſe. Et intelligite pecũia
nõ grã uel odio.qꝛ tũc nõ ẽẽt nulla ſꝫ anullanda.l.ſuo i
uito.§.ſi pretor.ꝛ ibi habeꝝ.ff.ad treb.l.nõ diſtiguem⁹
§.cũ quidã.ff.de arb.c.i.ꝛ ibi hẽꝝ de re iu.li.vi. Vi
geſimo ẽ nulla qñ ſup ĩepto libello ẽ lata gl.ẽ nõ.inſti ð
oblig.i prin.ꝛ uoluit ang i.l.i.ff.de offi.aſſe.faciũt que
hñtur in.l.i.in prin.ff.ſi meſſ.fal.mo.di.ꝛ uoluit bal i
l.actori.C.de rib.cre.in.l.ex hoc iure.ff.de iuſti.ꝛ iure
in.l.edita in repetitione paduana.C.de edẽ.ang in cõ
ſi.cciij.incip.in dei noĩe ꝛ glorioſe matris uiſis oĩbus ac
tis in.iiij.q.pau.de caſt.ꝯſi.cclxxv.qð incipit in xp̃i no
mine ꝛc.in cã ex for.ij.bal.in tractatu ð arb.in.iiij.car.
in.l.fi.ff.de lib.ꝛ poſth.Jm.in.c.cũ dilecti.de ꝯb.ẽp.
quẽ tex.allꝫ bal.ad hoc ꝑ cãu in addi.ad ſpec.in ti.de li
bel.ꝯcep.in.iij.ꝛ fi.col.Jm.in.cle.ꝯſtõem.de elec.bal.i
l.lꝫ.C.de.pair.ubi dicit ꝙ iſta exceptio reddit ꝑceſſũ re
tro nullũ ꝑ tex.optimũ in.l.libelloꝝ.v̇.qð ſi libelli.ff.de
accu.ꝙ ꝑcedit ẽt in libello notorie iniuſto ut nõ.bal i l.
p̃ſcriptione.C.ſi ꝯ ius uel util.pub.Et bal.in.l.i.C.ſi
de mom.poſ.ꝛ ang.in autẽ.offeraꝝ.C.de lit.ꝯte.ꝛ ad
p̃dicta faciũt notata ꝑ.d.ant.ꝛ alios in.c.exaiata.ṡ.de
iud.m̃ ubi nõ requireretꝝ libellus nec ineptus anullaret
ſnĩam glo.ẽ in.l.vinũ.in fi.ff.ſi cer.pe.in.§.multis.in
ſti.de libert.qð m̃ uꝝ ꝯ.d.c.exaiata.ṡ de iudi iuncto.c.
dilecti.ſupra eo.itẽ ꝑcedit in ĩeptitudine exp̃ſſa.ſec⁹ aũt
ſi ſit tacita ĩeptitudo ꝛ in libello nõ exp̃ſſa qꝛ illa nõ red
dit ſnĩaꝫ nullã tex.ẽ ſingularis in.l.poſthum⁹.§.ſi quis
ex his.ff.de inof.teſta.quẽ ita ĩtelligit bal.in.l.ii.C.de
re iud.ꝛ ẽt bal.in.l.pe.ff.de iuſti.ꝛ iure. Vigeſimo
primo ẽ nulla qꝛ iudex nõ admiſit ad defenſiões ſuas ꝑ
tem.nam nõ data copia defenſionis corruit ſnĩa.c.deus
oĩpotens.ii.q.i.cle.paſtoralꝫ de re iu.ꝛ ibi notaꝝ.uoluit
Jnn.in.c.tua nos.ĩ.de coba.cle.ꝛ mu.uoluit panor.i
c.ecc̃lia ſcẽ marie.circa fi.ſupra de conſti. Vigeſimo
ſecũdo ẽ nulla qñ ſine ꝑbatione ẽ lata qꝛ petita dilatiõe
ad ꝑbandũ iudex tulit ſnĩaꝫ nullis ꝑbatõibus factis gl.
ẽ nõ.quã ibi cõmẽdant oẽs in.c.ecc̃lia ſcẽ marie.in fi.ſu
pra de ꝯſti.notãt oẽs in.c.cũ bertoldus.ſupra ð re iud.
Jnno.ꝛ alii in.c.poſt electionẽ.ĩ.ð ꝯceſ.p̃b. Vigeſi
motertio qñ ẽ lata nõ uiſis actis.nã tũc ẽ nulla.ita bar.i
l.ii.C.de ſen.ex pic.reci.in.l.ꝑlatã.C.de ſen.ꝛ interl.
om.iu.cano.in.c.tũ ex lr̃is.ſupra de reſti.in iteg.d.an
to.in.d.c.ecc̃lia ſcẽ marie.bar.ꝛ bal.in.l.ii.C.de ed.et
ibi bal.limitat hoc ꝑcedere in actis ſubãlibus iudicij.ſec⁹
in aliis notat ang.in.l.iudices.C.de iud.in.l.claudius
ff.qui po.in pig.hs. Vigeſimoquarto qñ ẽ lata non
viſis ꝑbationibus pꝫ.ita Jnno.in.c.cũ bertold⁹ ſupra

ti.i.ꝛ ibi alij.Et iõ per has duas limitatões dꝝ ꝙ ſi iudex
poſt ꝯmiſſionẽ ſibi factã ei uel cãm ceptaꝫ cito tulit ſnĩaꝫ
ita ꝙ ueriſilr acta nõ potuit videre nec ꝑbata hoc ſufficiẽ
vt ſnĩa ſit uulla.ita bar.in.d.l.ii.ꝛ doc.ubi ſupra. Vi
geſimoquinto eſt nulla quãdo fũdatur ſup ꝑbatione re
ꝑbata tex.eſt in.c.ij.ĩ.de purg.vulg.per quẽ tex.hoc
dixit bal.in.l.libertoꝝ.C.de teſti. Vigeſimoſexto eſt
nulla quando error iuris in libello eſt uel in actib⁹ ſubſtã
tialibus ad que referꝝ ſentẽtia de neceſſitate.vel in alijs
actis ad que verba ſentẽtie expreſſe referũtur.nã cũ rela
tum ſit i referẽte ſiue ſententia expreſſe ſe referat ad ali
quid i q° ꝯtineꝝ error iuris ſiue ex iuꝝ diſpõe tacite referaꝝ
ad aliquid in quo ꝯtineꝝ error iuris puta libellũ ad queꝫ
de iure refertur ſentẽtia.c.licet hely.ĩ.de ſimo.cũ vulga
ribus.tũc ꝑpter talẽ errorẽ iuris in relato expreſſũ ſẽtẽ
tia redditur nulla.Jta bar.i.l.i.C.de error cal.ꝛ etiaꝫ
ſenſit in.l.ex diuerſo.§.ſi in iudicio ꝛ ibi ponũt alij.ff.
ſol.ma.licet in ꝯtrariũ rꝫ ci.in.d.l.i.notãt cano.in.c.i.
ṡ.ti.i.D.ant.in repetitione.c.ab excõmunicato.ṡ.de
reſcrip. Vigeſimoſeptĩo ꝛddiꝝ nulla ꝑꝑ errorẽ calcu
li.l.i.§.i.ff.que ſen.ſin.ap.ꝛ iõ ẽ notandũ ꝙ nũꝙ ſen
tentia lata ꝑ errorẽ calculi tranſit in rem iudicatam.Et
iõ petens ut de nouo calculenꝝ rões uenit ſemꝑ audien
dus ex quo allegat errorẽ.l.i.ꝛ ibi bar.per illum tex.C.
de erro.calcu.uiſus ẽ tamen ibi ſentire barto.in fi.ꝙ iſto
caſu non reddaꝝ ſententia nulla ex toto.ſed id quod de
eſt ad calculũ ſuppleaꝝ uel diminuaꝝ iuxta quãtitatẽ erro
ris calculi.ꝛ ita ẽt uult bal.in.l.ii.C.de re iud.tamen in
ꝯ̃triũ faciũt quo ad hoc ultimũ que dixi in tertia ſpẽ nul
litatiſ ꝛ an ꝑꝑ errorẽ calculi poſſit app̃llo iuſtificari pau.
de caſt.ꝯſi.xxxiiij.incip̃.in xp̃i ꝛc.in caſu pñti. Vigeſi
mooctauo ẽ nulla rõne ĩcertitudinis.ꝛ iõ ſi ꝯdẽnatus ẽ
titius de tali parẽtela ꝛ due repiãnꝝ eiuſdẽ nõis et paren
tele iudex qui ꝯdemnauit dꝫ declarare obſcuritatẽ.l.ab
executore.ꝛ ibi bar.in.ii.col.ff.c.notant cano in.c.qð
ad conſultationẽ.ſupra ti.i.ang.in.l.non ignorat.C.ð
fruc.ꝛ lit.exp.bal.in.l.fi.§.i.C.cõia deleg.quod ſi non
declarauerit uel qꝛ iam ẽ mortuus uel qꝛ non recte ſcit ð
clarare de quo magis ſenſerit forte qꝛ oblitus tũc ſnĩa eſt
nulla.l.duo ſunt titii.ff.de teſta.tu.in ar.uoluit bart.et
ibi dat cautellam ne ad hoc perueniaꝝ in.l.iter ſtipulãtẽ
§.i.ad fi.ff.de uer.ob.ꝛ ibi ꝑ alios notat bar.i.l.fina.
C.de leg.here.in.l.hac ꝯſultiſſima.C.qui teſta.fa.po.
in.l.uolũtas.C.de fideicõ.in.c.i.in ñ de feu.ſine cul ñ
am.in uſib.feu.in.l.heredes palam.§ ſed ſi notam.et
ibi Jmo.ff.de teſta.in.l.ſi quis ſeruos.§.ſi inter.et ibi
Jmo.ff.de leg.i.bar.et Jmo.in.l.demonſtratio falſa.
in prin.ff.de cõdi.et demon.in.l.diuiſa.ii.ff.de cuſto.et
exhibe.in.l.i.C.ſi unus ex plu.ange.in.l.ii.ff.de libe.et
poſth. Vigeſimonono ẽ nulla per dolum interueniẽ
tem in ea uel circa eam quando fertur contra minorem
uel ꝯ abſentẽ ſecus ſi ꝯtra p̃ſentẽ et maiorẽ.l.ſi pror.§.
marcellus.et ibi habeꝝ.ff.de iud.hẽtur in.c.cũ bertoldus
ſupra de re iud.in.c.lꝫ cãm.ſupra de prob.in.l.diuus.ff.
de re iud. Trigeſimo quando lata ẽ per metũ.ita ho
ſti.et Joan.et ſequitur.d.anto.quatenus metus impe
diat ſolẽnitatem proceſſus alꝛ nõ in.c.ii.ſupra qð me.cã
ſꝫ ꝯ̃rũ tenet gl.no.in.c.iniuſtũ.et in.c.quatuor et ibi ar
chid.xi.q.iii.et tenet gl.recte ponderanti in.c.i.qð met.
cã li.vi.et tenet indiſtincte panor.in.d.c.ii.lꝫ bal.in.l.de
termin⁹.C.de ſacro ſan.ec.uidetur ipſe facere dñiem in
ter ſententiam reſpicientem claues conſcientie et tunc ſit
nulla ipſo iure.dicto capitu.unico.et uidetur ſequi lud.
in ſingularibus et aliam ſententiam qu a illa non erit
nulla.de quo etiam ponit bald.in.l.eleganter.§.ſi quis
poſt.ff.de condi.inde.in.l.fi.§ i.C.communia de leg.
in.l.fi.C.de pen.iud.qui male iud.ꝛ in.l.fi.C.de ſen.
ex pic. Trigeſimoprĩo ẽ nulla qñ refert aliquã cõſtõ
nem nullã uel iniuſtã vel ſuper ea ſe fundat.tex.ẽ ꝛ ibi
bal.in.c.cũ cãm.ṡ.ti.proximo.faciunt que habentur i.

UVA. BHSC. IyR_025

r. cū ueniſſent ſupra de eo qui mit. in poſ. Trigeſimoſecūdo ē nulla ſi tm̄ ſuper pte petitorū fertur uel abſolutoria uel ꝯdemnatoria. ⁊ ſuper alia pte nihil ꝓnūciatur nec tacite nec expreſſe. tacite. ſ. per taxatiuā tantū d'ðū taxat gl. eſt nō. i. l. i. C. ſi aduer. rē iud. ⁊ ibi bar. ⁊ bal. voluit bar. in. l. ſi conſtante. § fi. ⁊ ibi alii. ff. ſo. ma. nō d. anto. in. c. cū inter. š. ti. i. quod tamen intelligitur ut ꝑ bar. ſinglr. in. l. ſi plures. in fi. ff. de fideiuſ. in ſolōne ꝯtrij d. l. i. ⁊ in. l. terminato C. de fruc. ⁊ lit. exp. Trigeſimotertio qñ fertur ꝯ ius litigatoris quod excludebatur ꝑ priuilegiū ēt in corpore iuris clauſum ⁊ ius tūc partis tendit ad priuilegiū elideñ. nam tūc ſnīa ꝯ hoc ius ptis ē nulla ip̄o iure glo. ē ſingularis in d. c. l. in uerbo finiri. de in integ. reſti. quā ad hoc ponderat lud. in ſingularibus ſuis. Trigeſimoquarto ē nulla ſi ps cōfitet iniuſticiā ſnīe ⁊ ſe ius nō hr̄e. ita lud. in. l. ſi is ad quē. ff. de acqui. here. per dictū Inno. in. c. qꝛ pleriqꝫ. j. de imu. eccl. vbi uoluit ꝙ qñ ps confitet ſnīam iniuſtā nūꝙ̄ ſnīa tranſit in rem iudicatam notat baldus. in. l. ex hoc iure ff. de iuſticia et iure. Trigeſimoquinto eſt nulla propter falſam cām. ita bal. in. d. l. ſi is ad queꝫ. ⁊ ibi alii. cano. in. c. ſicut. š. ti. i. bal. in addi. ad ſpec. in ti. de ſnīa in xi. col. ⁊ in. c. cū ſuper. in fi. de offi. dele. bal. in. l. i. C. ð condi. inde. in. ii. col. ꝙ procedit niſi plures cāe eēnt expſſe in ſnīa. nam tūc lꝫ una ſit fl̄a dūmodo alie non ſint falſe que tñ ſint ſufficientes ualebit ſnīa. ita Inno. ⁊ ibi d. anto. in. c. in pñtia. š. de renū. ⁊ ludo. in. d. l. ſi is ad quem. ⁊ allegant tex. in. c. ꝑ tuas. j. qui fi. ſint legi. ⁊ ibi d. anto. item niſi uteret dictione. marie in exprimenda falſa cā. nam tūc ꝓpter hanc falſam cām nō uitiat ſnīa ſi pōt ex actis iuſtificari. alr̄s ſecus. ita ludo. in. d. l. ſi is ad quem. d. anto. in. d. c. in pñtia. ⁊ faciūt notata in. d. c. ſicut. ⁊ in. l. prolatā. per bal. C. de ſen. ⁊ interlo. om. iud. Et ideo etiam in ſimili ſi cā eſſet pro pte falſa pro parte vera ⁊ ſnīa poſſet ſubſtineri ꝓpter illam pticularem cāꝫ valet ſnīa ſm̄ lud. in. d. l. ſi is ad quē quod ſecus dicit in decreto. qꝛ decretū interpoſitum ex falſa cā uſqꝫ adeo ē nullū ip̄o iure per ea que hn̄tur in. l. ſi puras C. de pe. here. in. l. cū uero. §. ſubuentum. ff. de fideicō. lib. ꝙ ſi i vno minimo cā ſit fl̄a viciat decretū in totū. puta datio inſolutū per iudicē ꝓpter debitū quod habes de. c. l. reperitur ꝙ in ueritate cā debiti nō ē tanta. ⁊ ſic ē pro pte falſa qꝛ ſolum ē debitū. c. xl. iſto cāu datio inſolutū in totū anullabitur. ita voluit bar. in. l. ſi non ſortē. § ſi certū. ff. de condi. inde. ⁊ bal. qui dicit ſe ita cōſuluiſſe in. l. certi ꝯditio. §. quoniā. ff. ſi cer. pe. ⁊ uſqꝫ adeo cā i ſnīa ē in conſideratione ꝙ ſi addatur poſt ſnīam noua cauſa dicitur noua ſententia ex quo noua cauſa exprimitur niſi ueniret declaratiue ad primam. bald. in additio ad ſpecula. i ti. de teſte. §. nūc uidēdū ver. hec nō. ⁊ ibi Ioan. dicit ſecus ſi expreſſio cauſe veniret ad declarationēꝫ prime ſnīe. ita lud. de roma conſi. xlv. incip. in xp̄i ⁊c. ſuper eo. Trigeſimoſexto ⁊ ultīo ē nulla quādo fert ſnīa ꝙ̄ conditio defecerit vel purificata ſit ⁊ ſic ceſſit ⁊ uenit dies debiti ⁊ poſtea in ueritate reperitur hoc non eē uerū nam dato ꝙ in ſnīa iſtud non exprimat per quod appareat cām eē falſam tñ ſi ſe fundat ſnīa ſup hoc qꝛ cōditio defecit uel ē purificata ſnīa ē nulla ip̄o iure lꝫ falſitas cōſiſtat in facto ⁊ non in iure. glo. ē ſingularis. ⁊ ibi tex. in l. qui teſtō. ff. de excu. tu. quem tex. ad hoc ponderat inno. in. c. in pñtia. de renū. Et ang. allat Inno. ⁊ ſequit in. l. qui rome. §. duo frēs. in repetitione. ff. de uer. ob. notat lud. in. d. l. ſi is ad quem imo ubicūqꝫ fertur ſnīa ſub conditione reſolutiua ē nulla ſiue in toto ſiue in pte prout ponit ꝯditio bar. in. l. ab executore. in. ii. col. ff. e. in. l. iudex. ff. de re iu. in. l. morſ. §. i. ff. de pe. bal. in. l. item labeo. §. i. ff. fa. herc. pe. de ancha. conſi. cciij. incip. in xp̄i ⁊c. iudex pan. in. c. in lr̄is. š. de offi. dele. bal. in §. i. in. i. conſti. C. panor. in conſi. lxxiii. incip. xp̄i ⁊c. videtur primo dictū lꝫ ang. in. d. l. iudex. tenet ꝯ. ⁊ in cōſilio. xli. incip. porrecta. Imo. in. d. l. iudex diſtinguit ut dete. Scd̄a ē queſtio principalis quo iure ſiue remedio retractet ſnīa nulla ⁊ dic ſm̄ bar. in. l. ſi expſſum. in pe. col. ff. eo. ꝙ quandoqꝫ nullitas principlr̄ intentat qñqꝫ incidenter principlr̄. ſ. agendo ſiue petēdo ut ſnīa declaretur nulla abſqꝫ eo ꝙ alia petitio actoris ſiue rei pcedat. d. l. ſi expſſum. l. ſi dolo. C. de reſcin. ven. ⁊ ibi notatur. l. i. §. i. in glo. in uerbo firmat. ff. de feri. incidēter aūt petitur altero de duobus modis. uel qñ precedente aliqua petitione actoris puta petenti executōem ſnīe uel agentis actione in factū ſiue iudicati opponit reus exceptionē ꝙ ſnīa ē nulla. ⁊ tūc dr̄ incidenter in uiā exceptōis opponi de quo in. l. iiij. §. ꝯdemnatū ꝑ bar. ⁊ alios. ff. de re iud. ⁊. j. dicam. in. ix. q. principali. Secūdo mō incidenter deducitur qñ precedente vna petitione uniꝰquiſ ſnīam anullari debere intendit per uiam cāe nullitat deducitur ſꝫ tñ principlr̄ aliud petit quā anullatio. puta qꝛ lata ſnīa ꝯ aliquē nulla petit ꝯdēnatus ut iudx de nouo ꝓnūciet qꝛ prima ſnīa quā tulit ē nulla qd̄ petere pōt. l. hec ſnīa. C. que ſen. ſine cer quāti. habet in. l. ſi ut ꝓponis. la. i. ⁊ in. l. ſi preſes deſertā. C. qūo. et qñ iud. in. l. i C. de ſen. et interlo. in. c. in lr̄is. ſupra de offi. dele. et aliquid vidimus in. c. cū ceſſante ſupra eo. habet in. l. iudx ff. de re iud. His pſuppoſitis aliud ēt ſciendū ē ꝙ nullitas actus uariis modis pōt deduci. qñqꝫ per actionē de dolo. l. eleganter. in prin. ff. de dolo. habet in. l. ſi quis cū alr. ff. de ver. ob. qñqꝫ per actionē ex illo ꝯtu in quo dolus cōmiſſus ē. d. l. ſi quis cū alr. c. cū dilecti. c. pe. j. ð ꝯhen. ēp. qñqꝫ per officiū iudicis nobile. Inno. in. c. ſi. š. de offi. iud. notat bar. et alij in. l. qui ſub conditōe. §. fi. ff. de condi. inſti. et de iſtis tribus mōis gl. hētis ſingularē. in. l. ſi dolo. C. de reſcin. uen. quā ad hoc cōmendat bal. in. l. nā et ſi ſub ꝯditione. §. fi. ff. ð iiuſt. rup. te. petit ēt in uiā qñqꝫ exceptōis. l. non erit. §. dato et ibi gl. ⁊ doc. ff. de iuſ. iu. ⁊. d. §. cōdēnatū. ⁊. d. l. ſi quis cū alr. His habitis quo remedio iſtoꝝ petetur nullitatē ſnīe retractari et ſi in viā exceptionis opponit tūc claꝝ ē ꝙ petet retractari opponēdo exceptionē et iplorando officiū iudicis mercēnariū ꝑ ea q̄ hn̄t i. l. i. ff. de iuriſd. o. iu. et d. c. ſi. š. ð of. iu. ſi āt principlr̄ petit et tūc iplorabit officiū iudicis nobile. ita Inno. in. d. c. ſi. et in. c. ſepe. et ibi bal. ſupra eo. ita bar. in. d. l. ſi expſſe. et ita idē bar. in. d. l. que ſub ꝯditōe. in fi. et ibi alii. ita bal. i. l. tale pactuꝫ. §. qui ꝓuocauit in repetitione i. xvi. col. ff. de pac. ita Im. hic in. vij. col. et in repetitione. d. l. ſi expſſim in. xxv. col. et ſi dicat ad quid iplorat officiū iudicis nobile ſup nullitate ſnīe. nā ꝙ nullū ē āplius anullari nō poteſt. l. nam et ſi ſub ꝯditione. §. rūpēdo. ff. de iniuſt rupte. c. ad diſſolueñ. j. de deſpon. ipub. et priuatio pſupponit habitum. l. manumiſſiones. ff. de iuſti. et iure. ſi ſnīa eſt nulla ad quid petit ānullari. dicite ſm̄ gl. in. l. i. § i. i v̄bo firmat. ff. de fer. ꝙ petit ānullari ꝓut de facto pceſſit ſnīa et facit gl. in ſili in c. accedens el. i in uerbo caſſauimus. ſupra ut lit. non ꝯte. in. c. cū dilectus. ſupra ð ꝯſu: bonus tex. et ibi. d. anto. in. c. ii. in prin. ſupra de poſtu. pla. habet in. c. uenerabilē. et in. c. audit. ſupra ð elec. et ē glo. in. c. audiuimus. xxiiij. q. i. facit gl. in ſili in l. minor xxv. annis. in prin. ff. de euic. et ita bar. in. d. l. ſi expſſiꝫ in pe. col. ita bal. poſt gl. in. l. i. C. quando ꝓuo. Sꝫ nūqd erit in tali nullitate neceſſaria appellatio. et dicite ꝙ nō. ita gl. in c. ſi. i verb. neceſſe ð re iud. li. vi. i. d. l. i. §. i. ff. de fer. et ē tex. i. l. ſi ꝯſtat ibi ſupuacua. i. nō neceſſaria. et i. l. ex ꝯſēſu. §. i. ibi fruſtra et ita uolūt oēs marie. Cu. i nōbilibꝰ et i. ix. col. i. l. ſi expſſiꝫ. ff. e. et ita ēt intelligat tex. i. l. ſi. §. i. et in. l. i. §. itē ꝯ ſacras. ff. q̄ ſe. ſin. ap. Sꝫ nūquid lꝫ appellatio nō ſit neceſſaria a nullitate poterit tñ iterpōi et tex. i. d. l. ſi ꝯſtat. et ēt i. d. l. ex ꝯſēſu. § i. et i. d. l. ſi. § i. uident velle ꝙ nō dū utāt v̄bo ſupuacua l' uerbo fruſtra l' ſine cā. et facit rō nā appllo reſcidit ꝓnūciatū. l. i. §. ſi. ff. ad tur. l' ſaltē ſuſpēdit. c. uenientes.

UVA. BHSC. IyR_025

ſupra de iurciu. Sʒ vbi ſnīa ē nulla nō pōt dici pronun
ciatum. l. iiij. §. ↄdēnatum. ff. de re iud. ⁊ non entis nul
le ſunt qualitates. l. eius qui in ꝓuincia. ff. ſi cer. pe. d. c.
ad diſſolucſi. ergo cum non ſubſit ꝙ reſcindaꝛ uel ſuſpē
datur non poterit appellari. In ꝯriū tn̄ ē veritas ⁊ tenēt
oēs hic. ⁊ in. d. l. ſi exp̄ſſim. ⁊ in. l. i. C. qn̄ prouoc. ⁊ facit
glo. in. d. c. fi. in verbo neceſſe. in cle. i. §. i. in verbo fir-
matur. in. d. l. ſi dolo. C. de reſcin. ven. Et pro illa opi. ē
tex. in. l. ſi exp̄ſſim. in ver. vnde ſi quis. ff. eo. vbi pōde
rat ꝙ appellatio a nullitate pōt dici deſerta lapſu fataliū
ergo uult ꝙ poſſit appellari. tex. ē in. c. exhibita. s̄. de iu
di. in. c. cū veniſſent. s̄. de teſti. in. c. ſignificantibus. ⁊ in
c. cum cām. s̄. de offi. dele. ubi pʒ fuiſſe appellatū a ſnīa
nulla nec papa ibi reprobat appellatōem tanꝙ īterponi
non poſſit qō certe faceret ſi de iure non poſſʒ appellari
ē tex. hic ut dixi in textualibus. ē tex. in. c. ſi ꝯ unum. de
offi. dele. li. vi. vbi papa querit qn̄ appellaꝛ ab actu nul
lo q2 dicitur iudicē non habere iuriſdictionē eo ꝙ expi-
rauit morte delegantis ad quem deberet appellari certe
ſi non poſſet appellari fruſtra quereremus ad quē eſſet
appellandū. Non obſtant ꝯria. dū dicit ſi ē ſuperuacua
⁊c. ⁊ ſimilia ſunt uera in. l. ex conſenſu. §. i. ⁊ in. l. fi. §. i.
q2 in p̄cedenti. q. ē rn̄ſum. ſ. ꝙ intelligūtur illa uerba ſup
uacua uel fruſtra q2 non neceſſaria. non tn̄ negat quin
ſint aliquaꝛ utilia ut uidebimus ī in ix. q. principali. n̄
obſtat arg. d. c. veniēces. ⁊. d. l. i. §. fi. q2 ut de fcō ſentē
tia nulla proceſſit. ita de fcō reſcindeꝛ uel ſuſpendeꝛ. p̄te
rea non ſunt ſoli effectus appl̄onis illi duo reſciſionis ⁊
ſuſpenſionis. ſed plures alij ſunt effcūs ut dixi ſupra in
Rica. Et iō dato ꝙ a ſnīa nulla non poſſit appellari qᵒ
ad effectū ſnīe ſuſpenſiuū uel extinctiuū nō tn̄ ſequiꝛ er
go nō poterit appellari quo ad alios effcūs. puta quoad
effectum deuolutiuū opabitur talis ſnīa ⁊ alios effectus
opabitur ut videbimus. ī. in. ix. q. principali. Lu. tamen
in. d. l. ſi exp̄ſſim. in. vi col. retento hoc ꝙ lʒ appellatō a
ſnīa nulla non ſit neceſſaria ſit tamē utilis ⁊ poſſit inter
poni dicit limitandū eē ut nō procedat in ſnīa que eſſet
nulla ex defectu iuriſdictionis iudicis q2 a tali ſnīa nō po
terit appellari. Et pro hac opi. allēat bal. eprīc hoc ſeriē
tem in. l. i. in penulti. colum. verſicu. iuxta quero. C.
quando ꝓuo. ubi dixit bal. ꝙ ſi appellatur a ſententia
nulla nō uideꝛ deducta nullitas que prouenit ex defectu
ꝑſone iudicis. puta q2 ſeruus excōicatus uel īfamis q2 il-
la nullitas ē quid extrinſecū a ſnīa ⁊ iudicio de quo ꝗgiꝛ
⁊ appellatio nō trahiꝛ ad extrinſeca. l. ꝑ hanc. C. d̄ tēp.
ap. ⁊ ſic uult Lu. īducere ꝙ ſicut appellatio īterpoſita
non porrigitur ad nullitatē tn̄ prouenit ex defectu iuriſ-
dictionis tn̄ ad aliā nullitatē porrigitur. l. quedā mulier
ff. famil. her. l. carmelia pia. ff. de iure pa. l. ſi is qui. C.
de lib. cā. notat bar. in. d. l. ſi exp̄ſſim ⁊. ī. dicā. ⁊ rō ē q2
ibi ē quid itrinſecū ad qō non porrigiꝛ appellatio. ergo
ita propter talē defectū non poterit īterponi appellatio.
pro hac opi. adducit tex. in. l. i. C. de arb. qui nihil facit
q2 loquiꝛ in arbitro a quo nō appellaꝛ regulr̄. l. diē pro
ferre. §. ſtari. ff. de arb. ſo adducit. d. l. ſi conſtat. ⁊. d. l.
ex conſenſu. ⁊. d. l. fi. §. i. ad que pōt rn̄deri. ut. s̄. in pre
cedenti concluſione adducit tertio. nam ex quo iudex n̄
hʒ iuriſdictionē ſnīa ē penitus nulla ⁊ cognitio cāe ſpec
tat ad ſuū iudicē ſed ſi appellereꝛ a tali ſnīa ⁊ appellatio
opareꝛ effectū deuolutiuū ut. s̄. dixi iudex qui aſs ē ordi
narius in iſta cauſa ſine ſuo fcō ⁊ ēt ex culpa iſtius qui
nō ē iudex. Dānificareꝛ q2 priuaretur ſua iuriſdictione q̄
per appellationē tranſlata ē ad iudicē ad quē quod eſt
ꝯ regulas iuris cōis. l. ius nr̄m. ff. de reg. iur. ⁊ ꝯ equita
tē. c. peruenit. xi. q. i. qua caueꝛ ſuā iuriſdictionē cuicūqʒ
iudici eē conſeruādā. Tn̄ quicquid dicat Lu. vitas eſt ī
ꝯriū. ⁊ in ꝯrium ē tex. in. c. cū veniſſet. s̄. de teſti. in. d. c.
ſi ꝯ unū. ⁊ in. d. c. ſignificantibus in quibus iuribus era.
defectus iuriſdictōis ⁊ tn̄ appellaꝛ. ⁊ tn̄ papa nō repro
bat appl̄onē ex hoc capite. ⁊ ē tex. hic ut dixi in textuali-

bus. Et ad ultimū ar. Lu. illud dependet ex iſta qōne.
an ſi appellaꝛ a ſnīa nulla iudex ad quē cognoſcat non
ſolū de nullitate ⁊ ſuper ea pronūciet ſʒ ēt d̄ negocīō pri
cipali poſſit cognoſcere ⁊ pronunciare de quo. ī. in. ix.
q. principali ⁊ in. x. Scdo limitat Lu. nō procedere
qn̄ nullitas eēt notoria q2 tūc non poſſet appellarī. hoc
ēt uꝛ ſine rōe ſaltē quo ad effectū deuolutiuū vt de facto
nulla declareꝛ. Tertia ē qō principalis. quouſque poſ
ſit ſnīa dici nulla. ⁊ dic ſm ſpec. in ti. de ſen. prola. §. iux
ta. circa fi. cuius dicta late proſequiꝛ Ino. in cle. i. de re
iud. ꝙ aut intentatur nullitas principlr̄ aut incidenter ſi
principlr̄ ⁊ tunc pōt intentari uſqʒ ad. xxx. annos. nā ex
quo ꝑ officiū iudicis intentaꝛ ⁊ illud ē quoddā ius ꝑſōa
le. l. qui ꝑ colluſionē. ff. de ac. emp. faciūt nōta in. l. fi. ſi
liuſa. vi. ti. ū. ff. ſi cer. pe. Et ius ꝑſonale durat. xxx. an
nis. ideo hoc ius durabit. xxx. annis. ⁊ ad hoc facit glo.
in. l. ſicut. C. de preſcrip. xxx. uel. xl. an faciūt notata in
c. fi. s̄. de offi. iud. in. c. lʒ cām. s̄. de prob. in. l. querellaʒ
C. de fal. hoc tamē nō procedit ubi tractaꝛ de ꝑiculo aīe
nam qn̄ ſnīa ē nulla eo q2 ꝑiculū aīe cōtinet ēt ultra. xxx
annos pōt ſup eius nullitate implorari officiū iudicīſ gl.
ē nō. in. § ſi ergo. xxx. q. ult ꝑ quā glo. hoc. dixit Im.
in. d. cle. i. faciūt notata in. d. c. tenor. in. c. lator. s̄. d̄ re
iudi. in. c. iurauit. s̄. de proba. ⁊ faciūt que habētur i. c.
fi. ſupra de preſcrip. aut nullitas incidenter deducitur et
tunc aut in modum cāe petitionis propoſite cum ad hoc
principaliter non ageretur ⁊ illo cāu cum tamen expedi
atur officio iudicis idem ſit quod in precedenti. aut intē
tatur nullitas incidenter. ſ. in viam exceptionis ⁊ tūc per
petuo poteſt opponi. q2 que tpalia ſunt ad agendum ꝑ
petua ſunt ad excipiendū. l. pure. § fi. ff. de excep. dol.
Sed opere preciū eēt ſcire nunquid nullitas habeat in
ſtantia. ⁊ dic ex mente bar. in. d. l. ſi expreſſim. in penu.
col. ꝙ ſic ⁊ triennij. faciūt notata in. l. properan̄. in pri.
⁊ quod ibi notat bal. C. de iud. Sed nūquid pendente
inſtantia nullitatis curret tempus ad appellandū ⁊ ꝯ.
Et dic aut nullitas per ſe intētaꝛ pᵒ ⁊ tunc pendente tp̄e
nullitatis nō currit tp̄us appellationis nec īterponēde
nec proſequende. nam ex quo a ſnīa nulla non ē neceſ
ſaria appellatio ut dixi in. ii. q. principali iuſtam habuit
cām non appellandi ille qui credidit ſnīam eſſe nullam
⁊ propterea non appellauit ſed nullam dixit. ſed impe
dito non currit tempus appellationis. ergo illo cāu pen
dente proceſſu ſuper nullitate non currerent. x. dies ad
appellandum ex quo ignorabat neceſſariam ſibi appel
lationem nec multominus curret annus ad proſequen
dum dūmodo iuſtam habuerit cauſam dubitandi d̄ nul
litate ſnīe. ſecus ſi calumnioſe dubitauit. nam tunc currʒ
ſibi tempus non obſtante ꝙ ceperit proceſſum nulli
tatis et per illum dicat ſe impeditū. q2 potius dicitur ſuo
facto impediri q̄ impedimēto iuris uel alterius. ita bal.
poſt Ci. in. l. contra maiores. C. de inoffi. teſta. quē eti
am ſequitur ang. in. l. paulus. §. i. ff. de uſu. ⁊ ita Im.
in. d. l. ſi expreſſim. ⁊ facit quod dicit rota deciſ. ſua. ciij
que incipit. item ꝙ fatalia ubi dixerunt ꝙ fatalia appel
lationis non currunt donec quis impeditur quia litigat
ſuper attentatis per aduerſarium dummodo non calū
nioſe litiget. ⁊ faciunt que dixi in. c. ex ratione. ſupra eo.
et quod notat Bald. in ſimili in autentica ei qui. C. de
tempo. appel. Aut ſecundo caſu ſolum appellauit a ſen
tentia nulla et tunc an tempus nullitatis computetur
vna cum iſto tempore appellationis an uero deducatur
tempus appellationis. et tunc dic qō ex quo appellatio
a ſententia nulla deducit n̄ ſolum iniuſtitiam ſed etiam
nullitatem ad iudicem ad quem. l. quedam mulier. ff.
famil. herciſ. l. carmelia pia. ff. de iure patro. l. ſi is qui.
C. de libe. cauſa. et facit tex. noſter in fi. ideo cum poſ
ſit proſequi cauſam nullitatis una cum appellatione.
non habet quare excuſetur tanquam impeditus. quia
cauſa appellationis nō īpediuit ſibi cām nullitatis. cū

UVA. BHSC. IyR_025

ea poſſet deduci nullitas. ideo iſta tpa computabunt nec
ſubducentur. ita vr̃ eſſe de mente bar. in. d. l. ſi expꝛeſſim
in pe. col. aut intentauit cãm nullitatis ⁊ appellationis ſi
mul puta ſm̃ formam glo. in. l. i. C. qñ ꝓuoc. dicẽdo di
co ſniam nullam ⁊ ſi qua ẽ appello ⁊ tunc aut cãm nulli
tatis cepit ꝓſequi coram iudice a quo. quod põt. l. ſi ut
ꝓponis. la. i. ⁊ ibi habetur. ⁊ in. l. ſi pꝛ̃ſes deſertam. C.
qñ ⁊ quando iud. l. abſite. C. de accu. habetur in. c. in
lr̃is. ẽ. de offi. dele. ⁊ tunc ex quo coram iſto iudice cãm
appellationis non potuiſſz ꝓſequi qꝛ volebat ꝓſequeñ.
coram iudice ad quem. c. dilectus. el. i. ẽ. de reſcrip. vidi
mus in. c. ut debitus. ẽ. eo. ideo tanꝙ̃ ĩpeditus ſit ꝓpter
iudiciũ nullitatis excuſetur ne currat ſibi annus ad ꝓſe
quendũ appllonẽ ar. eoꝝ que dixi in pꝛimo mẽbꝛo. Et
ſi dicat̃ ẽ quid ſibi ĩputetur ꝙ cum hẽat in iſta cauſa du
os iudices iudicem a quo coram quo põt tamen ꝓſequi
nullitatem ⁊ iudicem ad quem coram quo põt vtrũqz ꝓ
ſequi ⁊ nullitatẽ ⁊ appellationẽ quare elegit iudicẽ a q°
⁊ ſic ſuo facto videtur ſe ĩpedire. reſpondet pꝛimo ꝙ cũz
iſtã facultatẽ eligendi alterũ ex iſtis iudicibus habeat a iu
re non dz ſibi auferri nec ſibi dz imputari ſi ꝓmiſſa iuriſ
facultate utitur. l. iij. in prin. ff de eo quod certo loco. l.
i. C. de aſſer. tol. circa fi. Item ſc̃o dr̃ ꝙ ex quo cã nullita
tis ẽ magis conueniẽs ſuo ꝓpoſito cum pꝛimo eã inten
tauerit ⁊ magis ẽ honeſtum vt ab eodẽ iudice factum ſu
um emẽdetur et expedire magis poterit ꝑ eum emẽda
ri tanꝙ̃ infamatũ de negocio. c. ab excõicato. ſupꝛa de
reſcrip. c. per tuas. ĩ. de ſen. exco. non ẽ quid ei imputet̃
ſi viam magis ꝯuenientẽ libello ꝓpoſito elegerit. Item
magis honeſtũ. item magis cõpendiariaz ⁊ breuẽ elegit
tractando nullitatẽ coram iudice a quo ⁊ ideo hoc tẽpo
re pen. non curret annus ad appellationẽ ꝓſequendaz
ita ẽ de mente bar. in. v. ⁊ pe. col. aut uero ꝓſecutus eſt
cãm nullitatis coram iudice ad quẽ ꝓpoſito libello dico
nullam ⁊ ſi qua ẽ appello ⁊ tũc ex quo potuit appellatio
nẽ coꝛ ĩ iſto ꝓſequi ⁊ per cũ deducebatur nullitas ut pꝛe
dixi ẽ quid ſibi ĩputet̃. ⁊ ideo ſuo facto vr̃ impeditus ⁊ iõ
curret tp̃s appellationis. ⁊ ita bar. ubi pꝛoxime. ⁊ volu
it ſalic. in. d. l. ſi pꝛeſes deſertam. ⁊ faciũt notata ꝑ bal. i
d. l. i. C. quando ꝓuoc. Bal tñ in. l. qui teſtõ. § fi. ff. de
excu. tu. alr̃ diſtinguit pꝛimũ mẽbꝝ qñ ſuper nullitate tã
tũ principlr̃ agitur nõ mutatur ſecundũ ſuper applłone
etiam non mutat̃ per ea que uoluit Inno. in. c. ſepe ſu
pꝛa eo. qꝛ lapſus tp̃is in cã applłonis principlr̃ per ſe ꝓ
poſita ⁊ non cum nullitate ĩputat̃ ⁊ in tp̃e nullitatis. ter
tiũ mẽbrum ĩpugnat bal. ⁊ per ꝯñs et quartũ qꝛ dicit ip
ſe ꝙ propoſita nullitate ⁊ applłone ſimul ẽt coram iudi
ce ad quem non curret tp̃s niſi ad eã cuius proſecutiõẽz
elegerit ⁊ ſic ſi utranqz elegerit ſuper utraqz curret. puta
dico ſniam nullã ⁊ ſi qua ẽ appello hocqz coram iudice
ad quem propono in proſecutione tñ eligo nullitatẽ tñ
non curret tp̃s ad appellandum ſicuti ſi ſimplr̃ nullitatẽ
intentaſſem. Et ita ꝯ̃ ſi proſequoꝛ appellationẽ hoc tẽ
pus pendent̃ appellatõis non cõputabitur in tp̃e nulli
tatis. mouetur qꝛ lz cumulatiue iſta duo remedia propo
nat tñ in electione ſua erit proſequi poſtea quod volue
rit ut notat̃ in. l. i. C. quando ꝓuoc. ergo unũ eligẽdo
ꝓinde erit ac ſi illud vnũ intentaſſet nec debebit ei ĩputa
ri ex quo vtitur facultate iuris l. pãpinianus. §. ſi quis
irritum. ff. de inoffi. teſta. ⁊ ſi dicat̃ ꝯ̃ de his que dicta ſũt
in ſc̃o mẽbro ubi ẽ concluſum ꝙ applłone ꝑ ſe intentata
currit tp̃s nullitatis ex quo ĩpa uidetur incidenter in ap
pellationẽ deducta. Dicite ex mente bal. ꝙ illud ꝓcedit
qñ appellatio principlr̃ proponitur ⁊ incidenter nullitas
venit. nos loquimur qñ eque principlr̃ vtrũqz intentatũ
ẽ ⁊ ideo in appellatione nullitas non uenit icidenter ex
quo eque principlr̃ ẽ intentata. non mirũ ergo ſi pẽ. ap.
non currit tp̃s nullitatis. nec ꝯ̃. Cn. in. d. l. ſi expꝛ̃ſſim.
in. xi. ⁊. xii. col. lz per alia verba tñ uidetur adherere pꝛi
me diſtinctioni. Sed pone ꝙ ꝑempta ſit iſtantia nũ

quid proſequi nullitatẽ ſnĩe poterit ex hiſdem actis ſuꝑ
quibus ꝑempta ẽ inſtañ. poſt inſtãm ꝑemptam. Inno.
i. d. l. ſi expꝛ̃ſſiz format. q. ⁊ ĩpa formata currit ad theo.
Inno. in. c. cãm que. ſupꝛa de teſti. ⁊ plenius bart. in. l.
ii. ff. iud. ſol. ⁊ in. l. ij. C. d̃ ed. ex quib⁹ colligitur diſtictio
qꝛ aut loquimur in actis litis ordinatiuis puta litis ꝯte
ſtatione ⁊ ſilibus ⁊ tunc cum illa ꝑeant ꝑempta inſtañ.
l. ꝓperañ. §. ⁊ ſi quid. ⁊ ibi glo. in uerbo iudicij. ⁊ nota
tur in. §. ſillo. C. de iud. ideo ꝑempta inſtañ. ex huiuſ
modi actis nõ poterit ſuper nullitate ꝓnunciari. aut lo
quimur in actis litis deciſiuis ſiue ꝓbatorijs puta confeſ
ſione partis uel teſtibus ⁊ tunc ex quo non pereunt per
empta inſtañ. per ea que habent̃ in. d. c. cãm que. ex eiſ
dem actis poterit ſnĩa nulla pronunciari. et que dicant̃
litis ordinatiua et que deciſiua ẽ glo in cle. ſepe. in ver
bo defenſione. de ver. ſig. habetur in locis pꝛeallegatis.
Sed an nullitas poterit poſt ꝯcluſionẽ in cã opponi. et
dicite ꝙ eam principlr̃ intentando vel ẽt in viã exceptio
nis vel replicationis ut dictum ẽ ſupꝛa in. ij. q. principa
li non audiet̃ eam intentans poſt ꝯcluſionẽ qꝛ cõcluſio
in cã claudit os pti. c. paſtoralis. ĩ fi. et ibi Io. an. et alij
ſupꝛa de cã poſ. et propꝛi. c. cum dilectus. et ibi habet̃ ſu
pꝛa de fid. inſtr. aut vero intentat̃ nullitas potius in viã
allegationis ꝙ̃ exceptionis replicatõis vel principalis pe
titionis q̃uõ põt intentari puta qꝛ nullitas notorie ꝯſtat
ex actis tũc cũ notoriũ non indigeat forma excipiẽdi nec
forma ꝓponendi nec vllam penitus formam requirat.
c. ad noſtram. el. iij. ſupꝛa de iureiu. ſed ſolũ indiget al
legatione glo. ẽ in cle. appellanti. eo. ti. facit tex. in. l. ſi
adulterium. cũ. §. idem pollioni. ff. de adult. iõ qñ nulli
tas ẽ notoria dr̃ opponi in viam allegationis et illo cãu
qꝛ poſt concluſionẽ in cã admittunt̃ allegationes iur̃ et ſi
milia que facti diſcuſſiõe non ĩdigent auten. iubemuſ. et
ibi notat̃. C. de iud. habetur in. l. i. C. ut que deſ. aduo.
et per. d. anto. in. c. bone. el. i. ſupꝛa de poſtu. pꝛela. ubi
qñ notoriũ reſultat ex actis dz iudex ſupplere. uidim⁹ in
c. ex. inſinuatione. ſupꝛa eo. non mirũ ergo ſi poſt ꝯclu
ſum in cã admittit̃ allꝫatio nullitatis que notorie conſtat
ſ. ex iſpectione actorũ. ita bal. in. c. cum olim. el. i. ſupꝛa
de offi. dele. per notata ꝑ Inno. in. c. ꝑ tuas. ſupꝛa d̃ te
ſti. in. c. ex inſinuatione. ubi aliquid vidimus ſupꝛa eo.

Quarta ẽ qõ principalis circa ordinẽ nullitatis ꝓpo
neñ. Et pꝛimo querit̃ an nullitas requirat aliquẽ ordi
nem iudicialẽ. et dicite ſm̃. d. de rota deciſ. ſua. cccxxxvi.
que incipit. item fuit dubitatũ qñ de nullitate ꝙ aut nul
litas ẽ notoria et tunc ex quo ĩ notorijſ nõ requirit̃ ordo
iuris. d. c. ad noſtram. ideo in tali nullitate ordo non re
quirat̃. et ideo ſi ſnĩa dicat̃ nulla qꝛ ꝯtinet ĩtollerabilẽ er
rorẽ venit retractanda abſqz alio proceſſu. c. ab excõica
to. ſupꝛa de reſcrip. c. per tuas. ĩ. de ſen. exco. item ſi ſen
tentia dicat̃ ꝯ̃ expreſſum errorem iuris lata qꝛ taliſ error
patebit ex ĩſpectione librorũ puta ẽt ſi contra ſtatutũ eẽt
lata illud male ĩterpꝛetando. ita Inno. in. c. cum inter
ſupꝛa de conſue. quod ẽ ĩtelligendũ de ſtatuto notorio.
puta in ea ciuitate in qua ẽ factum. et ſm̃ notata ꝑ bar.
in. l. cũ prolat̃. ff. de re iud. per canoniſtas in. c. paſtoral̃
ſupꝛa de fid. inſtr. ita ẽt ſi ex ĩſpectione actorũ conſtaret
de nullitate. et ſic ex eiſdem actis conſtaret de nullitate
quia tunc etiam eſſet notorium coram eodez iudice co
ram quo eẽnt facta abſqz alia productione. ꝑ notata ꝑ
Inno. in. d. c. ex ĩſinuatõe. illo cãu non requireret̃ ali⁹
proceſſus ſuꝑ nullitate. et faciunt notata per Io. an. et
alios in. c. cũ bertoldus. ſupꝛa ti. i. in. l. cũ querebat̃. per
bar. ff. de re iud. ĩmo plus ẽt ſi in ꝯtinẽti offerret proba
tionẽ nullitatis dicendo hodie conſtat hodie agatur. l.
ſi is a quo. ff. ut in poſ. leg. alius ordo nõ expectaretur.
ita rota ubi pꝛoxime. aut nullitas non ẽ notoria et tũc qꝛ
ſnĩa huiuſmodi ẽ diffinitiua prout uoluit glo in cle. ſi in
uer. repulſionẽ. eo. ti. ideo requiritur ordo iuris ſicut in
alijs diffinitiuis. ij. q. i. in ſũma. et. ij. q. vii. §. diffinitiua

UVA. BHSC. IyR_025

l. ꝓlatam. C. de ſen. ⁊ interlocu. om. iud. Succedit
q̄ó an ſaltē requirat citatio. ⁊ dicite ſm rotā in. d. deciſi.
⁊ melius in deciſ. cccxxviij. que incipit itē fuit dubitatum
utrū auditor ꝙ ſic ſiue ſit notoria nullitas ſiue nō per ea
que habētur in. d. c. ad noſtrā el. iij. ⁊ uidimus in. c. cuꝫ
ſit ro. in fi. ſ. eo. ubi firmatū ē ꝙ ēt in notorijs requirit
citatio. ⁊ facit tex. iij. q. viiij. c. omnia. c. caueant. c. deus
omnipotēs. ij. q. i. Et ita tenēt imol. in. c. cūm. ſ. de re
ſcrip. licet Jo. an. ibi teneat cōtrariū uolēs ꝙ ubi noto-
ria ē nullitas iudex ſuam ſnīaꝫ ſine citatione poſſit retra
ctare ⁊ reuocare per dictū abbatis ibi ꝑ illū tex. Sed pōt
rn̄deri dupliciter. primo ꝙ ille tex. loquitur quādo clarū ē
ꝙ pars nullaꝫ excuſationē poſſet afferre nec defenſionē
ne ſnīa annullaret. nam iſta ē regula ꝙ lꝫ pars regula
riter ſit citanda. c. inter quatuor. ſ. de maio. ⁊ obe. l. de
unoquoqꝫ. ff. de re iudi. tamē ubi clarū ē parti nullā de
fenſionē cōpetere illa nō ē citanda. ita bar. in. l. ij. §. qō
ſi de frumētaria. ff. de admi. re ad ciuita. pti. ⁊ dixi i. d.
c. cuꝫ ſit ro. nō mirū ergo ſi in. d. c. cūm pars nō fuit cita
ta uel procedit in ipomet iudice, qui tulit ſnīam nullā cla
re. nam tūc exquo uidet clarā nullitatē pōt ſine alia cāe
cognitione errorē ſuū corrigēdo ſnīam quam nulliter tu
lit reuocare tex. ē ⁊ ibi doc. maxime bal. in. c. ab excōica
to de reſcrip. uel aliter ibi loquit de annullatione reſcri
pti. unde ſicut in cōceſſione reſcripti papa nō citat partē
c. olim. ⁊ ibi Inno. j. de ṽbo. ſig. ita nec in reuocatōe ſi
ue annullatione eius ꝑ regulā primā. j. de reg. iur. ⁊. l.
nihil tam naturale. ff. de reg. iur. quinimo uoluit ⁊ ele-
gantius rota in deciſ. cccxxxviiij. que icipit itē retēto the
mate ꝙ citatio huiuſmodi dꝫ eē ſpālis ⁊ ſpecificata ita ut
intelligat pars ad quid citat ſicut in alijs citationibus. al
legant glo. nō. in. c. fi. ſ. de reſcrip. in ṽbo indetermina
te faciunt notata ꝑ bart. in. l. aut qui aliter. §. i. ff. qō vi
aut clam. Succedit qō an requiratur libellus in cā nulli
tatis ⁊ dicetis uos cui dubiū ꝙ nō. nam. ſ. in. ij. q. prin
cipali firmatū ē ꝙ nullitas retractat officio iudicis. Sed
in officio iudicis nō requirit libellus. Glo. ē in rubrica.
ff. de interrog. act. ⁊ in. l. i. §. i. ff. quis ord. in bon. poſ.
ſed in ꝯtrarium ē gl. in. l. ꝺ ſubmerſis. C. de naufra. li. xi. ⁊
dictū inno. in. c. fi. ſ. de offi. iud. Unā dicatis ex mēte bal.
in. l. tale pactū. §. qui ꝓuocauit in repeti. iij. q. xiiij. ff. ꝺ
pac. ⁊ ſpecu. in ti. de ſen. ꝓla. §. iuxta vſi. quid ergo ſi
appellās. ⁊ in ti. de libel. cōcep. §. nūc dicēdū ad fi. quod
aut nullitas incidēter intētat ⁊ tūc nō intētatur ꝑ officiū
iudicis nobile ⁊ nō requiritur libellus. ⁊ ita loquat gl. i
dicta rubrica ⁊ in. d. l. i. quas ita itelligit Barto. in. l. nec
quicquā. §. ubi decretū. ff. de offi. ꝓcō. Aut uero inten
tatur p̄ncipalit nullitas. ⁊ tūc exquo expeditur per offm̄
iudicis nobile requirat libellus. ⁊ ita intelligit dictuꝫ In
no. cum gl. p̄alleg. ⁊ faciūt notata ꝑ bar. in. d. §. ubi de
cretū. ⁊ hanc diſtinctionē ſequūtur cōiter ſcribētes in. c.
ꝑ tuas. ſ. eo. ⁊ ꝓ ea facit tex. in. l. minor magiſtratus. ⁊
in. l. prefecti. ff. de minor. in. l. in cāe. §. cauſa cognita. ⁊.
ti. faciūt notata i autētica ſi oēs. C. ſi ut ſe ab here. ab. i
c. tū ex lrīs. ⁊ ibi inno. ⁊ alij de in iteg. reſt. qō dixit. d. an
to. i. d. c. ꝑ tuas ꝓcedere cū grano ſalis. ſ. qn̄ nullitas in
tētat corā iudice ad quē principalr. ſecꝰ ſi corā iudice a quo
qꝛ cū ipe debeat eē iformatꝰ ꝺ facto ſuo ēt ſine alio libel
lo admittit petitio ut nullitas retractet ab eodem. ⁊ facit
tex i. c. ab excōicato. ſ. ꝺ reſcri. Et ꝓ illa opi. adducit di
ctū ſpec. i. d. §. iuxta vſ. quid ergo ſi appellans ꝙ tn̄ lo
quit qn̄ icidēter corā iudice a quo petit retractari nullitas.
quo cāu clarū ē ꝙ n̄ requirit libellus. nō aūt loquit qn̄
p̄ncipalr. ⁊ h mō pōt rn̄deri ad. d. ca. ab excōicato. doc.
tn̄ p̄allegati idiſtīcte loquūtur ⁊ eadē ē rō ut debeat libellus
corā iudice a quo q̄ ē corā iudice ad quē, qn̄ p̄ncipalr agit
ſꝫ qꝛ utroqꝫ cāu iplorat offm̄ iudicis nobile. ut. ſ. i. ij. q.
p̄ncipali. Sꝫ nūquid requiretur lit. cōteſtatio i cā nul
litatis. ⁊ colligēdo dicta bal. i. d. §. qui ꝓuocauit. q. xiij. ⁊
ēt bal. i. l. i. in prin. i. iij. col. ff. ꝺ fer. ⁊ i. l. i. C. ꝺ or. iud.

⁊ notata ꝑ. d. anto. ⁊ imol. i. d. c. ꝑ tuas. ſ. eo. ⁊ ꝑ. d. de
rota i. d. deciſ. cccxxxvij. Aut agit ſuꝑ nullitate icidēter ⁊
tūc qꝛ ſuꝑ icidēti nō ē lis ꝯteſtāda. c. prudētiā. §. ſexta.
ſ. ꝺ offi. dele. idō nec illo cāu requirat lit. cōteſtatio. ⁊ nōt
ſpec. i. d. vſ. quid ergo ſi appellās. aut pricipalr iplorat
nullitas. ⁊ tūc ſi pꝰ ē pn̄s ⁊ illo cāu requirit litis ꝯteſtatō
ſicut ⁊ in cā appellatōis. d. c. ꝑ tuas. ⁊ ibi dictū ē ſicut ⁊ i
cā reſtitutōis i integꝝ autētica ſi oēs. ⁊ ibi nō. C. ſi ut ſe
ab here. abſt. Inno. ⁊ poſt cū panor. i. c. tū ex lrīs. ſ. ꝺ
reſt. i integ. ꝑ bar. i. l. ab hoſtibꝰ. §. ſed qō ſimplr. in. vi.
col. ff. ex qui. cau. ma. Et ſicut i offō iudicis nobili. c. fi.
⁊ ibi imol. ſ. ꝺ of. iud. idō nō mirū ſi iſto cāu requirit litis
ꝯteſtatio. Parte aūt abn̄te ⁊ tūc tenēt cōiter ſcrib. nō
requiri lit. ꝯteſtatōꝫ. Do. anto. ſ. ⁊ imol. i. d. c. ꝑ tuas. ⁊
bar. i ſimili i. d. §. ſꝫ qō ſimplr. ꝯtrariū tꝫ panor. i. d. c. ꝑ tu
as. ⁊ i ꝯtrariū faciūt nō. i. c. tue. ſ. ut lit. nō ꝯte. nā fūdamē
tū ꝑtis ꝯtrie ē qꝛ exquo petēdo ſnīaꝫ declarari nullā peti
tio ſolū dirigit ad iudicē ⁊ nihil petit a pte nō deducitur
aliquid i cā ꝑ qō poſſit ꝑueniri admiſſionē in poſſ. ſuper
petito uel ꝓ quātitate petiti ſi ꝑs nolit litē ꝯteſtari. ſꝫ illa
ē regula ꝙ ubicūqꝫ ꝯ abn̄teꝫ nō pōt ueniri admiſ. i poſ.
ꝓcedi pōt ad diffinitiuā nec litis ꝯteſtatio requirit. Ita
bar. in. d. autētica ſi oēs ꝑ illū tex. ⁊ idō cū hic n̄ poſſit hēe
locū miſſio i poſſ. nec lit. ꝯte. requiret mō iſtud fūdamē
tū ē falſuꝫ ſm canor. ꝑ. d. c. tue. ubi dato ꝙ nō hēat locuꝫ
miſſio i poſſeſſionē tn̄ nō ꝓcedit ad diffinitiuā lit. n̄ ꝯte.
qꝛ adſunt alia remedia ad cogen. litē ꝯte. excōicatōis ut
ibi capture uel idictionis mulcte ſi nō paruerit. l. cōſenta
neū. ⁊ ibi ꝑ bar. C. quō ⁊ qn̄ iud. cū ergo eorū fūdamen
tū corruat corruet ⁊ ſuꝑ edificatū. c. cuꝫ paulꝰ. i. q. i. Et
ſic erit ꝯcluſio ꝙ ēt ꝯ ꝑteꝫ abn̄teꝫ ſuꝑ nullitate principa
lit intētata nō ꝓcedat niſi li. ꝯte. ⁊ ita uidet loqui rota
i deciſ. p̄alle. dū indiſtīcte loquit. In hac ꝑplexitate
ꝯgruere vr diſtinctio dn̄orū relata ꝑ do. ꝺ rota i. d. deciſ.
cccxxxvij. ad fi. quā dicūt fuiſſe Rich. de ſali. diſtinguētē
aut ille qui intētat nullitatē intētat ſolū remediū reſcidēſ
⁊ n̄ reſciſoriū puta qꝛ petit ſolū retractari ſnīaꝫ nō aūt ſi
bi dari petit uel reſtitui ⁊ tūc ꝓcedat opi. d. anto. imol. ⁊
barto. exquo illa exceptio ꝯ certā ꝑſonā ꝓprie nō diri
git qꝛ ab ea nihil petit ſꝫ a iudice. aut intētās nullitatem
pricipalit intētat remediū reſcindēs ⁊ reſciſoriū puta pe
tit ſnīam ꝯ ſe latā nullā declarari ecce reſcindēs qꝛ remo
uet obſtaculū ſnīe intētat ⁊ reſciſoriū qꝛ ultra id qō petijt
ſnīaꝫ nullā declarari uel reſcindi petit aduerſariū ſibi cō
dēnari ad cēnuꝫ. iā alias ꝑ ſe petita ſuꝑ quibꝰ nullit ē iu
dicatū. Ecce reſciſoriū. i. effectū qui reſultat ex reſcindēte
iaꝫ facto ⁊ illo cāu exquo petitio dirigit ꝯ certā ꝑſonaꝫ ⁊
ab ea petit requirit lit. ꝯteſtatio ⁊ ꝺ iſtis remedijs reſcin
dēte ⁊ reſciſorio ⁊ qn̄ poſſūt cumulari ꝑ imol. i. c. fi. ſuꝑ
de of. iud. panor. i. d. c. tuꝫ ex lrīs ꝑ bar. i. d. §. ſꝫ qō ſim
plr in. vi. col. ⁊ in. l. fi. C. ex qui. cau. ma. poſſet tn̄ illa di
ſtīctio morderi ut pꝫ ex p̄dictiſ. Sꝫ nūquid requirit ꝑ
emptoriū ⁊ dicite ꝙ ſic ſi principalit intētat. ſecus ſi inci
dēter. ita rota deciſ. p̄alle. cccxxxix. q̄ incipit item retēto
themate qꝛ qn̄ pricipalr intētat ſnīa ſuꝑ hoc lata hꝫ uim
diffinitiue. glo. ē in. d. c. fi. ⁊ ſnīa requirit ꝑemptorium
qn̄ ē diffinitiua. c. cōſuluit. ⁊ ibi hr̄ ſuꝑ ꝺ of. dele. l. tres ꝺ
nūciatōes C. quō ⁊ qn̄. ergo nō mirū ſi talis cā requirit
ꝑemptoriū qn̄ pricipalr nullitas intētat. Quarta ē qō
pricipalis ꝺ forma nullitatis circa quā prio querēdū eſt
qualiter debeat ꝓponi nullitas. Et dicite ꝙ id qō ē nul
luꝫ amplius annullari nō pōt. c. ad diſſoluen. j. ꝺ diſpō.
impu. peti tn̄ debebit ānullari quatenꝰ ꝺ facto proceſſit
uel nulla declarari. l. certa rōne. ⁊. l. i. ⁊ ubiqꝫ nō. C. qn̄
ꝓuoc. hētur i. l. chirographis. §. i. ff. de admi. tu. in. c.
uenerabilis ſuꝑ de of. del. ⁊ ꝑ inno. i. c. audit. ꝺ ꝓcur. in
c. accedēs. el. i. ſupra ut lit. non conte. ⁊ uoluit bar. ⁊ alij
cōiter in. l. que ſub conditōe. §. fi. ff. de ꝯdi. inſti. Bal. i
l. ſuus. C. de repu. here. faciūt notata in. l. ſi dolo. C. ꝺ
reſcin. uen. in. l. ſi iure. C. de ꝯhē. emp. in. c. cōſtitutis.



UVA. BHSC. IyR_025

§. de in integr. reſti. ⁊ ꝑ bal. in. c. que in eccliarũ. ⁊ in. c.
eccl'ia ſancte marie. ſ. de ɔſti. ⁊. ſ. in. ij. q. pricipali alias
ɔcor. allegaui. Sz nũquid ꝓcedet libellus dico ſniaz
nullã ⁊ ſi qua ẽ appello ⁊ dic ꝙ ſic ita cõmuniter h̃ ſcri
bẽtes ita glo. quã oẽs ſequũtur in. l. i. C. qñ prouoc. ⁊
ita bar. in. l. ſi expreſſiz. in. iij. col. ⁊ ibi alij. ff. eo. ⁊ ẽ bo
nus tex. in ſimili in. c. conſtitutis ſup̃ de in integ. reſti. Ar
chi. in. c. ſtatut̃. ij. q. i. lappus allegatõe. cviij. Do. ant.
in. c. i. de iudicijs. Bal. i. c. cãm. in ulti. col. de reſcrip. et
ſi dicatur nõne iſte libellus videt̃ inuicẽ ɔ̃ria ɔtinere naz
dicẽdo ſniam nullã uidet̃ tantũ petere annullari ut fa-
cto ꝓceſſit ut p̃dixi appellãdo aũt uidet̃ petere reſcindi ꝓ
nũciatũ ⁊ infirmari. c. ueniẽtes ſupra de iureiur. ergo tan
quã ɔ̃ria allegãs nõ erit audiẽd᷒. c. ut quis duas de ele.
li. vi. l. i. C. de furt. dic ꝙ hic illa ɔ̃rietas nõ impugnat̃
qꝛ cã proponit ɔditionalit̃ ſicut i ſimili hẽmus tex. quez
ibi ponderat bal. ⁊ ibi imol. in. c. ex tenore ſup̃ de reſcri
ptis et ẽ bonus tex. in. l. ſi quid. C. de excep. Sz nũ
quid ꝓcedet libellus dico ſniaz nullã et appello ꝑ predi
cta videt̃ dicẽdũ ꝙ nõ tanquã ɔ̃ria ɔtineat tamẽ i ɔ̃riuz
ẽ ueritas ſ'm bal. in. d. l. i. et ẽt Imol. in. d. l. ſi expreſſiz
in. xxix. col. nã lz ille uideat̃ duo copulatiue ꝓponere ta
mẽ de natura copulatiue ẽ ut ſi ponat̃ inter icõpatibilia
cum ea ɔiungi nõ poſſint reſoluat̃ in alternatiuam. ita
notat̃ in. l. ſi C. de codic. i. l. pe. C. de v̓bo. ſig. et iõ cum
nullitas et appellatio ſint ɔ̃ria reſoluet̃ illa copula et pro
uel et erit illa alternatiua ordinis nõ electõis ex quo ex di
ſpõne iur̃ iſta remedia nõ poſſunt ɔcurrere ſic i ſimili no
tat̃ in. c. cãm que. ſ. de dolo et cõtu. in. l. ſcire opz. §. ſci
re oportet. et ibi ꝑ bar. et alios. ff. de excuſ. tu. in. l. iiij.
§. pretor ait. ff. de dam. infec. ꝑ bar. et facit qd̓ notat bar
to. i ſimili de copula et appoſita iter pſonas in quibus
ẽ quidã ordo caritatis ꝑ prius et poſterius ut reſoluat̃
ſ'm ordinẽ caritatis i. l. gallus. §. quidã recte. ff. de libe.
et poſtu. faciũt notata ꝑ bal. i autẽtico ſi quas ruinas. C.
de ſacro ſan. ec. Et ꝑ p̃dicta hẽtis iferre ꝙ ualet libel
lus dico ſniam nullã et ſi qua ẽ appello. et ita Bal. et imo
la ubi ꝓxime imo plus uoluit imol. ꝙ ẽt ordie p̃poſtero
nõ uiciabit̃ libellus. puta dico appello uel dico nullam
qꝛ reducitur p̃poſteratio ad ordinẽ iuris. l. p̃poſteri. C.
de teſta. c. cãm que. ſ. de reſcrip. Sz nũquid talis libel
lus dico ſniam nullã et ſi qua ẽ appello uel huiuſmodi
ꝓcedet i ſnia interlocutoria q̃ dicat̃ nulla. et bal. in. l. ta
le pactũ. §. qui ꝓuocauit. ff. de pac. et in. d. l. i. videtur
ſentire ꝙ nõ niſi ſit talis interlocutoria q̃ hẽat vim idiffi
nitiue. qꝛ tũc quo ad remedia ɔ̃ talẽ ſniaz proponenda
equiparatur diffinitiue. l. intra utile. ff. de minor. uidim᷒
i. c. cũ ceſſante. ſ. eo. ⁊ in illa quã alſ appellamus mixtã
ſniam ita ꝓcedat libellus dico ſniaz nullã ⁊ ſi qua ẽ ap-
pello ſicut i diffinitiua iuxta gl. in. d. l. i. in mere autẽ in
terlocutoria nõ ꝓcedet ut dixi talis libellus. nã ad h̃ ut
appellet̃ ab iterlocutoria dz cã ⁊ noiatiz exprimi de. ap
pellãti. eo. ti. uidimus i. c. ut debitus. ſ. eo. ⁊ i iſto libel
lo dico ſniaz nullã ⁊c. nulla cã grauaminis i libello exp̃
mitur. iõ talis libellus nõ ualebit in uiz appellatõis. Et
ſi dicat̃ nõne ſalẽ ualebit in uiz nullitatis cũ in eo nõ
requirat̃ nominatiz expreſſio cãe ut ſtatiz dicã. Rndeo
ꝙ ſic ⁊ ſi acti᷒ inſtetur ſi iſte libellus ualet in uiz nullitat̃
de natura nullitat̃ ẽ ut incidẽter deducat iniuſticiã. l. car
ne ta pis. ff. de iure patro. l. quedã mulier. ff. fami. her
ciſ. voluit bar. i. d. l. ſi expreſſiz. in. l. ſi ut ꝓponis. la pri
ma. C. qũo ⁊ qñ iud. ⁊ in. d. l. i. C. qñ prouoc. voluũt hic
oẽs. ergo lz de appellatõe ab iterlocutoria nõ poſſit iu
dex cognoſcere tanquã principalr̃ i h̃ libello deducta tñ
cognoſcet icidẽter ⁊ de mõ nõ curamus dũmõ hẽamus
effectũ. dic ſ'm Inno. ⁊ bal. hic ꝙ in iterlocutoria nullitat̃
deducta nõ includit appelationẽ nec iniuſticiã lz iclude
ret i diffinitiua ⁊ ẽ ratio qꝛ in nullitate ñ ẽ ſeruata forma
appellatõis que requirit̃ qñ appellat̃ ab interlocutoria
iõ nõ mirũ ſi per iſtũ libellum dico ſniam nullã ⁊ ſi qua

⁊c. ſup nullitate interlocutorie datũ nõ põt iudex iferior
de relatione iterlocutorie cognoſcere. de hoc tñ an nulli
tas ab interlocutoria deuoluat appellationẽ ⁊ iniuſticiã
j. dicã. Succedit qõ an in libello nullitatis requiratur
exp̃ſſio cãe Et dic ſ'm. d. anto. hic ꝙ nõ de neceſſitate qꝛ
ſufficiet dicere dico ſniam nullã qꝛ ɔ̃ formã iuris ⁊ ſtatu
torũ lata ẽ. d. l. quedã mulier. c. cũ cãm. ſ. ti. ꝓxi. uoluit
Inno. in. c. cũ bertoldus. ſ. ti. ꝓxi. ⁊ Bal. i. d. §. qui ꝓ
uocauit i. xv. q. ⁊ imol. in. d. l. ſi exp̃ſſiz. in fi. car. Quod
itelligite uerũ niſi pars opponat de generalitate nullita
tis et petat cãm exprimi qꝛ tũc cũ multis ex cãis actuſ poſ
ſit eẽ nulus imo idẽ act᷒ ex multis cãis eodẽ tempore cã
tis põt eẽ nullus. l. ſi mater ubi bonus tex. C. de ɔhen.
emp. ſecus ſi diuerſo tempore ille cãe nate eẽnt qꝛ tũc cũ
ſemel nullũ amplius ãnullari nõ poſſit. l. nã ⁊ ſi ſub con
ditione v̓ſ. rũpendo. ff. de iniuſt. rup. re. idẽ actus ex di
uerſis cãis diuerſo tempore cauſatis nullus dici nõ põt
ut noluit barto. in. d. l. ſi expreſſiz in fi. col. iõ cum mult̃
ex multis cãis actuſ poſſit dici nullus admittit̃ exceptio ꝑ
tis petẽtis cãm nullitat̃ declarari. ita bar. in. l. que ſub
cõditione. §. fi. ff. de cõdi. inſt. Sicut uidemus in ſimili
ꝙ libellus generalis regulariter admittitur. c. ij. ſ. de li
bel. ob. l. fi. C. de anna. excep. tamẽ parte opponẽte co
getur ſpecificare cãm libelli. d. iuribus. imo lz parte non
opponẽte libellus ualeat in quo dicit̃ ſnia nulla ſine ex
preſſione cãe tñ in proceſſu dz in ſpecie cã nullitatis ꝓba
ri. ita bal. in. d. c. eccl'a in. ij. col. Et nõt idẽ in. c. que in
eccleſiarũ. ſ. de cõſti. ⁊ facit qd̓ uidemus i ſimili de alijs
libellis generalibus qꝛ tñ poſtea i proceſſu declãrãtur.
ut notat̃ in. d. l. fi. ⁊ in. d. c. ij. Sz nũquid exp̃ſſis in li
bello plurib᷒ cãis artabit̃ pars ad probandũ unã ex cau
ſis an ſufficiet unã probare. Et dic ꝙ ſi ſingule cãe ſunt
ꝑ ſe ſufficiẽtes ad annullarĩ. ꝙ illo cãu ſufficit unã tãtũz
probare. c. cuz iam dudũ. j. de prebẽ. c. ii. ſ. de reſcript.
c. exhibita. ⁊ ibi glo. i terminis i fi. ſ. de iud. c. ſignificauit
ſ. eo. Si aũt ſingule cãe nõ ſufficiũt ſz plures ſimul cau
ſant annullationẽ et tũc debẽt oẽs ꝓbari. d. c. ij. c. inter
ceteras. c. olim. ſup̃ de reſcrip. et faciũt ad predicta que
in ſimili dicũtur d̓ appellatõe i. l. iij. §. fi. ff. eo. et ibi per
Ang. ⁊ ẽt que dixi in. c. ut debitus ſupra eo. Sed nun
quid una cã nullitatis expreſſa poſito ꝙ illa cã ſit nulla
ex pluribus cãis et libellus ſit ꝓpoſitus generalit̃. Sed
poſtea ꝑte opponẽte uel in ꝓceſſu exp̃ſſerit poterit ꝑs
ad aliã cãm procedere ſi in exp̃ſſa ſuccubuit ⁊ bar. ponit
q. in. d. l. ſi expreſſiz in fi. col. ɔcludẽs ꝙ ſi libellus ẽ gñа
lis et pars ẽ proſecuta unã cãm nullitatis in qua ſuccubu
it nõ poterit ad aliã recurrere ⁊ hanc opi. tz idẽ Imol.
xxxvi. col. Mouet̃ Bar. naz nullitas et realis actõ equi
ꝑãtur qd̓ patet cõſiderata origine utriuſqz nam cã real̃
actionis ẽ dominiũ. c. examinata. et ibi notat̃ ſup̃ de iu
dic. §. i. inſti. de act. origo nullitatis ẽ ipm uiciũ annul
lans. ſed ſemel dñs nõ põt ampliuſ effici dñs. l. ſequitur
§. lana. ff. de uſucap. l. ꝓprias. C. d̓ lega. lz ex cãis eo
dẽ tpe ɔcurrẽtibus et pluribus poſſit quis effici dñus. l.
iij. et ibi nõ. §. ex pluribus. ff. de acqui. poſ. ita ẽ in nulli
tate. nam actus ſemel nullus amplius nõ põt annulla
ri. d. l. nã et ſub cõditõe. §. rũpendo. d. c. ad diſſoluẽdũ
licet ex pluribus cauſis eodẽ tẽpore cõcurrẽtibus poſſit
cauſari nullitas. l. ſi iur̃. ubi bonus tex. C. de cõtrahen.
emp. quẽ ad hoc põderat bal. in. d. l. nã et ſub conditõe
circa fi. ſi ergo realis actio et nullitas equiꝑãtur nos ha
bemus regulam ꝙ in reali actione in genere ꝓpoſita lz
poſtea ꝓſecutio ſit ſpãlis ꝙ tamẽ ꝑ hoc non poterit qui
ſuccubuit in illa ſpeciali proſecutione reuerti ad aliaz cãm
dominij et dĩcere ſe dominũ ex alia cã et ſic agere reali.
l. ſi iur̃. §. deniqz. ⁊. §. eandẽ. ⁊ hẽtur in. l. ⁊ an eandez
§. act̃. ⁊ ibi ꝑ bar. ff. de excep. re. iud. hẽtur in. c. ij. ſ. de
lib. ob. ergo ita qui intẽtauit generaliter nullitatẽ nõ po
terit cum ſit ꝓſecutus unam cãz tantum reuerti ad aliã.
Et facit imol. aliud fundamẽtũ nam habemus actũ rea

UVA. BHSC. IyR_025

lem ⁊ perſonalē ut nō.i.d.c.examinata.actio realꝭ equi
peratur nullitati per fundamētum bar.actio pſonalis qꝛ
per ea petitur quid dari uel fieri equiparatur iiuſticie ſiue
iuri infringēdi.nam ſicut ꝑ actionē realē quis petit ſe de
clarari dominuʒ nō autē rem dari.l.ſicuti.§.ſi queratꝛ.
ff.ſi ſeruit.uen.l.pōponius.§.ſed ⁊ is ff.de procu. Ita
agens de nullitate nō petit infringi ſed nullum declarari
ſimile ē in alia equiparatione pſonalis actionis ⁊ iniuſticie
ſiue remedij infringēdi.nam per perſonalē petitꝛ dari uꝉ
fieri ꝑ iniuſticiā petitur infringi tanꝙ iniuſtū.puta ꝑ ap
pellationē ideo ſicut actio perſonalis poteſt ex pluribus
cauſis competere ēt diuerſo tempore ꝯcurrētibus.l.ubi
autē nō apparet.§.fi.ff.de ver.ob.ita iniuſticia ſiue re
media infringēdi ex multiplici capite naſci poſſunt. Et iō
ſicut in pſonali generali libello intētato ⁊ ſpāliter proſe
cutione facta nō excluditur quis ne ad aliaʒ cām reuerta
tur.d.§.acti.⁊ notatur in.d.c.ij.⁊ habetur in.l.apō cel
ſum.§.de illo.ff.de excep.dol.ita erit in appellatione ⁊
ita intelligitur tex.in.l.iij.§.fi.⁊ que ibi notatur ⁊ q̄ no
tātur in.l.i.§.fi.ff.co.⁊ ideo lʒ appellatione generaliter
ꝓpoſita facta ꝓſecutione unius cāe poſſit appellans ſi
ſuccubuit reuerti ad aliam ſicut in perſonali actione dici
mus nō tamē ita erit in nullitate qꝛ nullitas equiparatur
reali actioni appellatio pſonali. Cōtrariuʒ tenet hic
d.ant.⁊ imol.⁊ tenet ange in.l.iij.§.fi.ꝑ illū tex.⁊ tenʒ
Cu.in.d.l.ſi expreſſiʒ in fi.col.negantes ꝓrſus equipa
tionē factam per bar.nam nullitas nō equiparatur reali
actioni.quod patet nam realiſ propoſita ſpecifice ex una
cā nō pōt iuſtificari ex alijs.c.abbate ſane de re iudi.li.
vi.⁊ tamē nullitas ſpecifice ꝓpoſita in una cā iuſtificatur
ob aliā cām ut ē bonus tex. Et ibi Inno.⁊ alij in.c.cuʒ
bertoldus.ṡ.de re iud. Cum ergo ad tollēdā ꝯtumatiā
ſufficit dare inſtantiā.c.ſicut urgeri.i.q.i.glo.in.l.credi
tori.ff.de oper.no.nūc.⁊ hic detur inſtātia ergo compa
rio nō bona.imo ipſemet Bar.uidetur ſentire ꝯ̄riuʒ hu⁹
equiperationis nam vult ꝙ nullitas deuoluat iniuſticiā
⁊ iudex nullitatis poſſit de iniuſticia cognoſcere.l.iiij.l.
abſentē.C.de accuſa.ita bar.in.d.l.ſi expreſſiʒ circa fi.
col.⁊ in.ij.col.⁊ in.l.ſi ut ꝓponis la pria.C.quō ⁊ qñ
iud.⁊ in.l.i.C.quādo prouoc.⁊ ē cōis ſnīa ut.ī.uidebi
mus in effectibus ⁊ ēt in.vi.q.principali ⁊ tamē clarum
ē ꝙ actio realis intētata nō deducit actionē pſonalē nec
ius perſonale ergo nō procedit equiparatio realꝭ ⁊ nullitatꝭ
nec equiparatio Imo.pſonalis ⁊ appellationis quod etiā
patet nam appellatio deuoluit nullitatem.d.l.carmelia
pia.⁊ bar.in locis proxīe allegatis ⁊ oēs hic ⁊ tū perſo
nalꝭ actio intētata nō deducit reale ius ⁊ realē actionem
⁊ ideo equiparationes iſte ſunt fantaſtice. Cōcluſiue er
go dicite ꝙ ſi nullitas ſpecifice ꝓponitꝛ ex una tantū cā ⁊
iudex ſuꝑ ea tantū pronūciat poterit pars ad aliā reuer
ti ſicut in ſili in appellatione.d.l.iij.§.fi.ſi tamē iudex
uoluerit ex officio cognoſcere de alia cā nullitatis anquā
ſuper expreſſa pronūciet exquo nullitas oīa deuoluit ⁊
poteſtatē omnimodā infirmandi ⁊ cōfirmandi ut pʒ ex
predictis ⁊ dicā in.viiij.q.principali poterit iudex de alia
cā nullitatis ñ expſſa cognoſcere ꝑ ea que habētur i.d.
c.cum bertoldus ⁊ notat hic.d.Anto. Si uero nullitas
fuit generalꝛ ꝓpoſita ⁊ a pricipio pte opponēte in libel
lo ſpecificata ⁊ tūc perinde ē ac ſi fuiſſet a pricipio ſpecifice
ꝓpoſita iuxta notata i.d.c.ij.⁊ fi.ð lib.ob.⁊ in.c.abba
te ſane de re iud.li.vi.⁊ in.l.fi.C.de anna.excep.ſi ue
ro fuit generalꝛ ꝓpoſita nullitas ⁊ proceſſus poſtea ſpe
cifice factus ſuꝑ una tm̄ cauſa nullitatis quicquid dicant
bar.⁊ Imo.in.d.l.ſi expreſſim cōcſo ē ex ꝑdictis ꝙ po
terit ad aliam cauſaʒ nullitatis ſi in ipa ſuccubuit reuer
ti per fūdamēta pꝛl.ſi autem propoſitio fuerit generalꝛ
nullo mō admittetur qꝛ ut predixi lʒ in libello pars non
cogatꝛ niſi demū aduerſario opponēte ſpecificare cauſaʒ
nullitatis tamē i probando caʒ pōt deſcēdere ad ſpecieʒ
iuxta ea que uoluit bal.in.d.c.eccſia ut.ṡ.reuli. Suc
cedit qō an quādo in libello dicitꝛ ſnīa nulla ⁊ ſi qua eſt
appellatur dicatur nullitas intētata incidēter an uō pri
cipalꝛ utilitas eſt maxima qꝛ nullitate principalꝛ intētata
cū ſūmarie tantū de ea diſcutiatur pōt poſtea pars que i
ea ſuccubuit incidēter pricipalꝛ eandē intētare per ea q̄
notat bar.⁊ alij in.d.l.ſi expreſſim ⁊ in.l.iiij.§.cōdēna
tū.ff.de re iud.⁊ ponit hic.d.anto.⁊ Imo.ſi autē pri
cipalꝛ diceretꝛ intētata nō poſſet poſtea denuo ſi ſuccubu
iſſet eam intētare niſi appellaſſet prout vult hic Imo.
⁊ panor. Dicite ergo uarias eē ſnīas nam glo.in.l.i.C.
quando prouoc.⁊ ibi Ange.⁊ bal.ſequūtur.⁊ ſequitur
Ange.in.d.l.ſi expreſſim uidētur ſentire ꝙ incidēter di
catur intētata nullitas mouētur qꝛ expreſſio eorū que ta
cite inſunt nihil opatur.l.hec uerba cū vulg.ff.de leg.
i.ſed ſic ē ꝙ nullitas in appellatione incidēter uidetꝛ de
ducta ergo etiā ſi exprimatꝛ dico nullā ⁊ ſi qua ē appello
exquo oīo in appellatione tacite ineſt nullitas nihil opa
bitur illa expreſſio ⁊ ſic dicetur incidēter uenire ac ſi nō
fuiſſet expreſſuʒ. Ia.bu.in.d.l.i.tenet cōtrariū ⁊ ꝯ̄rium
uidetur uelle Bar.in.d.l.ſi expreſſim dum declarando
qualꝛ incidēter deducatur nullitas dicit nullitatē ita de
mū incidēter deduci qñ de ea nō exprimitꝛ ⁊ hoc tʒ Imo.
ibidē in.vi.⁊.vij.colꝛ.mouētur qꝛ qñ duo copulatiue iū
gūtur uidētur eque principalꝛ cōiuncta.c.querellaʒ ⁊ ibi
notatꝛ.ī.de ſimo.l.ſi cui.ff.de ſun.inſtruc.ergo exquo h
coplatiue dicitꝛ dico nullā ⁊ ſi qua ē ⁊c.intelligetꝛ utrūqꝫ
principalꝛ deductū.nec obſtat ar.cōtrariū dum dicitꝛ ex
preſſio eorū ⁊c.qꝛ uerū ē quando exprimūtur eo mō q°
inſūt ſed nullitas in appellatione ineſt acceſſorie h aūt
exprimitꝛ eque principalꝛ ergo cū expreſſio eorū que taci
te inſunt alꝛ facta ꝙ inſunt operetꝛ ut notatꝛ in.d.l.iij.ui
debitur illa expreſſio operari ꝙ nullitas intelligatur pri
cipalꝛ deducta. Et ꝑ predicta infert Imo.ubi.ṡ.ꝙ ſi
porrecto dicto libello iudex ꝓnūciauerit male appellatū
exquo in libello utrūqꝫ pricipalꝛ petebatꝛ nō poterit ps
amplius de nullitate agere cuius tamē cōtrariū uidetur
uelle bal.in.d.l.i.unde dicite ꝙ quādo iudex pronūciat
bene iudicatū ⁊ tunc exquo illa uerba poſſunt referri tā
ad nullitatē ꝙ ad appellationē ⁊ utrūqꝫ fuit principalꝛ
intētatū uidetꝛ ſuꝑ utroqꝫ pronūciatū ⁊ iō pars āmodo
nō audiatur niſi appelletꝛ a tali pronūciatōe. Itē niſi ꝓ
ſecutio fuiſſet ſpecialis tantū ad proſecutionē qꝛ i dubio
ſnīa trahitꝛ ad proſecuta.l.lʒ.C.de iudic.⁊ ita uoluit bal
dus in.d.l.i.⁊ ibi etiaʒ Ang.⁊ notat hic Imo.⁊ panor.
Quādoqꝫ iudex pronūciat male appellatū ⁊ tunc qꝛ iſer
tur ſolū ad cām appellationis ⁊ potuit eē male appella
tū quia nullitatis ſentētia erat nulla nec nullitas hoc ca
ſu uenit incidenter in appellatōe cum ſit principalꝛ dedu
cta ideo appellatio illa nō faciet preiudiciū ſuper nulli
tate quicquid dicat Imo.in.d.l.ſi expreſſim.ſi tamē nul
litas nō fuiſſet principalꝛ intētata ⁊ iudex pronunciaret
male appellatū tunc pars nō excluditur a nullitate pri
cipalꝛ intentāda qꝛ ſnīa ſuper incidenti lata non excludit
quin deducatur poſtea principalꝛ.l.pe.ff.de his qui ſūt
ſui uel alie.iur.faciunt notata in.c.ueniēs el ſecūdo.ṡ.ð
teſti.imo etiam ſi fuiſſet pronūciatū bene iudicatum nō
excludētur principalꝛ intētanda ar.d.l.pe.ita Bar.i.l.
i.C.quādo prouoc.et in.d.l.ſi expreſſiʒ. In primo dco
Imo.et panor.hic ſequuntꝛ bar.quando ꝓnūciatꝛ ma
le appellatum.ſed in ſecundo quādo ꝓnunciatꝛ bene iu
dicatum tenēt contrarium.mouētur qꝛ per illa verba iu
dex videtꝛ confirmare primā ſnīam et ſic lʒ male faciat
confirmādo ſnīam nullā tamē exquo facit contra ius ꝑ
tis ⁊ pars nō appellat uidetur pars conſentire confirma
tioni.c.cum inter.c.quod ad conſultationem.ṡ.ti.ꝓxi.
ergo non poterit āmodo nullā dicere.ita Ange.in.l.ij.
ff.ſi quis in ius uoc.non ier.per ea que habētur ꝑ In
noc.in.c.i.et.ij.ī.de confir.uti.uꝉ inuti. Nec obſta.l.
pe.quia loquitꝛ qñ ſuper incidēti.ſ.filiatione tm̄ tacite ē
pronūciatum hic nos loquimur quādo expreſſe ſentētia



UVA. BHSC. IyR_025

trahitur ad nullitatē qȯ pꝫ ex quo dicit bene iudicatū er
go nō nulliter. Succedit queſtio an ſicut uictus pōt
petere ſniam infirmari uel nullam ꝓnūciari ut. ſ. dixi.
ita uictor poſſit petere ſniam confirmari et quid operet̄
⁊ dicit ꝙ ſic ſm bar. in. d. l. ſi expreſſim ⁊ ibi Jmo. in
xvij. col. ⁊ do. anto. hic ⁊ tꝫ ange. in. l. de pupillo. §.
qui opus ⁊ ibi ponūt alij. ff. de op. no. nūc. dicēs maxi-
mū reſultare effectū q̄ ſicut cōtra tres ſnias conformes
nō admittitur aliqua exceptio cle. i. de re iu. ita lata una
ſentētia quā pars ſemel petijt ꝯfirmari ⁊ cōfirmata ē ite
rū ꝫ petijt ⁊ ē confirmata ⁊ ſic ſunt tres ſnie cōformes n̄
poterit opponi aliqua exceptio ꝑꝑ illaꝫ cle. que ēt hēbit
locū illo cāu. ⁊ ideo dato ꝙ appellans nollet appellatōꝫ
proſequi poſſet appellatus principalr̄ petere ſniam cōfir
mari ⁊ faciūt que habētur in. c. ex parte. ſ. ō reſcri. et ī
c. ſi duobus. ſ. eodē ē ⁊ alius effectus. nam pone ꝙ pe
tēte victore executionē ſnie opponitur exceptio nullitatiſ
prout in. l. iiij. §. cōdēnatū. ff. de re iud. iſto cāu pone ꝙ
ſuccūbat uictor certe reſultaret magna iniquitas niſi poſ
ſet principaliter peti confirmatio ſnie. nam ſi uictus ſuc
cubuiſſet in exceptione nullitatis poſſet tamē principali
ter nullitatē opponere ut notat̄ in. d. l. ſi expreſſim et in
d. §. cōdemnatū ergo iniquū eēt nō dicere idē in uicto
re ꝙ ex quo ſuccubuit in execution e ſue ſnie ꝓpter exce
ptionē nullitatis nō poſſit principalr̄ agere de ualidita-
te ſue ſnie petēdo cōfirmari ⁊ ideo erit effectus ꝙ princi
paliter poterit petere cōfirmari lꝫ ſuccubuerit ꝓpter ex
ceptionē nullitatis oppoſitaꝫ. Sed an petēte victore
cōfirmari ſuā ſniam poterit iudex ſi uideat eam iſirmā
dā uel annullandaꝫ annullare ⁊ concludit bar in. d. l. ſi
expreſſim ꝙ ſic. ⁊ ibi Jmo. nam cōtrariorū eadē ē diſci
plina inſti. de his qui ſunt ſui uel ali. iur. Sꝫ ſi coraꝫ iu
dice petatur ut ſnia annullet̄ pōt eam ꝯfirmare ſi inue
nerit confirmādā ut notatur in. d. l. ſi expreſſim. ⁊ nō. ī
d. l. i. C. qn̄ prouoc. ergo ita in cāu cōtrario cum petitur
confirmari ſententiam poterit eam infirmare ſi inuene
rit infirmandam. Sed nunquid in hoc iudicio nul
litatis admittentur libelli contrarij actoris ⁊ rei. Ec-
ce reus petit ſniam ꝯ ſe latam ꝓnūciari nullā nunquid
uictor poterit petere per aliū libellū ꝯtrium ſniam confir
mari ⁊ tꝫ Jnno. in. c. cum ꝯtingat. ſ. de offi. del̄ ꝙ nō.
nam ſuꝑfluis remedijs nō ē ītēdum. c. ij. ſ. de proba.
nec ēt cōtrarijs ⁊ ꝑplexis libellis ē itēduꝫ. c. ſi duobus ⁊
ibi notat̄. ſ. eo. ſed ſuꝑfluo uicto porrigit̄ libellū cōfirma
tionis cū excipiēdo cōtra libellū uicti idem poſſit cōſequi
ſcꝫ ut ſnia ſua confirmet̄ ⁊ ꝑplexitas reſultaret diuerſa
rum inſtantiarū ⁊ forte ꝯtriarum ſniarum qȯ nō ē dicen
dū. ⁊ ita tꝫ Ange. in. d. l. i. C. qn̄ prouoc. ⁊ ibi bald. ⁊ tꝫ
bal. in. l. tale pactū. §. qui prouocauit in. xv. q. ff. ō pac.
lꝫ in cōtrariū uideatur facere tex. in. l. ſi inter me et te.
ff. de excep. rei iud. ubi admittūtur libelli ꝯrij a diuerſ
partibus intētari tex. in. c. cum eccl̄a ſutrina. ſ. de cauſa
poſ. ⁊ propric. tex. in. c. in pn̄tia. ſ. de prob. tex. ⁊ ibi. d.
anto. de nullitate intētanda ponderat illū tex. in. c. ab
bate. j. de v̄bo. ſig. Facite ergo regulā quā. ſ. firmaui
ꝙ nō admittūtur libelli ꝯrij a diuerſis ꝑtibus inuicē ꝯtē
dētibus per ſuꝑ allegata. Fallit primo ubi agit̄ de iu
ribus incorporalibus q̄ tūc cum ī eis poſſit dari ꝙ uter
que ꝑtēdat ſe quaſi poſſeſſorē actor quaſi poſſeſſorem
ſeruitutis reus quaſi poſſeſſorē libertatis poterūt dari li
belli cōtrarij ex parte actoris confeſſoria ex parte rei ne
gatoria ſm ea que habētur in. c. examīata. ſ. de iudi. et
ita ponit̄ tex. in. d. c. cū eccleſia et in. d. c. abbate. Se
cūdo fallit qn̄ libelli cōtrarij dātur ad diuerſas tn̄ reſ q̄
tūc admittūtur ita loquitur tex. in. d. c. ī pn̄tia et ita. d. l.
ſi inter me pōt intelligi ſm unū intellectū. Tertio fal
lit qn̄ agit actor ad quid conſequēduꝫ reus aūt per exce
ptionē nō ſolum intēdit ius actoris elidere ſed aliquid
ulterius conſequi. nam cuꝫ de natura exceptionis ſit ſo
lū elidere ius actoris. l. i. ff. de excep. ⁊ ſic excipiēdo non
poſſit illud qȯ intēdit ultra conſequi hēre poterit illo ca
ſu libellū cōtrariū intētare petēdo illud ultra exceptiōeꝫ
conſequi per ea que hn̄tur in. c. ex conqueſtione. ſ. ō re
ſti. ſpo. puta petēdo ut declaretur dn̄s qȯ nō ꝯſequeret̄
ꝑ exceptionē faciūt q̄ hn̄tur ī. l. ſi dno ꝓponi ī pri. ff. ō iu
reiu. ⁊ ita loquit̄. d. l. ſi inter me ⁊ te. ⁊ ita pōt intelligi.
d. c. in pn̄tia. ⁊ faciūt q̄ hn̄tur ī. c. lꝫ cām. ſ. de probatio.
Et io hētis rōnē quare in beneficialib⁹ actor ⁊ reus
poſſūt dare libellos ꝯtrios ⁊ uterqꝫ petere ꝓnūciari bn̄fi
ciū ad ſe ſpectare ⁊ gratiam ſiue collationē ſuā ꝓnūciari
canonicā. ita cōpoſto. ī. c. mādatū ibi. d. anto. ō reſcrip.
Spe. ī ti. de act. ⁊ peti. §. ſuꝑ ē. v̄ſ. ſꝫ q̄rit̄ et v̄ſ. et ſequē
ti ⁊ faciūt ēt dicta in fallētia. i. Sꝫ nūquid ſicut admit
titur iſte libellus dico ſniaꝫ nullā ⁊ ſi qua ē appello corā
iudice a quo ita admittat̄ corā iudice ad quē. ⁊ dic ſcōm
bar. ⁊ alios ī. d. l. ſi expreſſiꝫ. ⁊ in d. l. i. ꝙ ſic nam nulli
tas ꝑ ſe ⁊ ēt appellatio ꝑ ſe pn̄t corā iudice ad quē dedu
ci. l. iiij. ⁊ ibi nō. l. abn̄teꝫ. C. ō accu. g° ēt utrūqꝫ ſimul
iūctū maxie cōditionalit̄ ꝓut h̄ poterit intētari corā iu
dice ad quē intellige ſi ſit talis iudex qui poſſit ꝑ querel
lā pricipalit̄ adiri. alias ſuꝑ nullitate n̄ poſſet cognoſcer̄
uigore iſti⁹ libelli principalit̄ ꝓut videbim⁹. j. i. ix. q. prici
pali quis ſit iudex nullitatꝭ. Sexta ē qȯ pricipalis q̄d
cōtineat iudiciū nullitatꝭ. ⁊ prio an ꝯtieat iniuſticiā ēt. nā
clarū ē ꝙ nullā declarari ſniam ꝓut ō facto ꝓceſſit cōti
net ꝑ ea q̄ dixi ī ꝓxia. q. cir. pri. ⁊ in. ij. q. ⁊ vr̄ doꝫ ꝙ nō
nā ex tenore libelli cognſcim⁹ quid ꝯtineat iudiciū. l. edi
ta. C. ō edē. l. i. in prin. ff. de edē. faciūt nō. ī. c. examia
ta. ſ. ō iud. ⁊ ī. c. ij. ⁊ fi. ſ. de lib. ob. ſꝫ libellus h̄ porrigit̄
ſuꝑ nullitate ⁊ nullitas ⁊ iniuſticia ſūt diuerſa ergo in iu
dicio nullitatꝭ n̄ ueniet iniuſticia ⁊ ita vr̄ tenere innoc. in
una opi. ⁊ poſt eū bal. ⁊ panor. in. c. cū cōtingat. ſ. ō of.
dele. Jn ꝯtriū ē veritas ⁊ tenēt cōit̄ bar. ⁊ alij ī. d. l.
ſi expſſiꝫ ⁊ ī. d. l. i. ⁊ hic canoniſte q̄ dicēdo nullā vꝫ ⁊ in
iuſticiā deducere dūmō iudex ſuꝑ appellatōe ⁊ ſic iniu
ſticia ſit competēs ut dicaꝫ. j. ī. viij. q. ſi ergo ꝑ nullitatē
uidet̄ deducta ī libello iniuſticia ergo ⁊ in ꝓceſſu. Sꝫ
nūquid delegata cā ꝑ iudicē corā quo agebat̄ cā nullita
tis vr̄ ēt delegata cā iniuſticie q̄ ſub ea ꝯtinet̄. ⁊ ſalic. in
d. l. i. uidet̄ tenere ꝙ nō nā delegatio ē ſtricti iuris. c. ad
hec. ſ. de reſcrip. ergo nō extēdet̄ extra cām nullitatꝭ et
ſic iniuſticie. Jmo. ī. d. l. ſi expreſſꝫ ī fi. car. faciēs mētōꝫ
ō ſalic. ⁊ ī. l. iudex. ff. ō re iud. tꝫ ꝯtrū naꝫ fatemur ꝙ iu
dex qui cognoſcit de nullitate cognoſcet ēt de iniuſticia.
ut ꝓxie dixi. ſꝫ delegat⁹ repn̄tat ipm delegātē. c. ſane. ij.
ſ. ō of. dele. ⁊ ſic ē tanquā ſubrogat⁹ loco ei⁹ ſꝫ ſubroga
tū dꝫ ſapere nām eius ī cui⁹ locū ſubrogat̄. c. eccl̄a. ſ. ut
lit. pen. ergo ſicut iudex delegās cognoſcēdo de cā nulli
tatis cognoſcit ō iniuſticia. ergo ita et delegatus cogno
ſcet de iniuſticia. Dicit tamen Jmola ꝙ ad euitandū
opi. cautella ē ꝙ deleget̄ cā nullitatis cū depēdētib⁹ ⁊ cō
nexis ⁊ ꝓ illa opi. adducit Jmo. notata ꝑ io. an. ⁊ alioſ
in. c. ut debitus. ſ. eo. ubi ſi iudex ad quē appellatū eſt
ab iterlocutoria qui appellatōe iuxta exiſtēte de pricipa
li ēt potuiſſet cognoſcere delegat cām poterit ſi inuene
rit appellationē iuſtā ꝓcedere ī principali ſicut delegās.
Cautella tn̄ Jmo. nō placuit. d. Philipo hic ī. xxxi. q.
q̄ in dubio delegās uidet̄ delegare cām cū depēdētibuſ
⁊ cōnexis. c. i. ⁊. c. ꝓterea. ſ. ō offi. dele. l. ij. ff. de iuriſdi.
om. iud. c. de prudētia. j. de dote poſt diuor. reſtit. ergo
cautella Jmol. nō ē neceſſaria. Ex ſedere diſtinctōis
iſta uarietas opi. cōcordari pōt aut querimus qn̄ incidē
ter intētat̄ iniuſticia corā iudice nullitatis ⁊ tūc procedit
hec. ij. opi. ꝙ delegatus in cā nullitatis poſſit cognoſcer̄
de iniuſticia. aut querimus qn̄ principaliter utrūqꝫ dedu
citur delegata nullitate nō ueniet iniuſticia ⁊ clarius fir
mabo in ſequēti. q. Sed quid ſi dicta ē ſnia nulla ſub
forma dico nullā ⁊ ſi qua ē appello an delegata cā nulli
tatis cognoſcet iſte iudex ō appellatōe. ⁊ vr̄ dicēdū ꝙ ſic
ꝑ deciſa in ꝓxima. q. Jn cōtrariū tꝫ ſalic. ī. d. l. i. ⁊ ī. l. ſi

UVA. BHSC. IyR_025

p̄ſes C. quō ⁊ qn̄ iud. et imol. i. d. l. ſi expꝛ̄ſſiꝫ i. xxxvij. col. qꝛ reſcriptum nō extēditur ad alias cās. c. cum olim el pꝛimo. ſ̄. de off. dele. ergo etc̄. Nō obſtat quod eſt dic tū in pꝛecedēti. q. nam ibi loquimur qn̄ appellatio uēit incidēter in nullitate hic aūt quādo pꝛincipal'r utrūqꝫ in tētatur ut dixi in quīta. q. pꝛincipali nam cū delegatō tra hatur ad cōnexa et neceſſaria et ad ea que incidēter de ducūtur ēt reſpectu pſonarū in reſcripto nō nominataꝝ ut notāt doc. marie panoꝛ. in. c. ueniēs in. vi. col. ſ̄. d̄ te ſti. el. ij. nō mirū ſi delegata' nullitate uenit appellatio i cidēter mota ſiue iniuſticia ſed quādo pꝛincipal'r utrūqꝫ intētatur cēſentur diuerſa ideo unū nō ꝯpꝛehēditur ſub alio. Sed quid ecōtra nūquid delegata appellatōe co gnoſcet iudex de nullitate quādo nullitas incidēter i ap pellatione deducitur nō ē dubiū quin cognoſcat ꝑ ꝓ̄rie dicta. Sꝫ punctus ſtat quādo pꝛincipaliter utrūqꝫ dedu citur qꝛ dicitur in libello dico ſnīam nullā et ſi qua ē ap pello ſuperioꝛ delegat appellationē nūquid cognoſcet d̄ nullitate delegatus et cōcludunt lappus ⁊ gemi. in. c. i. §. poſt hoc. eo. ti. li. vi. ꝙ ſic ⁊ cōcludit Jmo. in. d. l. ſi ex pꝛeſſim ⁊ faciunt que pꝛoxime allegaui dicta Jo. an. ⁊ alioꝝ in. d. c. ut debitus qd̄ uidet̄ cōtra pꝛoximaꝫ deter minationē. Et opere preciū eēt ſcire ratiōnē differen tie. ratio uidetur in pꝛomptu nam qui appellat intendit ⁊ petit reuocari ſnīam iudicis ⁊ ſup hoc imploꝛat officiū iudicis. nō miruꝫ ſi tunc ſnīa ſiue ex capite iniuſticie uēit reuocāda ſiue ex capite nullitatis uenit reuocāda ut de facto pꝛoceſſit ſi in appellatōis delegatōe cōpꝛehēditur nullitas que ēt virtualiter uerbo appellatōis ineſt non ſic in cā nullitatis nam qui dicit ſnīam nullam ſe reſtrin git ſolū ad impugnādā ſnīam ex hoc capite qꝛ nō ualeat nō qꝛ iniuſta. nō mirum ſi delegata nullitate nō ꝯpꝛehē ditur appellatio. Septima ē queſtio pꝛīcipalis an nul litas ⁊ appellatio poſſint in pꝛoceſſu cumulari. Lappus allegatione. lxxxviij. ⁊ dic ſm bar. in. d. l. ſi expꝛeſſim i iiij. col. ⁊ imol. xxiiij. col. ⁊ ſm imol. hic ꝙ quandoqꝫ na ſcuntur nullitas ⁊ appellatio ex eodē fonte ita ꝙ inuiceꝫ cōtrarietatē nō operātur tūc nullitas ⁊ appellatio cōcur runt puta qꝛ minoꝛ ꝯxit ſine auctoꝛitate tutoꝛis uel cura toꝛis ⁊ in executione ipius contractus ē cōdemnatus ſi militer ſine auctoꝛitate tutoꝛis uel curatoꝛis ⁊ ſic indefen ſus poterit pꝛoſequi hoc cāu nullitatē ſentētie ꝯtra inde fenſum ⁊ ſic in minoꝛē. l. cōtra pupillū ⁊ ibi nō. ff. de re iudi. c. cum bertoldus. ſ̄. ti. ꝓ̄ri. ⁊ ibi hētur ⁊ iniuſticiā ſen tentie pꝛoſequi ex eodē capite qꝛ minoꝛ ſine auctoꝛitate tutoꝛis uel curatoꝛis ſe obligare nō poteſt. inſti. de aucto ritate tutoꝛū circa pꝛin. ⁊ ſic ex eodē capite qꝛ mioꝛ utrā qꝫ viam pꝛoſequitur ⁊ nullitatis ⁊ iniuſticie cū inuicē ſe cōpaciātur. qn̄qꝫ vō naſcūtur ex diuerſo fonte ⁊ tūc aut inuicē ſe cōpaciūtur ⁊ cumulari poterūt aut ſe nō cōpati untur ⁊ nō poterūt cumulari rōne ꝯtrarietatis puta qꝛ minoꝛ vult infringere ſnīam latā tanꝙ̄ cōtra indefenſū itē dicit iniuſtā qꝛ habet exceptionē pacti de non petēdo quā oppoſuit illo cāu ſūt illa incōpatibilia. Jncōpatibilia autē puta qꝛ dicit ſnīam latam cū falſo tutoꝛe nullā. item iniuſtā qꝛ nō ꝓduxit que erāt pꝛoducenda certo negato pꝛincipio ⁊ qꝛ nullū ē iudiciū ex quo tutor eſt falſus nō ē poſſibile dicere hunc pꝛoceſſū aliqua ex parte ualere nec iniuſtū ideo nō cumularētur hoc cāu. c. ut quis tuas in ar. de elec. li. vi. Sed nunquid ualebit poſitio in qua iſta duo cumulātur pono ꝙ ſnīa ſit nulla item pono ꝙ i iuſta ⁊ uidet̄ ꝙ ſic. nam poſitiones ſiūt ex uiſceribus libel li ad declarationē ⁊ liquidationem deductoꝝ cle. ſepe circa pꝛin. de verbo. ſig. habet̄ in. c. i. de confeſ. li. vi. Sꝫ in libello poſſunt illa cumulari ut. ſ̄. dictū eſt. ergo ēt po ni in poſitōe poterūt uel ſub hac foꝛma pono nullā ⁊ ſi qua ē iniuſtā ſub qua pōt dari libellus uel ſub foꝛma al ternatiua uel copulatiua ut dixi de libello. Jn ꝯ̄riū ē ueritas ⁊ tenet Bal. in. l. tale pactū. §. qui pꝛouocauit xix. q. ff. de pac. motus nam quicquam eſt pꝛobabile eſt

ponſbile ⁊ econtra. c. i. ⁊ ibi habetur de confeſſ. li. vi. ha betur in. l. ij. §. quod obſeruari. C. de iura. cal. Sed ꝓ batio incerta non ualet. l. i. §. ſed ſi quis argentū. ff. de poſ. nec uenit admittēdum ex quo nihil releuat. c. in pꝛe ſentia ſupꝛa de pꝛoba. ergo nec poſitio incerta ualebit. nam ad officiū iudicis ſpectat uel a pꝛincipio uel ſaltem in diſcuſſione cauſe impertinentia capitula uel poſitiōes nō admittere. c. cum contingat ⁊ ibi habetur ſupꝛa d̄ of fi. delega. l. ad pꝛobationē. C. de pꝛoba. cle. conſtitutis ⁊ ibi notatur de elect. ſed impertinēs dicitur poſitio cuius pꝛobatio nihil releuat qꝛ fruſtra expectat̄ ꝓdꝰ cuiꝰ euētus nihil operatur. l. gallus. §. ſi cius. ff. de libe. ⁊ poſtu. ꝓ batio autem incerta nihil operatur ergo nec poſitio ueni et admittēda. Octaua ē queſtio pꝛincipalis quis erit iudex nullitatis ⁊ dic ſm barto. in dicta. l. ſi expꝛeſſim in penul. col. ⁊ ſi. ⁊ ponūt hic omnes. aut loquimur in de legato ſentētiam nullam pꝛoferēte. aut loquimur in oꝛ dinario. ſi in delegato ⁊ tunc cum pꝛonūciādo videatur functus officio ſuo licet nulliter pꝛonūciet. l. iudex. ff. de re iudica. c. in litteris. ſ̄. de offic. dele. ideo nullitat̄ iudex erit delegans nō delegatus. l. ſi ut pꝛoponis la pꝛia. C. quomō ⁊ quando iudex. Et licet Barto. ita pertrāſe at uos plenius dicite ꝙ aut ſentētia eſt nulla qꝛ cōtra foꝛ maꝫ reſcripti data iuxta ea que habētur in. c. cum dile cta ſupꝛa de reſcrip. ⁊ illo cāu poterit ille delegatus d̄ nul litate cognoſcere ⁊ denuo pꝛonūciare. ita ſalic. in. d. l. ſi ut pꝛoponis ita cōmuniter cano. in. d. c. in litteris ⁊ ha betur in. c. qualiter ⁊ qn̄. el. i. ij. de accuſa. ⁊ facit ſimile. nam arbiter cōtra foꝛmaꝫ ꝯpꝛomiſſi ꝓnūciās nō dicitur pꝛonūciare adeo denuo poterit pꝛonūciare. l. quid tamē ff. de arbi. ergo ita in iudice delegato ar. l. i. ff. de arbi. aut ſentētia eſt nulla ob aliuꝫ defectuꝫ ⁊ tunc bene loqui tur bar. qꝛ dicitur functus officio ſuo delegatus ideo iudex erit delegans nullitatis quod pꝛocedit i ſentētia diffiniti ua. in interlocutoꝛia autem ex mente inno. hic ne inſtā tia cauſe ꝑimidatur cōtra. l. nulli. C. de iudi. c. cum ſup ſupꝛa de cā. poſſ. ⁊ pꝛopꝛie. c. i. ſupꝛa de ſequeſtra. poſſ. ⁊ fruc. ipſemet delegatus iudex erit nullitatis ⁊ facit quia ceſſat ratio pꝛedicta qꝛ ꝑ interlocutoꝛiā nō dicit̄ functꝰ o fficio ſuo ⁊ faciunt que uidimus in. c. cum ceſſante. ſ̄. e. niſi eēt interlocutoꝛia que finiret eius iuriſditionem. c. ſi gnificantibus. ſ̄. de offic. delega. ⁊ dictum eſt in. d. c. cuꝫ ceſſante. tamen cum iudicium ſoluatur uetāte eo qui iu dicare iuſſit. l. iudicium. ff. de iudi. poterit illo cāu de nul litate interlocutoꝛie etiam delegans cognoſcere niſi in totum delegaſſet per ea que habētur in. c. ſi delegatus. ⁊ in. c. quāuis de offi. delega. li. vi. in. c. ſuper queſtionū §. poꝛꝛo. ſ̄. de offic. dele. ita ſalic. in. l. ſi pꝛeſes deſertaꝫ C. quomō ⁊ quādo iu. faciunt notata per bar. in. l. ad v̄ ſus. C. ſi aduerſ. rem iudicatā. Aut loquimur in oꝛdia rio ſentētiam nullam pꝛoferente ⁊ tunc tenet hic innoc. ꝙ ipſemet oꝛdinarius erit iudex nullitatis non autē ſupi oꝛ per regulā. l. ubi ceptum. ff. de iud. nam per ſentētiā nullam nō dicitur negociuꝫ finiri ſed cōtra eum ē tex. i l. abſentē. C. de accuſa. ubi ſuperioꝛ cognoſcit de nulli tate nō ipſe oꝛdinarius. Unde Jac. bu. in. d. l. ſi ut ꝓ ponis la pꝛima diſtinguit aut opponitur nullitas ſentē tie ex dolo iudicis uel pꝛopter ſoꝛdes eius ⁊ tunc cogno ſcat ſuperioꝛ non ipe oꝛdinarius iudicans. d. l. abſentē ⁊ hec membꝛa diſtictionis ſunt de mente Ange. in cōſi. cxxxv. incip. in dei ⁊ auiſis omnibus ſtatutis ⁊ refoꝛma tionibꝰ in ſi. col. aut opponitur alia nullitas aliunde ꝓ ueniens ꝙ̄ ex dolo uel pꝛopter ſoꝛdes iudicis ⁊ tunc poſ ſit ipe cognoſcere. Et pꝛo hac diſtinctōne faciunt notata in ſimili in. l. quidam conſulebat. ff. de re iud. c. ſuper lit teris. ſ̄. de reſcrip. qꝛ licet iudex cognoſcere poſſit de ex ceptione contra iuriſditionem ſuā oppoſita non tamen poteſt cognoſcere de exceptione que ſigillat perſonaꝫ iu dicis ita ꝙ iuriſditionem nō habeat puta infamie uel ex cōicationis contra euꝫ oppoſite. glo. tamē in. l. iiij. C. d̄



UVA. BHSC. IyR_025

accuſa. ⁊ in.l.i.in.ij.glo.C. quãdo prouo. indiſtincte ui
detur uelle ꝙ ipẽ iudex cognoſcat. Unde bar.in.d.
l.ſi expreſſim diſtinguit aut petit a iudice ꝙ de nouo ꝓ
nũciet ⁊ ſic incidẽter nullitas per moduꝫ cãe deducit ⁊
debet peti ab ipomet iudice. ⁊ ita procedat ꝙ innoc.nõt
hic ⁊ regula.d.l.ubi ceptũ etiam ſi iaꝫ ẽ appellatuꝫ a ta
li diffinitiua. Fede.conſilio.clxxij.incip.ſi a ſentẽtia nul
la.aut principaliter de nullitate agitur ⁊ tunc uterqꝫ po
teſt eẽ iudex ⁊ ipẽ ordinarius ⁊ ſuperior.d.l.iiij. ⁊.d.l.
abſentẽ.hoc tamẽ ꝙ de ſuperiore dicit̃ procedit in ſupio
re qui poſſet adiri per querellã.alias nõ poſſet principa
liter ſuper nullitate adiri puta ſentẽtia epiſcopi dicit̃ nul
la regulariter archiepiſcopuſ non poſſit adiri per querel
lam.c.paſtoralis in principio ſupra de offi.ordi.c.i.ſup̃
de offi.leg.c. romana ð foro ꝯpe.li.vi. Ideo archiepiſ
copus ſuper nullitate adiri non poterit ſed ſi eẽt legatus
poſſet adiri per querellam. ideo ⁊ ſuper nullitate ar.di
cti.c.i.ita Bal.in.d.l.aduerſus. item quod dicitur ð ip
ſomet iudice procedit niſi lapſu temporis perempta eẽt
inſtañ.nam tunc cum eſſet finita.d.l.ubi ceptum poſſet
adiri ſuperior ſuper nullitate.ita Sali.in.d.l. ſi preſes

Sed quid de interlocutoria que dicatur nulla. Inn.
hic tenet ꝙ iudex uel qui tulit ſentẽtiam de nullitate co
gnoſcet ne inſtañ.iudicij diuidatur ⁊ continẽtia cauſe ⁊
cum ſequitur bald.hic ⁊ in.l.i.C. qñ prouoc.quod tam̃
limitat hic imol. ⁊ Panor.niſi in uiam appellatõis dedu
ceretur nullitas interlocutorie puta expreſſe adducendo
nullitatem pro cauſa uel etiaꝫ adducendo talem cauſaꝫ
appellatiõis ab interlocutoria ex qua reſultaret nullitas
ut.c.accedens el ſecũdo.ſ̃.ut lit.non cõteſt. ⁊ ibi do.an
to.illo cãu ſuperior de nullitate cognoſcẽt non ipſemet
iudex quia per appellationem ⁊ iuriſditio ſuſpenſa eſt.
item per appellationẽ nullitas eſt deuoluta ad ſuperio
rem ⁊ ita cõmuniter per docto. in.c.exhibita.ſ̃.de iudi.
maxime do.anto.item niſi interlocutoria diceretur nul
la in uiaꝫ attentati pen.appel.nam tunc iudex a quo ñ
cognoſceret ſed ſuperior.d.c.exhibita ⁊ hoc tex.noſtro.

Sed nũquid inferior poterit de nullitate ſentẽtie ſu
perioris cognoſcere. ⁊ dicite ꝙ non per ea que habẽtur
in.l.ij.C.ubi ⁊ apud quos in.l.fi.C. de leg. ⁊ que ha
bentur in.c.ſuſcitata ⁊ in.c.tam litteris.ſ̃. de in integ.
reſti. ⁊ facit regula.c. cum inferior.ſ̃.de maio. ⁊ obedi. ⁊
ita Barto.in.l.aduerſus.C. ſi aduerſus rem iudicatã.

Quod limitabitis ſm bal.primo niſi nullitas eẽt ap
ta uel notoria ⁊ ideo licet de nullitate ſententie delegati
apoſtolici non poſſit ordinarius cognoſcere quia dele
gatus apoſtolicus maior ẽ quocũqꝫ ordinario.c. ſtudui
ſti.ſ̃.de offi.lega. ⁊ ita bal d.in.c.ſuper eo.ſ̃.de offi.de
leg. tamẽ ſi nullitas eẽt notoria uel apparens illo cãu or
dinarius poſſet de nullitate huiuſmodi cognoſcere. ita
Io.an.in.c.ſtatutũ circa fi.de reſcrip.li.vi.puta quia ð
legatus apoſtolicus contra formaꝫ illius decreta.proce
dit quo cãu proceſſus eſt nullus ipo iure propter clauſu
lam decreti ibi in fi.poſitam.de hac nullitate poterit co
gnoſcere ordinarius inferior a papa ⁊ ſic inferior etiaꝫ a
delegato qui ipſum repreſentat.c.ſane el ſecũdo.ſ̃. ð of
fic.delega. ⁊ ideo dixit nõ. Io.an.in.c.ſi eo tempore de
reſcrip.li.vi.ꝙ quãdo delegatus apoſtolicꝰ cõtra formã
reſcripti procedit ex quo apparet notorie de nullitate po
terit ordinarius inferior eũ prohibere ne procedat cõtra
formã reſcripti ⁊ proceſſum retro annullare ⁊ faciunt no
tata in.c.ſignificauit ⁊ in.c.quãto.ſ̃.de offi.ord. Itẽ
limitabitis non procedere ſm bal.in.d.l.aduerſus quã
do nullitas incidẽter in uiam exceptionis opponeretur
ad executionem ſentẽtie prout poteſt ut ſupra dixi.nam
licet inferior non poſſit cognoſcere principaliter de facto
ſuperioris tamẽ ſi illud incidẽter deducatur cognoſcet.
c.cum ueniſſent ⁊ ibi notat̃.ſ̃.de iudi. ⁊ facit q2 ratione i
cidentis quis efficitur iudex competẽs qui alias nõ erat
l.quotiens.C.de iudi.c.tuam.ſ̃.de ordi.cogni. Sꝫ

nũquid iudex reductus ad arbitriũ boni uiri poterit ipẽ
de nullitate arbitramẽti cognoſcere puta prouenięte ex
defectu poteſtatis ⁊ dicite ꝙ ſic:nam reductõ ſapit appel
lationem.l.non diſtinguemus.§.cum quidam.ff. ð ar
bi.appellatio deuoluit nullitatem incidenter.l.carmelia
pia.ff.de iure patro.l.quedam mulier.ff.famil. hercíſ.
ergo ⁊ reductio deuoluet nullitatem ita bal.hic ⁊ ſequũ
tur alij.an autem delegatus in cã appellationis poſſit co
gnoſcere de nullitate ⁊ ecõtra ſupra dixi.in.vi.q. princi
pali. Nona eſt queſtio principalis circa effectus nulli
tatis ⁊ ideo dicite ꝙ aut querimus quãdo a ſẽtẽtia nul
la appellatur quis ſit effectus. aut querimus quãdo de
nullitate principaliter agit̃ circa primũ quãdo a ſententia
nulla appellatur quis ſit effectus ſciendũ eſt ſm do. An
to.hic ⁊ alios ꝙ ad hoc ut appellatio etiam a ſententia
nulla operetur effectum debet ſua ſubſtantialia habere
que exigũtur quãdo a ſnia ualida interponitur appella
tio. ⁊ ideo infra.x.dies debet probari interpoſita.c. ro
mana.§.ſi uero.eo.li.vi. ſi ab interlocutoria interponi
tur debet exprimi cauſa.c. accedẽs el ſecũdo.ſ̃ ut lit.nõ
conteſta.item iuſtificari debet ex cauſa deducta.c.exhibi
ta.ſ̃.de iudi.item ꝙ poſt grauamen fuit interpoſita ⁊ ð
niqꝫ legitima appellatio in oĩbus probari debet ſꝫ eos.

Hoc preſuppoſito queritur an appellatio a ſententia
nulla cõfirmet eã quaſi approbat ut improbet iuxta ea q̃
uoluit barto.in ſimili.in.l.filio ꝑterito.ff.de iniuſt.rup.
iuxta ea que habẽtur in.l.iij.§. falſus.ff.rem ra.ha. ⁊
uidetur dicendũ ꝙ ſic.nam appellatio a ſententia nulla
debet eſſe in omnibus legitima ut proxime dictũ eſt. Sꝫ
ꝙ nullũ ẽ amplius infringi nõ poteſt.l. nam ⁊ ſi ſub cõ
ditione vſi.rumpẽdo.ff.de iniuſt.rup. Sed appellando
pars dicit infringẽdã eẽ id a quo appellat ergo de neceſ
ſitate preſupponit ualiditatẽ eiꝰ ⁊ ſic tacito conſenſu vi
detur ratificare ut ualeat licet petat tanquã iniuſtum re
tractari facit etiaꝫ tex.in.d.§.falſus ubi appellãdo a ſẽ
tentia lata cõtra falſũ procuratorem quã nõ ẽ dubiũ eſſe
nullaꝫ.c.in noſtra.ſ̃. de procura.l.licet.C. de procur̃.
videt̃ ratificare geſta per procur̃. ergo ita in propoſito.

In contrariũ ẽ veritas ⁊ ẽ tex.in.d.l. ſi expreſſim.
quem ad hoc ponderat. Cu.in notabilibꝰ ⁊ facit ratio
nam inuenta ad vnũ effectũ non debẽt operari contra
riũ.c. ad noſtraꝫ.ſ̃.eo. Sed appellatio inuenta eſt ad
retractationem iudicati ⁊ defenſionem contra iniquita
tem.c.cũ ſpeciali.§.porro.ſ̃.eo.ergo contrariũ effectũ
nõ operabit̃ qui certe ſequeret̃ ſi uideret̃ confirmare ap
pellãdo ⁊ facit.l.legata inutiliter.ff. de leg.i. Nõ ob.
dũ dicit̃ approbat vt improbet q2 bal.iſtud irridet in.l.
poſthumo. ⁊ ibi ẽt moderni.C.de bo.poſſ. cõtra tab.
⁊ ẽt imol.in.d.l.filio preto. Nõ obſtat dũ dicit̃ ꝙ appel
latio preſupponit validitatẽ q2 inuẽta ẽ ad infringenñ. ⁊
ꝙ nulluꝫ ẽ ⁊c.q2 hoc cãu opabit̃ q2 infringet nullitatem
prout de facto proceſſit nec ita iudaice debet capi inuẽtã
eẽ appellatõem ad infringẽdũ vt per h operetur ꝯtrariũ
effectũ.ſ.ꝯfirmatõem iniquitatis ⁊ nullitatis. pone enim
appellatũ ẽ a ſnia nulla ſi appellãdo diceret̃ confirmare
ut impugnet̃ ꝑ appellationem deſerta appellatione ſe
queret̃ ꝙ ex quo ceſſat impugnatio actus remaneret va
lidus qui als erat nullus ⁊ ſic appellatio operet̃ ꝯtrium
effectũ eiꝰ ad qđ ẽ inuẽta ⁊ reſultaret hinc maxĩa iniqui
tas. ⁊ ẽ hoc expreſſe falſuꝫ ꝙ ſnia nulla cõfirmet̃ per de
ſertionẽ appellationis.c.licet. ⁊ ibi notat̃ de ſen.excõ.li.
vi.habet̃ in.d.c.exhibita.nõ obſtat.§.falſus q2 non di
cit ꝙ ſentẽtia ratificet̃ appellãdo ſed dicit ꝙ quoddã ex
trinſecus viciũ ſcilꝫ falſitas procura. ratificatur reſpectu
ipius procuratoris. Sed nũquid operabit̃ effectũ ſal
tem deuolutiuũ nullitatis appellatio ⁊ quid de negocio
principali ⁊ dic ꝙ ſic ꝙ operat̃ effectum deuolutiuũ nul
litatis tex. ẽ hic ⁊ non ſolũ de nullitate ſententie ſed etiã
attentatorũ. tex.eſt in.c.exhibita.ſ̃.de iudi. ⁊ dixi i tex.
Cald. in conſilio.xiij.qđ incipit an appellãs poſſit ſub

UVA. BHSC. IyR_025

rubrica de appellationibus. Ange. cõſi. ccłxxxvi. incip: i
dei ꝛc. multorũ actorũ. Pau. de caſtro ↄſi. cccxvij. incip.
viſis ac ponderatis in fi. col. imo ſi inuenerit ſnĩam nul
lã qᵒ cãu ꝓnũciat iudex ad quẽ bñ appellatũ ut uidim⁹ ĩ
c. vt debit⁹. ẽ. e. poterit đ negocio pĩcipali cognoſcere ꝛ
ſic nullitas deuoluet negociũ principale. ita rota deciſ.
cccłxij. que incipit item fuit dubitatũ vtrũ ſi appelleť. ꝛ
illo cãu ſi nullitas fuit tm̃ propter defectũ in ſentẽtia pro
nũciabit iudex ad quẽ ſuper principali ex eiſdem actis ex
qᵒ nullitas in eis non fuit ex quibuſ pronũciabit iudex a
quo. ſi aũt defectus nullitatis prouenit ex actis pronũcia
bit inchoando noua acta. ita bar. ꝛ alij in. l. cum quere
bať. ff. de re iudica. notat imol. ĩ dicta. l. ſi expreſſiꝫ ĩ. xx
vij. col. ꝛ lappus allegatõe ſua. cvij. ꝛ hoc ẽt uoluit do.
anto. in. c. ad reprimeñ. ẽ. de offi. ordi. Bal. in. l. i. circa
prin. C. de ſen. ex pic. reci. ꝛ Arch. Jo. an. ꝛ Jo. mona.
in. c. fi. de ſentẽtia ꝛ re iudi. li. vi. Jmo. in cle. i. de re iu
dica. vſi. quero tertio. Pe. de ancha. in. c. cordi. in pe.
col. e. li. vi: Do. anto. in. c. exhibita de iudiciis. Ange. in
l. eos in prin. C. eo. ꝛ in. l. nominationes. Arch. in. c. a
iudicibus. ij. q. vij. ubi dicit idem in iudice reclamationis
ſuper reductiõe laudi arbitratoris quod põt pronũciare
nõ ſolũ ſuper reductione ſed ẽt ſuper nullitate laudi facit
quod notat cõpo. in. c. cũ in cãis verſi. ſed quid ſi unus
ꝛ ſequẽti ſup ultima glo: de elec. Archi in. c. ſunt quorũ
ii q. vi. bal. in. c. i. de re iudi in. ij. colũ. Bal. in. l. iij. C.
ſi aduerſus rem iudicatã. ubi dicit hoc nõ procedere in
appellatione ab interlocutoria de quo p do. anto. in. d.
c. exhibita. ẽ. de iudicijs. Bal in. l. i. in pe. col. C. quãdo
prouoc: nõ eſt nec. per. d. ant. in. c. accedẽs el ſecũdo. ẽ.
ut lit. nõ conte: Sed nũquid operabitur effectum at
tentatorũ ut attẽtata tali appellatõne pendente reuocen
tur in viam attentati prout dictũ ẽ in. c. bone. ẽ. co. et di
cite ꝙ ſic. c. exhibita. ẽ. đ iudic. ꝛ ibi p omnes. c. ſignifica
uit. ẽ. de reſcrip. c. ſuper queſtionũ. in fi. ꝛ ibi Bal. in. iij.
col. ẽ. de offi. delega. ꝛ ideo etiã in ſimili opabiť appella
tio ẽt effectũ ſuſpẽſiuũ preſũptionis que reſultat ex ſentẽ
tia qꝛ pſumiť iuſta. c. ĩ preſentia. ẽ. de renũc. l. herenius
§. gaia ꝛ ibi glo. ff. de euic. habeť in. c. cũ ad ſedem. ẽ. đ
reſti. ſpolia. nam clarũ eſt ꝙ ſentẽtia ꝙcũqꝫ dura pre
ſumiť iuſta donec fuerit nulla uel nulla declarata. tex. ẽ
ſingularis ſm bal. in. l. fi. C. de ordi. cogni. ꝛ ibi nõ. quẽ
ẽt ad hoc allegat bal. in. c. fi. ẽ. de ſequeſtra. poſſ. ꝛ fruc.
De natura autẽ appellationis ẽ ut ſemper ſuſpẽdat pre
ſumptionẽ illam que ex ſentẽtia reſultat. d. c. cum ad ſe
dem ꝛ dixi. ẽ. in rubrica in effectibus appellationis. imo
ẽt ubi nõ permittitur appellari quia ſentẽtia a iure ſorti
tur executionem ſtatiꝫ puta in cenſuris. c. paſtoralis ꝛ. c.
preterea el ſecũdo. ẽ. eo. tamẽ appellatio hoc cãu ĩterpo
ſita licet nõ opereť effectũ ſuſpẽſiuuꝫ executionis cenſuř
tamẽ ſuſpẽdit preſumptionẽ que reſultabat ꝙ cẽſura cẽ
ſeretur iuſta. glo. ẽ nõ. in. c. ad reprimeñ. ẽ. de offi. ord.
ꝛ ibi oẽs. ideo in ꝓpoſito ſi a ſentẽtia nulla appelletur
cũ appellatio uim ſuã habeat circa nullitatem ut. ẽ. dixi
ꝛ voluĩt docto. in d. l. i. circa prin. ita in ſimili uim ſuſpẽ
ſiuam huius preſumptionis habebit ꝛ erit multum utile
appellare a ſentẽtia nulla magis ꝙ dicere nullã. qꝛ dicẽ
do nullã principalr nõ ſuſpẽdiť preſũptio ſnĩe. ita Jmo.
in. d. c. quoniã ↄ. in. ix. col. ẽ. de prob. Sed nunquid
ſuſpẽdet executionẽ ſnĩe appellatio a ſnĩa nulla interpo
ſita ꝛ videť dicẽdũ ꝙ nõ per ea que habẽtur in. l. fi. C.
de or. cog. ĩ. l. iiij. §. ↄdẽnatũ. ff. de re iud. ĩ cle. i. đ re iu:
ꝛ marie p imol. in. vij. col. ubi dicitur ꝙ nullitas nõ im
pedit executionẽ niſi in cõtinẽti de ea cõſtet. Sed iura il
la loquũtur de nullitate in viaꝫ exceptõis oppoſita. ꝛ de
natura exceptionis nõ ẽ ſuſpẽdere iuriſditionẽ alteri⁹ iu
dicis. nõ mirũ ſi nõ impedit executionẽ nullitatis. naꝫ ſi
cõſtet uel incõtinẽti cõſtare põt nõ habet illa exceptio ef
fectũ ꝓpter preſumptionẽ ↄtriam que ẽ pro iudice ut nõ
fecerit actũ nullũ. l. ij. C. de off. ciui. iudi. ꝛ. d. c. in pñtia

ꝛ faciunt que notat inno. in. c. cũ ex officij. ẽ. de preſcri.
nos loquimur in appellatõe de cuius natura ẽ ſuſpẽde-
re ꝛ iuriſdictionẽ iudicis a quo ꝛ executionẽ ſnĩe. c. paſto-
ralis. §. preterea. ẽ. de offi. dele. ideo dicite ꝙ ſuſpẽdet
executionẽ ſnĩe talis appellatio. ita Bal. in. d. c. ſup qõ
num in. iij. col. ita Cu. in. d. l. ſi expreſſim in. xi. colũ. ꝛ
iõ dixit bal. ĩ. l. tale pactũ. §. qui prouocauit ĩ. xij. q. ff. đ
pac. ꝙ magna erit utilitas appellare a ſnĩa nulla poti⁹
ꝙ nullam dicere. qꝛ pẽdente iudicio nullitatis nõ differe
tur ſentẽtie executio de quo tamẽ latius infra dicã. ſꝫ pẽ.
appel. differetur executio ꝛ ẽ ratio differẽtie inter nullita
tem ꝛ appellationẽ. nam appellatio ſuſpẽdit oẽm effectũ
ſnĩe ẽt illum ꝙ preſumatur iuſta. glo. in. c. ad reprimeñ
ẽ. de offi. ordi. habeť in. c. cum ad ſedem. ẽ. de reſt. ſpo.
in. l. herenius. §. gaia. ff. de euic. Nullitas aũt talem ef-
fectũ nõ habet ſuſpẽdẽdi ſnĩam neqꝫ eius preſumptiõꝫ
ꝙ iuſta preſumať ut dixi in proxime precedẽti qõne. ꝛ fa
ciunt que ſubijciã iſta fuit originalis ratio. ſpecu. in ti. de
proba. §. i. verſi. ſequitur uidere denegatiua. Do. anto.
in. c. qm̃ cõtra. ẽ. de proba. ibi imo. ꝛ dicam in ſequenti
qõne. Secũdũ principale mẽbrum ẽ quãdo de nulli
tate per ſe agitur nõ in uiam appellationis ꝛ tunc quos
effectus opetur. primo an opereť effectũ deuolutiuum.
Jnno. in. c. cũ cõtingat in fi. glo. magne. ẽ. de offi. dele.
quam ſequitur Ange. in. d. l. ſi expreſſim. tenet ꝙ nõ re
ſpectu negocij principalis licet deuoluat ipam nullitatẽ
ꝛ nõ aliud. mouẽtur per ea que habẽtur in. d. l. fi. C. de
ordi. cogni. p tex. in. l. i. §. i. ff. que ſnĩe ſine appella. reſ.
ubi diciť uelle tex. ꝙ quãdo ſnĩa diciť nulla reformatõ ne
gocij principalis ſpectet ad iudicẽ qui tulit ſnĩam ꝛ facit
l. iiij. C. de accu. ꝛ tex. in. l. ſi ut proponis la prima. C.
quomõ ꝛ quãdo iud. Contrariã opi. refert idem Jn
no. circa mediũ eiuſdem glo. magne in. d. c. cũ cõtingat
ꝛ ſequitur Bar. in. d. l. ſi expreſſim. in fi. col. ꝛ imola in
xiiij. col. lꝫ poſtea in. xxv. trãſeat cũ diſtinctione de qua
j. ꝛ Bar. ꝛ Ange. ꝛ Bal. in. l. i. C. quãdo prouo. ibi etiã
bar. in. d. l. ſi ut ꝓponis ꝛ ibi Ja. bu. Et Bal. Salic. in
l. ſi preſes deſertam. C. quomõ ꝛ qñ iud. Jmo. ꝛ. d. an
to. hic Panor. in. c. in litteris. ẽ. de offi. dele. ꝛ faciũt q̃
infra dicã in. x. q. pĩcipali. Lappus allegatõe. cvij. ꝛ ꝓ
illa opi. adduciť tex. in. l. abſentẽ. C. de accu. cui tex. licꝫ
Ange. rñdeat in. d. l. ſi expreſſim. ĩtelligẽdo ꝙ ſpãliť in
iudice qui p ſordes uel uenalitatem tulit ſnĩam quo caſu
ẽ ſpeciale ut ipe non reformet ipam ſnĩam ſed ſuperior.
quia per iſtam nullitatem maculatur eius fama et ideo
ius de eo non confidit quod poſſit reformare quia par
tem lederet ſi ergo ſpeciale ẽ illo cãu ergo in cõtrariũ iuſ
cõmune iſta reſpõſio uiolat litteram. nam tex. utitur ibi
uerbo iniuria quod nõ ſolum importat per ſordes uel ĩ
iuriam ſed ẽt per dolum ꝛ iniuſticiaꝫ. l. i. et. ij. ff. ad. l. ac
quil. additur ẽt tex. adductus per ange. in. l. i. §. i. ff. que
ſentẽtie ſiñ appel. ubi tex. nõ dicit ꝙ reformet ſnĩam per
iudicem a quo ſed dicit ꝙ nullitate cognita reformatur
ſentẽtia. ergo per iudicem qui de nullitate cognouit et h̃
tenet glo. indiſtincte in. d. l. iiij. Adducitur ẽt tex. in cle.
i. de re iudi. nõ obſtat tex. in. d. l. iiij. quia fateor ꝙ iudex
a quo reformat ſuam ſnĩaꝫ quãdo ipe de nullitate cogno
ſcit ſed nõ negatur qñ ẽt ſupior ex quo de nullitate co
ſcit poſſit poſtea nullitatem emendare; ꝛ ita uterqꝫ eſſe
poterit iudex ꝛ in nullitate ꝛ in negocio principali prout
vult glo. in. d. l. iiij. ꝛ Bar. in. d. l. ſi expreſſim. ꝛ ſupra di
xi in. viij. q. principali. Bal. tamẽ in. d. §. qui prouo
cauit in. xiiij. q. ꝛ imol. in. d. l. ſi expreſſim. in xxv. colũ.
eum ſequens ſedere diſtinctionis cõcordat opi. aut agẽs
de nullitate petijt ſolum nullam declarari ſnĩaꝫ ꝛ illo ca
ſu procedit prima opi. Jnno. ꝛ ange. qꝛ iudex cognoſcet
de nullitate nõ autẽ de negocio principali quia nõ debet
impꝛtiri ſuuꝫ officium niſi rogatus. c. bone el. i. ſupra de
poſtula. prela. l. iiij. §. hoc autẽ iudicium. ff. de dãno in
fec. aut petijt nullam declarari ſententiam ꝛ reformari ꝛ



UVA. BHSC. IyR_025

tunc cum nullitas poſſit deuoluere negocium pꝛincipale
⁊ petatur officium iudicis ſuper utroqꝫ pꝛonũciet et ſup
nullitate ⁊ ſuper pꝛincipali ⁊ ſic pꝛocedat ſecũda opi. In
no. Bar. ⁊ alioꝛũ. imo plus iudex ſimpliciter ſuper nulli
tate aditus poterit ſuper reſti. in integ. pꝛonũciare. ita ē
tex. in. c. cum bertoldus ſupꝛa de re iudi. recte ponderā/
ti. Sed an de nullitate debebit pꝛius cognoſcere ꝙ̄ d̄ ne
gocio pꝛīcipali. ⁊ dicit Bar. in. l. cum querebaẗ. ff. de re
iudi. Et ibi imol. ꝙ aut nullitas apparet ex ſentētia nec
extrinſecis pꝛobatōibus indiget puta qꝛ ſine certa quāti/
tate condemnauit ꝯ. l. ij. C. de ſent. que ſine cer. quāt.
uel pꝛonũciauit cōdēnādum ſolũ in parte petitoꝛum cō
tra ea que ſunt dicta ſupꝛa in. viij. cāu nullitatis ⁊ nota
ta in. l. i. C. ſi aducr. lib. ⁊ iſto cāu nō requiritur ꝙ d̄ nul
litate cognoſcat exquo pꝫ per ea que notat inno. in. c. ſi
gnificaſti. ĩ. de diuoꝛ. Aut nullitas nō apparet ex ſnia ſꝫ
extrinſecis pꝛobatōibus indiget ⁊ tunc debꝫ de ea cogno
ſcere. ⁊ ideo ſi iudex oppoſita exceptōe per ptē ut d̄ nul
litate cognoſcat hoc cāu pꝛoceſſerit ſuper negocio pꝛinci
pali cognito de nullitate pꝛoceſſus reddetur retro null⁹
⁊ ſi pars a pꝛoceſſu ad ulterioꝛa n̄ appellauerit. ita bal.
in. d. §. qui pꝛouocauit. in. xij. q. ⁊ ē ratio. nam ſi d̄ nul
litate iudicij nō cōſtat nō ē ad eũ deuoluta iuriſditio ſicͭ
in ſimili donec ꝯſtat appellationē interpoſitā fuiſſe non
ē iudex. c. romana. e. ti. li. vi. ⁊ hoc tex. ē ergo hic excep
tio talis que eneruat ex toto iuriſditionē iudicis nō autē
declinat ſimpliciter. Sed ubi opponiẗ exceptio annullāſ
iuriſditionē iudicis nō uideẗ iudex pꝛocedēdo ad vlte/
rioꝛa facere ſe iudicē ſed requiritur expꝛeſſa pꝛonũciatio
Ita innocen. et panoꝛ. ⁊ alij in. c. ij. ſ̄. de dil. Panoꝛ. ⁊
do. anto. in. c. ſup litteris. ſ̄. de reſcrip. Gemi. ⁊ lapp. in
c. i. de reſcrip. li. vi. Bar. ⁊ ange. in. l. ij. ff. ſiquis in ius
uoc. nō ier. nō mirum ergo ſi hoc cāu reddiẗ pꝛoceſſus
retro nullus oppoſita exceptione ſi iudex de nullitate n̄
cognouerit ⁊ iſta ratio ē de mēte bar. recte ponderātis ī
d. l. cũ querebatur. uoluit tamē imol. in. d. l. ſi expꝛeſſiꝫ
in. xxv. col. unũ quod ē magis dubiũ attēta alia ratione
ꝙ ſi iudex ad quē ſuper nullitate recurſuꝫ ē nulla oppo
ſita exceptione ꝙ de nullitate cognoſcat pꝛoceſſerit ſup
pꝛincipali ꝙ illo cāu ualebit pꝛoceſſuſ quaſi tacite iudicio
nullitatis uideaẗ renũciatũ per partes ⁊ cōſenſum ut in
pꝛcipali ꝑcedat ſicͭ in ſimili uidemus in appellatōe ī. c.
i. §. poſt hec. eo. ti. li. vi. ⁊ ibi nō. Sꝫ nũquid teneẗ iu
dex cāu quo teneẗ cognoſcere de nullitate a nte negociũ
pꝛincipale ſup ea ēt pꝛonũciare. ⁊ dicite ſm bar. ⁊ alios
ubi pꝛoxie ꝙ aut nullitas pꝛincipalr deduciẗ ⁊ tũc dꝫ pꝛi
us ſup ea pꝛonũciare tāquā ſup iudicio pꝛeiudiciali ſicͭ ī
ſimili in. c. tuā. ſ̄. de oꝛdi. cogni. in. l. i. C. de oꝛdi. iudic.
Aut nullitas deducitur incidēter puta peto ſniam ī me
lius refoꝛmari dicēdo ꝙ ē nulla ⁊ ſic p modũ cāe de du/
co nullitatē ⁊ iſto cāu lꝫ cognoſcēdũ ſit de nullitate non
erit pꝛonũciādum qꝛ ſup incidēti nō cogitur iudex pꝛo/
nũciare lꝫ poſſit ſi uelit. c. i. ſ̄. de oꝛdi. cogni. l. i. ⁊ iiij. C.
de oꝛd. iudicioꝛũ. l. ij. C. de oꝛ. cog. Sꝫ nũquid opa
bitur nullitas effectũ ſuſpēſiuũ ⁊ dic ꝙ ſuſpēſiuuꝫ pꝛeſũ
ptionis que reſultat ex ſnia ꝙ pꝛeſumaẗ iuſta ut. ſ̄. di/
xi nō operatur. Imol. in. c. quoniā ꝯ. ix. col. ſ̄. de pꝛo
ba. Sed quid ſi pars dicat ſniam nullā an currat dũ
ſuper nullitate diſputaẗ ſibi tempus ad appellandum.
Ang. ꝙ nō in. l. paulus. §. i. ff. de uſur. ſecut⁹ q̄ notauit
frater ſuus quem ipe allegat bal. in. l. ꝯtra maioꝛes. C.
de inof. teſta. ſi iuſte exiſtimauit eā nullā lꝫ non eēt ⁊ ſic
nullitas hꝫ ēt hunc effectũ ſuſpēdēdi ne tempoꝛa currāt
ad appellandũ ea pendente ⁊ dixi latius ſupꝛa in. ij. q.
tertie queſtionis pꝛincipalis huis noſtre repetitōis. Sꝫ
pũctus ſtat an ſuſpēdat executionem Innocē. in. c. cum
i iuꝛe peritus. ſ̄. de offi. delega. tenet ꝙ non per. l. fi. C. d̄
oꝛdi. cogni. vos latius dicite duo eē mēbꝛa quādoqꝫ nul
litas per ſe deducitur. ſ. in uiam exceptionis qñqꝫ ī viā
pꝛincipalis petitōis. Circa pꝛimũ dici ⁊ ſm bar. in. l. iiij.

§. condemnatũ. ff. de re iudica. ⁊ in. l. fi. C. ſi ex falſo in
ſtru. quem ibi ſequitur Ange. ꝙ aut nullitas opponiẗ ī
uiam exceptionis ⁊ eſt talis que n̄ indiget pꝛobatione ex
trinſecus ut ſupꝛa dixi ⁊ tunc talis nullitaſ impediet exe
cutionem. d. §. condemnatum ⁊. l. ſi cum nulla. ff. d̄ re
iudica. quādoqꝫ ē talis nullitas que indiget pꝛobatōne
⁊ tunc aut poteſt incōtinēti ꝓbari ⁊ admittatur exceptio
nullitatis. ⁊ ita ſaluentur. d. iura. facit. l. i. C. quādo pꝛo
uoc. faciunt que habentur in. c. decetero. ſ̄. de re iudic.
aut vero nō poteſt incōtinēti pꝛobari ⁊ tunc nō differaẗ
executio quia exceptio requirēs altioꝛem indaginē non
poteſt opponi in executione ad executionē tardañ. l. pe
nul. ⁊ ibi Bar. C. depoſi. faciũt notata per bar. in. l. nā
⁊ poſtea in pꝛincipio. ff. de iureiurā. in. l. cũ querebatur
ff. iudi. ſol. ⁊ voluit bal. in. l. ab executoꝛe. C. quoꝝ ap
pel. ⁊ faciunt notata per Ci. ⁊ bal. in. l. ita pudoꝛ. C. de
adult. Et notate qꝛ iſta dicuntur et iā habere locum in
inſtrumētis guarētigiatis ⁊ ſimili cāu ubi ſtatuta dāt ali
cui actui executionem paratam. ita docto. ubi pꝛoxime.
Et ad pꝛedictam diffinitionē bart. faciũt que uoluit idē
bar. in extrauag. ad repꝛimēdam in verbo ſũmarie i. l.
fi. ibi etiā Ange. C. ſi ex fal. inſtru. Bal. in. l. ab executo
re. C. quoꝛũ appel. in. l. fi. C. de oꝛdi. cogni. in. l. i. C.
ne lꝫ tertio pꝛouoc. in. l. i. ff. de fer. in autētica que ſup
plicatio. C. de pꝛeci. impa offe. Ange. in. l. ſeruo inuito
§. cum pꝛetoꝛ. ff. ad trebel. ⁊ l. qui rome. §. duo fres. ff.
de uerbo. obliga. Salice. in. l. fi. C. cōminatio. uel epi.
Cano. in. d. c. decetero ⁊ in. d. cle. i. de re iudi. ⁊ ſatꝭ cō
munis videtur diſtinctio bar. Sed opere pꝛecium ē
ſcire quādo dicaẗ incōtinēti poſſe pꝛobari nullitas ⁊ uo
luit Bal. in. l. lecta. ff. ſi cer. peta. ⁊ i. l. iij. §. ſcien. ff. ad
exhi. quem allegat Ludo. in. l. i. in. x. col. ff. de arbi. ꝙ
incōtinenti dicitur poſſe pꝛobari. ſ. infra triduum. bar. ī
d. §. condemnatum ⁊ in. d. l. ſi is a quo. ff. ut in poſſ. le
ga. dicit illud eē incōtinēti reſpectu cāus noſtri qd̄ pōt ꝓ
bari infra tempus intra quod executio ipa diſcuteretur
iuxta foꝛmam. l. a diuo pio. §. in venditione. ⁊. §. ſi ſup
rebus. ff. de re iudi. ⁊ ſequitur do. anto. in. c. ueniens el
ſecũdo. ſ̄. de teſti. Et ideo ſi executio fieret in eadem re
in qua eſt facta condemnatio quia tũc nulla fit diſcuſſio
in executione. d. §. ſi ſuper rebus ⁊. §. in uenditione.
ideo iſto caſu tempus erit arbitrarium. ⁊ ita Imola de
clarat in. d. §. condemnatum. Bal. in. l. ſi ex falſis inſtru
mentis in. iiij. col. C. de tranſac. in. l. ij. C. de edict. diui
adri. in. l. fi. C. de oꝛdi. cogni. in. l. iij. §. ibidē. C. ad ex
hib. Bart. in. l. ille a quo. §. i. ibi melius. Angel. ff. ad
trebel. Et ſic ceſſat impugnatio quam faciebat panoꝛ.
contra do. anto. in dicto. c. ueniens. intelligens Panoꝛ.
hoc incontinenti eſſe arbitrarium iudici. Alibi dixit Pa
noꝛ. in. c. litteras. ſ̄. de reſtitu. ſpolia. per illum tex. pꝛo
bare poſſe incontinenti dicitur ꝙ non longas exigit di
lationes ⁊ ꝙ attendatur tempus executionis. facit dictũ
aureum bar. in. l. infertur. §. qui compēſationem. ff. d̄
iur. fiſ. ubi dixit illud debitum eſſe liquidum ſatis ⁊ poſſe
in compenſatione contra aliud debitum liquiduꝫ oppo
ni de quo poteſt conſtare intra tempus quod datur iu
dicatꝭ ab ſoluendum ⁊ ſic conſiderat tempus executōis.

Facite ergo regulam negatiue ꝙ exceptio nullitatis
non impedit executionem ſententie. d. l. fi. C. de oꝛd. co
gni. ⁊ barto. ⁊ alij ubi ſupꝛa. Fallit pꝛimo quando eſ
ſet talis exceptio nullitatis que ſine alia pꝛobatione cō
ſtaret ut ſupꝛa dixi. ⁊ ideo dixit bal. in. l. ſi unus. §. pa/
ctus ne peteret in. xi. colum. ff. de pactis ꝙ licet per ſta/
tutum ſit excluſa nullitas tamen nō uidetur excluſa illa
de qua conſtat ex actis facit quod notat bald. in. l. ex p̄
dijs. C. de euictio. ubi ſtatutum loquens ꝙ contra iura
mentum non admittatur exceptio non excludit excep/
tionem ex ipſo inſtrumento apparentem facit quod no
tat Bald. in ſimili. in. l. i. C. ſi de momen. poſſ. fue. ap
pel. ubi licet a poſſeſſoꝛio ſit pꝛohibitum appellare tamē

UVA. BHSC. IyR_025

Illud non habet locum qñ de euidēti iniquitate apparet.
facit nā exceptio peremptoꝛia notoꝛia ipedit litis īgreſſū
Jo.an.in.c.ut circa de electio.li.vi.in.c.fi.de libel.oblaꝛ
Et ideo infert ſecūda generalioꝛ limitatio ut fallat re
gula pꝛedicta quando exceptio nullitatis eēt notoꝛia.ita
bal.in.l.i.C.ne lice.tertio pꝛouoc.ange.in.l.fi.C.ſi ex
fal.inſtru.oldra.in ꝯſilio.cvi.quod incipit.qō lrā execu
toꝛia.pe.de ancha.ꝯſi.ccvi.quod incipit in xp̄i ⁊c̄.de iu
re cōi qō.panoꝛ.in ꝯſilio.xliiij.quod īcipit in xp̄i nomie
⁊c̄.duo ſunt dubia cu.in.§.ꝯdēnatum imo.in.l.de pu
pillo.§.qui opus.ff.de oper.no.nūci.⁊ in.d.l.ſi expꝛeſ
ſim in ſeptia ⁊ ultima carta.ff.de appel.in.l.fi.i.xij.col.
ff.qui.ap.non lic.tñ lꝫ illa limitatio pꝛocedat qñ ex toto
excludit exceptio qꝛ nunq̄ȝ uidet notoꝛia iniquitas exclu
ſa quin de ea poſſit opponi.c.ex ꝯqueſtione.ē.de reſti.
ſpo.⁊ ibi notat.c.iter ceteras.ē.ti.pꝛoxi.tñ qñ exceptio
nō excludit ſed differt tūc ēt notoꝛia exceptio uidebit ex
cluſa puta ī terminis iſtis exceptio nullitatis retenta regu
la ꝙ non impediat executōem per hoc exceptio non tolli
tur ſed differt poſt factam executionem.ideo non obſtā
te ꝙ ſit notoꝛia admitti nō debebit.ita imo.⁊ ibi.d.an.
⁊ ibi glo.ī uerbo pendere in cle.i.de re iudi.et ē caſus ibi
ſm eos iuncta glo.nam appellatiōe pen.ſi pꝛonūciat ap
pellatōem tenuiſſe innouata ſūt nulla ex retro in interlo
cutoꝛia.c.non ſoluꝫ.e.ti.li.vi.⁊ hoc ē iuris ⁊ ſic notoꝛia
ē nullitas pone ab appellatiōe ab interlocutoꝛia pen.la
te ſunt tres ſnīe diffinitiue ꝯfoꝛmes.tractat de executōne
earum opponit de nullitate ſniarū.dicit ibi tex.ꝙ illa ex
ceptio non impediet executōem et addit glo.ꝙ etiam ſi
pꝛonūciatum fuiſſet bene appellatū quo cāu notoꝛie cō
ſtat ex retro ſnias eſſe nullas per ea que habent in.c.ex
parte adde ⁊.c.ꝯſtitut.lo ultio.ē.de teſti.tñ illa exceptio
nullitatis non excludit executiōem.ecce ergo cāuꝫ ī quo
exceptio nullitatis notoꝛia non excludit executioneꝫ niſi
ſaluādo dicamus pꝛout uoluit ibi pe.de ancha.ꝙ ſpecia
le eſt in cāu illius cle.pꝛopter tres ſnias confoꝛmes.⁊ ſic
aliud eēt quādo una tantū ſnia exequeret que tranſiſſet
in rem iudicatā uel exequeret inſtrm guarentigiatū uel
ſimile habēs executiōem paratam.⁊ pꝛo hac limitatiōe
facit multū ratio circuitus euitādi.cle.auditoꝛ de reſcrip.
l.dn̄s teſtamento.ff.de ꝯdi.inde. Tertio fallit in cāu
l.ſi pꝛetoꝛ.§.marcellus.ff.de iudi.ibi paulus ⁊c̄.ubi ſi
lata eēt ſnia ꝯtra abſ̄tem ex falſis inſtrumētis uel mino
rem īdefenſam qꝛ tūc cū ſit nulla poterit illa exceptio op
poni ad executōem.ita ang.in.d.§.ꝯdēnatum ⁊ in.d.
§.marcellus.lꝫ bar.ibi uidet intelligere illū tex.quando
incontinēti de illa nullitate.ſ.de abſ̄tia ⁊ falſitate cōſta
re poſſet.tñ bar.⁊ imo.in.d.§.ꝯdēnatum.tenent hoc
ultimū ⁊ uarios ītellectus illius.§.ponit ang.⁊ ibi imo.
in.l.qui rome.§.duo fratres.ff.de uerbo.obli.⁊ uidebi
tis aliqua bona infra in.xiiij.pꝛincipali in ar.an ſtatuto
excludat nullitas in.vij.fallētia. Quarto fallit qñ de
nullitate incōtinēti cōſtare pōt undecūqꝫ ꝓueniat bar.
in.d.§.ꝯdēnatum ⁊.ē.dixi ī theoꝛica.⁊ ideo lꝫ dicat ꝙ
ubi ēt exceptio falſitatis opponit cā differentie ſolutiōis
talis exceptio non impedit executōem.ita ange.in.d.§.
condēnatū per tex.in.l.ij.C.de fal.habet in.c.cum ber
toldus.ē.ti.pꝛoxi.tñ ſi incōtinenti pars uellet pꝛobare
hāc exceptōeꝫ eēt admittēda.intelligite cāu quo exceptō
illa annullaret ſniam ipſo iure quod qñ ſit habet in.c.lꝫ
cām.ē.de pꝛoba.in.c.cū uenerabilis ſupꝛa de except.in
dicto c.cū bertoldus in.d.§.marcellus ⁊ in.l.diuus.ff.
de re iudi.nam quādo talem falſitatē incōtinēti vult ꝓ
bare ceſſat pꝛeſumptio ꝙ facit cā differēde ſolutōis.⁊ iō
pꝛedicta exceptio admittet ꝯtra executionē.c.lrās in ar.
ē.de reſti.ſpo.c.interpoſita in pꝛinci.j.eo.faciunt nota
ta in.c.poſt electionē.j.de conceſſi.pꝛeben. Quinto
fallit quando executio nō poſſet retractari ſi facta eſſet.
nam tunc admittit exceptio nullitatis quecunqꝫ ſit puta
qꝛ ſtat ſtatutum ī ciuitate ꝙ bānitus ex delicto poſſit ipu

ne offendi uel ſi perueneriſt in foꝛtiam poſſit ſuſpēdi.ue
nit bānitus in foꝛtiam cōis vult cōe exequi ſtatutum.nū
quid poterit opponi exceptio ꝙ bānum ē nullum etiam
ſi requirat altioꝛē indaginē ⁊ ꝯcluſio ē ꝙ ſic.quia ſi man
daret executioni bānum ⁊ ſtatutū quia iſte ſuſpenderet
non eēt retractabilis executio iuxta illud facilis deſcēſus
auerni ſed reuocare gradū ſuperaſqꝫ euadere ad auras
hoc opus hic laboꝛ ē ⁊c̄.ita bal.in.l.cū qui duas.C.de
adul.i auctēnca que ſupplicatio.C.de pꝛeci.impe.offe.
ange.in.l.fi.C.ſi ex fal.inſtru.imo.in.l.iij.§.ſi ſeruus
ff.de acquir.poſſ.pau.de eleaꝫa.in.d.cle.i.de re iudic.
imo.in.l.non ſolum.§.moꝛte i penul.colū.ff.de oper.
no.nuncia.in.l.qui a latronibus.ff.de teſta.bald.in.l.
i.C.de tempoꝛ in integ.reſtit.pe.facit quod notat bald.
in.l.i.in fi.C.qui acc.poſ.facit quia ubi periculuꝫ eſt irre
parabile recedimus a foꝛmis iuris communis.bal.in.l.
ij.ff.de fer.in.l.ſenatus.ff.de officio pꝛeſidis.Cinus i
l.fi.in.viiij.q.C.de compenſat.tex.in.l.ſi quis filio.§.
hij qui.ff.de iniuſto rup.irritoqꝫ teſtamento.ideo dixit
paulus de caſtro in dicto.§.condennatum ꝙ ſi pꝛo exe
cutione ſententie peteretur ut deueniretur ad capturam
perſone cum ex illa irrogetur aliqua infamia impediet
talis executio per exceptionem nullitatis.⁊ limitationeꝫ
iſtam firmat angelus de arctio in tractatu maleficioꝛum
in uerbo gaio de ſeio appellanti. Quod tamen intelligi
te uerum niſi appareret calunnioſe illam exceptionem
nullitatis opponi.nam tunc non admitteretur.ita bal.
in.l.ſi feriat.ff.de fer.⁊ faciunt notata per Innocen.in
c.poſt electionem infra de conceſſio.pꝛeben.nam nemi
ni dubium eſt ꝙ tale ſtatutum permittens bannitum of
fendi intelligitur de bannito ualide nō aūt de bānito nul
liter.bar.in.l.fi.ff.de adulte.ange.in.l.iiij.§.condēna
tum pꝛeallegato in.l.fi.C.ſi ex fal.inſtrumen.bal.in.l.
i.ff.de legibus in.l.quid ſit fugitiuus.§.apud labeoneꝫ
ff.de edil.edic.in.l.noſtram in.iij.columna.C.de teſta
men.in.l.i.C.ſi a non compe.iudi.⁊ in locis pꝛeallega
tis pꝛoxime maxime in dicta.l.cum qui duas in.l.i.C.
ſi a non compe.iudi.in.l.ii.ff.ſi quis in ius uoc.non ier.
in.l.huiuſmodi.§.ſi ita cui.ff.de lega.i.⁊ ibi etiaꝫ imol.
in.l.ex moꝛte.C.ad.l.aquili.angelus in.l.ſi duo.ff.de
acquirenda hereditate in.l.filio.ff.de liber.⁊ poſthu.
Jo.and.in regula quod quis mandato in mercuri.de
regulis iuris li.vi.in additio.ad ſpecu.in tertia parte
§.ſequitur uidere in titulo de accuſatoꝛe.unde cum exe
cutione facta fruſtra opponeretur iſta exceptio non miꝝ
ſi oppoſita hac exceptione de nullitate banni impeditur
executio. Sexto fallit quando opponeretur exceptio
nullitatis pꝛoueniens ex defectu iuriſditionis.nam illa
nec per ſtatutum nec per.l.tollitur ideo nec etiā ab exe
cutione ſententie uidetur excluſa.glo.eſt in.l.non erit
§.dato.⁊ ibi ange.ff.de iuriur.in clementi.unica in gl.
fi.de ſequeſtratio.poſſeſſio.⁊ fructu.bonus textus in.l.
ſcire opoꝛtet.§.fi.ff.de excuſatio.tuto.ibi bald⁹ imol.⁊
cardina.petrus de anchara.in dicta clementina pꝛima
de ſequeſtra.poſſeſſio.⁊ fruct.cardi.in clemen.i.in.vi.
queſtione ⁊ ibi lapus de re iudica.ibi pe.de ancha.pau
lus de caſtro conſilio.cxvi.in pꝛima colū.quod incipit
in xp̄i ⁊c.circa pꝛimū ang.in.l.i.in.i.col.C.quādo pꝛo
uoca.bal.in.l.ſi pꝛetoꝛ.ff.de iudit.in.l.pe.ff.de iuſti.⁊
iure.in.l.cū qui.ff.de iuriſd.om.iudi.in.c.ſuper litteris
de reſcrip.imo.in ſepe allegata.l.ſi expꝛeſſim.ff.e.ang.
conſi.dxxiij.quod incipit in dei nomine ⁊c.uiſa narratō
ne facti.ubi etiam dixit quod nūquam ꝑ ſtatutuꝫ uidet
excludi nullitas pꝛoueniens ex defectu iuris naturalis fa
ciunt que notat ang.in.l.nouerit.§.dato per gl.ibi.ff.
de iureiurā.bal.in.l.ſi quis filio exheredato.§.quod ſi
quis.ff.de iniuſt.rup.irritoqꝫ teſta.ang.⁊ imo.⁊ dictum
glo.tenet angelus in.l.paulus.§.i.ff.de uſuris.panoꝛ.
cōſilio.xliiij.quod icipit xp̄i noīe ⁊c.duo ſūt dubia.bal.
i.l.ſi unus.§.pactus.vſ.quid ī ſpē i.xiiij.col.ff.ð pac.i

UVA. BHSC. IyR_025

l.tale pactū.§.qui pꝛouocauit in.x.col.vſi. ſecūdo q̄re
ro.ff.de pactis in.l.pꝛetoꝛ ait.§.hoc aūt edictum.ff.de
oper.no.nūcia.⁊ in.l.de pupillo.§.qui opus.ff.eo.ti.
⁊ faciūt notata per glo.in.l.i.C.de iur.⁊ fac.igno: ⁊ ibi
bal.in contrariū uidet̄ tex.in clemē.i.in ſecūdo reſpōſo
iūcta glo.in.v̄.pendere que vult hodie ad lraȝ de re iudi.
inducendo vt ſupra induxi in fallētia ſecūda.vñ imo.in
dicto.§.qui opus ſoluit ꝙ aut opponit̄ defect⁹ iuriſditio
nis per quem dicitur iudicem nunꝙ̄ fuiſſe iudicem ⁊ tūc
iſte defectus non videatur unꝙ̄ excluſus quia ſententia
lata a non iudice non eſt ſententia ⁊ ſtatutum excludēs
exceptionem ab actu tali ſemper admittit exceptionem
per quam negat̄ illum actū non eſſe talem.ita.d.ant.⁊
panoꝛ.in.c.item cū quis.ſ̄.de reſti.ſpolia. panoꝛ.in.c.
ex parte el.ij.ſ̄.de offi.dele.bar.in.l.i.§.parui.ff. ꝙ vi
aut clam.bal.poſt Ci.in.l. ita pudoꝛ. C. de adul.in.l.
i.de condi.inde.⁊ in.l.i.C.de iur.⁊ fac.igno.⁊ facit qꝛ
ſtatutū loquens de actu intelligit̄ de ualido non autē de
nullo.bar.in.d.§.ꝯdēnatum.ideo loquens de ꝯtuma
ce intelligit̄ precedente legitima citatōe ut ibi bar.⁊ in.l.
non putauit.§.nō quevis.ff.de bon.poſſ.ꝯtra tab.i.l.
i.§.pꝛetoꝛ.ff.qui ſatiſda.cogan.in.l.diuus traianus ff.
de teſta.mili.facit quod i ſimili notat bar.in extrauagāti
ad repꝛimendū in uer.per accuſatiōem in.l.filium.§.ſi
quis bonoꝛum.ff.de leg.i.bal.in.l.i.in fi.ff ꝙ quiſqȝ iu
ris in.l.i.§.quid tamē.ff.de offi.pꝛefec.urb.in.l. ſi pꝛe
dium in pe.col.C.de euictōibus. Adde ꝙ qñ ꝯdēnatus
pꝛomiſit ſoluere aliquid infra certū tēpus ⁊ ſi non ſoluit
pꝛomiſit parere ſniē nā ſi in termino nō ſoluit ⁊ petatur
executio ſniē tūc exceptio nullitatis indiſtincte nō impedi
et executōnem ſniē.l.tale pactum.§.qui pꝛouocauit ibi
caſus ſm unū intellectū.ff.de pac. Septimo fallit qñ
non implorare officium iudicis ſuper executiōe ſȝ actio
ne iudicati agere tūc poteſt opponi exceptio nullitatis ꝑ
notata per bar.in.l.intra.ff.de re iudi.bal.in.l.fi.C.ſi
ex fal.inſtru. Aut opponit̄ exceptio defectus iuriſditōnis
ex accidenti ſuperueniente qꝛ iudex bene habebat iuriſdi
tōem ſi ex accidēti amiſit ⁊ illo caſu talis exceptio uideat̄
excluſa. ⁊ hoc modo tollit̄ contrariū.d.cle.i.de re iudi.
nam ibi iudex a quo fuerat appellatū bene habuit iuriſ
ditōem. quādoqȝ ſȝ ex accidēti ſcilȝ per appellatiōem ab
interlocutoꝛia ſuper qua poſtea ē pꝛonūciatum bene ap
pellatū amiſit iuriſditōnem ⁊ ſic defectus iuriſditiōis non
fuit in iudice ab initio ſed ſuperuenit ex accidenti.ideo n̄
poteſt opponi qꝛ ſatis ē ꝙ iuriſditō habuit aliqđ pꝛīcipiū
⁊ eſſe.ita bal in.l.i.C.ſi a nō compe.iud.bal.in.l.reos i
xij.col.C.de accuſa.in.l.generalr.C.de epiſco.⁊ cleri.i
l.exceptōem.C.de pꝛoba. Iſta ſo.non ē multū neceſſa
ria qꝛ non habet concludentem rationem dꝛe:unde dici
te ſm pe.de ancha.in.d.cle.i.ꝙ ſpeciale eſt in caſu illius
cle.pꝛopter tres ſniās confoꝛmes ⁊ ideo ad alios cāus n̄
erit extendendum. Sed hic.d.anto.⁊ imo.reddūt aliaȝ
rationem ſpecialitatis dicentes ꝙ ideo ibi defectus iuriſ
ditionis opponi non poteſt qꝛ perpetuo non excludeba
tur talis exceptio ſed ſolum ad tēpus.i.facta executione
non mirum ergo ſi etiam exceptio pꝛoueniēs ex defectu
iuriſditionis non pāt opponi in caſu illo. ſecus ē quādo
excluderet̄ ex toto exceptio ut nullo tempoꝛe poſſȝ oppo
ni.nam tūc poterit opponi exceptio nullitatis ex defectu
iuriſditionis pꝛoueniēs qꝛ magis de facili ius alterius diſ
fert̄ quam aufert̄.l.quotiens. C. de pꝛeci.impera.offer.
⁊ ille ē caſus cle.i.in fi.de ſequeſt.poſſ.⁊ fruc.⁊ glo.ibi:
nam vult illa glo.ꝙ facto ſequeſtro ſm foꝛmam ibi tradi
tam ꝙ nullatenus ſe impediat poſtea pars de beneficio
ſequeſtrato ꝙ ſi ſe impedierit pꝛiuat eaȝ omni iure quod
habebat in beneficio ⁊ ꝙ non poſſit ꝯ̄ ſententiam oppo
nere aliquam exceptionem etiam nullitatis. Ecce ꝙ nul
litas nō differtur ad tempus ſed ex toto pꝛecluditur uia
eam opponendi perpetuo ⁊ ſit ſo.in foꝛma.illa cle.i.de
re iudi.ponit ius ſpeciale quando tractatur de executio
ne triū ſententiārum confoꝛmium. ideo contra executio
nem earum etiam defectus iuriſditionis opponi non po
teſt quia ius pꝛo tribus ſententijs multum pꝛeſumit nec
in hoc ꝙ exceptio illa defectus iuriſditōnis excludat̄ pars
multum leditur quia quod differtur non aufertur. ⁊ pꝛe
dicta theoꝛica cum limitationibus eſt de mente domino
rum de rota deciſ.ſua.cclxxx.que incipit.item licȝ per ex
ceptionem ⁊ pꝛo ſo.imo.faciūt notata per dños de rota
in deciſ.ij.⁊ notata in.c.ſuſcitata.ſ̄.de in integ.reſti. nā
vult rota in ſimili ꝙ ſi contra tres ſniās confoꝛmes mi
noꝛ uel eccleſia petat reſtitui nō impediet̄ executio ſȝ fiet
executio ⁊ poſtea de reſtitutione in integrum cognoſcet̄.

Secundum ē membꝛum pꝛincipale quando nullitas
pꝛīcipalr̄ intentat̄ an impediat executionem ⁊ Inno. in
c.cum in iure peritus.ſ̄.de offi.dele.dicit ꝙ non.nā eru
beſcimus cum ſine.l.loquimur iuribus vulgaribus ſed
hoc non reperitur iure cautum ergo ⁊c̄. ⁊ facit tex.⁊ qđ
ibi notat bar.in.l.fi.C.de oꝛd.cog.⁊ ange.in.l.i.C.quā
do pꝛouoca.ſequitur ange.in dicto.§.condēnatū. ſpec.
in ti.de libel.ꝯcep.§.nūc uidendum in fi.⁊ Jo.an. i ad
di.ad ſpec.in ti.de litis conteſtatōe.§.quoniaȝ.vſ. quid
de cauſa nullitatis ⁊ ibi infert ad unū pꝛacticabile dictum
ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ inſtr̄a guarentigiata habeāt executio
nem paratam pꝛout cōiter ſūt i italia ꝙ ſi creditoꝛ petat
coꝛam iudice laico executionem inſtr̄i guarentigiati uigo
re talis ſtatuti non impediet̄ executio inſtrumēti licet de
bitoꝛ per uiam pꝛincipalis petitionis petierit coꝛam epi
ſcopo illud inſtrumentū declarari uſurarium.nec hoc ca
ſu epiſcopus pꝛopterea debet inhibere iudici ſeculari.ita
ange.⁊ imo.in dicto.§.condēnatum. ange.in.l. fundi
ff.de exceptio.niſi ſm imo.opponeret̄ in uiam exceptio
nis coꝛam laico iudice de uſuraria hac pꝛauitate ⁊ petere
tur remitti ad epiſcopum.naȝ tunc iudex laicus deberet
ſuperſedere per ea que ſcribuntur in.c.tuam ſupꝛa đ oꝛ
di.cog.ita imo.in dicto. §. condēnatuȝ. tamē federicus
de ſenis ꝯſilio.cxxvi.incipiente in queſtione domini iani
pauli ⁊ in ꝯſilio.lxxxviii.incipiēte nicholaus petri tenet
ꝙ donec cauſa uſuraria ē coꝛaȝ eccleſiaſtico laicus iudex
non poſſit inſtrumentum exequi imo dicit i conſilio.ccc.
incipiente factum pꝛoponitur eſſe tale quod poterit inhi
bere iudici ſeculari hoc caſu facit quod notat.d.anto.in
dicto.c.tuam ⁊ melius in.c.debitoꝛes de iureiuran. an
cha.conſilio.xxij.incipiente caſus talis poſt pꝛeceptum.
laurentius de rodulphis in repetitione.c.ꝯſuluit de uſu
ris.bal.in.l.conſulta.C.de teſta. Et an ad dictaȝ in
hibitoꝛiam decernendaȝ debeat pꝛecedere citatio partis
ponit Innocen. in dicto.§.condēnatum. lapus allega
tione.lxiij.ancha.conſilio.ccxij. Sed redeundo ad pꝛin
cipale pꝛopoſitum ꝙ nullitas pꝛincipaliter intentata im
pediat executionem ſententie uoluit bar.in dicta.l.ſi ex
pꝛeſſim circa fi.col.⁊ in dicta.l.i.C.quando pꝛouoca.⁊ i
contrarium faciunt notata in.c.exhibita.ſ̄. de iudi.⁊ fa
cit tex.in.l.poſthumus.§.ſi filius.ff.de inoffi.teſta.faci
unt notata per panoꝛ.⁊ alios in.c.cām matrimonij ſu
pꝛa de offi.dele.eſt tex.optimus in.c.cum cauſam circa
fi.ſ̄.de offi.dele.ubi mandat rem reſtitui cum fructibus
perceptis uigoꝛe ſententie nulle ex quo de nullitate age
batur.facit tex.in.c.eccleſia ſancte marie ſupꝛa de cōſti.
i.c.ij.ſupꝛa ut lit.nō cont.⁊ pꝛo bar. facit qđ uoluit In
no.in.c.cū olim de dolo ⁊ ꝯtū.ubi dicit ꝙ circa intentata
coꝛam uno iudice nil oȝ innouari. tenet paū.de caſtro i
dicto.§.condēnatum. Sed capiēdo mentem doct.⁊
non coꝛticem uerboꝛum iuxta.c.intelligētia.j.de uerbo.
ſigni.⁊.c.nihil.dicite ꝙ aut querimus an pendente iudi
cio nullitatis pꝛincipaliter intentate poſſit iudex exequi
ſententiam ⁊ clarum eſt ꝙ ſic per iura ſupꝛa allegata ꝑ
pꝛima opinione ⁊ ſic pꝛocedat pꝛima opinio. Aut queri
mus an poſtquam pꝛonunciatum eſt ſuper hoc iudicio
nullitatis retractetur executio ſententie ⁊ ſic an penden
tia nullitatis operetur ut ſi ſequatur ſententia annullati

UVA. BHSC. IyR_025

ra geſta medio tempoꝛe retractentur ⁊ per conſequens
etiaʒ executio ſn̄ie et dicite ꝙ ſic. et ita loquiť bar. ⁊ ſcđa
opi. ita bal. in. d. §. qui ꝓuocauit in. xij. q. in. l. appel
latōe. C. ⁊ in auctē. que ſupplicatio. C. de preci. imper.
offer. in. l. i. C. ne lice. tertio ꝓuoca. ⁊ pro illa opi. facit
tex. qui loquiť ī his terminis in. d. c. cum cām. et ibi cōi
ter ſcrib. ⁊ ita tenent. d. anto. imo. ⁊ panoꝛ. panoꝛ. in. d.
c. cām matrimonij ⁊ ideo dixit bal. nō. in. d. c. ij. s. ut lit.
non conte. ꝙ ſn̄ia lata ſup nullitate principalr̄ intentata
nō ſoluʒ tu potes petere retractari attentata ꝑ aduerſa
rium uigoꝛe ſn̄ie nulle ſed ēt per quēcūqʒ tertiū uigoꝛe
illius ſn̄ie. ⁊ ideo dixit ēt bal. in. d. c. eccľa ſancte marie ꝙ
ſi ſtatutum pꝛonunciať nulluʒ ꝙ oīa retro geſta uigoꝛe
ſtatuti nulli annullanť ⁊ retardanť. qđ uerum niſi illud
ſtatutum cōi opi. nō reputareť nullum lʒ nūc declaratuʒ
ſit ꝙ imo erat iniuſtuʒ et nullū. tn̄ cōis opi. illa ſuſtinebit
retro geſta. glo. ē ſingľaris in. c. unico in uerbo đ cetero
de poſtula. pꝛela. li. vi. et ideo dixit ēt in ſimili bal. in. c.
dilectus el. ij. ſupꝛa de reſcrip. et in. c. que in eccľarum ſu
pꝛa de ꝯſti. ꝙ cōtractu nullo pꝛonūciato retractanť oīa
ex retro ſecuta illius cōtractus nulli ⁊ facit. l. ꝙ ſi minoꝛ
§. reſtitutio. ff. de mino. Et iō habetis ꝙ ſn̄ia nulla ꝓ
nūciata hʒ locum remediū attentati ⁊ pōt implorari offi
cium iudicis ut faciat reuocari oīa attentata ⁊ ſecuta pꝛe
textu ſn̄ie nulle. ita bal. in. d. §. qui ꝓuocauit ī. xij. q.

Stat ergo concluſio ꝙ pendētia nullitatis nō ſuſpen
dit executōnem ſn̄ie nulle. Fallit pꝛīo iſta ꝯcluſio niſi
eadē nullitas ꝯtra executōem dedncereť in uiā exceptō
nis. nā lʒ de natura ſui nullitas principalr̄ mota executō
nem nō ſuſpēdat tn̄ in uiam exceptōis oppoſita in vi.
pꝛedictis caſibus īpedit executōem ideo eadem nullitas
cū ad diuerſum finem agať. ſ. principalr̄ de nullitate agi
tur ut ſn̄ia retracteť in uiam exceptōnis opponiť ne exe
cutio fiat. ideo poterit nullitas ipſa principalr̄ intentata
in uiam exceptiōis opponi. ita imo. in. d. §. condēnatuʒ
⁊ ideo ſit cautus qui agit de nullitate ut ſi petať executio
ſn̄ie ut eandeʒ nullitatē in uiam exceptōis deducat ⁊ uis
ē in modo excipiēdi nō enim ſufficeret excipere pēdet iu
dicium nullitatis qꝛ illa exceptio pendentie litis non rele
uaret. ſed debet excipere nō dʒ mandari executioni ſn̄ia
qꝛ ē nulla. Secundo fallit qn̄ executio ſn̄ie afferret dā
num irreparabile. nā tunc nō ſolū exceptio nullitatis op
poſita impediret ſn̄ie executōem ut. s. dixi in. vij. fallētia
pꝛimi mēbꝛi ſed ēt. ſi principalr̄ de nullitate agereť pēdē
tia huius litis ē potēs ad impediendū executōem irrepa
rabilē. ita pau. de caſtro in. d. §. ꝯdēnatum ⁊ bal. in. d.
l. eum qui duas ⁊ ī auctētica que ſupplicatio. C. de pꝛe
ci. impꝛa. offc. quod intelligite uerum ut. s. dixi in ſimili niſi
de nullitate calūnioſe appareret fuiſſe iudiciū intentatū.
ita bal. in. d. l. ſi feriať. Tertio fallit niſi iudex coꝛam
quo pendet iudicium nullitatis inhiberet iudici qui tulit
ſn̄iam executōnem eius. nam lʒ ſola pendētia nullitatis
nō impediat executōem tn̄ miſſa inhibitōe per ſupioꝛeʒ
coꝛam quo pendet cā nullitatis nō poterit inferioꝛ execu
tioni ſn̄iam mādare per ea que habētur in. c. non ſoluʒ
eo. li. vi. in. c. tuā. s. de oꝛdi. cog. ita bal. in. l. i. ff. đ offi.
ꝯſul. ⁊ imo. in. c. ex inſinuatiōe. s. de pꝛocur. imo. in cle.
i. in. iij. col. de re iudi. Bal. tn̄ in. d. §. qui pꝛouocauit
⁊ ang. in. d. l. i. ⁊ imo. hic ⁊ ī. d. l. ſi expꝛeſſiʒ tenēt cōtra
rium. Rota ī deciſ. cclxxxiiij. tenet hanc ſecundā partem
qꝛ nō repitur iure cautuʒ ꝙ iudex nullitatis poſſit īpedi
re executōem ſn̄ie imo ꝯtrariū caueť in. d. l. fi. ⁊ ibi bal.
C. de oꝛd. cog. ⁊ tenet Inno. in. d. c. cū in iure peritus ⁊
bal. ī locis pꝛeallegatis. nec obſtat. c. nō ſolū qꝛ loquiť ī
appellatōe nō obſtāt notata in. d. c. tuam qꝛ loquitur in
iudicijs pꝛeiudicialibus quibus pendentibus alteri pꝛeiu
dicať ⁊ loquūtur ī iudicibus diuerſi foꝛi. puta qꝛ iudex ec
cleſiaſticus inhibeat ſeculari ne de cā uſuraꝝ ſe impediat
ut. s. dixi ī pꝛincipio huꝰ ſecūdi membꝛi. Quarto et
vltimo fallit in reductione ad arbitriū boni uiri quia ea

pendente non pōt laudū executioni mandari. ita bal. in
dicto. §. qui pꝛouocauit in fi. ita panoꝛ. in. c. quintauaľ
in pe. col. Et ideo ex pꝛedicta concluſi. infert bal. i. l. ab
executoꝛe. C. quoꝝ appel. ꝙ ſicut pendentia nullitatis
non impedit executionem ſententie ita nec ſequeſtrum
fieri uigoꝛe regule. de qua in. c. fi. s. de ſequeſtra. poſſ. ⁊
fruct. ⁊ in. l. imperatoꝛes. ff. eo. Ideo dicit ꝙ lata ſenten
tia ſuper pꝛimo iudicio nullitatis ſi ille qui non erat poſ
ſeſſoꝛ obtinuit ſententiaʒ ⁊ uictus nullam dixit ꝙ ſicut ui
demus ꝙ ſi quis habet pꝛimam ſententiam pꝛo ſe lʒ po
ſtea appelleť multo magis ſi dicatur nulla cum appella
tio plus ſuſpēdat ꝙ̄ nullitas poteſt tamen fieri ſequeſtrū
dicto. c. fi. ⁊. d. l. imperatoꝛes. ita ſi iſte non poſſeſſoꝛ ob
tinuit pꝛimam ſententiam poterit petere fructus ſeque
ſtrari. non obſtat ꝙ uictus de nullitate agat ⁊ ſic caueri
ſibi aduerſus timoꝛem diſſipationis. ⁊ facit ratio đ qua
in dicto. c. fi. ⁊ in dicta. l. imperatoꝛes. Decima eſt que
ſtio pꝛincipalis circa pꝛonūciationem ſuper nullitate. ⁊
ideo pꝛimo queritur an iudex coꝛam quo nullitas dedu
citur pꝛincipaliter ſicut poteſt ad inſtantiam eius qui ob
tinet pꝛimam ſententiam imo etiam ſine alia petitiōe po
teſt eius pꝛimam ſententiam confirmare per ea que no
tat Inno. in. cum contingat ſupꝛa de offi. dele. ita pote
rit ſi nullam inuenerit pꝛimam ſententiam pꝛonunciare
ſuper nullitate ⁊ inſuper refoꝛmare ipſam pꝛimam ſen
tentiam ⁊ certe nemini dubiū per ea que uidimus ſupꝛa
latius in iſta repetitōe in. ix. q. pꝛincipali. vſ. ſecūdū pꝛin
cipale membꝛū ſequēdo opi. cōem ꝙ ſi uictus utrunqʒ
petit annullari. ſ. ſn̄iam candēqʒ refoꝛmari. iudex hoc
poterit. l. abſentem. C. de accuſ. l. i. §. i. ff. que ſent. ſine
appel. faciūt notata per bar. in. d. l. ſi expꝛeſſim ⁊ bar. ī
d. l. i. circa fi. C. qn̄ pꝛouoc. non ē neceſſ. ⁊ per eundem
bar. in. l. cum querebatur ⁊ in. l. iudex. ff. de re iudi. ubi
vult utrūqʒ iudicē hoc poſſe facere tam iudiceʒ a quo ꝙ̄
iudicem ad quem. ſed uis ē in modo pꝛocedendi ⁊ petē
di ut ibi et dixi in. q. Punctus ſtat quid ſi parte non
petente pꝛimā ſn̄iam refoꝛmari ⁊ habetis. d. bal. ī. l. am
pliorem. C. eo. ꝙ ſicut iudex ex officio ſupplet ēt ad utili
tatem partis in cauſa appellatiōis per illū tex. ita ſupple
bit in cā nullitatis. ⁊ ita uoluit imo. in. d. l. ſi expꝛeſſim ī
pe. col. Et ideo dicit hic. d. anto. ⁊ uoluit imo. in. d. l. ſi
expꝛeſſim ī. xvi. col. ꝙ uſqʒ adeo exuberet officium iudi
cis in cā nullitatis ꝙ poterit in expenſis condēnare licet
non requiſitus eū qui ſuccubuit. Sed nūquid ſi ſen
tētia dicať nulla pꝛopter ineptitudinem libelli uel ineptū
modum agendi pꝛout eſt tex. in. c. cū dilecti. j. de contra
hen. empti. ⁊ dixi. s. in pꝛima. q. pꝛincipali habebit locū
id quod dicit ut iudex poſſit refoꝛmare pꝛimam ſententi
am ex quo coꝛam eo de nullitate ē diſcuſſuʒ ⁊ intelligite
de iudice ad quem ⁊ dicit bal. in. l. ij. ī. xiij. q. C. đ reſci.
uen. tex. eē nō. ꝙ non in. d. c. cū dilecti. ⁊ ibi uolūt hoc
per illū tex. panoꝛ. ⁊ imo. ideo dixit bal. in. d. l. ij. ꝙ per
illū tex. inſtruunť iudices appellationis uel nullitatis ut
quando nullitas pꝛouenit ex ineptitudine libelli uel mo
di agendi non refoꝛment pꝛimam ſententiam ſed ſuper
nullitate tantum pꝛonunciēt. ⁊ faciunt notata per bar.
in dicta. l. cum querebatur ⁊ eſt ratio quia ſi uellet refoꝛ
mare peccaret ſententia refoꝛmatoꝛia eodē moꝛbo quo
pꝛima quia ex quo fundamentum cauſe eſt libellus ⁊ ad
eum de neceſſitate refertur ſententia. c. licet heli infra de
ſimo. cum vulg. libellus eſſet ineptus ergo ⁊ ſententia il
la refoꝛmatoꝛia eſſet inepta. ideo refoꝛmare non debet
⁊ faciunt que notat in ſimili bar. in. l. i. C. de erro. calc.
debet ergo ſi vult refoꝛmare facere incohari nouam in
ſtantiā ſicut in ſimili dicit bar. in. l. duobus. ff. de excep.
rei iudi. habetur in. c. inter monaſterium ſupꝛa ti. pꝛoxi
mo in. l. i. C. quando pꝛouoca. Sed nunquid ſi ego
obtinui ſententiam ⁊ non intelligens ſententiam facere
potius pꝛo me ꝙ̄ contra dico eam nullam poterit ne iu
dex nullitatem hanc cōfirmare ſi uiderit confirmandaʒ.

UVA. BHSC. IyR_025

dubiū facit ex quo a pte uictrice nō acceptať regula ex eo
de reg. iur. li. vi. tñ bal. in. d. l. i. in. iij. col. C. qñ ꝓuoc.
allegās tex. nō. in. l. ſeie egreſſe. ff. de auro ⁊ arg. leg. de
terminat ꝯ̃trium q2 lʒ ꝯfeſſio mea mihi debeat preiudica
re. l. cū preciū. C. de liber. cā. tñ per hoc ſnia ualida non
reddeť nulla q2 ad hoc nō intēdo. ⁊ facit vulgare. l. ma
ter decedēs. ff. de inoffi. teſta. Sed nūquid uideať iu
dex ſniam nullā ꝯfirmare ita ut quod erat nullū nūc ex
ꝯfirmatiōe robur ſuſcipiat et claꝝ ē ꝙ iudex i dubio hoc
nō uideť uelle ꝑ ea que hn̄tur ꝑ Jo. an. ⁊ alios in. c. i. et
ij. ỹ. de ꝯfir. uti. uel inuti. notat Jo. an. poſt gl. in. c. ſi cō
firmatōem de elec. li. vi. uoluit. d. an. i. c. ex pte adde. ś.
de teſti. Sed qō ſtat quid ſi expreſſe confirmet ⁊ dicite
ſm bar. in. d. l. ſi expreſſim ⁊ ibi imo. in. x. ⁊. xi. colū. ⁊
bal. in. d. l. i. C. qñ prouoc. aut i pria ſnia erat error ex
preſſus ⁊ tūc cū talis error nō tollať per ꝯfirmatoriā red
deť ⁊ nulla iſta cōfirmatoria. puta q2 pria ſnia lata fuit ſi
ne certa quātitate quo caſu ē nulla. l. ij. C. de ſen. que ſi
ne cer. quāt. ſcda ſnia ꝯfirmat primā illa ſecūda laborat
eodē morbo quo pria ad quā referť iō fruſtra erit ⁊ ſcda
l. ij. i ſimili. C. qñ prouoc. Aut uero in pria ſnia ñ ē nul
litas expreſſa ſʒ apparet ex actis ⁊ tunc ēt ex quo ē noto
ria pria nullitas ita erit ⁊ ſecūda ſnia que ad eā referť.
Aut pria ē nulla aliquo defectu extrinſecus probādo pu
ta q2 lata ꝯtra minorē ⁊ indefenſum quo caſu ē nulla. l.
ꝯtra pupillū. ff. de re iudi. ⁊ tūc aut per ſententiā ſcdam
nō tolliť uitiū quod erat in pria q2 ſilr procediť ꝯtra mi
norē ⁊ indefenſum ⁊ illo caſu nec ſecūda ualebit. Aut ue
ro purgať uitiū quod erat in pria puta q2 adheret tutor
⁊ iudicialiter ꝓceditur ⁊ ualebit ſecūda. Imputet enim
ſibi ꝑs que nō appellauit ex quo per ſniam iſtaʒ potius
ius litigatoris offendiť quā ius ſcriptū. ita imo. i. d. col.
xi. ⁊ iō ſi pria eēt nulla q2 lata die feriata ſecūda ꝯfirma
toria ualeret ſi lata eēt die non feriata tñ ſi corā hoc iudi
ce fuiſſet nullitas ſnie deducta ita ꝙ ex actis notorie ap
pareret nō poſſet ꝯfirmare iudex ſniam nullaʒ q2 noto
rie reſultaret error iuris. ita bal. in. l. i. C. qñ prouoca. ⁊
imo. ubi proxi. ⁊ ita ecōtra dicēdū ē ꝙ ſi ſnia pria eēt ali
qua ſecūda lata ꝯtra primā que trāſiuiſſet i rē iudicataʒ
ex quo nō ē appellatū nō eēt nulla niſi fuiſſet exceptum
corā iudice ſecūde ſnie ꝺ pria qñ iſte ſecūdus iudex ex no
ua inſtañ. procedit ſecus ſi ex eadē. ita bar. in. d. l. duob⁹
ff. de excep. rei iudi. notat. d. an. in. d. c. cū. m. ś. de con
ſti. habeť in. d. c. cū inter monaſteriū ſupra ti. proxi. imo
plus nō ſufficit corā iudice ſecūde ſnie opponere de pria
que trāſiuit in rē iudicatā ſed neceſſariū ē ꝙ probeť ipſa
prima nec ſufficeret probare ſemiplene. ita bal. in. l. i. ⁊
imol. in. d. l. ſi expreſſim in. xi. col. ⁊. x. Succedit que
ſtio ꝑ que uerba uideť iudex ꝯfirmare ſniam nullā ⁊ qō
nō ē qñ uerba hoc expreſſe iportant ſed qō ſtat pone ꝙ
ꝓnūciat male appellatū uel ēt iniuſtam appellationeʒ
uel appellatōem nō tenere nūquid uideť ꝑ hoc primam
ſniam ꝯfirmare ⁊ i hoc articulo bar. fuiť uarius in. d. l. ſi
expreſſim in. ij. col. ⁊ in. d. l. i. C. qñ prouoc. et ēt alij in
uicem diſcordāt. Et ideo dicite ꝙ aut iudex fuit adit⁹ ſuꝑ
nullitate et tūc reijciēdo nullitatē uideť ꝯfirmare primaʒ
ſniaʒ q2 unū ex ꝯ̃trijs dicēdo uideť aliud excludere ⁊ unū
excludēdo uideť aliud icludere. c. nōne. ś. de preſumpti.
ideo dicēdo ſniam nō eē nullā ſequiť ꝯſequētia ergo eſt
aliqua. Aut fuit aditus ſuꝑ appellatōne quo caſu no
ſtis ꝙ nullitas incidēter uenit. d. l. quedam mulier. ff. fa
mi. herc. ⁊ ſepius ſupra dictū ē et tunc q2 iudex pōt habe
re triplex intentum uel ꝙ ſnia ſit aliqua ſed iniuſta et ſic
nō confirmāda uel ꝙ ſit nulla uel ꝙ ſit iuſta ⁊ ſic confir
manda ideo ſubdiſtinguite. aut iudex exprimit aliquam
cām puta q2 dicit male appellatū q2 ē iuſta et tunc cuʒ ex
preſſio cauſe in ſnia declaret ſniam generalem ⁊ eius ef
fectum limiter. l. he enim cāe. ff. de ſuſpec. tuto. ideo ſtabi
mus cāe expreſſe q2 ſi pronūciauit male appellatū quia
ſnia ē nulla nō uidetur ꝯfirmare ſi pronūciauit male ap
pellatum q2 iuſta uidetur cōfirmare. aut iudex nullā cāʒ
exprimit et tunc triplex ē pronunciādi modus. quādoqʒ
reijcit appellatōem pronunciādo ſuper ea. quandoqʒ ꝓ
nunciat male appellatū et illo caſu tʒ glo. ꝙ uidetur pri
mā ſniam cōfirmare in. l. i. C. quādo ꝓuoc. maxie ſi ſit
dictū i libello dico ſniam nullaʒ ⁊ ſi qua ē appello et facit
rō naʒ ex quo i appellatiōe deduciť nullitas ut. ś. dictū ē
potuit iudex ſi fuiſſet intētiōis annullādi primam ſniam
uel pronūciare eā iniuſtā uel nullam ⁊ ſic bene appella
tū q2 dato ꝙ ſnia ſit nulla tamē bene appellať ⁊ ē utilis
appellatio ut dixi in. ix. q. pricipali. ex quo ergo dicit ma
le appellatum ergo uideť ſentire ꝙ nec ē iniuſta nec nul
la ⁊ ſic de neceſſitate uideť ꝯfirmare. Contrariā opi.
tenuit glo. in. d. l. ſi expreſſim bar. ibi uideť tedere diſtin
ctōis ꝯcordare opi. q2 aut i appellatōe nullitas ē i ꝓceſſu
deducta ⁊ tunc ex quo iudex ēt de ea cognouit ⁊ uerisile
ē ꝙ ſi nullā uidiſſet pronunciaſſet nullā cū poſſʒ ex quo
nō ꝓnunciauit nullā ſʒ ſolum male appellatū uideť con
firmare. ⁊ ita ꝓcedat gl. in. d. l. i. Aut uero cā nullitatis
nō fuit i ꝓceſſu deducta ⁊ tunc ex quo iudex de ea nō co
gnouit nō uideť ſenſiſſe de ea iō nō uideť ꝯfirmare dicē
do male appellatum. Idē bar. in. d. l. i. tʒ indiſtincte
ꝙ nō uideť ꝯfirmare motus nā ſnia dʒ iterpretari ut mi
nus ledat ꝯdēnatum quā ſit poſſibile ⁊ i benigniorē ptē
l. iul. uel debitorem ⁊ ibi bar. et oēs. ff. de ꝯdit. inde. l. ſi
quis ad exhi. ff. ꝺ excep. rei iudi. ⁊ ibi habeť. Sʒ illa ſnia
male appellatum pōt iterpretari male appellatum q2 nō
debuit appellari cum nulla eēt ſnia. l. ſi ꝯſtat. ff. eo. potu
it ēt iterpretari male appellatum q2 iuſta. l. eos in prin.
C. e. ſi fiat iterpretatio male appellatum q2 iuſta ē nimis
ſeuera ꝯ̃ uictum. Si auteʒ fiat iterpretatio male appella
tum q2 nulla iſta ē equa q2 uictum nō ledit nec ēt uictorē
q2 cum de nullitate incidenter ſit pronunciatum non im
pedietur quo minus poſſit pricipaliter agere ⁊ petere ſu
am ſententiam confirmari per ea que habenť per ang. in
l. de pupillo. §. qui opus. ff. de no. oper. per bar. ⁊ imo.
in. l. iiij. §. condēnatum. ff. de re iudi. ⁊ faciunt que dicā
in proxima. q. principali et bar. in. d. l. i. ṽſi. nunc uiden
dum. C. quando prouoc. nō ē nec. ⁊ bar. in. l. qui rome
§. duo fratres i ſimili. ff. de uerbo. obl. ⁊ faciunt que lati
us dicam. ỹ. in. xi. q. principali. ideo illa interpretatio ui
detur capienda ut noluerit cōfirmare. ⁊ hanc opi. tenuit
ang. ⁊ ſali. in. d. l. i. Quādoqʒ pronūciat appellatōeʒ
iniuſtam et tenet i. d. l. i. ang. ⁊ imo. in. d. l. ſi expreſſim
in. x. col. ⁊ iſto caſu uideať cōfirmare per tex. in. l. eos i
prin. C. eo. ubi non refert quo ad confirmatōem ſnie an
iudex ad quem pronūciet iuſtam eē ſniam primā an ue
ro iniuſtam appellatōem. Salic. in. d. l. i. tenet cōtra
rium. motus fundamēto adducto ſupra proxie ꝑ bart.
q2 illa uerba appellatōnem iniuſtā duobus modis pñt
interpretari uel iniuſtam q2 ſnia fuit iuſta ⁊ ſic uidebitur
confirmare uel iniuſtam q2 nulla fuit ſnia. nam uidetur
in puncto iuris non eē appellādum a ſnia nulla. l. ſi cō
ſtat. ff. eo. l. i. §. i. ff. que ſnie. ideo ꝑ ſupra adducta fun
damenta interpretabimur ut noluerit confirmare ſʒ poſ
ſet reſponderi ꝙ imo illa uerba iniuſtam eē appellatōeʒ
non uidetur includere nullitatem quia licet a ſententia
nulla non ſit appellandum de neceſſitate tamen poteſt
appellari de iure. ut hoc textu et utilis eſt appellatio ut
ſupra in effectibus. ergo dicendo appellationem iniuſtaʒ
ſm ſanum intellectum non poteſt aliter intelligi quaʒ ꝙ
ſit iniuſta appellatio quia ſententia fuit iuſta non auteʒ
quia ſententia fuit nulla quia a ſententia nulla interpo
ſita appellatio non eſt a iure prohibita ⁊ non eſt iniuſta
ideo de neceſſitate uidetur confirmare ⁊ hoc optime ſen
tit tex. in dicta. l. eos in principio iuncta glo. Quando
qʒ pronunciatur appellationem non tenere et illo caſu
uidetur uelle bart. in. l. i. et etiam ibi Ange. et Salic. ꝙ
per hoc non uidetur cōfirmare primā ſniam ꝑ fundamē
tū. ś. adductū qñ pronūciať male appellatū. Sʒ bal.

UVA. BHSC. IyR_025

in.d.l.i.⁊ ēt imo.in.d.l.ſi expreſſim i.xiiij.col.tenēt cō
trariū ⁊ pro eis facit.d.l.eos ⁊ id quod ē dictū ī mēbro
precedēti.fatent tn̄ ꝙ ſi ex ſnīa pria appareret nullitas
uel .l ꝫ eēt notoria ⁊ allegata nullitas ꝙ iſto caſu qꝛ ī du
bio quis nō uidet eligere uiam ad irritāda iudicia ſua.l.
iij.ff.de teſta.mil.ꝙ illo caſu uidebit pronunciare iudex
appellatōem nō tenere qꝛ ſnīa fuit nulla ad hoc ut tene
at ſua pronūciatio.⁊ pro hoc facit dictū nō.inno.in.c.cū
ex officij.ē.d preſcrip.⁊ faciūt que notat gl.⁊ ibi io.an.
in.c.ſi ꝯfirmatōem de electōe li.vi.in glo.ſi. Si autē
iudex ꝓnūciaret fruſtra appellatū uel ſimilia uerba tūc
ī dubio nō uidet ꝯfirmare qꝛ iſta uerba ꝯueniūt ēt nulli
tati poſſunt eiꝫ intelligi fruſtra appellatū qꝛ ſnīa fuit nul
la ut ē tex.in.l.ſi ꝯſtat ⁊ in.l.ex ꝯſenſu.§.i.ff.e.⁊ ē tex.
in.l.i.§.i.ff.que ſen.ſine app. Si aūt pronunciaret
abſoluo a libello appellatōis tūc qꝛ ī libello appellatōis
nō ē nullitas deducta iſta ſnīa uidet reſpicere ſolū appel
latōem nō nullitatē.iō intelliget abſoluo a libello appel
latiōis qꝛ appellatio nō tꝫ nō aūt qꝛ uideat ꝯfirmare.ita
bal.in.d.l.j. Undecima ē qō quotiēs d nullitate pōt
agi et dicite aut principalr intentat aut incidēter.ſi pꝛīci
palr et tūc ſm.d.an.et imo.hic ſi ſuper ea pronūciatum
ē et non ē appellatū intelligite caſu quo pronūciatio nō
ſit nulla ꝙ qn̄ ſit apparet ex qōne poſita.ē.in.x.q.prin
cipali tūc nō pōt āmodo de nullitate agi ſed bn̄ potuiſſꝫ
ps a tali ſnīa appellare ſi uoluiſſet ſicut ī ſili dicimus ꝙ
a ſnīa reductōnis ad arbitriū boni uiri pōt appellari.de
quo tn̄ late per bar.et alios ī.l.i.circa ſi.ff.de leg.ij.aut
uero nullitas fuit incidēter deducta et tūc poterit etiā de
nouo de nullitate agi principalr qꝛ ſnīa lata ſup aliquo
incidēter oppoſito nō hꝫ īpedire quominus illud plena
rie deducat in iudiciū et pꝛīcipaliter.c.ueniēs el.ij.ē.de
teſti.l.pe.ff.de his qui ſunt ſui uel alie.iur.et ita bar.et
alij in.d.l.iiij.§.ꝯdēnatū.ff.de re iudi.et heri dixi ī ul
tima.q.decie.q.pꝛīcipalis. Duodecīa ē qō pꝛīcipalis
nūquid iudex poſſit emēdare ſuā ſnīaꝫ nullā ēt ſi a pte
nō petat.et dicite ꝙ aut ē iudex delegatus aut ē ordina
rius.ſi delegatus et tūc nō faciēdo dīam ſiue delegatus
pape lꝫ ang.in.l.i.C.qn̄ prouoc.equiꝑet ordinario cuꝫ
ī hoc ſiue delegatus īferioris. Aut nulliter pronūciat con
tra formā reſcripti.c.cū dilecta.ē.de reſcrip.et illo cāu n̄
dicit pronūciaſſe.iō denuo ꝓnūciare poterit.ita panor.
in.c.qualiter et qn̄ el.i.j.de accuſa.ſicut in ſimili de arbi
tro l.l.quid ni.ff.de arbi.faciūt que dixi in.c.cū ceſſāte
ē eo. Aut nulliter pronūciat errore iuris lapſus et tunc
reuocare nō poterit qꝛ ſiue male ſiue bn̄ functus ē officio
ſuo.l.iudex.ff.de re iudi.c.i lr̄is ē.de offi.dele. Si aūt
labit errore facti puta pronūciat ꝯ minorē indefenſū pu
tans maiorē et illo cāu denuo pronūciare poterit.ita In
no.in.c.cū bertoldus.ē.ti.ꝓxi.et ſequit bar.in.d.l.iu
dex.⁊ rota uidet ita ꝯcludere lꝫ loquat in bn̄ficialibus in
deci.ſua.cccxxviij.que in ꝑ t i ē dubitat utrū auditor
pronūciādo. Bal.tn̄ in.l.ſi ut proponis la pria ꝑ illū
tex.C.quō ⁊ qn̄ iud.et imo.in.d.l.iudex.⁊ ēt panor.d.
an.⁊ imo.in.d.c.in lr̄is.in his duobus mēbris tenēt idi
ſtincte ꝙ nō poſſit delegatus ſuā ſnīam nullā emēdare.

Aut loquimur ī ordiario et tūc tenēt oēs in.d.l.iud.
et.d.c.in lr̄is ꝙ pōt emēdare.et ē bo.tex.in.l.iiij.C.de
accuſa.et idē dicūt ī delegato ad uniuerſitatē cāſum cuꝫ
ꝯparet ordinario.c.cū cām et ibi glo.ē.eo.et ita bal.in
l.i.C.qn̄ prouoc.⁊ itelligite predictā.q.ī diffinitiua.ī in
terlocutoria aūt dicite ut in.c.cū ceſſante.ē.eo. Deci
matertia ē qō circa renūciatōem nullitatis et prio querit
nūquid renūciatio appellationis operet effectū ut exclu
dat nullitatē et ꝯ.⁊ dicite ꝙ ex quo nullitas et appella
tio ſūt quid diuerſū ut pꝫ ex predictis et uidebimus.j.in
fi.q.pꝛīcipali.iō renūciatio facta de uno nō extendit ad
aliud q. limitata cā.l.age cū geminiano.C.de tranſac.
et ita firmat ang.in ꝯſi.ſuo.ciij.quod incipit iacobellus
de luca.itē in ꝯſi.ſuo.cclxxxx.qō icipit i dei noie et glo
rioſe matris marie.itē in facto circa remediū faciunt no
tata ꝑ canoniſtas i.c.inter ceteras.ē.ti.ꝓxi.⁊ ideo dixit
bal.ī.l.unica.C.ſi de mō.poſſ.fuer.app.ꝙ lꝫ in poſſeſ
ſorio n̄ ꝑmittat de iure ciuili appellatio tn̄ ſnīa l poſſet di
ci nulla.⁊ iō dixit ēt bal.in.l.ſcire opꝫ.§.ſi.ꝑ illuꝫ tex.ff.
de excuſ.tuto.ꝙ ſtāte ſtatuto ꝙ bānit⁹ nō audiat ultra
certū terminū ꝑ hoc nō uidet excluſa nullitas qꝛ illa eſt
quedā defenſio priuilegiata iō ī uerbis generalib⁹ ſtatu
ti nō uidet icluſa.ita ergo ī renūciatōe unius remedij tā
tū uel generali n̄ includent.hinc ēt dixit bal.in.l.i.C.de
iur.⁊ fac.igno.ꝙ exceptio nullitatis ꝓprie nō ē exceptio
et iō aſſignato termino ab hoīe uel a ſtatuto ad opponē
dū exceptōꝫ lapſo eo termīo potit tn̄ oppōi exceptio nul
litatis tn̄ ſi appellatū eēt a ſnīa nulla ex quo nullitas ue
nit incidēter ī appellatōne ut ſupra dictū ē renūciādo ap
pellatiōi uidebit ēt renūciatū nullitati incidēter deducte.
ita bal.in.l.i.C.de ſen.ex pic.rec.circa principiū non tn̄
illa renūciatio īpediet quin poſſit poſtea pꝛīcipaliter nulli
tas intētari.ita bal.ibi et faciūt que hn̄tur i.l.i.C.qn̄ ꝓ
uoc.faciūt nōta i.c.ueniēs el.ij.ē.de teſti.in.l.pe.ff.de
his qui ſūt ſui uel alie.iur. Sꝫ nūquid poterit nullita
ti renūciari ꝑ pactū ⁊ uidet dicēdum ꝙ nō ꝑ ea que nōt
gl.in.c.de cāis.ē.de offi.dele.nā nullitas nō cauſat niſi
ex aliquo defectu ſubāli ſnīe ut patꝫ in.l.i.ꝑ totū.ff.que
ſnīe ſiñ appel.⁊ pꝫ ex dictis in.i.q.pꝛīcipali ⁊ ſubālia iu
dicij nō pn̄t remitti ꝯſenſu ꝑtium ut vult illa gl.ergo ⁊c.
faciūt que hn̄tur i.c.unico.ē.de lit.ꝯt.⁊ facit glo.nō.in
c.ſi.de re iudi.li.vi.preterea facit tex.iuncta glo.in.l.ij.
C.cōia utriuſ.iudi.ubi ſnīa nulla lꝫ poſſit cōualidari ut
ualeat ī uim qualis qualis ꝯuētiōis nō tn̄ ualebit in uim
ſnīe ⁊ facit ēt glo.nō.in l.ſi de certa.C.de trāſac. In
ꝯtrium tn̄ ē ueritas et firmāt bal.⁊ ang.in.l.tale pactum
§.qui ꝓuocauit.ff de pac.qꝛ ꝑ pactū pōt renūciari.ar.
c.ſi diligēti cū his que ibi nōnt.ē de fo.ꝯpe.⁊.l.ſi quis ī
cōſcribēdo.C.de pac.⁊ facit tex.i.d.§.qui prouocauit.

Non obſtāt ꝯtria qꝛ fatendū ē ꝙ nō pōt ꝯfirmari ī uiā
ſnīe tn̄ ꝑ hoc nō ſequit ergo nō pōt renūciare pars exce
ptōi nullitatis ſibi ꝯpetēti. Et ſic hēris caſū notabileꝫ in
quo act⁹ nullus executiōi mādat lꝫ nullus remaneat.nā
huiuſmōi ſnīa ꝑ hāc renūciatōem nō ꝯfirmat ⁊ ſic rema
net nulla tn̄ ex quo ps nullitati renūciauit n̄ poterit d ea
opponere quin executōi ſnīa mādet.faciūt que hn̄tur in
ſimili i.l.iiij.§.ꝯdēnatū.ff.de re iudi.de eo qui ſuccubu
it ī iudicio nullitatis ⁊ faciūt que dixi.ē.in.x.q.pꝛīcipali.

Iſta ꝯcluſio fallit primo qn̄ error patēs appareret ex
ſnīa puta error iuris expreſſus.c.i.ē.ti.ꝓx.uel iniquitas
expreſſa ī ſnīa.c.iter ceteras.ē.ti.ꝓxi.c.ꝑ tuas.j.d ſen.
excō.uel ex actis bal.in.l.ſi unus.§.pactus.vſ.quid in
ſpē.ff.de pac.ī.xiiij.col.illo cāu ꝑ renūciatōeꝫ nullitatis
n̄ tolleret nullitas huiuſmōi patēs.ita bal.⁊ ang.in.d.
§.qui ꝓuocauit in.x.col.vſ.ſecūdo quero ⁊ ī l.error ī
ſi col.ubi bal.C.de iur.⁊ fac.igno.ꝑ ea que hn̄tur in.c.
ſepe allegato.l.carmelia pia ⁊.l.quedā mulier.⁊ faciunt
que notat bal.ī.l.ſi.§.ſꝫ et ſi quis.C.cōia delega.et i.l.
unus.§.pact⁹ ne peteret.ff.de pac.bal.⁊ ang.i.l.ſi ps
ff.d inoff.teſt. Scōo fallit ubi nullitas reſultaret ex qua
dā repugnātia ī ſnīa icluſa uel ex ea apparēte arg.l.ubi
repugnātia.ff.de reg.iur.nā cū rōe naturali repugnātia
ſtare n̄ poſſint ſimul ergo cū facto ꝑtium n̄ poſſit ius na
turale tolli.c.ius naturale.j.di.§.ſꝫ naturalia inſti.d iu
re natu.gē.et ciui.et tex.opti.in.l.ij.ff.de uſufr.ea.re.
que uſu ꝯſu.ergo tale pactū ꝑ qō renūciat nullitati n̄ ex
cludet hāc repugnātiā.ita bal.⁊ ang.in.d.§.qui prouo
cauit.ang.ꝯſi.clxxxvij.icipiēte.a.et.b.ī ſi.col.ubi pōit
has quatuor fallētias. Tertio fallit qn̄ nullitas cauſa
ret ex dolo iudicis uel ptis p⁹ renūciatōeꝫ ſecuta.nā tūc
qꝛ pactū n̄ extēdit ad dolū d futuro.l.ſi unus.§ illd.ff.
de pac is.iō talis renūciatio nō extēdetur ad hāc nullita
tem cauſatam ex dolo poſt renūciatōem ſequēteꝫ.puta
a principio iudicij ptes ꝯuenīūt ſtare dicto iudicis nec op

UVA. BHSC. IyR_025

ponere exceptionē aliquā ꝯtra ſniaꝫ ēt nullitatis uł aliā
ſi poſtea iudex corruptus pecunia ꝓnūciet illa ꝯuētio nō
extēdet ad hūc dolū poſtea ſecutū. ita bal in. d. §. qui ꝓ
uocauit. et faciūt que uoluit bar. in. l. ſi ſocietatē. §. arbi
troꝝ. ff. pro ſocio. et nōnt cano. in. c. quintauall. ē. de iu
reiur. de illo qui renūciat reductōi ad arbitriū boni uiri.
qꝛ ꝑ hoc non uideł excludere doloſā leſionē quin poſſit
petere ſuꝑ ea reductionē. Quarto fallit qñ ſnia dice
ref nulla ex defectu ptātis. puta ī arbitro uł in arbitrato
re uel ī iudice. nā tūc nō obſtāte renūciatiōe de nullitate
facta poterit ſemꝑ opponi exceptio nullitatis ex defectu
ptātis uł iuriſditōis prouenieñs. tex. ē iūcta glo. ī cle. unica
ī fi. de ſequeſt. poſſ. ꝛ fruc. hoc mō inducendo. nā maior
ē ptās ī excludēdo iuris remedia legis quā ptis. l. nec ex
pretorio. ꝛ ibi nōt gl. et bar. ff. d reg. iur. l. fi. C. qui bo.
ced. poſſ. ꝛ ibi nōbilr habeł i. l. alias. ff. ſo. ma. Sed ille
tex. cū glo. vult ꝙ excluſa nullitate ꝑ. l. nō uideł excluſa
nullitas que ꝓuenit ex defectu iuriſditionis. ergo multo
magis nō uidebił excluſa talis nullitas ꝯuentōe ptium.
Et ita ꝯſuluit ang. ꝯſilio ſuo. cicvij. qđ incipit. a. ꝛ. b. cō
tradixerūt. Idē ange. in ꝯſilio ſuo. ciciiij. quod incipit in
dei noīe ꝛ glorioſe matris ſue amē. uiſa facti narratiōe.
ꝛ ibi plus uoluit ꝙ ubi iuratū ſit nō opponere exceptōeꝫ
nullitatis quod tamen poterit opponere exceptionem
nullitatis que ꝓuenit ex defectu ptātis qꝛ de hoc nō ē di
ctū ī ꝯpromiſſo. Et ad predicta faciūt que nōt bar. in. l.
ij. §. pretor. ff. qui ſatiſ. cog. in. l. diē ꝓferre. §. ſtari ꝛ in
l. quin tñ ī pncipio et ibi bal. ff. de arb. faciunt nōta per
bal. in. l. ij. C. de excep. rei iud. ꝛ faciūt que ſupra dixi cir
ca ītellectum cle. j. de re iud. ꝛ. d. cle. unice. Sed nun
quid ꝓpoſita appellatōne hoc mō dico ſniam nullā ꝛ ſi
qua ē appello poterit appellatus inuito appellāte renū
ciare ꝛ huic appellatōi et nullitati fatēdo ſniam eē nullā
ꝛ dicite ꝙ ſic qꝛ appellans nullam hꝫ iuſtaꝫ cām huic re
nunciatōni ꝯdiceñ. qꝛ ad hoc dirigił intētus ſuus ut pria
ſnia annulleł. ꝛ faciūt que uidebimus ī. c. interpoſita §.
illa deniqꝫ. j. eo. ꝛ que habenł in. c. j. §. ſi. eo. ti. li. vj. ꝛ
que dixi in. c. ut debitus. ꝛ ita determiat feder. de ſe cō
ſilio ſuo. ccxxiij. quod incipit. itē ꝙ ſi a ſententia nulla.

Deciaquarta ē qđ pncipalis an nullitas poſſit ꝑ ſtatu
tū tolli ꝛ dicite ꝙ ſic. tex. ē i. d. cle. j. de ſequeſt. poſ. ꝛ i. d.
cle. j. de re iud. faciūt que nōt glo. in. l. ſi erit. §. dato. ff.
de iur. ꝛ fac. ratio bonū ē arg. de pacto ad ſtatutuꝫ affir
matiue. hoc pōt fieri ꝑ pactū ergo ꝑ ſtatutū lꝫ nō ſit bo
nū negatiuū hoc nō pōt fieri ꝑ pactū ergo nec ꝑ ſtatutū
l. nec ex pretorio ꝛ ibi glo. ꝛ bar. ff. de reg. iur. archi. i. c.
ꝯſuetudinis. xi. diſt. bar. in. l. oēs ppli. ff. de iuſti. ꝛ iure.
gemi. in. c. ij. de ꝯſti. li. vj. habeł in. c. cū dilectus ē. d cō
ſue. glo. ī rubrica. C. de decre. cur. li. x. Sed ſupra ꝯclu
ſum ē ꝙ nullitas pōt ꝑ pactū tolli ergo ꝛ ꝑ ſtatutū. tñ ex
quo nullitas ē defenſio priuilegiata ut vult bal. in. d. l. ſ.
C. de iur. ꝛ fac. igno. ꝛ dixi ī ꝓxi. q. in pncipio ſtatutum
tollēs nullitatē diceł eē odioſū. iō reſtringēdū reg. odia
de reg. iur. li. vi. tñ lex quārūcūqꝫ dura ſeruāda ē. l. pro
ſpexit. ff. qui ꝛ a quibus. c. ſcriptū. vi. q. j. Iſta conclu
ſio fallit qñ nullitas reſultaret ex repugnātia ſnie. nā lꝫ
maior ſit ptās. l. qꝫ pēti ad tollēda iuris remedia. d. l. fi.
C. qui bo. cede. poſſ. tñ quo ad tollendū naturaleꝫ ſen
ſū actus. l. nullā habꝫ ptātem. l. j. ff. de uſufr. ea. re. que
uſu. ꝯſu. ergo nō mirꝫ ſi illa exceptio nullitatis non ē ex
cluſa. ita bal. in. d. §. qui ꝓuocauit. Secūdo fallit qñ
nullitas reſultaret ex ineptitudie libelli nā cū ſnia refera
tur ad libellū. l. fi. C. de fideico. liber. c. qualr ꝛ qñ el. ij.
j. d accu. iō ſnia reddił nulla ꝑtextu libelli iepti ac ꝑinđ ē
ac ſi eēt nullitas patēs ꝑ ea q̄ nōt bar. in. l. j. C. d erro.
calc. ꝛ que habenł i. c. cū dilecti ꝑ panor. ꝛ imo. j. de con
trahē. ēpt. ꝛ uen. ꝛ faciūt que dicā. j. ī ultia limitatione.

Tertio fallit qñ nullitas reſultaret ex defectu iuris na
turał. ſ. qꝛ pte nō citata eēt lata ſnia. nā tunc tał nullitas
ī dubio nō uideł a ſtatuto excluſa. ita ang. in conſi. ſuo
clxxij. quod icipit in dei noīe ꝛ ſue matris glorioſe in ſcō
ꝓponitur ꝛ cōſi. ccicj. quod incipit ꝑ drim obijciūł ꝛ faci
unt notata ꝑ bal. in. l. fi. C. de leg. iij. in. l. i. C. quomō
ꝛ qñ iud. ꝛ faciūt que habenł in cle. paſtorał ꝛ ibi hoc uo
luit imo. ꝛ card. de re iudi. in. c. i. ē. de cā poſſ. ꝛ ꝓprie.

Quarto fallit qñ ex defectu forme ſubſtantiał actus eēt
ēt nullus. nā cū actus ſine forma ſua non dicał ille actus
ſicut homo ſine forma nō ē homo ſꝫ monſtrū. l. cum hij
§. ſi pretor. ff. de tranſac. c. qꝛ ꝓpter. ē. de elec. iō iſto ca
ſu tał nullitas nunq̄ꝫ uideł excluſa. nā ubicūqꝫ aliqua ex
ceptio excludił ab aliquo actu intelligitur ita demū ſi ille
actus ſit tał quod poſſit dici is actus de quo ſtatutum lo
quił. ꝛ iō nunq̄ꝫ uideł excluſa exceptio ꝙ iſte nō eſt ille
actus ex tacita mente ſtatuentiū que uenit attendenda.
glo. in cle. i. de elec. in. l. tale pactū. §. fi. ff. de pac. puta
ſtat ſtatutū in ciuitate ꝙ ꝯtra inſtrm nō admittatur aliq̄
exceptio ēt nullitatis ſemꝑ poterit opponi ꝙ hoc non ē
inſtrm. ita bar. in. l. i. §. parui. ff. ꝙ vi aut claꝫ. ci. ꝛ bal.
in. l. ita pudor. C. de adul. bal. in. l. i. C. de cond. iud. ca
no. in. c. itē cum quis. ē. de reſti. ſpo. panor. in. c. ex pte
el. ij. ē. de offi. deł. ergo ex quo ſnia ſine ſubſtātiali nō ē
ſnia poterit opponi exceptio defectus forme nō obſtante
ſtatuto quod tollit nullitatem faciūt mlta que ad hec al
legaui. ē. eodē cōmento in. ix. q. principali in mēbro an
exceptio nullitatis īpediat executōem in. vi. fallētia. ꝛ ita
ang. in. d. conſi. ccicj. Tamē iſta fallentia ē mltuꝫ pe
riculoſa ꝛ reſtringit totam iſtā materiā. Quinto fallit
qñ illa exceptio cauſareł ex ſtatuto ſniam annullāte. pu
ta qꝛ dicat ſtatutū ꝙ ꝯtra ſniam lapſo menſe nō poſſit
opponi aliqua exceptio nullitatis pone ꝙ ſit aliud ſtatu
tū qđ vult ꝙ ſi ſnia fuit lata in tali loco ſit nulla nūquid
ſi ſnia fuerit lata ī illo loco poſt mēſeꝫ poterit opponi ex
ceptio huius nullitatis que cauſał ex hoc ſtatuto dicite ꝙ
ſic. ita uoluit bar. in. d. §. parui. d. ant. ꝛ panor. in. d. c.
itē cū quis. ita ēt panor. in. d. c. ex pte. Sexto fallit in
exceptiōe iuriſditōis uł ptātis qꝛ illa nunq̄ꝫ uideł a ſtatu
to excluſa. glo. ē in. d. cle. unica ī fi. ꝛ faciūt que dixi. ē. ī
ꝓxi. q. pncipali ī quarta limitatōe ꝛ uoluit ang. ī conſi.
ſuo. clxxxiiij. quod incipit philippus ꝛ. ccxi. quod incipit
mortuo debitore ꝛ. ccxiij. qđ icipit dña guilidina. Se
ptimo fallit quādo dolo partis ꝛ iudicis ſententia annul
laretur puta per uenalitatem. nam ſtatutum remouens
exceptionem nullitatis non extenditur ad nullitateꝫ que
ex dolo naſcitur ne det materiam peccandi quia non ua
l. ret. c. erit autem lex. iiij. di. l. j. ꝛ. ij. ff. de leg. l. conueni
re. ff. de pac. dota. ideo iſta exceptio nullitatis ſemꝑ op
poni poterit. ita bal. in. d. §. qui prouocauit imo ſi ſentē
tia eſſet nulla dolo partis tantū quod ē quando contra
abſentem ꝛ pupilluꝫ dolus cōmittitur illo caſu non uide
tur illa nullitas etiam excluſa ratione predicta. ita bal. in
c. paſtorał. §. fi. ſupra de offi. dele. ꝛ ita. d. an. in. c. cum
bertoldus in pe. car. ꝛ ibi imo. in. x. col. ē. ti. proximo. ꝛ
ita uoluit ange. in conſi. cccvj. quod incipit. item per ſta
tutum cōmunis ꝛ dicto conſi. cccicviij. ałs. cicvij. quod ī
cipit. a. ꝛ. b. contradixerunt faciunt que dixi ſupra in. ix.
q. principali in. q. an exceptio nullitatis impediat execu
tionem in. iij. fallentia. Octauo fallit quando eēt nul
la propter relationem ad actum nullum. nam cum nul
litas tunc uideatur eſſe patens in ipſa ſententia quia re
latum dicitur eſſe in referente. l. aſſe toto. ff. de heredi.
inſti. ideo talis nullitas poterit opponi non obſtante ſta
tuto. nam generaliter illud ſit firmum ꝙ ubi nullitas ē
patens non uidetur a ſtatuto excluſa. ita bal. in dicta. l.
ſi unus. §. pactus. ꝛ ita Ange. ꝛ bal. in dicta. l. ſi pars ꝛ
eſt bonus tex. in. c. per tuas. j. de ſententia excom. faciūt
notata in. c. iter ceteras ꝛ in. c. j. ſupra ti. proximo ꝛ que
dixi ſupra de nullitate notoria. Sed punctus ſtat qua
liter cognoſcatur patens nullitas. ꝛ dicite ꝙ qñqꝫ expri
mitur error iuris in ſnia ꝛ tunc illa dicił patens nullitas
d. c. per tuas. d. c. j. ꝛ. c. iter ceteras. l. ij. C. qñ ꝓuo. l. j.

UVA. BHSC. IyR_025

per totam illam.l.ff. que ſent. notat bar.in.l.i.C.de er
roꝛ cal.qñqꝫ in ſnia talis erroꝛ nõ expꝛimitur ſꝫ per rela
tionem ad aliud habetur pꝛo expꝛeſſo puta in ſentẽtia
ad aliud ſe referẽte ut uoluit Bar.i.l.ait pꝛetoꝛ.§.i.ff.
de re iudi. Et tunc aut ẽ relatio expꝛeſſa qꝛ ſe refert expſ
ſe ad aliquid in quo ẽ nullitas ⁊ tũc talis nullitas ẽ perin
de patens ac ſi eſſet in ſentẽtia per ea que pꝛoxime dixi
⁊ uoluit.d.anto. ⁊ imol.in.c.quoniã ꝯ.ſ̃.de pꝛoba.⁊ i
d.c.cum bertoldus. aut ẽ relatio tacita ut qꝛ regulariter
ſnia refertur ad libellũ de neceſſitate.l.ut fundus.ff.cõ
mu.diuid.c.lꝫ beli de ſimo. ⁊ illo cãu ſi nullitas eſt in li
bello uel ineptitudo nullitas erit patẽs in ſnia Bar.in
d.l.i.C.de erro.cal. ⁊ faciuut que dixi ſupꝛa in ſecũda
fallentia huius regule.quandoqꝫ ẽ patẽs nõ ex relatõe
nec expꝛeſſiõe ſed qꝛ dicitur in actis nullitatẽ patere ⁊
acta faciũt notoꝛiũ quo cãu nullitas uideť notoꝛia.c.cũ
olim.ĩ.de ṽbo.ſig. Inno. in.c.ex inſinuatione.ſ̃.e.in
c.per tuas.ſ̃.de teſti. Et illo cãu aut producũtur acta
ex quibus apparet nullitas parte nõ cõtradicẽte ⁊ tunc
qꝛ de facili cõſtare poterit perinde ẽ ac ſi eẽt patẽs.c.lit
teras. in fi.ſ̃.de reſt.ſpo.in.l.ſi is a quo.ff.ut in poſſ.
leg.imo multo foꝛtius ſi per cõfeſſionẽ partis nullitas
cõſtaret cũ confeſſio faciat notoꝛiũ.c.ſi.ĩ.de coha.cleri.
⁊ mul. Inno.in.c.qꝛ pleriqꝫ.ĩ.de imuni.ec.iſtis cãibus
nullitas poterit opponi nec obſtãte ſtatuto.ita.d.anto.
⁊ imol.in.d.c.cum bertoldus. ⁊ in.d.c.quoniam. Aut
acta producũtur pte cõtradicẽte ex quibus reſultat nul
litas ⁊ tunc ſi icontinẽti conſtare poterit perinde ẽ ac ſi
eſſet patens.d.l. ſi is a quo.⁊.d.c.litteras. ſecus ſi diſ
putatione indigeret nullitas qꝛ hoc cãu operabiť tollẽs
ſtatutũ exceptionem nullitatis. notat do.anto.⁊ imol.
in.d.c.cũ bertoldus.⁊ in.d.c.inter ceteras ⁊ ibi panoꝛ.

Succedit queſtio nũquid tale ſtatutũ excludat nullita
tẽ que reſultat ex expꝛeſſione cãe facte in ſentẽtia. ⁊ dic
ſm panoꝛ.⁊ alios in.c.inter cetera.ſ̃.ti.ꝓxi.⁊ Bar. In
do.in.l.ſi is ad quẽ.ff.de acqui.here.quod aũt cã exp
mitur cõtra ius expꝛeſſum ⁊ tũc perinde ẽ ac ſi ſententia
contineret expꝛeſſũ erroꝛẽ iuris.ideo erit nulla.c.i.ſ̃.
ti.ꝓxi.l.ij.C.quãdo pꝛouoc. ⁊ talis nullitas nõ obſtã
te ſtatuto,poterit opponi.c.ꝑ tuas.de ſen.excõ.⁊ faciũt
que dixi in pꝛoxĩe pꝛecedẽtibus aut cã ẽ nulla ꝓꝑ relatõ
nẽ ad acta qꝛ referť ad aliquid qđ ẽ nullũ ⁊ tãꝙ hic nul
litas ſit notoꝛia opponi poterit nõ obſtãte ſtatuto ut pꝛo
xĩe dixi.aut cã nõ ẽ nulla ſꝫ iniuſta qꝛ ꝯ̃ ius litigatoꝛis ⁊
tũc i dubio nõ videť nullã eẽ ſniam.ſed iputet ſibi parſ
que ñ appellauit.c.quod ad ꝯſultationẽ.⁊.c.ſicut.ſ̃.ti.
ꝓxi.aut cã ẽ pꝛo pte nulla ⁊ pꝛo pte iniuſta puta qꝛ due
cãe expꝛimũtur in ſnia ⁊ tũc ſi una cã ẽ nulla.alia iuſta
ualebit ſnia ⁊ imputet ſibi pars que nõ appellauit ꝑ ea
que hẽntur per gl.i.§.affinitatis.inſti.de nup.in.l.qđ
ergo.§.notãtur.ff.de his qui no.infa.⁊ q̃ dixi i.c.cũ ceſ
ſante.ſ̃.co.⁊ qꝛ actus dꝫ magis iterꝑtari ut ualeat ꝙ ꝙ
pereat.c.abbate.ĩ.đ ṽ.ſig.⁊ ſic colligẽdo pꝛedicta hẽtiſ
ꝙ i cãu quo nullitas cãe ãnullet ſniaꝫ nõ vꝛ talis nulli
tas a ſtatuto excluſa. ſecus ſi due ſũt cãe expſſe una an
nullãs ⁊ alia nõ ãnullans qꝛ ꝑ hoc nõ reddiť nulla. iõ
nõ poterit de nullitate opponi.ita inno.in.c. in pñtia.
ſ̃.đ ꝓba. Io.an.i.c.cũ inter.ſ̃.ti.ꝓxi.⁊ faciũt notata i
c.ſicut.ſ̃ ti.ꝓxi. Sꝫ nũquid ſi ſtatutũ aſſignet tpˢ i
tra qđ ꝑs debeat appellare uel nullã dicere ſniam ꝑ ta
le ſtatutũ lapſo eo tpe uidebiť nullitas excluſa ſiue inci
dẽter ſiue ꝑ̃ncipaliť ſiue in uim exceptionis deducať ⁊ ui
detur dicẽdũ ꝙ ſic nam bonũ ẽ ar.đ pacto ad ſtatutũ.
Sꝫ ſi quis ꝓmiſit ſtare iudicatꝰ nõ põt dicere ſniaꝫ nul
lã.tex.ẽ ⁊ ibi bal.ſm unũ intellectũ ad illũ tex.in.l.ta
le pactũ.§.qui ꝓuocauit.ff.de pac.ergo ita exquo ſta
tutũ aſſignat certuꝫ tempus ad ſniaꝫ impugnãdã vꝛ uel
le ꝙ lapſo tpe ſtetur iudicatis ⁊ ſic nõ poterit nulla dici.
⁊ facit ꝙ uoluit bal.in.l.ſcire opoꝛtet.§.ſufficit.⁊.§.cõ
ſequẽs.ff.de excuſ.tu.in.l.i.C.qui admit.duꝫ firmat ꝙ
terminꝰ legalis i dubio ſemꝑ vꝛ ꝑemptoꝛius. Secundo
adduciť nã iſta remedia appellatõis ⁊ nullitatis lꝫ ſint đ
fenſiões oppſſoꝝ.c.cũ ſpãli.§.poꝛꝛo.ubi đ appellatiõe
ſ̃.eo.⁊ đ nullitate uoluit bal.i.l.i.C.de iur.⁊ fac.igno.
tñ ſunt iuris poſitiui. ſꝫ ea que ſũt iuris poſitiui poſſunt
ſtatuto tolli.c.q̃ in eccliaꝝ.⁊ ibi nõ.ſ̃.đ ꝯſti.l.oẽs populi
ff.de iuſti.⁊ iure.ergo ſtatutũ de quo.ſ̃.exquo đ nullita
te facit mẽtionẽ uidebiť eã tollere qꝛ a uerbis ñ ẽ recedẽ
duꝫ in dubio.l.nõ aľr.ff.de leg.iij. ⁊ loquiť ſtatutũ gñ̃a
liter ꝙ nõ poſſit nullã dicere ergo gñ̃aliter oẽꝫ ſpẽꝫ nul
litatis includet.c. qꝛ circa.ĩ.de pꝛiuil. Tertõ adduciť
ubicũqꝫ excludit.l.exceptões partis nõ tñ excludit offm̃
iudicis.l.plane.⁊.l.fi.⁊ utrobiqꝫ.Ang.ff.de peti.here.
⁊ ſic.l.difficilius excludit officiũ iudicis ꝙ exceptionẽ.ſed
hic ſtatutũ ſpecifice loquiť ꝙ lapſo tpe pars nõ poſſit ap
pellare uel nullã dicere ſniaꝫ ⁊ ſic exquo dicit nullã uide
tur excludere nullitatẽ pꝛĩcipaľr itentatã.ſed nullitas ꝑ̃n
cipaliter intẽtatur ꝑ officiũ iudicis ut.ſ̃.i.ij.q.pꝛĩcipali.
ergo uideť excludere hoc ſtatutũ offm̃ iudicis ſi excludit
officiũ iudicis. ergo a foꝛtioꝛi ⁊ exceptionẽ nullitatis ꝙ
ar.ꝓcedit in iure noſtro.c.cũ i cũctis.ſ̃ de ele. Quar
to adduciť ſtatutũ dꝫ itelligi.ut aliquid opetur ultra ius
cõe.notat bar.in.d.l.iiij.§.pꝛetoꝛ ait.ff.de dam.infec.
Glo.in.c.ſi romanoꝝ.xviiij.di.in.l.in lege locationis.
ff.loca.ergo ut ſtatutũ iſtud aliquid opetur cũ excluden
do appellationẽ uideatur excludere nullitatẽ que i ea đ
ducitur ut hoc tex.noſtro ⁊ dixi ⁊ facit qđ notat bal.i.l.
i.C.de ſen.ex ꝑicu.reci.exquo poſtea dicit uel nullã dice
re ⁊ ſic expſſe excludit nullitatẽ uidebiť eaꝫ excludere ſi
pꝛincipaliter deducať qꝛ iam excluſa erat nullitas que i
cidẽter deducitur ꝑ illud uerbũ appellare. Quĩto ad
ducitur tex.in.l.nã ⁊ poſtea.§.ſi minoꝛ.ff.de iuſiu.i.l.
queſitũ.§.in dolo.ff.de pecul.in.l.pampinianus.§.ſi
filius.ff.de inoffi.teſta.ꝑ que iure iura pꝫ ꝙ aſſignato
tpe actioni uel remedio pꝛincipaliter intẽtando uideť aſ
ſignatũ idẽ tempus ſi illud remediũ in uiã exceptionis đ
ducatur.ergo exquo hic nullitati aſſignať tempus uide
biť aſſignatũ ſiue pꝛincipaľr ſiue in uiã exceptionis ſiue
alio mõ incidẽter deducatur. In ꝯ̃riũ tñ eſt ueritas ⁊
refert h.d.Phil.ſe ꝯſuluiſſe cremone. ⁊ ꝓ euidẽtia ſciẽ
dũ ẽ ꝙ quiqꝫ mõis põt nullitas itẽtari.ꝑ̃mo i uiã appel
latõis ꝓpea interpoſite qꝛ ꝓꝑ ſniaꝫ nullã appellet ꝑs ut
h tex.c.exhibita.ſ̃.đ iud.c.cũ ueniſſet.ſ̃.đ teſti. ⁊ h mõ
idẽ ẽ ꝙ appellatio cũ appellatio ñ poſſit ſtare ſine cauſa
grauaminis ⁊ nullitaſ ipa ẽ cã ergo ẽ ſubſtãtia appellatõiſ
⁊ ſic idẽ ꝙ appellatio. Secũdo deduciť nullitas i ap
pellatõe incidẽter qñ ꝓꝑ aliud ẽ appellatũ ſꝫ incidenter
trahitur nullitas ultra cãm illã ob quã rẽ ẽ appellatũ.d.
l.carmelia pia.ff.de iure patro.⁊.l.quedã mulier.ff.fa
mil.hercıſ.⁊ h mõ exquo,qđ incidẽs ẽ tanquã acceſſoꝛia
pꝛincipalis ita ut una ſublata.ſ.pꝛĩcipali alia ceſſet.c.i.
ſ̃.de oꝛdi.cogni.iõ h talis nullitas tolliť excluſa ſeu ſub
lata appellatiõe ꝓut bal.in.d.l.i.C.de ſen.ex ꝑicu.re
ci.ubi uoluit ꝙ ſi renũciať appellationi uideť renũciari
nullitati in ea deducte.⁊ faciũt que dixi in.xiij.q.pꝛĩcipa
li.ideo hoc cãu exquo ſtatutuꝫ excludit appellationẽ nõ
ẽ dubiũ ꝙ nullitas huiuſmodi videbitur excluſa.⁊ ſic il
la ṽba ſtatuti uel nullã dicere quo ad iſtos duos modoſ
nihil oparẽtur qꝛ oĩo ꝑ uerbũ appellationis iſti mõi nul
litatis ſunt excluſi.⁊ facit ad pꝛedicta ratio nam nullitas
altero ex iſtis duobus modis deducta opatur eundẽ effe
ctũ quẽ ipa appellatio.ſ.iuriſditionis ad ſuꝑioꝛẽ deuolu
tiuum item negocij pꝛincipalis ad ſuperioꝛem deuoluti
uum item iuriſditionis iudicis a quo ſuſpenſiuum. ⁊ iõ
executionis impeditiuum.item attentatoꝛum retractiuũ
ut ſupꝛa in.viiij.queſtione pꝛincipali deductum eſt ergo
cum parem habeat effectum huiuſmodi nullitas cũ ap
pellatione idẽptitate rationis ſtatutum excludẽdo appel
latõꝫ ꝯphẽdet hoſ duos mõs nullitať. 3° mõ itẽtať nul
litas eq̃ pꝛĩcipľr ⁊ ſimul cũ appellatõe ut dico ſniam nul

UVA. BHSC. IyR_025

lam ⁊ ſi qua eſt appello. de qua formā ābunde. ſupradic
tum eſt. ⁊ iſto caſu uarietas eſt iter doc. an excluſa appel
latione ſit excluſa huiuſmōi nullitas cū ea intētata. Bal.
in. l. qui teſtamēto. §. fi. ff. de excuſ. tut. Cu. in. d. l. ſi ex
preſſim. in. vij. col. Cardi. in cle. ſi appellationē. eo. ti.
Salic. dicens glo. hoc uelle in. l. i. C. qñ ꝓuoc. tenent ꝙ
ex quo accumulata ſunt illa duo ꝙ excluſa appellatiōe
nullitas uideatur excluſa. ⁊ ideo dicit Salice. ꝙ ſicut ap
pellatio habet inſtantiam anni. ⁊ ex cā biennij. c. ex rōe.
ſ. eo. ita nullitas iſta ī hoc libello cumlata finietur anno
uel biēnio. ꝙ ſi pricipaliter ꝑ ſe nullitas fuiſſet intētata
duraſſꝫ inſtañ. triēnio. ⁊ faciūt que dixi in. iij. q. principa
li de tpe nullitat. ita ēt dicit Salic. ꝙ ſic lapſus anni in
appellatione uel biēnij excludit ab appellatione de cete
ro appellantē q2 uidet renūciaſſe huic remedio. l. ii. ⁊ fi.
C. de temp. appel. ⁊ dictū eſt in. c. ex ratione. ſ. eo. Ita
pars erit excluſa ex quo cumulauit illa duo remedia ut
ām̄ō hac uia nō poſſit deducere nullitatē. ꝙ tamē ſecus
eſt ſi mullitas fuiſſet pricipaliter itētata. nam lapſus etiā
triēnij nō īpediet nouā inſtañ. inchoari. q2 nō tollit ius
cāe ſed inſtantiam. l. ꝓperañ. in prin. C. de iud. Con
trarium tenet Bar. in. d. l. ſi expreſſim. in pe. col. ⁊ ibi
Imo. in. xxxv. col. tenet Bal. in. l. i. C. qñ ꝓuoc. ⁊ in. d.
§. qui ꝓuocauit. ⁊ꝫ hic. d. Antoꝛ Panor. ⁊ Imo. dū uo
lunt ꝙ etiam dato libello ſub illa forma dico ſentētiam
nullā ⁊ ſi q̄ eſt appello. deſerta appellatione non per h
deſerta erit nullitas. ⁊ ideo ſup nullitate corā ipſomet iu
dice ad quē poterit inſtare. ⁊ fac qō nōt rota deciſ. cclx.
que incipit. item fuit dubitatum ſi appellet. ⁊ ſic hoc caſu
multum poſſet opari ſtatutū premiſſum. q2 excludendo
appellationem nō uidebat tū excluſa nullitas cumulata
cū appellatione hoc. 3ᵒ. modo. ⁊ ideo ex quo uerba ſta
tuti debēt intelligi ut minus ledant ius cōe quaꝫ ſit poſſi
bile. l. fi. §. in ꝯputatione. ⁊ ibi nō. C. de iure delſ. ⁊ cum
dilectꝰ. ſ. de ꝯſue. c. cū dilectus. c. ad audiētiā. j. de cle. n
reſi. l. ii. C. de noxa. ⁊ ſtatutū hoc ſat poſſit operari in h
3ᵒ mō ex quo eam tollit dicēdo. uel nullā dicere. uidetur
ſolum ſe referre ad nullitatē cū appellatione intentatā
⁊ ut aliquid opetur referret ad nullitatē itētatā cū appel
latione eque principl ⁊ ſic accumulatiue. ⁊ pro hac opi.
fac naꝫ ſtatutū nō debet extēdi ad iniquitatē. c. erit aūt.
l. iiii. di. ſed ſi hoc ſtatutū tolleret nullitatē eſſꝫ ſūme ini
quū ꝙ ſententia nulla trāſiret in rem iudicatā. d. l. ſi ex
preſſim. ergo ⁊c. preterea ex precedētibus ⁊ ſequētibus
ſtatuta ꝺclarāt. c. ſoꝛ requiris. ſ. eo. l. ſi. §. cui dulcia. ⁊ ibi
Bar. ff. de uino. tri. ol. fru. que. leg. ſed in precedentibꝰ
ſtatutū loquitur de appellatione. ergo quatenus poſtea
loquitur de nullitate declarabit ut cenſeat de nullitate q̄
hēt cū appellatione ſimilitudinē. preterea ſtatutum quā
do uarietas eſt inter opiniones ſatis eſt ꝙ uenit declarā
do uarietatem. nec in dubio dꝫ extendi ut corrigat. Ita
Bar. in. l. i. ff. de leg. 1ᵒ. Imo. in. l. ſi uero. §. de uiro.
circa principiū materie. ff. ſolᵒ. maᵒ. ſed uidetis in hoc. 3ᵒ
modo uarietates opi. utrum tempus aſſignatuꝫ appel
lationi extēdatur ad nullitatem accumulatam cū appel
latione in eodē libello. ergo ſatis ē ꝙ ſtatutū ad hoc de
clarandum ueniat. nec dꝫ extendi ut corrigat. qō certe fa
ceret ſi illa v̄ba. nullam dicere extenderet ad nullitatem
per ſe principaliter itentatā uel in modū exceptionis. q2
ille perpetuo opponi poſſunt. ſ. uſque ad. xxx. annos. ut
ſ. dixi in. iij. q. principali. ⁊ per hoc ceſſat maior pars ar
gūmtoꝝ. ſ. adductoꝝ. Quarto mō intētatur nullitas
in uiam exceptionis. ⁊ tunc nihil habet cōmune cuꝫ ap
pellatione. nec effectum ſuſpēſiuū. nec attentatoꝝ retrac
tatiuum. nec deuolutiuū. ut. ſ. dixi in. viiij. q. principali
⁊ illo cāu tale ſtatutum nō extēditur ad hanc nullitatem
q2 uerba illa intelligunt principaliter non ope exceptiōi
l. uerbum oportebit. ff. de uer. ſig. l. qui agnitis. ff. de ex
cep. ⁊ ita uoluit Bal. in. l. peremptorias. C. ſententiā reſci
di non poſſ. ⁊ ita Ange. in ꝯſi. ſupra allegato. cclxxxi.

Quinto mō itentat nullitas per ſe principaliter et illo
caſu nihil etiam habet ꝯē cū appellatione. ut dicam. j. in
ultima. q. principali. ⁊ imploratur ſuper ea officium iudi
cis. ideo excluſio generalis non trahat ad officium. q2 in
dubio cū illud naſcatur ex equitate non uidebit excluſuꝫ
d. l. plane. d. l. fi. ff. de pet. her. nō. Panor. in. c. ex pte.
el. ii. ſ. de offi. del. iō illa nullitas nō uidebitur a ſtatuto
excluſa. ⁊ pro illa opi. facit tex. nō. iūcta glo. ibi. et nōt.
Fugl. ad hoc in. l. unica. C. qñ impa. inter pup. ⁊ uid.
ubi excluſio generalis uel renūciatio remedioꝝ in dubio
nō extendit ad remedia extraordinaria pietat uel equi
tatis cā inducta. ⁊ ideo nō extenditur ad in integrum re
ſtitu. ex capite minoris etatis. faciunt que nōt Bal. in. l.
unica. C. ſi de momen. poſ. fue. app. Nō obſtant mō
ꝯria. ⁊ q2 ex dictis ī tertio mō apparet rñſum maiori pti
argumētorum reſtat reſpondeamꝰ ad iura ultimo loco
adducta. nō obſtat. l. nā ⁊ poſtea. §. ſi minor. q2 ibi loq̄
tur in exceptione que cauſabat ex ipſo remedio principa
liter intentato cui tēpus erat aſſignatum nec aliter naſce
batur excepto niſi per illud remediū. nam minor nō pōt
excipere de reſtitutione in integꝝ niſi prius imploret offi
cium iudicis reſcindens. l. necnon. §. exemplo. ⁊ ibi nō.
ff. ex quib. cau. ma. ⁊ ſic exceptio ei nō ꝯpetit niſi pricipa
liter intentato officio iudicis. cui officio erat aſſignatum
tempus anni util ⁊ hodie quadriēnij. l. fi. C. de temp. ī
integꝝ reſti. pet. non mirꝝ ergo ſi lapſo illo tēpore ex quo
nō petijt officium iudicis principaliter excluditur ab eo ⁊
ab exceptione que ex eo pendet. nos loquimur in tali offi
cio iudicis uel exceptione cui tēpus non ē aſſignatū prin
cipaliter. ut patet in his duobꝰ ultimis mēbris. ⁊ ita itelli
gunt illum tex. cōmuniter ſcribentes. Et eodem mō
rñdetur ad. §. ſi dolo. q2 ibi replicatio doli naſcebatur
ex eodē fonte equitatis ex quo ipſa actio de peculio. nec
priꝰ erat nata añ actionē intentatam. ⁊ per hoc tollitur
ſi replicatet. d. l. pure. §. fi. ff. ꝺ excep. doli. nō obſtat. §.
ſi filius. q2 eodem modo ſoluit. nā exceptio inōfficioſi te
ſtamēti nō naſcitur niſi prius intētato officio iudicis ſup
querella. q2 querella nihil aliud eſt q̄ꝫ officium iudicis ī
plorare glo. eſt in. l. poſthumus. §. ſiquis ex his. ff. de ī
off. teſt. nō mirꝝ ergo ſi ſicut querelle aſſignatur tēpus.
ita uidetur aſſignatuꝫ tempus exceptioni. q2 totaliter ex
ea pendet. in cāu autē noſtro nec nullitati per ſe intentā
de eſt aſſignatū tempus expreſſe. nec exceptio nullitat
pendet ex nullitate principaliter intētāde. ideo tale ſtatu
tum nō uidebit aſſignare tempus nec nullitati per ſe in
tentāde nec exceptioni nullitatis. ita Bar. itelligit. d. §.
ſi filius. ibi. ⁊ Ang. ⁊ Bar. in. d. §. ſi minor. ⁊ ideo hoc
fundamēto attento habetis inferre fortius ꝙ etiaꝫ ſi ſta
tutū expreſſe ſtatueret tēpus nullitati ꝑ ſe intentāde ꝙ il
lo caſu tū nō extēderet tale tempus ad exceptionē nulli
tatis que per ſe naſcitur. nec ita demum naſcitur ſi nulli
tas ſit principaliter intētata. per ea que habent in. l. iiij.
§. cōdemnatū. ff. de re iudi. ⁊ pro hac ꝯcluſione eſt tex.
in. l. pure. §. fi. in fili. ff. de excep. dol. quem ita intelligit
Bar. in. d. §. ſi minor. Sed nūquid ſi ſtatutū ꝓhibet
recurſum haberi aduerſus ſentētiam per hoc uidebitur
excluſa nullitas. et tūc uidetur optimꝰ tex. q̄ꝫ ſic in. c. lꝫ.
ſ. de elec. ubi ꝓhibendo recurſum haberi aduerſus elec
tionē pape a duabus ptibꝰ cardinalium et plus facta uꝫ
excludere omnē exceptionē etiā nullitatis. faciūt que ha
bent in auten. que ſupplicatio. C. de p̄ci. imp. offer. in.
l. eos. in princi. C. de appel. et ideo de iſto ſtatuto dicite
idem ꝙ ſtatuto nullitatē excludēte. ita ang. in. d. l. eos. ī
prin. et ēt ꝑmittendo haberi recurſum aduerſus ſentēti
am uidet ſtatutū ea omnia remedia admittere que ꝯtra
ſentētias ſolent admitti licet maxime ꝓprime uideat ac
cedere ad ſite appellationis. per ea que habentur in. l.
non diſtinguemus. §. cū quidam. ff. de arb. ita Ang. in.
l. unica. C. ꝺ ſent. ꝑiec. pret. et generaliter ꝓhibendo re
curſum et ad ſimilia remedia nō tū uidetur ſtatuta ꝓhi

UVA. BHSC. IyR_025

bē in integrum reſtitutionem q2 illa competit iure quodā
extraordinario ⁊ iō in excluſione remediorū n̄ uenit niſi
id ſpāliter exprimatur. ita bal. in. l. poſtquā liti poſt glo.
v̄ſi. ſecūdo opponitur. C. de pac. in. l. unica. C. ſi de mo
men. poſſ. ſulg. poſt Ci. in. l. unica. C. quādo imper. i
ter. pup. ⁊ vid. ⁊ faciūt notata inno. in. c. paſtoralis. s̄.
de cā poſſ. ⁊ proprie. Et que notat bar. in l. ij. in princ.
ff. de vulga. ⁊ pup. Decimoquīto ē queſtio principal
circa deſertionem nullitatis ⁊ clarū ē q de ſe intentata
nullitas licet reſpectu inſtañ. expiret triēnio iure ciuili in
ciuilibus in criminalibus biēnio. l. properañ. in prin. C.
de iudi. tamē reſpectu iuſ nūquam expirat cum ſit ppe
tua. ſ. uſq3 ad. xxx. annos ut uoluit Sali. in. l. i. C. quā
do prouoc. ⁊ faciūt notata per ſpec. in ti. de ſen. pla. §.
iuxta. circa fi. ⁊ que dixi. s̄. in. iij. q. principali. De iure
autē canonico cū nō ſit inſtañ. iudicialis aliqua ſm cōez
opi. de qua in. c. pe. s̄. de iud. nullitas non dicit deſerta
reſpectu inſtantie. Sed qō elegans ē an per deſertō
nem appellatōis inducat deſertio aliqua circa nullitatē
⁊ dicite ſm bar. ⁊ ange. in. d. l. ſi expreſſim. ⁊ uoluit ibi
imol. in. xxv. col. ⁊ cōmuniter hic ſcribētes q aut queri
mus de nullitate incidēter in cā appellatōnis deducta ⁊
tunc exquo corruit principale non ē dubiū q corruit hoc
incidēs q erat acceſſorium regula acceſſoriū de regulis
iuris li. vi. Et ita tenet ſpec. in. d. §. iuxta v̄ſi. quid ſi in
ſentētia. ⁊ bal. in addi. poſt Joā. an. Aut loquimur de
nullitate principaliter per ſe mouēda ⁊ ēt mota ſed ſepa
tim ab appellatione ⁊ tunc cum nihil cōe habeāt appel
latio ⁊ nullitas per ſe mota uel mouēda ideo ex ſepera
tis nō infertur. l. pamp. exuli. ff. de minor. ⁊ ſic per deſer
tionē appellatōis nō erit deſerta nullitas nec impedietur
quo minus poſſet dici ſentētiam nullā. ita docto. ubi. s̄. ⁊
Bal. in. l. tale pactū. § qui prouocauit. xiij. q. ff. d pac.
⁊ in. l. i. C. qñ prouoc. aut intētatur nullitas in ipa appel
latione principalr q2 appellatur eo q2 ſnīa ē nulla ⁊ ſic
nullitas ē principalis cā appellatōis ⁊ tūc deſerta appel/
latōe ceſſabit cognitio nullitatis in viā appellatōis ut h
tex. noſtro ⁊ dixi in textualibus. nō tamē impedit quin
per ſe intentet pars principaliter nullitatē. l. ſi expreſſim
ubi tex. ff. co. aut intētatur nullitas eque principaliter ⁊
ēt accumulatiue cum appellatōe puta dico ſnīam nullā
⁊ ſi qua ē appello ⁊ alio ſimili mō de quo. s̄. in. q. cumu
latōis. Et tunc ſm bar. imol. ⁊ ange. in. d. l. ſi expreſſim
⁊ bal. in. d. l. i. in addi. ad ſpec. in ti. de ſen. prola. in ad
di. que incipit ſtatutū. ⁊ ſm panor. d. anto. ⁊ imol. h cū
iſta nullitas principalr intētetur potius q incidēter non
cenſetur quid acceſſoriū ad appellatōnem. ideo deſerta
appellatōe nō deſeretur illa nullitas ⁊ iō iudex ad quē
aditus per viā huiuſmodi libelli lz appellatio deſerta ſit
remanebit tñ iudex in cā nullitatis ⁊ durabit effectus illi
us libelli cumulatorij reſpectu nullitatis lz ſit extinct⁹ re
ſpectu appellationis p deſertionē. ⁊ ita tz paulus d alea
za. in cle. i. de re iud. Cōtrariū tñ q nullitas ēt deſe
ratur hoc cāu p deſertionē appellatōis tenet Sali. in. d.
l. i. Cy. in d. l. ſi expreſſim in. vij. col. Card. in cle. ſi ap
pellationē eo. ti. q2 exquo pars ea accumulauit uno libel
lo uidet q a pari debeāt procedere iō deſertio appellatō
nis inducat deſertionē nullitatis que alias de natura ſui
deſertionē nō patit ⁊ faciūt que habētur in ſimili in. c. cū
ſuper. s̄. de offi. dele. tamē ut uidetis magis cōis opi. eſt
q nō inducat deſertio nullitatis hoc cāu. nam per iſtam
cumulationē nullitas nō amittit ſuā naturā ⁊ eque prin
cipalr dicit intētata ſicut appellatio ergo utile per inuti
le nō uiciabitur exquo utrūq3 pōt per ſe ſubſiſtere ⁊ ex
accidēti unū tm̄. ſ. appellatio fuit uiciatū per deſertionē
⁊ faciūt que habētur in. c. i. de deſpō. impu. maxie p He
mi. ⁊ in. d. c. cū ſup maxie p. d. ant. ⁊ in regula utile d re
gu. iur. li. vi. Uoluit tñ ange i. d. l. ſi expreſſim ſpāle eſ
ſe in ſnījs cceſarariū ut p deſertōē appellatōis inducat ēt
deſertio nullitatis per ea que hn̄tur i. c. lz de ſnīa excō. li.
vi. Sz imo. ibi in ultia carta reprobat ang. dicēs q imo
notata i. c. lz. imo tex. iūcta glo. ſūt de directo ꝯ ange. q2
expreſſe uoluit q deſerta appellatōe nullitas n̄ remane
at deſerta nec cōfirmētur attētata que fuerūt nulla. ⁊ ita
uoluit lappus allegatione ſua. i. ⁊. iij. Sz nūquid iu
dex ad quē cāu q⁹ inducit deſertio nullitatis puta qñ in
cidēter poterit poſt deſertionē pronūciare ſup deſertōne
⁊ dic q ſic ſicut i appellatōe. ita rota deciſ. ſua. cclx. que
icipit itē fuit dubitatū utrū ſi appellet ⁊ faciūt q dixi in. c.
ex rōne i materia appellatōis deſerte. s̄. eo. imo delega
tus ſimplr ad cām appellatōis illo cāu poterit pronūcia
re ſup deſertōe appellatōis ⁊ nullitatis incidētis. ita ro
ta deciſ. cliij. que incipit item fuit dubitatū utrū ſi iudex.
Sz nūquid ubi dictū ē p deſertionē appellatōis nul
litatē nō deſeri puta principalr intētandā uel intētatam
nūquid exquo nullitas non ē deſerta impedit executio
ſnīe. nā deſerta appellatōe pōt ſnīa mādari executiōi ut
late dixi i. c. ex rōne. s̄. eo. Et dic q poterit ſnīa executō
ni mādari. nā pēdētia nullitatis principalit intētate uel i
tentāde nō impedit regularit executionē ſnīe ut dixi ſ ē
s̄. in effectib⁹ nullitatis. ⁊ ibi poſui tñ nōnullas fallētias
ergo ita erit i pposito talis nullitas nō ipediet executōē
ſnīe niſi i cāibus de quibus ibi. Et ita ſi opponit i ui
az exceptōis nullitas an poſt deſertionē appellatōis ipe
diat executōē dic ut. s̄. i. ix. q. pricipali circa illū effectum
an nullitas in uiā exceptōis oppoſita ipediat executōem
ſnīe. Sz reſtat an ſi pēdēte nullitate attētet attētata
ueniēt reuocāda anq ſup nullitate pnūciet ſicut i appel
latione. Bal q nō i. l. tale pactū. §. qui prouocauit. s̄. al
legata. Pau. de ca. i. l. i. C. qñ puo. nō ē nec. lz bar. ſē
tit ꝯ. ⁊ ita tz ang. de are. in. l. i. i ſi. colū. ff. nil nouari ap.
pen. Sexta ē qō pricipalis utrū de cōſenſu ptiū ſnīa
nulla poſſit cōualidari ⁊ cōcludit q nō regulr ut ualeat i
uim ſnīe. ſz bñ ualebit in uiā cōuētōis ⁊ pacti. l. ij. C. cōia
utr. iud. Nō. cano. in. c. ſignificaſti de fo. cpe. tñ illa lex
ij. hz nōbilē intellectū quē illi dedit bal. i. l. cū qui. ff. de
iuriſdi. om. iud. ut pcedat qñ ptes oio ſteterūt in meris
terminis cōſenſus. ſed cōuētio ⁊ approbatio ſnīe fuit exe
cutōi mādata ⁊ ita ēt cā intelligit Pe. de ancha. in ꝯſi. lx
iij. qō icipit i xp̄i ⁊c. querella. Et ita itelligit gl. i. l. unica
Et ibi p ſcrib. C. qui p ſua iuriſditōe faciūt que hn̄tur i
c. ſi p debilitate ⁊ in. c. de cāis. s̄. de of. dele. q hn̄tur per
gl. ⁊ doc. in. c. ſi. de re iud. li. vi. ⁊ ē rō nā ubicūq3 actus
ē nullus ex defectu forme uel alio defectu exteriori q con
ſenſus tūc n̄ hz locū ratificatio nec ꝯſenſu ptiū talis act⁹
cōualidabit ex retro nec ut ex nūc in uiā eius qō ſonat.
ſz bñ in uiā pacti tex. ē i. l. mācipia quē ibi cōmēdat bal.
C. de reb. alie. uoluit inno. i. c. prudētiā. ⁊ ibi bal. in ulti
mis v̄bis illius pricipij. s̄. de of. dele. ⁊ q notat bal. i. l. i.
circa prin. C. de iuriſdi. om. iudi. Et iō ſi ſnīa eēt nulla
ex defectu cōſenſus puta q2 iudiciū eēt agitatū cū pcura
tore falſo poſſet talis ſnīa cōſenſu ptiū reualidari. l. iij.
§. falſus. ff. rē ra. ha. l. lz ⁊ ibi bē. ff. de iud. alr regulr nō
poterit ſnīa nulla ratificari cōſenſu ptiū. Et iō ſi ſnīa ē
nulla ex defectu iuriſditōis cū hoc nō pēdeat ex ꝯſenſu p
tium. c. ſignificātibus. s̄. de of. dele. l. priuatorū. C. de iu
riſdi. om. iud. talis ſnīa nulla nō poterit cōſenſu ptiū ra
tificari in uim ſnīe. ita cōit doc. i. l. unica qui ita reſtrigūt
glo. ibi. C. qui p ſuā iuriſdi. ⁊ i. d. l. ſi. C. cōia. utr. iud.
ita ang. i. l. lz. ff. de iud. i. l. ſi. ff. de edil. edic. ita bal. i. l.
cū qui. ff. de iuriſdi. om. iud. ⁊ iō uidemus q ſnīa nulla
que cōtinet expſſū errorē iuris nō pōt cōſenſu ptiū pce
dēte ꝯualidari. ita bal. i. l. i. C. de iuriſdi. om. iud. quod
nō ad limitationē eius qō dicit q ptes poſſūt cōuenire
ut iudex certo mō pronūciet. l. ſi ꝯuenerit. ff. de re iudi.
Et iō dixit bal. i. d. l. i. q ſi ptes que cōuenīūt ut iudex
iudicet ſm cōſiliū talis q ſi talis dedit cōſiliū ꝯ expſſū er
rorē iuſ et iudex h ſecutus pnūciauit q ꝯſenſus ptium
nō excuſat ſnīam a nullitate ⁊ faciūt notata p doc. i. c. ſi
pro debilitate. s̄. de of. dele. Et iō dixit alibi bal. q ſi per

p

UVA. BHSC. IyR_025

ſtatutū aſſignetur iudici tempus mēſis ad cām finien/
daʒ dato φ partes poſſint hūc mēſeʒ ꝓrogare ſuo ꝯſen
ſu φ tm̄ ſi poſt finē mēſi ꝓrogāt iſtud tp̄s uel ēt an̄ finē
mēſis ꝯueniūt de ꝓrogādo. ſʒ iniciū ꝓrogatōis ꝯferunt
poſt tempus mēſiſ elapſū φ iſto cāu cōſenſus ꝑtiuʒ nihil
oꝑabitur ꝛ ſnīa erit nulla quaſi extra iſtātiā lata cū pro
rogauerit finita inſtātia quā ꝑemptā ſuſcitare nō poſſūt
cū nō pēdeat inſtantia iudicialis ex ſolo cōſenſu ꝑtiuʒ.
ita bal. in. c. de cāis in. ij. col. ſ. de offi. del. i. l. legata iuti
liter. ff. de leg. i. Ludo. in. l. iiij. in pri. ꝛ ibi aliqualr̄ bar
to. ff. de dam infec. qō notate ēt ad cōpromiſſa, qꝛ talis
prorogatio nō eēt prorogatio ſed potius nouū compro/
miſſū ꝑ ea que notat bar. in. d. l. iiij. in fi. prin. Et ideo di
xit alibi bal. φ ſi iudex proceſſit die feriata quo cāu ſcitis
nō ualere proceſſū. l. fi. C. de fer. c. fi. ſ. de fer. φ talis ſē
tētia ex cōſenſu partiū nō poterit cōualidari qꝛ illis dieb⁹
nō fuit iudiciū ꝛ ſentētia nō ualet niſi precedat iudicialis
inſtantia per ea que habent̄ in. l. i. C. quādo prouoc. ꝛ i
l. duob⁹ ꝑ bar. ff. de excep. rei iudi. imo plus ēt ſi eſſent
ferie ob neceſſitatē hominuʒ nō cōualidaret̄ ſnīa. nam
licet in ferijs ob neceſſitatē hominū ꝑte cōſentiēte iudex
poſſit procedere. d. c. fi. ꝛ. l. i. in prin. ff. de fer. hoc habet
locū quādo an̄ proceſſuʒ cōſentiū. ſed quādo cōſentiūt
poſt ſniam nō ē uerū dicere hoc iudiciū peccare in ſolo
cōſenſu. imo peccat in iuriſditōe qꝛ illis diebus iudex nō
pōt ius dicere. itē peccat in inſtātia qꝛ nō eſt inſtātia illis
diebus cū a iure ſubducātur ergo cū cōſenſu partiū non
poſſit ratificare ex retro actū qui peccat in alio φ̄ in con
ſenſu nō poterūt ꝑtes de ſuo cōſenſu hāc ſniam cōuali/
dare. ita bal. in. l. cū antea. C. de arbi. ꝛ ita allegat Di.
ita tenere ꝛ ideo ibidē infert φ ſi iudex pendēte dilatiōe
data ꝑti ꝓceſſerit φ nō poſſit. c. ſignificāte. ī. eo. l. ſiue
pars. C. de dila. lʒ pars poſſet renūciare ſuſcepte dila/
tioni ꝛ iudex hoc mō ꝓcedere poſſet per ea que habent̄
in. c. ad apoſtolicā. ī. de regula. ꝛ in. c. ſi diligēti. ſ. de fo
ro. compe. tm̄ iſto cāu ſi iudex dilatōe pēdente ꝓnuncia
uit cū ſuſpēſa eēt ſua iuriſditio ſnīa nō ualet iſto cāu nō
poſſet cōſenſus partiū hāc ſniam cōualidare qꝛ peccat
in iuriſditōe cū pendēte dilatōe iudex ius dicere nō poſ
ſit. Deciaſeptima ē qō an ſnīa poſſit nulla dici ꝓ ꝑte
tm̄. ꝛ tex. ē φ ſic in. c. ueniēs el. ij. ꝛ ibi pōderat bal. i. ij.
col. ſ. de teſti. ubi colligit ex illo tex. φ lʒ ſnīa ſit ꝓ parte
executioni mādata ꝓ parte mādanda reſpectu executō
nis que fienda reſtat poterit ſnīa dici nulla ꝛ ſic ꝓ ꝑte
idem tamē bal. in. l. ij. C. de re iudi. ulterius iſtud inda
gatur dicēs hoc pēdere ex illo dubio nūquid ſnīa poſſit
ꝓ parte eē ualida ꝓ parte nulla. Et ideo dicit cōſiderā
dū aut ſnīa hʒ plura capitula aut unū. ſi plura tot ſunt
ſnīe quot ſūt capitula. c. rainutius. c. rainaldus. ī. de te/
ſta. c. ij. ꝛ ibi tex. bonus iūcta glo. in uerbo eadē ſnīa.
ſ. de ord. cog. l. ēt. §. i. ff. de minor. l. carmelia pia. ff. ꝺ
iure patro. ꝛ. l. quedā mulier. ff. fami. hercis. faciūt nota
ta in. l. ſcire debemus in prin. ff. de ꝟbo. obli. ꝛ iſto cāu
aut ſunt capitula quorū unū ē principale ꝛ aliud acceſ/
ſoriū ꝛ tūc ꝓpter nullitatē principalis reddit̄ acceſſoriū
nullū nō ecōtra. l. fundi ꝛ. l. fundū. ff. de excep. aut utrū
qʒ caplm ē principale ꝛ tūc aut ſunt capl'a cōnexa ꝛ iudi
cātur ꝓ uno. l. euʒ actū ꝛ. l. at qui natura. §. ſceuola. ff.
de nego. geſt. ꝛ iō dic ut. ī. quādo unū ē caplm. aut capi
tula nō ſūt cōnexa ꝛ tunc exquo illo cāu cēſent̄ ſepa/
te ſnīe utile per inutile nō uiciabit̄ ꝛ ideo in uno capitlo
poterit eē nulla in alio ualida. d. l. queda mulier cuʒ. ſ.
alleg. aut ē unū tm̄ caplm ꝛ tūc aut querimus an a pri.
cū profert̄ ſnīa poſſit eē pro parte ualida ꝓ parte nulla.
ꝛ dicite φ nō qꝛ iudiciū eſt quid indiuiduum. ꝛ ideo aut
ex toto nullū aut ex toto ualidū. ita in ſentēia. l. in hoc
iudicio. ff. fami. hercis. faciunt notata in. l. i. C. ſi aduer.
rem iud. ꝛ que dixi. ſ. in. i. q. pricipali in illo cāu quando
iudex tm̄ pro parte pronūciat. aut querimus ex poſt fa
cto an ſnīa poſſit eē ꝓ parte nulla ꝓ parte ualida qꝛ ex

poſt facto annullet̄ uel per i integrū reſtitutionē uel alio
mō. ꝛ tūc aut annullat̄ ſnīa ꝑ in integrū reſtitutōem ꝛ
illo cāu ex toto annullatur. nō autē pōt pro parte an/
nullari per ea que habētur i. l. φ ſi minor. §. reſtitutio
ff. de minor. in. c. ſuſcitata. ſ. de in integ. reſti. ꝛ toto ti.
C. de repud. exquo pretor reſtituit aliquē dʒ oīa ex toto
reſtituere in priſtinū ſtatum. d. iuribus. ergo annullare
in totū ſniam aut ſentētia retractat̄ alio remedio quaʒ
reſtitutionis in integrū puta ꝑ appellationē ꝛ tūc poſſʒ
eē φ iudex fecit iniuſticiaʒ in ꝑte excedēdo in cōdemnat
puta qꝛ cum deberet ꝯdemnare in. x. ꝯdēnauit in. xv.
iudex ad quē illo cāu retractabit ſniam ſolū reſpectu ad
quinqʒ ꝛ quo ad. x. cōfirmabit ꝛ ſic ex poſtfacto reddet̄
ſnīa nulla pro parte tm̄. l. eos i prin. C. eo. c. cū Jo. in
fi. ſ. de fide inſtru. c. rainuci⁹. c. rainaldus. ī. de teſta. ꝛ
faciūt que i ſimili notātur i. c. cū cām ꝛ in. c. cum dilectis
ī. de ꝯhē. emp. Ad iſta duo ultīa mēbra bal. ꝛ hiſ mo
dis ubi dicimus ſniam ꝑte poſſe eē nullā. in illis ēt caſi
bus poterit nulla pro parte dici. ubi autem non poteſt
eſſe pro parte nulla non poteſt etiam pro parte nulla
dici. ita baldus in dicta. l. ſecunda. Deciſoctaua qō et
ultima ē quot differentie ſint inter nullitatē ꝛ appellatō
nē. quas ſi qōnes. ſ. premiſſas accurate ponderabitiſ fa
cile cognoſcetis maxie ex dictis i. viij. ꝛ. ix. ꝛ. iij. ꝛ. xiij. ꝛ
xiiij. q. pricipali iō eēt poti⁹ laborioſū φ̄ utile. Nūc bibē
dum eſt nunc pede libero pulſanda eſt tellus.

n Jcolao. Appellās qui appellationi
ſue terminū ꝑſtxit appella
tione ꝑ appellatū recepta tenet̄ mittere pro
curatorē nō ſolū ad impetrandū ꝛ ꝯdicen̄.
ſed ēt ad proſequēdū alias in expēſis legitimis cōdēna
bit̄. h. d. Diuiditur in duas ꝑtes. in p̄ma ponit facti
narrationē. i ſecūda ꝓuidet ſcōa ibi mādamus q̄ tenus.
Nō p̄mo ex tex. ibi militi iūcto tex. ibi monacho φ cū
ex ordie ſcripture digniores debeant pri⁹ ſcribi ꝛ precede
re. l. ij. ff. de albo ſcrib. c. bn̄ quidē. lxxxvi. di. c. fi. xvi.
di. Et iō qui in ordie ſcripture repitur prius i ſcriptis cē
ſet̄ dignior. c. quorūdaʒ. ubi glo. ꝺ elec. li. vi. hr̄ in. c. mā
dato de preb. li. vi. Jo. an. i. c. ioānes de teſta. i. c. cum
dilecta ꝑ. d. anto. ſ. ꝺ reſcrip. ꝑ bar. i. l. ij. §. prius. ff. ꝺ
vul. ꝛ pu. ꝛ i. l. nec ordo. ff. ꝺ ſolu. ꝑ hūc tex. vꝛ iferri φ
miles armate milicie ſit dignior monacho exquo i ſcrip/
tura p̄fert̄ φ pōt itelligi uerū ſm̄ antiqua tp̄a ſm̄ que
monach⁹ n̄ erat cleric⁹. c. a ſubdiacono. lxxxiii. di. c. qui
uere ꝛ. c. gn̄alr̄. xvi. q. i. Sʒ hodie cuʒ ēt efficiātur clerici
monachi. c. cū ꝯtigat. ſ. de eta. ꝛ qual. ꝛ ſic ſunt milites
celeſtis militie. c. xp̄ianus. xi. q. i. facit glo. in. l. miles. in
prin. ff. de re iud. i. l. ij. §. miles. ff. ꝺ his qui not. infa. ꝛ
quilibʒ cleric⁹ ſit dignior quocūqʒ laico. c. duo ſūt. lxxx
vi. di. ꝛ ſūt ꝺ ſorte dei. c. cleros. xxi. di. ꝛ ꝺ illis ſcriptū eſt
nolite tāgere xp̄os meos. c. ex iniūcto. ī. ꝺ hꝛe. iō hodie
nō ꝓcederet h̄ ar. ex ordie lr̄e qꝛ monach⁹ cleric⁹ eſt di
gnior milite armate militie vn̄ poſſet hodie ſaluari tex.
noſter i mōacho cōuerſo qui lʒ ex extēſione. c. nō dubiū
ī. ꝺ ſen. excō. gaudeat priuilegio clericali tm̄ ꝓprie n̄ ē cle
ric⁹ uel ꝛ melius poteſtiſ colligere ex tex. nr̄o φ ordo ſcri
pture n̄ ſemꝑ attēdit̄ qn̄ ſubiecta mā ſuadet ꝯrīū ꝛ ꝓ h̄
ē tex. i. c. ij. ſ. ꝺ iud. ubi in ordie lr̄e p̄ponūt̄ abbates ar
chiep̄s ꝛ tm̄ poſſūt digniores archiep̄i. ꝛ faciūt q̄ nōt An
ge. i ꝓpoſito ꝑ illū tex. i. l. gn̄ali. ff. ꝺ fideicō. lib. ubi po
nit. q. illā φ cū quidā papa ſcripſiſſet ordini fratrū mino
rū φ intēdebat facere unū ex ſuis cardinalē ꝛ φ mitte/
rēt ad eū inſcripta noīa triū ex doctoribus ꝛ melioribus
ordis ip̄i ne ex ordie lr̄e papa eligeret p̄poſitū prio noīa
triū in modū ſpere ſcripſerūt papa uidēs ſe deluſuʒ qꝛ
ex ordie lr̄e n̄ potuit cognoſcere quē p̄ferēt uoluit aliquē
facere ex p̄poſito ꝛ neminē ex illis ꝓmouit. Nō ex tex.
ibi ac fratri φ monach⁹ pōt noīari frat̄. Nō ex tex. ibi
cū. d. monach⁹ φ mōch⁹ pōt ꝯſtitui ꝓcur. ꝓ ſuo mōſte
rio faciūt q̄ hn̄tur i de. religioſus de ꝓcu. in. c. cum i ꝛ a

UVA. BHSC. IyR_025

ꝫ.de re iudi. Nõ ex tex. ibi ad impetrandum ⁊ ꝯtradi
ceñ. ꝙ qñ ꝑ appellationẽ cã ẽ deuoluta ad curiã tractan
da in curia non ſufficit mittere ꝓcur. ad impetrañ. ⁊ ꝯ̃di
cẽdũ. ſ; reqrif ꝙ def ẽt mãdatuʒ ad ꝓſequeñ. ⁊ qñ cã di
caf cã deuoluta ad curiã dicaʒ in glo. Nõ ex tex. ibi. rñ
quaʒ ꝯ̃ contutumacem iñcta decif. ꝙ mittẽs ꝓcuratoreʒ
minus idoneũ uel cum minus legitimo mãdato dicitur
ꝯtumax ⁊ ideo põt ꝯdẽnari in expẽſis facit tex. in. l. i. §.
pe. et ibi bar. ff. ꝙ cuiuſqʒ uni uer. in. l. ij. §. defendi ⁊ ibi
bar. ff. ex qui. cau. in poſ. ea. nõt bar. i. l. ſi finita. §. iul.
in fi. ij. col. ff. de dã. infec. panor. ꝑ illũ tex. in. c. i ꝑtractã
dis ⁊ idẽ in. c. ceterũ. ꝫ. de iura. calũ. notat Gemi. in. c.
i. ⁊ ibi põit qñ procur. dicaf minus iſtruct⁹ de elec. li. vi.
⁊ ẽ opti. tex. ⁊ ibi bal. in. l. fi. C. de edil. act. ubi dixit bal.
ꝙ qñ ſtatutũ loquif de mãdato intelligif ſolẽni ſ; ſubie
ctã materiã cãe. Nõ ex tex. ibi ipos ad reſtituẽduʒ ꝙ
ex contumacia monachi ꝓcuratoris monaſterij ꝯdẽna
tur ipm monaſteriũ ad expẽſas ⁊ ſic nõ fit ꝯdẽnatio ꝯ̃
ꝑſonã ꝓcura. ſ; fit ꝯ̃ monaſteriũ. Et iõ hẽtis ꝙ cõtuma
cia ꝓcuratoris nocet monaſterio ⁊ ẽ ratio ẽm glo. in re
gula delictũ ꝑſone de reg. iur. li. vi. qꝛ ẽ actus iudicialis
⁊ iõ ꝑ ꝑlatũ ⁊ ſic ꝑ legitimũ adminiſtratorẽ bñ ꝑiudica
tur eccleſie i iudicialibus. c. cũ oliʒ. ſ. de cẽſi. ergo multo
fortius ꝑ ſpãleʒ ꝓcuratorẽ ad hũc actũ deputatũ. l. cum
mãdato. ff de mino. in ꝑlato nñ regulari qua' it ex eius
ꝯtumacia ꝑiudicef monaſterio ſi cõdẽnetur i expẽſis vi
dimus i. c. repꝛhẽſibilis. ꝫ. eo. ⁊ ẽt ibi dixi de ſeculari õ q°
dicit h panor. ꝙ ex ei⁹ cõtumacia nõ ꝯdẽnabif eccla i ex
pẽſis ſ; ꝯdẽnatur ipe ut de proprio ꝑimonio ſatiſfaciat
uel de aliis redditibus iuxta glo. in. c. de multa. in ver.
ſuis ꝓuẽtibus ſ de preb. ⁊ poſui aliquid i. c. repꝛehẽſi-
bilis. ꝫ. eo. Nõ ex tex. ibi cõdẽnetis ꝙ ad expẽſas rõe
cõtumacie in cã appellatõis ꝯmiſſe ꝯdemnat iudex ad
quẽ de quibus expẽſis i. c. ſepe ⁊ in. c. ex rõne ad fi. ma
terie. ꝫ. eo. Gl. in vbo appellatõi ſue in fi. habetis ex
glo ꝙ ſola ſtatutio termini opatur ut cã appellatõis ui
deaf ad curiã deuoluta tractãda ibi. Et pro hac opi. fa
cit tex. noſter ibi terminuʒ ⁊c. nec hic apparet aliquid ꝙ
iudex uel ẽt appellat⁹ detulerint appellatõi iõ ñ ẽ diuinã
dũ ⁊ hãc opi. t; glo. in. c. ueniẽs. ꝫ. de renũc. In ꝯ̃riũ
tñ ẽ vitas ꝑ tex. in. c. oblate ⁊ in. c. ex inſinuatõe. ꝫ. eo.
vbi ſtatuere terminũ nõ opaf deuolutõʒ cãe ad curiã q°
ad finẽ ut cã ueniat ibi tractãda ⁊ in ꝯ̃riũ t; Jo. an. ⁊ p⁹
eũ cõiter ſcrib. Ut igif ꝑcipef poſſitis qñ cã appellatõis
tractãda fit i curia dicite ꝙ quedaʒ ſunt cãe q õ natura
ſui ſũt tractãde in curia exquo in eis appellaf puta cauſe
bñficiales. c. ſ. c. ut circa. c. cupientes de elec. li. vi. habef i
cle. cõʒ de elec. Et i iſtis reglr cã ꝑ appellatõʒ ẽ ſemꝑ ꝑtra
ctãda i curia ⁊ noua ẽ forma appellatõis interponeñ. ⁊
ꝓſequeñ. de qua forma ⁊ i. d. c. ut circa ⁊. d. c. i. quedam
ſũt cãe q̃ hoc nõ hñt ex natura ſua ut i curia tractari dbe
ant eaꝝ appellatões. ⁊ tũc aut appellaf a ſnia iterlocuto
ria aut diffinitiua. ſi ab iterlocutoria ⁊ tũc ſi oĩa illa ꝯcur
rũt qꝛ appellãs ꝑfixit tminũ appellatõi ꝓſequẽde iudex
a quo ⁊ ꝑs appellatõʒ approbauerũt puta qꝛ iudex dedit
libellos dimiſſorios uel reuerẽtiales ꝑs appellata cõſen
ſit appellatõi ⁊ tũc ꝯcludũt oẽs h ⁊ ſpec. eo. ti. §. qualif
vſ. porro appellatõeʒ eẽ ad curiã deuolutã ⁊ ibi tractãdaʒ
ꝑ tex. i. c. iterpoſita. §. i. a ꝯ̃rio. ſ. eo. Si nullũ iſtorũ int
uenit ⁊ tũc cãus ẽt ẽ clarus qꝛ cũ nõ adſit aſſignatio tmi
ni nec delatio iudicis nec approbatio ꝑtis nõ dʒ appella
tio i curia tractari ſ; ſolũ deuoluta erit ut poſſit impetra
ri in curia iudex ad quem qui in ꝑtibus cognoſcat ñ aũt
in curia cognoſcet tex. ẽ in. c. iterpoſita. §. i. ⁊ i tex. nro
a ꝯ̃rio. Si uero alterũ tm̃ iſtoꝝ iteruenit ⁊ tũc aut iterue
nit tm̃ ꝑfixio tmini ⁊ iſto cãu nõ ẽ cã tractãda i curia ſed
ſolũ impetrabif ꝯmiſſio ad ꝑtes ut dixi reprobãdo glo.
aut interuenit tmini ꝑfixio cũ approbatõe iudicis a quo
nõ tñ iteruenit approbatio ꝑtis appellate uel ecõ iterue
nit tmini ꝑfixio cũ approbatõe appellati nõ tñ interuẽit
approbatio iudicis a quo ⁊ tũc cã ẽ in curia tractãda ẽm
panor. h ⁊ facit tex. in. d. c. iterpoſita. §. i. põderãdo ibi
negatiuã a ꝯ̃rio ſenſu iuxta ea q̃ hñtur i. l. is qui ducẽta
§ unũ. ff. de reb. dub. aut iteruẽit approbatio iudicis ſi
ne tmini ꝑfixione uel ꝑtis appellate ⁊ tũc vꝫ inuere tex. i
d. §. i. in. c. iterpoſita ꝙ cã ſit tractãda i curia a ꝯ̃rio ſen
ſu. Si vo loquimur i diffinitiua eadẽ ẽ hñda diſtictio.
uno excepto ꝙ delatio iudicis a quo nihil opaf quo ad
diffinitiuã ꝑ appellationẽ ab ipa diffinitiua. naʒ ſtatiʒ in
tpoſita appellatõe a diffinitiua inuitis dentibus iudicis
a quo appellatio ei⁹ iuriſditõeʒ ſuſpẽdit. c. nõ ſolũ p° re
ſpõſo eo. ti. li. vi. iõ eius delatio nõ ẽ i ꝯſideratõe faciũt
q̃ hñtur i. c. cuʒ appel. eo. ti. lib. vi. Hẽtis ſcdo ex glo.
unũ effectũ quẽ opaf termini ꝑfixio qꝛ facit ut cã appella
tõis uenit i curia tractãda. Sʒ ut dixi gl. cõif nõ tenef g°
effect⁹ nõ bonus. Tres tñ nõ. effect⁹ aſſignat h panor.
quos opaf tmini ꝑfixio ab ipo appellãte facta. ꝑmus ẽ
qꝛ purgat ſuſpitionẽ q̃ poterat reſultare cõtra appellan
tẽ ꝙ cã differẽdi iudiciũ appellaret iuxta ea q̃ hñtur i. c.
cũ ſit. ꝫ. eo. ſecũdo qꝛ ab aduerſario nõ põt ꝑueniri iſte
tminus i ipetratiõe. c. oblate. ꝫ. eo. Terti⁹ ẽ quẽ ſentit
glo. qꝛ opaf quo ad ꝑtes uiʒ ꝑemptorij. c. ſepe ⁊ ibi uidi
mus. ꝫ. eo. Et iõ ex ꝑdictis hẽtis elicere q̃ debeat. eẽ for
ma ꝑemptorij ſiue mãdati qd datur qñ appellatũ eſt ad
curiaʒ. naʒ illis cãibus i quibus cã appellatõis uenit i cu
ria tractanda nõ ſufficit dare mãdatũ ad ipetrãdũ ⁊ ꝯ̃di
ceñ. ſed dʒ apponi ⁊ ꝓſequeñ. imo appellato petẽte ubi
ẽ ab iterlocutoria appellatũ ad curiã ita ꝙ cã uenit i cu-
ria tractãda tenef appellãs uel vẽire uel dare mãdatuʒ
ad ꝓſequẽdũ ẽt negociũ ꝑcipale. c. i. §. poſt hec. eo. li.
vi. ⁊ ſuꝑ negocio principali uł uẽire uel mittere cũ inſtru
ctione. d. §. poſt hec. ita imol. ⁊ bal h. ubi aũt cã nõ eſt
i curia tractanda tũc ſufficit mittere ꝓcur. ad ipetrandũ
⁊ ꝯtradicẽdũ. d. c. interpoſita. §. i. ẽ tñ unus caſus i quo
appellatio l; de natura ſui ⁊ ex ipſa iterpoſitõe uel aliq°
ꝑmiſſorũ nõ ueniret tractanda i curia tamẽ ex accidenti
ibi tractanda eẽt. puta appellans iurauerit ꝙ hʒ ſuſpec
tos iudices in ꝑub° ꝑꝑ ꝑ horreſẽtiaʒ aduerſarij qua ꝑꝑ
petit ut cauſa in curia tractef iſto caſu tractabif cauſa in
curia qꝛ nõ põt cõſequi iuſticie ꝯplemẽtũ. ita h. d. anto.
⁊ in. c. ueniẽs in pe. col de renũc. ⁊ h Panor. ita rota de
ciſ. ſua. xlij. q̃ incipit itẽ ſi peteref ⁊ ſic nõte extẽſionẽ ad
c. ſtatutũ. §. i. de reſcrip. li. vi. Sʒ qꝛ dictuʒ ẽ i tex. ꝙ ſi
ꝓcuratorẽ cũ min⁹ legitio mandato miſerit appellans
ꝙ reputabif cõtumax ⁊ ꝯdẽnabif in expẽſis pone ꝙ ap
pellatus i curia ꝓſequatur appellatõeʒ nõ obſtante ab
ſentia aduerſarij ꝓut põt ut uidimus in. c. ꝑ tuas. ꝫ. e.
nũquid illo caſu ꝯdẽnabif in expẽſis appellans ⁊ gl. in
c. i. in vbo defecerit de ele. li. vi. uidef ꝯcludere ꝙ ſic. In
ꝯ̃riũ t; Jo. an. ibi in nouella ſcipm declarans ⁊ tex. tenʒ
Panor. qꝛ exquo nõ obſtante abſentia appellantis uł mi
nus legitio mandato ꝓſequif appellationẽ nõ hʒ quid
cõqueraf de cõtumacia aduerſarij ⁊ iõ nõ debebit ea cõ
tumacia mulctari in expenſis bene tamen ꝙ in fine cauſe
ueniet cõdemnandus tanꝙ temere appellans ſ; nõ ui
gore cõtumacie ⁊ ſic habes limitationẽ ad eã que habẽf
in. c. ij. de dolo ⁊ cõtu. li. vi. i. l. ſancim⁹. C. de iud. i. c. q̃
rellaʒ. ꝫ. de ꝓcu. dum cõcludif ibi ꝙ ꝓ ſingula cõtuma
cia quis ẽ cõdẽnandus in expẽſis. Sʒ nũquid cõſtitut⁹ ꝓ
curator ad ipetrandũ dicaf ꝓcurator iudicialis an extra
iudicialis ⁊ dic ꝙ dicitur extraiudicialis ẽm imol. hic. ⁊
Jo. an. ꝑ ea que habẽtur in. c. ex ꝑte decani. ꝫ. de reſcri.
Sʒ nũquid h ꝓcurator ad impetrandũ ſi i curia op
põatur ꝙ cauſa dʒ ibi tractari ⁊ ſic nõ hʒ legitimũ man
datuʒ ut hoc tex. poterit ſuꝑ illo articulo an cauſa ſit tra
ctañ in curia uel ne cõparere. Et dicit ſpec. in ti. de procu
ra. §. ut autẽ vſi. ſ; pone. ⁊ imol. ⁊ panor. hic ꝙ ſic ꝑ ea
que habẽtur in. c. cũ olim el. i. ꝫ. de offi. dele. Sʒ po
ne ꝙ ꝓcurator ẽ datus ad impetrandũ ⁊ ꝓſequẽdũ et
nõ proſequif nũquid fiet ꝑiudiciũ domio ⁊ dic ſecundum



UVA. BHSC. IyR_025

ſmol. ꝙ ſic qꝛ eſt quid ei imputetur quare negligentē ꝓ
curatorē eligit. c. i. ſup ut lit. nō conte. faciunt notata ꝑ
bar. in. l. i. §. ſi ꝓcurator. ff. ſiquis iuſdi. nō ob. habetᷣ in
l. cum mandato. ff. de mino. Et ſic habetis inferre ꝙ licʒ
expreſſe renūciando ꝓcuř. nō poſſit ꝑiudicare dn̄o i cā
appellatōis ꝓut uoluit bal. in. l. fi. §. fi. C. de temp. ap.
tamē tacite negligeñ. pōt preiudicare domino ēt quo ad
deſertionē appellatōis ⁊ ita tenet Ang. ⁊ imol. in his ter
minis in. l. ab executore ad fi. ff. eo. ⁊ faciūt que uidimus
in. c. ex ratōe ſup eo. que notat bal. i. c. ex pte circa fi. ſ.
de reſcrip. Sʒ nunquid procuř. ad audieñ. ſniam po
terit appellare ⁊ dicit hic bal. ꝙ nō allegat archi. ij. q. vi.
c. nō ſolēt. Sed nūquid datus ꝓcuř. ad litē cōteſtañ.
poterit appellare ⁊ dicit hic bal. ꝙ ſic ꝑ tex. quē dicit ſin/
gularē ad h̄ in. l. qui ꝓcuř. dat. ff. de ꝓcur. dum vult ꝙ
datus ꝓcuř. ad lit. ꝯteſtationē pōt ēt alia iudicialia face
re ergo ⁊ appellare ſicut ꝓcuř. datus ad iudiciū. l. inui/
tus. C de ꝓcura. c. nō iuſte. ſ. de procu. Sʒ nūquid
negociorū geſtor poterit appellare ⁊ dicite ꝙ nō ualebit
appellatio niſi dominꝰ intra tp̄a ad appellandū ratū ha
buerit. l. liberto. §. fi. ff. de neg. geſt. iūcta. l. bonorū. ff.
rē ra. ha. ita bal hic. ⁊ eſt glo. in. c. ut circa in v̇. adherē
tes de electio. li. vi.

VA. Ab eadē ſnīa. tertio nō lʒ appellari
h. d. ⁊ cōcordat. l. unica. C. ne lic. 3ᵃ
prouoc. Diuiditᷣ in tres ptes. In pria po
nit impetrationē ſup cauſa tertie appellatōis. In ſecūda
ibi cūque. R. ponit interlocutoriā dictaʒ ipetrationē an
nullantē. In tertia ibi nos ꝑdicto ponit mandatū pape
ip̄am interlocutoriaʒ cōfirmās ⁊ exequēſ. Nō prio ibi
ꝑ tutorē ꝙ pupillus nō pōt eē in iudicio ſine auctoritate
tutoris. facit. l. claruʒ. C. de auct. ꝑſtan. ⁊ qḋ hētur in. c.
fi. de iudi. in. vi. ⁊ aliquid in. c. ex pte. M j. eo. Nō
ex tex. ibi corā iudice tuſcaneñ. ꝙ qñ cā v̇titur inter me/
ros laicos ⁊ agitatᷣ corā iudice ſeculari in terris ſubiectis
pape appellatᷣ ad papā facit. c. ſi duobus. ſ. eo. Nota
ex tex. ibi que bis iuncta deciſ. ꝙ ab eadē ſnia nō ē ꝑmiſ
ſuʒ tertio appellare ⁊ ideo lať tribus ſniis ꝯformibꝰ exe
cutio uenit fiēda abſqʒ alia exceptōe cle. i. de ſen. ⁊ re iu
di. Nō ēt ex tex. ibi interlocutꝰ fuit ꝙ qñ pronūciatᷣ ſup
articulo iuris illa ſnia dicitᷣ iterlocutoria. ita h̄ bal. nā ꝓ
nūciare ꝙ nō ē licituʒ 3° ꝓuocare ē ſup articulo iuř ⁊ tē
h̄ appellatᷣ interlocutoria ſnia. Nō ex tex. ibi ñ potuiſ
ſe de iure ſʒ cūdē bal. ꝙ lʒ ꝑ ſniaʒ qua ꝓnūciatᷣ nō poſ
ſe appellari finis imponatᷣ cāe. l. unica. C. ne lic. 3°. ꝓuo
ca. tamē illa ſnia ꝙ 3° ꝓuocari nō pōt eē iterlocutoria ñ
diffinitiua faciūt q̄ habentᷣ in cle. fi. de ap. ⁊ dic ꝙ ē inter
locutoria mixtā naturaʒ hñs. ſ. effectū diffinitiue ut uo
luit rota deci. ſua. lxxxviij. que incipit itē ſi a ꝓnūciatōe
ſicut i ſimili de ſnia qua ꝓnūciatᷣ appellatōʒ deſertaʒ ⁊
rota deciſ. ccccxx. q̄ icipit itē ſi a diffinitiua. ⁊ bal. in. l. ij.
C. ḋ ep̄a. aud. ⁊ in. l. ſi ꝑſes deſertā. C. quō ⁊ qñ iudex.
Nō ex tex. ibi. p. ⁊ eiꝰ collēge iūcto tex. ſ. ibi obtinuit
delegari ꝙ lʒ delegatōes aplice ꝑ decre. ſtatutū in pri. ḋ
reſcri. i. vi. debeāt fieri ſolū i dignitate ꝯſtitutꝭ uel canoni
cis eccľe cathedralᷣ tamē qñ cā v̇titur inter meros laycos
ſubditos eccľe ſi papa delegat cām nō requirit eaʒ quali
tatē ꝑſonaꝝ quibꝰ fiat delegatio q̄ requiritᷣ in. d. c. ſtatu
tū. Et ideo laicis tales cās papa delegat ut h̄ ꝙ an ho/
die ꝓcedat vř dubiū. naʒ Spe. in ti. ḋ deci. §. i. v̇ſ. qḋ
ſi delegatus ⁊ Inno. i. d. c. ſtatutū ꝙ oliʒ incipiebat pre
ſenti tenēt hodie hanc decre. eē correctaʒ ꝑ illā decre. ſta
tutū. Sic ēt i ſimili oliʒ nō requirebatᷣ ꝙ eēnt i digni ta
te iudices delegati a papa. c. cū olim ibi ſ. monacho alto
bacie cl. ij. j. ḋ priuil. hētur in cle. ⁊ ſi principalᷣ. j. ḋ reſcri
ptis. Et tamē hodie repitᷣ correctū. d. decre. ſtatutū ⁊ cū
decre. illa gñaliter nō apiens magis de cauſ clericorum
q̄ laicorum iō generalʒ dʒ intelligi. c. qꝛ circa. j. de ꝑui. ⁊
facit ratio de qua ꝑ glo. in. d. c. ſtatutuʒ in prin. in v̇. ca
nonicis. nam ꝑpea delegatio pape nō fit niſi cōſtitutꝭ in

dignitate uel canonicis eccleſie cathedralᷣ qꝛ vř indignuʒ
ꝙ ꝑſone inferioris ſtatus ꝑſonā pape repñtent que qui
dē ratio ita hʒ locū i delegatione facta intᷣ meros laicos
ſicut ēt in delegatōe facta iter clericoſ. In ꝯriū facit qꝛ
iuriū correctio ē euitañ. c. cum expediat de elec. li. vi. Sʒ
tex. noſter ꝑmittit delegari cām laicoruʒ meris laicis ēt
quādo delegatio fit a papa ergo non dicemus hanc de
cre. correctam ꝑ decre. ſtatutū. nec obſtat ſimile de. c. cū
olim qḋ hodie corrigitur qꝛ diuerſa ē rō. nam qñ delega
tio fit inter clericos qꝛ clerici tractare nō poſſūt cās agen
do quas ēt iudicādo tractare nō poſſūt. c. ſniam ſangui
nis ⁊ ibi hētur. j. ne clerici uel mona. iō papa ḋ neceſſi/
tate ꝓuidit et iuſta fuit ꝓuiſio ꝙ tales cāe nō delegentᷣ
niſi clericis in dignitate ꝯſtitutꝭ uel canonicis eccľie cathe
dralis qꝛ cū inter clericos nō poſſit litigari de cā ſangui/
nis iō in ea gñalitate ꝙ cāe clericoꝝ cōmittūtur clericis i
dignitate ēt nō uenit aliqḋ abſurdū ut ḋ cā criminali cleri
ci habeāt cognoſcere qꝛ cū illa gñalitas loquatᷣ tm̄ ḋ cle
ricis litigātibus ⁊ iter eos non poſſit eē iudiciū ſanguis.
ergo nec in ꝯmiſſione ueniet tale iudiciū ⁊ ſic gñalitas il
la nō trahetᷣ ad abſurdū. Sʒ ſi itelligemus decre. ſtatu/
tū loqui ēt in laicis iter ſe litigantibꝰ poſſet ſequi abſur
dum qꝛ inter laicos pōt bñ eē litigium ſanguis. ⁊ ſic i ge
neralitate illa uidreētur papa mandare abſurdū dū vult
ꝙ fiat delegatio clericis i dignitate ꝯſtitutis generaliter ⁊
alř nō ualeat qꝛ videtᷣ mandare ut ēt ḋ iudicio ſanguis
fieret delegatio clerico qḋ nō ē dicēn. poſſet eīm eē ꝙ lai
ci iudiciū ſanguinis inuicē hērent nō obſtat ꝙ dʒ ḋ ge
neralitate. c. ſtatutū qꝛ generalitas illa reſtringitᷣ ad ido
neitatē. l. i. C. de ſacroſanctec. l. ut gradatiʒ. §. ſed ſi. ff.
de mune. ⁊ hono. iō intelligitᷣ tm̄ de illis de quibꝰ v̇iſimi
litᷣ pōt loqui. ſ. ḋ cauſ clericorū ꝑ ſupdicta ⁊ qꝛ inhoneſtū
ē ut clerici negocia laicoꝝ tractēt ſiue iudicia. c. te quod
xi. q. i. ⁊ faciūt notata ꝑ. d. anto. in. c. ij. ſ. de iud. ⁊ hāc
opi. firmat hic. d. anto. ⁊ panor. Io. an. dicit ſeruañ ꝙ
curia ſeruat nec i iure firmat pedes. Imol. ſecere diſtin
ctōis cōcordat opi. aut loquimur de cāis laicorū tpalibuſ
⁊ tunc delegatio ēt fiat laicis ut hoc tex. aut loquimur ḋ
cauſ laicorū ſʒ ſpūalibus puta vinculo mřimonij ⁊ tunc
fiat delegatio clericis iuxta formaʒ. c. ſtatutū. ⁊ procedat
opi. Inno. ⁊ ita ſi cauſa eēt mixta inter unū laicuʒ ⁊ ali
um clericū qꝛ iſto caſu magis dignū trahit ad ſe minꝰ di
gnū ⁊ ſic cā iudicabitᷣ potius ut ſpūalis q̄ ut laica iuxta
glo. i. c. unico circa fi. de iure patro. li. vi. c. qḋ in dubijs
j. de ꝯſecra. ec. uel alta. Glo. i v̇bo iterū i fi. hētis nō.
gl. ſm bal. ⁊ alioſ ꝙ iſta dictio. iteꝝ qñqʒ bis importat.
qñqʒ pluries ſm ſubiectaʒ materiā. Et faciūt q̄ habentᷣ
i. l. fideicō. §. ſiquis. x. ff. ḋ leg. iij. in. l. ueluti. ff. de edē.
i. l. ꝑ ſalutē ⁊ ibi ꝑ bal. ff. de iureiu. Et iō infert hic bal.
ꝙ ſi in cōpromiſſo dicatᷣ ꝙ arbiter poſſit ꝓrogare tmi/
nū ſemel ⁊ iterū ꝙ illo caſu nō poterit ꝓrogare niſi bis
nec poterit in imenſuʒ excedere ꝓrogationē termini. i
mo ſi diceretᷣ ꝙ poſſet ꝓrogare totiēs quotiēs uoluerit
illo cāu lʒ facultas ꝓrogādi ſit i eū remiſſa ⁊ hēat latas
habenas iuxta notata ꝑ bal. in. c. i. in prin. i ti. quo tpe
mil. tamē nō poterit ultra tres mēſes terminū ꝓrogatᷣ
ut uoluit bal. in. l. i. C. ut in poſſ. leg. Sʒ melius loquitᷣ
bal. in. c. fi. ſ. de ꝯſue. dicēs ꝙ illo caſu nō poterit ꝓro/
gare niſi uſqʒ ad quātitatē ꝑmi termini i ꝯpromiſſo aſſi
gnati ⁊ facit tex. in. c. ij. v. q. ij. facit qḋ notat Io. and. ⁊
poſt eū Imol. i. c. nōnulli. ſ. de reſcrip. Glo. in v̇bo
tertio appellare in fi. habes ꝑmo ex glo. qualiter intelli
gatᷣ qḋ dici ſolet nō licere 3° ꝓuocare qꝛ itelligitᷣ ab eodē
grauamie ⁊ ab eadē pte ſed ḋ diuerſis grauaminibꝰ quo
tiēs grauatᷣ totiēs quis ꝓuocare poterit. ij. q vi. c. quo/
tiēs ⁊ uidimus in. c. directe. ſ. eo. item diuerſe ptes po
terunt plus q̄ bis appellare qꝛ actor bis appellabit ⁊ re
us bis. ⁊ ſic cōſideratis ſimul oībus partibus quatuor
erunt appellatōeſ ab eodē grauamine ⁊ non ultra. tamē
ſi actor bis appellabit ⁊ reus poſtea appellet lʒ actor no

UVA. BHSC. IyR_025

lens3° ꝓuocare nō fuiſſet auditus ex ſeipo tamē bñficio
rei appellātis poterit ipſe aduerſus hanc tertiā ſniam a
qua reus appellauit ſi in aliquo fuit grauatus inſiſtē ad
retractatiōnē eius ꝛ ſic indirecto obtinebit qđ tertio ipu
gnabit ſniam. ita Bal. et Jmol. hic. ꝛ faciūt que uidimꝰ ī
d. c. directe ꝛ que hñtur in. c. ex parte s. ſ. de reſcrip. et
dixi in. c. ex rōe ī ſimili quādo ab appellāte deſerta ē ap
pellatio. ſ. eo. ꝛ hoc pp equitatē. l. perēde. C. de temp.
in integ. reſt. per. Sic ergo tacite regulam ſm glo. ꝛ
tex. hic ꝙ nō licet tertio ꝓuocare ab eodē grauamīe et
eadē parte. cōcordat tex. in. d. c. ſiquis ī quacūqꝫ. ij. q.
vi. ꝛ in. l. unica. C. ne lic. tcio ꝓuo. Fallit pͦ qñ benefi
cio aduerſarij a tertia ſnīa appellātis actor qui bis ap/
pellauerat p indirectū admitit ut ꝓxime dixi. Se/
cundo fallit pte nō opponēte ꝙ bis fuerit prouocatum.
nam iſto cāu ſi tertio ꝓuocauit et ps nō opponat uale/
bit appellatiō ꝛ ſic nō ē ipſo iure nulla tertia appellatio.
ſed demū parte opponēte ita bal. hic qui dixit hūc ter.
ad hoc eē ſingularē qui nullibi hoc innuit niſi ibi interlo
cutum eēt ꝛ ibi ēt male hoc ſētit faciūt nō. p d. ant. ꝛ bal
dū in. c. ſup litteris. ſ. d reſcrip. In ꝯtū ē gl. in cle. ſi
appellationē. e. ti. lꝫ Jnno. ibi in. vi. col. tꝫ primam opi.

Tertio fallit quando princeps ex certa ſciētia ꝯmitte
ret cām appellatōis ꝛ hoc appareret. nā iſto cāu ualeret
cōmiſſio. ita bal. ꝛ imol. hic. Et faciūt que hñtur ī cle. ꝛ
ſi pncipalis de reſcrip. in. c. paſtoralis. §. pterea. ſ. d of.
dele. in. c. ex multiplici. j. de deci. in. c. ad hec ꝛ in. c. cum
ordinē. ſ. de reſcrip. Et hoc cāu tranſibit in priuilegiū ñ
aūt erit reſcriptū ut uolūt doc. maxie. d. anto. in. c. i. ī in
tellectu illius tex. ſ. de reſcrip. Quarto fallit quādo ī
uiam priuilegij princeps uel generalr uel ſpālitex alicui
hoc pmitteret qꝛ cum illud ſit de iure poſitiuo ꝙ nō lice
at tertio prouocare pñceps hoc pōt tollere p ea que nōt
Jnno. in. c. que in ecclarū. ſ. de cōſti. hētur in. l. fi. C. ſi
ꝯ ius uel util. pu. faciūt notata p bald. in. d. l. unica. C.
ne lic. 3° ꝓuoc. Et ita tenet h Jmol. ſubijciēs hoc ꝓce
dere in priuilegio. ſed in reſcripto ad lites in dubio niſi
appareat ex certa ſciētia tale reſcriptū erit ſubrepticiū ꝛ
nō ualebit ex quo cōmittit tertio cām appellationis ꝛ fa
cit rō qꝛ in ipetratōe reſcripti in cā appellatōis d appel
latōe ē habēda mētio. alias reſcriptum erit ſurrepticiū
c. ex parte s. ꝛ ibi nō. ſ. de reſcrip. uidimꝰ in. c. bone in
c. oblate. ſ. eo. in. c. bone. ubi hētur. j. de confirmā. uti.

Quinto fallit quādo in reſcripto eēt clauſula ñ obſtā
te ꝙ bis ſit ꝓuocatū. nam tūc talis clauſula nō obſtāte
habet uiꝫ priuilegij ꝛ clauſule ex certa ſciētia. ita bal. in. l.
fi. in pria col. C. ſniam reſcin. nō poſſ. Sexto fallit qñ
una uocis prolatōe ter uel quater uel milies appellatur
puta dicēdo appello milies a ſnia ueſtra. nā iudicatꝛ tātū
pro una ter. ē in. c. lotharius. xxi. q. ij. ꝛ ēt vult glo. hic ī
fi. Septio fallit qñ papa ī reſcripto dediſſet priuilegiū
ut poſſet libere appellare. nam tūc ut priuilegiū aliquid
operetꝛ intelligitꝛ libere poſſit appellare. i. ut ēt tertio ap
pellare poſſit. d. anto. in. c. i. in. i. carta de reſcrip. qđ di
ctuꝫ ē notabile ſi ē uerū. Octauo fallit qñ uno ꝯtextu
ſcripture appellatōis pluries appellatꝛ. puta dicēdo ap/
pello appello appello. nā illo cāu ꝓ una cēſetꝛ iuxta gl.
ī ſimili ī. l. iiij. ff. de pigno. ac. faciūt nōta ī cle. i. eo. ti. ꝛ
uoluit h panor. uoluit imol. poſt. d. anto. ī. c. dilecto ad
fi. ſ. eo. faciunt notata p bar. ī. l. cū ꝓcuꝛ. §. i. ꝛ ibi imo.
ff. d op. no. nūc. De nullitate tñ ultra ꝙ 3° poterit op
poni. ita ſpec. ī ti. d excep. §. niſi. vſ. itelligetꝛ ꝛ iō cautius
ē dicere ſniam nullā. Sꝫ qꝛ uidetꝛ gl. h uelle ꝙ una uo
ce pluries pōt appellari reuocat h ī dubiū panor. nūqđ
appellari poterit ꝛ aliquid opetꝛ ipſa gemiatio ēt ſi ſuper
appellatōe ñ ſit appellatū ꝛ articulū late ꝓſequitꝛ. d. An
to. ꝛ imol. poſt inno. ī. c. dilecto ad fi. ſ. eo. ponit abbas
antiquus ꝛ Jo. an. ī. c. bone. ſ. eo. Card. ī cle. i. §. ſimlr
de ſen. ꝛ re iud. Gemi. poſt gl. ī. c. ſi is cui de of. dele. li.
vi. ponit bar. ī. l. cū ꝓcuꝛ. §. i. ꝛ ibi ang. ꝛ imol. ff. d op.
no. nū. Jmo. ī. l. i. §. libelli. ff. eo. ti. Bar. ī. l. appellatō
ne ubi nōbilr ꝛ ī. l. ſi libellos. ꝛ ibi Ang. ꝛ Sali. C. e. po
nit bal. ī. c. i. §. ſancimꝰ in. i. ꝛ. ij. col. in ti. quo tēp. mil.
in uſi. feu. Bal. in add. ad Spec. e. ti. col. vij. in addi. q
incipit ſꝫ pone ꝙ quis ꝛ poſui. ſ. ī ꝯmēto Rice. arch. in
§. biduū vſi. aduerſus. ij. q. vi. ꝛ ſūt tres opi. Pria
fuit opi. inno. ī. d. c. dilecto quā ſequitꝛ Jo. an. poſt abb.
in. d. c. bone ꝙ ſi appellaui a grauamie puta pria die la
te ſnie ꝙ poſtea itra. x. dies a tpe late ſnie potero gemia
re appellatōeꝫ ꝛ iterū appellare ab eodē grauamie ꝛ ꝙ
plus ē potero utrāqꝫ ꝓſequi. Et h opi. lꝫ cū aliquali di
ſtinctōe magis placet bal. ī. d. l. appellatōe. Secūda
fuit opi. bar. in. d. l. cuꝫ ꝓcuꝛ. §. i. quā ēt tenuit ange. in
d. l. ſiquis libellos. ꝛ ita ludo. de ro. rñdens ad ꝯria ī cō
ſi. xli. incip. in dei ꝛc. in pñti cōſultatōe qui tenuit ꝙ pre
ſuppoſita ualiditate prie appellatōis ſi gemiauero ap/
pellatōeꝫ itra tpa. x. dierū nihil ualebit ſecūda qꝛ nō hꝫ
qđ opetꝛ. non. n. pōt dici ꝙ ſniaꝫ infrigat qꝛ p primā eſt
rupta. l. furti in pri. ff. qui not. infa. l. ij. ff. de penis. l. i.
§. fi. ff. ad turp. nō ēt deuoluit qꝛ p primā iā ē deuoluta
ꝛ facit qđ in ſimili dicitꝛ ī. l. ſi unus. §. pactus ne peteret
ubi ī ſimili de pacto de nō petēdo in glo. magna. ff. de
pac. Sꝫ bal. ī. d. l. appellatōe ꝛ in. d. §. ſancimꝰ dixit
ꝙ Bar. uehemēter errauit. nam ē certus effectus quem
pōt opari ipſa ſecūda appellatio: ſ. quo ad tpꝰ ꝓſequen
de appellatōis qꝛ incipit currere a tpe interpoſite appel
latōis de. ſicut eo. ti. ideo pone primā appellatōem pria
die late ſnie interpoſitā ſecūdā. x. die interpoſitā iſte per
ſcđam appellatiōnē lucrabitꝛ. viiij. dies ſaltē. qꝛ ꝓceſſus
appellatōis poterit durare. ix. diebus plus ꝙ duraſſꝫ ꝓ
ceſſus pme appellatōis. pterea fallitur bar. qꝛ appella
tio nō extinguit ꝓnūciatū ſꝫ ſuſpēdit. c. uenietes. ſ. d iu
reiurā. de quo dixi in Rica. Sꝫ ſemel ſuſpenſus poterit
iterū ſuſpēdi. c. ita quorūdā. j. de iude. ergo lꝫ ſnia ſit ſu
ſpēſa p primā appellationē nihil obſtabit quo minus ſu
ſpēdatꝛ ēt p ſecūdā. Tertia fuit opi. Ang. ī. d. l. cum
ꝓcuꝛ. §. i. ꝛ. d. anto. in. d. c. dilecto qui dicūt ꝙ p ſecūdā
appellatōeꝫ uidetꝛ renūciatū prime ſicut in ſimili p ſecun
dū ꝓcuratoriū reuocatꝛ primū. l. ſiquis ꝓcuratorio. §.
fi. ff. de procura. c. ſi quēquā de ꝓcura. li. vi. p ſecūdū te
ſtamētū reuocatꝛ pmū. l. cū in ſecūdo. l. poſthumus. §.
i. ff. de iniuſt. rup. teſta. §. poſteriore inſti. qui. mo. teſt.
infir. Et clarū ē ꝙ appellatōi interpoſite pōt libellū ſuū
emēdādo uel mutādo renūciare intra tempora. l. ſiquis
libellos. C. e. faciūt q uidebimꝰ ī. c. iterpoſita. §. ille de
niqꝫ. j. eo. ſm bar. ī. d. l. cū ꝓcuꝛ. §. i. quē ſequitꝛ ang. in
l. ſiquis libello. C. eo. ꝛ Bal. in addi. ad ſpec. eo. ti. vſi.
ſꝫ pone. Facite regulā ꝙ ſecūda appellatio nihil opatꝛ
ſꝫ ſtamus prie ꝛ ideo gemiatio ē ſupuacua. Fallit pri
mo qñ fuiſſet appellatū minus ſolēnitꝛ in pria appellatō
ne qꝛ ſecūda appellatio illo cāu ualet ꝛ ꝓdeſt gemiare.
Jntelligimꝰ. n. d appellatōe ualida cū de appellatōe lo
quimur. l. ſi iuꝛ in prin. ff. de leg. iij. ita bar. ī. d. l. cū ꝓ
cuꝛ. §. i. Secūdo fallit ſi appellatū ē prio uiua uoce
ꝛ poſtea gemiatꝛ appellatio qꝛ in ſcriptis appellatꝛ. nam
iſto cāu gemiatio hꝛ ꝓ una appellatōe. ꝛ iō ualet ſicut
in ſimili in teſtamēto. ita bar. ubi. ſ. ꝛ. d. anto. ī. c. dile
cto ad fi. ſ. eo. qui intelligit hoc uerū niſi ex cōiecturis ali
ud appareat. puta ex diuerſitate diei ānotare in appella
tōe. nā tūc apparet ꝙ noluit eē unuꝫ tñ actū bis iteratū
ſed uoluit duos eē diuerſos actus. Tertio fallit quā
do eēt appellatū prio uiua uoce cum ꝓteſtatōe d appel
lādo in ſcriptis. nā illo cāu ut actus plene interptetꝛ ī fa
uorē appellātis, interptamur hāc appellationē fuiſſe cō
ditionalē. ſ. appello uiua uoce ſi in ſcriptꝭ nō appellaue
ro. ꝛ ideo ſecūda appellatio tanquā purificata cōditiōe
ualebit ꝛ reſoluetꝛ pria. ita imol. nōbilr ī. l. i. §. libelli. ff.
eo. in. l. cum ꝓcuꝛ. §. i. ff. de op. no. nūc. Et ideo cautel
la ē qñ pria appellatio interponitꝛ ꝙ fiat ꝓteſtatio d ap
pellādo ſecūdo loco. ꝛ illa ꝓteſtatio facit primā appella/



UVA. BHSC. IyR_025

tionē cōditionalē ut appello. ſ. ſi ſecūdo nō appellauero ⁊ ē utile pp lapſuꝫ fataliū ut. ſ. declaraui ex mēte Bal.
Quarto fallit ſi appellatio. i. fuit interpoſita ab īterlocutoria. ſ'a aūt a diffinitiua. ita tñ ꝙ i appellatōe a diffinitiua deducaꝛ grauamē īterlocutorie a qua fuerat appellatū. puta ſ'm materiā. c. ſi. eo. ti. li. vi. Iſto cāu ⁊ ſ'a appellatio ⁊ prima ualebūt. ⁊ tñ idē grauamē in utraqꝫ deductū ē. ita ange. in. d. l. ſiquis libellos. ⁊ bal. in. l. generalr. §. i. C. de re. cre. ⁊ iureiu. faciūt nōta ꝑ imol. i. d. c. dilecto. Quinto fallit quotieſcūqꝫ ex diuerſa cā lꝫ ſuper eodē grauamie utraqꝫ appellatio iterponiꝛ. naꝫ tūc ⁊ p̄ma appellatio ualet ⁊ ſ'a ⁊ ē utile pp ea que hñtur in dcm̄. appellanti. eo. ti. Ita uoluit bal. in. d. l. appellatōne. C. eo. ⁊ in. l. ij. C. de ep̄a. and. facit glo. in. c. ſi is cui in v̄bo durāte de offi. dele. li. vi. ⁊ dixi habūde in. c. ut d̄bitus. ſ. eo. Sexto fallit qñ interpōiꝛ appellatō ad diuerſos iudices. naꝫ pria iterpoſita ad unū iudiceꝫ ſi alia gemiētur ad aliū iudicē ab eodē grauamie ualebit ſ'a et nō pria. iſte ē cāns ſ'm glo. ⁊ ibi cōiter ſcrib. in. d. l. ſiquis libellos uoluit. d. anto. in. d. c. dilecto. Septimo fallit qñ pria appellatio eēt iterpoſita ab interlocutoria. ſ'a a diffinitiua. nam ꝑ ſ'aꝫ ñ abſorbeꝛ pria. ſꝫ pōt utrāqꝫ proſequi ſicut in p̄cedēti limitatōe qñ a diuerſo grauamie. ita bal. in. l. generalr. §. ſꝫ iuramēto. C. de reb. cre. ⁊ iureiurā. Ultimo fallit qñ eēt interpoſita appellatio expreſſe ad ſinē renūciādi prime. nā tūc pōt ⁊ ualebit ſcd̄a. d. l. ſiquis libellos ſ'm aliū intellectū. Et uoluit. d. anto. Imo. ⁊ panor. in. d. c. dilecto ⁊ h panor. Tamē h tenemēti ꝙ ad hoc ut geminatio aliquid opetur requiriꝛ ꝙ intra tp̄a. x. dierū fiat a die ſniē. ita bal. in. d. l. appellatione. Et notāt oēs in locis in prin. qōnis allegatis. iteꝫ aliud requiriꝛ ꝙ fiat anteq̄ iudex dederit libellos dimiſſorios ſiue reuerētiales. ita bal. in. l. eos. §. ap̄los in. ij. col. C. eo. nā poſt datos ap̄los dimiſſorios uel reuerentiales nō poterit āmodo gemīari appellatio cū iudex a quo ex toto careat iuriſditōe iō ſe appellatōi deferre nō poſſit. c. cuꝫ appellatōibus ⁊. c. i. eo. ti. li. vi. Secus dixit bal. ſi dediſſet refutatorios libellos iudex a q°. nā cū poſſet reuocare hos libellos ut hētur iu. d. c. cū appellatōibus. ⁊. c. ſi a iudice coram eo poterit gemīari appellatō.

Ilecti. De ſubdito uel delegato ep̄i ad archiep̄m appellari ñ dꝫ. h. d. ſ'm Io. an. uel pinguius ſ'm panor. appellatio omiſſo medio iterpoſita cām nō deuoluit ſi de hoc excipiaꝛ. h. d. Diuidiꝛ in duas ꝑtes. In pria q̄rella. ſ'a dat iudices. ſ'a ibi quo circa. Nota prio tex. ibi gradatiꝫ ꝙ appellatio ē gradatiꝫ interponēda ꝑ ſingulos gradus ⁊ ordies iuriſditionū de minore ad maiorē et latius dicā in glo. Nota ex tex. ibi officialis archiep̄i ꝙ iterpoſita appellatōe ad archiep̄m uel ep̄m pōt cognoſcere eius officialis. ⁊ diciꝛ officialis ep̄i ille qui ē uicarius generalis. uicarius aūt in ſpūalibus. nec etiaꝫ uicarius foraneus nō dicūtur ꝓprie officiales. ſed delegati ad uniuerſitatē cāruin glo. ⁊ ē nō. in cle. ⁊ ſi principalis in v̄bo officiaꝛ ⁊ ibi nō. de reſcrip. ⁊ ē rō quare cognoſcit uicarius de appellatōe iterpoſita ad ep̄um uel archiep̄um q̄ appellatio vꝫ interpoſita ad tribunal ſue iuriſditōis. Et uicarius ē idē tribunal cuꝫ ep̄o. c. ij. de cōſue. li. vi. ⁊ eādē hꝫ iuriſditionē ꝑ oīa. c. i. de offic. vic. li. vi. ⁊. c. i. de offi. ordi. li. vi. iō nō mirū ſi de appellationibus huiuſmodi cognoſcit faciūt que habētur i. c. romana. §. i. eo. li. vi. ⁊ ideo cum cap̄lm ſede uacāte ſuccedat in iuriſditōe ep̄i. c. cū olim. ſ. d̄ maio. ⁊ obe. c. unico de maio. et obe. li. vi. appellatōe interpoſita ad ep̄m uideꝛ ꝙ cap̄lm ſede uacāte poſſit cognoſcere ⁊ ita uicarius capl'i. ⁊ pro hoc facit gl. nō. i. cle. ij. in v̄bo ep̄i de reſcrip. q̄ uoluit ꝙ ēt in exorbitātibus ꝓut ē illa cle. appellatione uicarij ep̄i cōtineaꝛ uicarius capl'i ſede uacāte. ⁊ ſequiꝛ ibi zab. ⁊ ēt Car. lꝫ do. anto. ⁊ imol. dicāt i exorbitātibus nō ꝓcedere q̄ ē odioſuꝫ. Nō ex tex. ibi exceptionē ꝙ id ꝙ diciꝛ ꝙ appellatio dꝫ gradatiꝫ īterponi ad ſuperiores. alias nō ualet illud ē uerū ꝑte exceptōeꝫ opponēte. ⁊ iō ſi pars nō opponeret exceptionē ul' oppoſita exceptio eēt ⁊ nō admiſſa ⁊ a tali nō admiſſione nō appellaret appellatio iterpoſita ꝑ ſaltū ⁊ ſic omiſſo medio ualeret ut hoc tex. qui pōderat appellationē ⁊ exceptionē q̄ exceptio nō admittebaꝛ. Nota ex tex. ibi denegabat formā appellādi qñ exceptio opponiꝛ q̄ nō ſtatim ē appelladū antequā deneget exceptionē admittere ſꝫ dꝫ appellare poſtquā denegauit admittere ⁊ nō prius q̄ ſi prius appellaret eēt appellare a futuro grauamine qd̄ nō admittiꝛ i iudicialib⁹ ſimilē tex. hēmus i. c. dilecto ſ. eo. ⁊ dixi de h articulo i. c. ut debit⁹ ⁊. c. cū ceſſante. ſ. eo. Nota ex tex. ibi nō tenere formā qualr iudex ad quē ꝓnūciat in cā appellatōis ſuꝑ attētatis q̄ ꝓnūciat ea nō tenere. ⁊ ideo dixit h hoſti. ⁊ poſt eū alij ꝙ tuta ē practica petere exp̄ſſe in libello appellatōis attētata reuocari q̄ tūc iudex tenebiꝛ pronūciare ſuꝑ eis expreſſe. nō tñ ſ'm inno. hic ⁊ alios ē neceſſariū hoc petere q̄ interpoſita ſimplr appellatōe lꝫ nō petaꝛ reuocari attētata in libello tamē acceſſorie iudex in cā appellatōnis ea reuocabit. l. cū ex cā. ff. eo. c. ſignificante. j. e. c. exhibita ſ. de iud. ſi tamē ꝑticulariter in libello unū ul' duo attētata petātur reuocari ⁊ iudex pronūciet ul' pro ip̄o appellāte reuocādo attētata uel ꝯ eū ſententia iſta nō preiudicabit in alijs attētatis de quibus nō ē habita mētio. ita Inn. hic ⁊ poſt eū Imol. facit. l. cū queriꝛ. ff. d̄ excep. rei iud. Et ſic ex p̄dictis hētis ꝙ attētata duplici uia reuocātur. p̄mo pricipalr implorādo offm̄ iudicis ſuꝑ retractatōe attētatorū ut nō. in. c. nō ſolum eo. ti. li. vi. vidimus in. c. bone. ſ. eo. Et notat Io. an. i. c. cū teneamur. ſ. eo. ſ'o acceſſorie. ſ. poſt appellatōem interpoſitā deducēdo attētata in ꝓſecutōe appellatōis ⁊ nōt rota in deciſ. ciij. que incipit itē ꝙ attētata ⁊ notat hic hoſti. poſt inno. imo poſſet appellatōe iterpoſita omittere ꝓſecutionē eius ⁊ ſolū ſuꝑ attētatis inſiſtere dūmō ꝓbet appellatū feciſſe diligētiā in proſecutōe attētatorū. c. ſollicitudinē. ſ. e. hētis i. c. romana. §. ſi uero. eo. ti. li. vi. ita hic innoc. Et iō infert ad notabi. q. poſt eū Imo. pone lata interlocutoria a qua ē appellatū iudex a quo tulit ſniam diffinitiuā a qua ēt appellaꝛ ꝑs vult ꝓſequi ſolū cām attētati circa executionē nō proſequēdo appellationē primā nec facta mētione de appellatōe pria nūquid poterit ⁊ rñdet ꝙ ſic plus uoluit ꝙ iſto cāu pēdente tp̄e litis ſuꝑ retractatione attētatorū currāt fatalia ſcd̄e appellatōis a diffinitiua interpoſite q̄ ꝓceſſus ſuꝑ attētatis i nullo reſpicit ſecūdaꝫ appellatōem ſꝫ tm̄ primam pp quā dicit retractāda eē attētata. tamē lꝫ Inn. ⁊ imola nō aperiāt nō curreret tp̄s prime appellatōis ſꝫ ſtabit in pēdēti q̄ ſi iſte obtinebit retractari attētata tūc tp̄us illius pēdētie retractatōis attētatorū ſubducetur de medio tp̄is p̄ie appellatōis nec illud tēpus cōputabitur i fatalib⁹ prime appellatōis. ſecus ſi ſuccūbat i retractatōe attētatorū q̄ tūc tp̄s pēdētie hui⁹ ꝯputabiꝛ quaſi ſe impedierit. ita rota in. d. deciſ. ciij. ⁊ nota dictū inno. ad limitationē huius cōcluſionis. d. de rota. ⁊ faciūt ꝓ hac cōcluſione que uoluit bal. in. l. ꝯ maiores. C. de inof. teſta. Sꝫ ope preciū ē ſcire nūquid illa retractatio attētatoruꝫ debeat fieri añ determinatā cām appellatōis an v̄o ſinē appellatōis expectabit. Et facite regulā ꝙ pōt ⁊ i pri. ⁊ in fi. ⁊ quocūqꝫ tp̄e fieri dūmō cōſtet appellatum ⁊ hoc ē uerū ꝙ pōt quaſi in hoc priuilegiatus appellans petere añ oīa reuocari attētata in quacūqꝫ ꝑte appellatōis uoluerit h petere. glo. ē nō. in. c. nō ſolū in uerbo ante oia eo. ti. li. vi. ⁊ uoluit rota deciſ. ſua. lvij. que incipit itē ꝙ attētata. ⁊ deciſ. clxxxv. que incipit iteꝫ ſi pars.
Fallit prio niſi appellās eodē libello cumulet cāꝫ appellatōis ⁊ attētatorū ⁊ paciaꝛ lit. cōteſtari ſuꝑ utroqꝫ. nam lꝫ attētata habeāt priuilegiū expediti ꝓceſſus ut uoluit glo. nō. in cle. ij. ut lit. pen. tamē huic priuileg●

UVA. BHSC. IyR_025

pars pōt renūciare ſicut dicimus in cle. ſepe in glo. i v̄
bo partibus de uerbo. ſigni. tacite autē uidet̄ huic priui
legio renūciare ex quo ordinate incipit procedere dādo
libellū principalē ſuper attētatis ⁊ litē ꝯteſtādo. iō opor
tuiſſet eū fuiſſe cautū ut in lit. ꝯteſtatōe peteret an̄ oīa
reuocari attētata ⁊ ſic nō renūciaret tacite priuilegio at
tētati. ita Spe. co. ti. § pe. v̄ſ. ſ; pone. Et ita. archi. i. d.
c. nō ſolū ⁊ ſequitur ibi Gemi. cū grano ſalis. ſ. niſi i' li
bello pars hec expreſiſſet ꝙ an̄ oīa attētata reuocētur:
nam tūc lit. ꝯte. nō preiudicat priuilegio attētati. Pe. d
ancha. tamē in. d. c. nō ſolū ⁊ ibi Jo. an. ⁊ rota in locis
prorie allegatis tenēt indiſtincte ꝯtrium ꝙ lit. ꝯte. nō u;
ps excludi a priuilegio attētati ſ; qñcūq; uoluerit i omni
parte litꝭ poſſit eo uti. ⁊ facit pro eis glo. in. d. cle. ſepe in
uerbo ꝑtibus. Secūdo fallit poſt ꝯcluſionē in cā ap
pellationis ante latā ſniam in ipa cā appellatōis. na; in
tra illud mediū tps ꝯcluſionis in cā ⁊ ſnie ferēde uſque
adeo clauſu; ē os parti ut nulla exceptio ꝙtūcūq; priui
legiata admittat̄. c. paſtoralis. ⁊ ibi bal. in ſimili ad fi. ſ.
de cā poſſ. ⁊ ꝓpri. faciūt notata per bal. in. l. ꝙuis adul
terij. C. de adul. Tertio fallit qñ eēt retractatio talis
que honeſte pluries iterari nō poſſet. puta pen. ap. iter
poſita in cā funeraria funus ipm̄ ē extra ſepulturā extra
ctū in uiā attētati peit eccleſia ſibi reſtitui funus ꝙ iā ali
bi erat ſepultū iſto cāu ne in cāum appellatōis iam iter
poſite ſi appellans ſuccūberet eēt neceſſe funus iſtud de
loco ad locū totiēs trāſmutare in uiā attētati nō reſtitu
eretur funus niſi finita appellatōe. ita Gemi. i. d. c. nō ſo
lum faciūt que hn̄tur in. c. cū liberū. j. d ſepul. Quar
to fallit qñ peteret̄ retractatō attētatorū que pēderet ꝓ
ſus ex retractatione diffinitiue. nam tūc nō habet locu;
retractatio attētati niſi diffinitiua retractata. l. cirogra
phis. §. fi. ff. de admi. tuto. ita bal. in. l. appellatōe. C.
eo. Glo. in uerbo poſt huiuſmodi appellationē in fi.
habes ex glo. regulā quod regꝛ de iure canonico ſicut d
iure ciuili gradati; ē appellādū qd ſentit glo. dum i hac
ꝯcluſione intermiſcet allegatōes legū ⁊ ſi gradatim nō
fuerit appellatū nō ualet appellatio. Fallit pmo ſi ex
ceptio nō fuerit oppoſita ꝙ gradati; nō ē appellatū. nā
tunc ꝓcedet appellatio ōmiſſo medio parte nō excipien
te. ita glo. hic ꝑ tex. in. c. referēte. j. de prebē. ⁊ iura i ea
allegata. Et dicit Bald. in Rica de appel. ꝯſi. i. ꝙ ſolo
ꝯſenſu partiū pōt appellari ōmiſſis medijs. ⁊ ita ſi pro
curator tacet ⁊ nō opponit exceptionē ꝓcedit appellatō
ōmiſſis medijs. Bald. in. d. ꝯſi. i. ⁊ cōiter tenet̄ quicq̄d
dicat Archi. in. c. ſi delegatus de offi. dele. li. vi. ⁊ uoluit
rota deciſ. ſua. cclxxxvij. que incipit itē ſi tres ⁊ dicit mo
la hoc ſeruari. in practica l; in ꝯtrariū faciat. c. i. in prin.
de foro compe. li. vi. ubi ēt ſi eēt ex ꝓrogatione uel ꝯſen
ſu partiū appellationi renūciatum n̄ pōt archieps iter
ſubditos ſuffraganei cognoſcere. Sed ille tex. nō loqui
tur in cā appellationis ſ; in negocio principali. ſ. ꝙ non
pōt in negocio principali cognoſcere ōmiſſo appellatōis
articulo de appellatōe ipa ibi nihil dicit̄ iō ſtabit̄ us deci
ſioni glo. Adducit ēt imol. ꝯtra glo. que habētur in. c.
ſignificaſti. ſ. de foro cōpe. ubi clericus nō pōt ꝓrogare
iuriſditionē in aliū iudicē ſine conſenſu ſui epi. S; non
loquūtur in negocio appellatōis. In ꝯtrariū ēt adducit
panor. . li. §. pe. ff. eo. ubi dicit̄ ꝙ ſi ꝑ errorem fuerit ap
pellatū ad maiorē magiſtratū ꝙ debuerit appellari ⁊ ſic
ommiſſo medio ꝙ illo cāu appellatio ualet ⁊ dirigitur
iuris diſpōne ad competētē iudicē ergo a ꝯrio ſi ex certa
ſciētia fuiſſet appellatū ōmiſſo medio nō ualebit appella
tio ⁊ ſic nō erit neceſſariū ꝙ pars opponat exceptionē.
Soluit panor ꝙ l; ibi decidātur duo cāus primus ꝙ qñ
ad maiorē appellat ꝑ errorē ꝙ appellatio ualet ſed diri
gitur ad competētē. ſecūdus ꝙ quādo appellat̄ ꝑ erro
rē ad minorē magiſtratū ꝙ appellatio non ualet ſ; ibi
nihil dicit̄ ꝙ quādo ex certa ſcia appellatur ad aliū quā
debuit appellari ⁊ incōuincibilit̄ in illo tex. nō pōt ſumi
ar. a ꝯtrario. nam ſequeret̄ ꝙ uellet ille tex. ꝙ ſi ex cer
ta ſciētia appellatū eēt ad minorē magiſtratu; ꝙ uale
ret appellatio ex quo vult ꝙ quādo ꝑ errorē appellatū
ē ad minorē nō ualet qd ē abſurdū ⁊ ꝯtra ea que notan
tur. ſ. in rubrica uel aliter ſoluit panor. ꝙ ille tex. loquit̄
de iure ciuili. glo. noſtra loquit̄ de iure canonico ⁊ dicit d
directo ꝯtra tex. in. l. imꝑatores. ff. eo. ubi ēt ſi ex certa
ſciētia appellet̄ ōmiſſo medio ēt ad imꝑatorē nō vult il
le tex. ut ſentit panor. in hac ſolutōe ꝙ appellatio n̄ ua
leat. imo vult ꝙ ualeat ⁊ cēſeatur interpoſita ad cōpetē
tem ⁊ ſic erit inter ius canonicū ⁊ ciuile differētia. ſ; non
illa quā uoluit panor. ſed qꝛ de iure canonico ꝑte excipiē
te non ualet appellatio ōmiſſis medijs ut hic. De iur au
tē ciuili ualebit ⁊ cēſebit̄ interpoſita ad competētem nec
expectat̄ exceptio partis. erit ēt alia differētia qꝛ de iure
ciuili appellari nō pōt ad ſūmū principē. ſ. imꝑatorem
ōmiſſo medio. d. l. imꝑatores. de iure autē canonico ap
pellat̄ ad papā ōmiſſo medio. ij. q. vi. c. ad romanam
⁊ glo. hic. in fi. ⁊ latius dicā. j. in. ij. fallētia ⁊ de rōne di
uerſ. inter ius ciuile ⁊ canonicū dixi. ſ. in rubrica. tn̄ unū
ſingulare tene mēti ꝙ ſcholares habēt hoc priuilegium
ut poſſint appellare ad iperatorē ōmiſſis medijs. Ita
bal. in autētica habita. C. ne fi. pro pat. per illū tex. qui
ſpāliter ſubijcit imꝑatori ſcholares ⁊ ſub eius protectiōe
ponit panor. in diſputatōe ſua que incipit Sandulphus
in. xxvi i. col. Secūdo fallit in appellatōe per errore;
interpoſita ad maiorē magiſtratū quā debuiſſet iterpōi
nam tūc appellatio ualebit ⁊ reducet̄ ad ꝯpetētem iudi
cē tā de iur canonico ꝙ ciuili. tex. ē in. d. l. i. §. pe. que;
ita intelligit panor. in prima ſo. ad illū tex. ff. eo. qd pro
cedit quādo ad maiorē ē appellatū. ſed ſi appellatū eſſet
ad minorē ſiue per errorē ſiue ex certa ſcia appellatio ē
ipſo iure nulla ēt parte non opponēte. ita imol. in. d. §.
pe. per illū tex. ⁊ ē ratio qꝛ peccat in ſubſtātialibus appel
lationis quorū iſtud ē maximu; ut appellatio iterpona
tur ad maiorē ut dictū ē. ſ. in rubrica ideo ad minorē in
terpoſita ē nulla. Tertio fallit ſic ſtāte conſuetudine
ut vult hic glo. que in hoc bene loquit̄ ⁊ ē tex. in. c. roma
na. §. i. eo. ti. li. vi. facit bonus tex. in. c. ſi duobus. ſ. e.
qꝛ ꝯſuetudo pōt inducere ut ōmiſſis medijs appelletur
⁊ ēt preſcriptio. nā l; preſcriptio nō poſſit facere ut ad pn̄
cipē non appellet̄ pōt tn̄ ut ōmiſſis medijs ad pncipem
appellet̄. ita bal. in autēti. quas actiones. C. de ſacroſā.
ec. ⁊ ſapit huiuſmodi ꝯſuetudo potius preſcriptionē ꝙ
conſuetudinē qꝛ tollit de iure tertij ⁊ alteri acquirit qd
ē ꝓprius preſcriptionis ꝙ ꝯſuetudinis iuxta ea que nōt
bar. in. l. de quibus. ff. de leg. que notat Panor. in. c. cū
eccla ſutrina. ſ. de cā poſſ. ⁊ in. c. fi. per Jo. an. ⁊. d. An
to. ſ. de conſue. Et ideo ad hāc ꝯſuetudinē inducen̄. re
quireretur titulus uel ſaltē curſus tanti tpis cuius inicij me
moria non extet in ꝯtrariu; qui ſapit titulū. c. i. de conſti. li.
vi. glo. ē nō. in. c. nō ē de conſue. li. vi. Quarto fallit
in priuilegio qñ ex priuilegio conceſſu; ē alicui ut ad eū
poſſit appellari ōmiſſis medijs. d. c. romana. §. i. ⁊ ibi
nō. faciunt que habētur in. c. ſup quibuſdā. §. i. j. de v.
ſig. qꝛ maior ē uirtus priuilegij ꝙ conſuetudinis ut ibi ꝓ
batur. Quinto fallit quādo eps hēret litē cū ſuo ſub
dito ⁊ eēt actor ſubditus uero reus qꝛ tūc eligūtur arbi
tri qui iudicant de hac cā. c. ſi clericus. xi. q. i. nō. in. c. pa
ſtoralis in prin. ſ. de offi. ordi. ⁊ iſti ſunt arbitri iuris ex
quo iuris diſpōne eligūtur ſicut in ſimili in. c. ab arbitris
de offi. dele. li. vi. in. l. fi. C. de iudic. Et iō ab eis poſſet
appellari. d. c. ab arbitris ⁊ illo cāu appellādū ē ad papā
⁊ non ad alia media de neceſſitate glo. ē ſingularis i. d.
c. ab arbitris quā hic ꝯmēdat imol. ⁊ panor. ex qua ha
bes elicere ꝙ ubicūq; ab arbitro iur appellat̄ ꝙ tūc nul
lum aliud eſt remedium appellandi niſi pnceps. Sex
to fallit quando archieps litigaret contra ſubditum ſui
ſuffraganei qui ſubditus eēt reus. nam cum actor debe
at ſequi forum rei. c. cum ſit. c. ſi clericus. ſ. de foro. ꝯpe.



UVA. BHSC. IyR_025

Agitabitur cauſa illa coram epiſcopo ⁊ ideo ſi appellaſ
uoluerit uel ſubditus uel archiepiſcopus a ſentētia epi
ſcopi nō erit appellandum ad mediū ⁊ ſic archiepiſcopū
ne ſit iudex in facto proprio cōtra ea que habentur in.c.
cum ueniſſent.ē.de iudi.in.l.unica.C.ne quiſ in ſua cā
iudi.⁊ ideo appellari poterit ad patriarchā ōmiſſo me/
dio ⁊ alium quēcūq̄ ſuperiorem quaſi mediū ſit impeditū
c.ſi is cui de offi.dele.li.vi.⁊.c.ſi a ſubdelegato.eo.ti.et
li. Septimo fallit quādo medius ad quem deberꝫ ap
pellari haberet coequeuam iuriſditionē cum illo ſuperiore
ad quem ē appellatum.puta aliquis rector eccl'e ex pſcri
ptione habet poteſtatem conferēdi beneficia ⁊ clericatus
in ſua eccleſia ⁊ iuriſditionē ſuper eis.ipſe tamē ſubiectuſ
ē alteri inferiori prelato puta archipreſbitero.appellatur
ab illo rectore ad archiepm ōmiſſo medio.i.archipſbite
ro ualebit ne appellatio ⁊ concludit hic Panor.ꝙ ſic qr
illo caſu medium ad quod debebat appellari.ſ.archipſ
biter non habet iuriſditionē ſeparatam ab epiſcopo ſꝫ co
equeuā quia epiſcopus in ſua dioceſi cōcurrit cuꝫ ſua iu
riſditione cum quocūq̄ inferiore ordinario niſi ſit exem
ptus ut notat glo.⁊ cōmuniter ſcrib.in.c.paſtoralis.in
principio ⁊ in.c.irrefragabili in principio.ē.de offi.ordi.
ideo licet ſit appellatum ōmiſſo archipſbitero proprie nō
dicitur appellatum ōmiſſo medio qr archipſbiter ⁊ epi/
ſcopus eandem iuriſditionem repreſentant hoc cāu. Ita
hic Panor.⁊ faciunt notata in.d.c.rōana.§.i. Octa
uo fallit quādo eēt medium ad quod debebat appellari
a principio recuſatum tāquam ſuſpectum.puta recuſat
epiſcopus ut ſuſpectus delegat nō ſuſpecto appellatur a
ſentētia delegati.de iure appellādum ē ad delegantē re
gulariter illo caſu ad ipſum delegantē non appellabitur
quia ſuſpectꝰ ē ⁊ ſic poterit appellari ad archiepm ōmiſ
ſo medio epiſcopi delegātis ut notatur in.c.ſi is cui ď of
fi.delega.li.vi.latius in.c.ſiquis cōtra clericum.ē.ď fo.
compe.⁊ dixi in.c.cum ſpeciali.ē.eo.in princ. Nono
fallit quādo medium ad quod eſſet appellandum eēt ex
cōicatum uel ſuſpenſum.d.c.ſi is cui.⁊ faciunt que habē
tur in.c.ſi a ſubdelegato de offi.dele.lib.vi. Decimo
falli tñ quocūq̄ legato ſiue nato ut in.c.i.ē.de of.leg.
ſiue miſſo ad certam prouinciam de latere ſiue nō de late
re.c.i.de offi.leg.li.vi.nam ad huiuſmodi legatos pōt
appellari ōmiſſis medijs.d.c.i.⁊ habetur in.c.romana
§.i.eo.ti.li.vi. Undecimo fallit in patriarcha.nā ad
patriarcham poteſt appellari ōmiſſis medijs. Ita Inn.
⁊ poſt eum Pe.de pruſio.⁊ Panor.in.c.antiqua.ij.de
priuile.tamē Io.an.⁊.d.Anto.ibi tenēt contrarium. Ar
chi.tenet primū in patriarcha cōſtātinopolitano ⁊ alexā
drino loquens in.c.ſi clericus.xi.q.i.in.§.anteriorum
vſ.illo.ij.q.vi. Duodecīo fallit in papa qr ad papam
poteſt appellare ōmiſſis medijs.c.ad romanam.c.quiſ
quis.ij.q.vi.⁊ vult glo.hic ⁊ in.d.c.romana.§.i.in v.
curiā quod tamē nō procedit in delegato pape.naꝫ a ſē
tentia ſubdelegati delegati pape qui non in totuꝫ ſubde
legauit nō ē appellandum ad papam ſed ad ipm dele/
gatum ſubdelegantem nec poſſet ōmiſſo illo medio ap
pellari ad papam.c.ſuper queſtionum.§.porro.ē.de
offi.delega.niſi in cāu capli ſup qōnum.§.ſi uero.c.ſi
duo.c.ſi a ſubdelegato de offi.delega.lib.vi. Item niſi
ipſe ſubdelegatus detuliſſet appellationi interpoſite ad
papam.nam tūc priuat nō ſolum ſe ſed ēt ſubdelegāteꝫ
iuriſditione ideo ſuſtinetur appellatio ad papam inter
poſita. Ita lappus ⁊ poſt eum Gemi.in.c.ſi delegatus.
de offi.dele.li.vi. Et Panor.in.d.§.porro.⁊ rota deci
ſione.cclxxxv.que incipit item ſi appelletur.item niſi ps
appellata omittēt excipere contra appellationē ad pa/
pam interpoſitam a ſubdelegato quia tunc ſicut in caſu
noſtro procedit appellatio parte non opponēte ōmiſſo
medio interpoſita ut dictum ē prima fallētia. Ita quan
do appellatur a ſubdelegato delegati aplici ad papam
licet non debeat appellari tamē procedit appellatio pte
nō opponēte. Ita Archi.⁊ poſt eum alij.in.d.c.ſi dele
gatus. Item procedit niſi delegatus ſubdelegaſſet in to
tum uices ſuas quia tunc appellādum eēt ad papam.d.
§.porro.⁊ illa diſtinctio procedit ēt ď iure ciuili iuxta no
tata in.d.c.porro.quicquid dicat Bar.qui uiſus ē uelle
contrarium in.l.i.§.i.ff.quis ⁊ a quo.i delegato auteꝫ
inferioris a papa ſubdelegante procedet hec.xij.fallen/
tia quia indiſtincte ad papam appellari poterit ōmiſſis
medijs per ea que habētur in.d.§.porro.⁊ notatur in
c.cū bertoldus.ē.de re iudi. Habetis ſcdo principali
ter ex glo.ꝙ ſi delegatus ſubdelegat in totum uices ſu/
as uel etiā ſi ſit delegatus ad uniuerſitatem cauſarū ſub
delegat unam cām tantum in totum quod nō eſt appel
landum ad ipſum ſubdelegantem ſed eſt appellandum
ad primum delegantem quia illo cāu in totum ſubdele/
gans caret iuriſditione.d.§.porro.⁊ ideo ex glo.infert
hic bald.⁊ poſt eum Panor.ꝙ licet vulgaris ſit regula
ꝙ delegatus ad uniuerſitatem cauſarum equipatur or
dinario.c.cum cām.⁊ ibi uidimus.ē.eo.tamen quo ad
hanc poteſtatem ut ad eum appelletur non equipaſ or
dinario ſed particulari delegato.ita glo.hic ſentit ⁊ pon
derant eaꝫ dñi de rota in deciſ.ſua.cccxlvij.que incipit
item licet. Habetis tertio ex glo.ꝙ a uicario epiſco/
pi non eſt appellandum ad ipſum epiſcopuꝫ ſꝫ ad ſupe
riorem quod procedit uſq̄ adeo ut etiam partibus ꝯſen
tientibus non ualeret appellatio ad epm interpoſita a
ſuo uicario quia conſenſus partis non poteſt ſubſtātia
lia actus mutare.c.ſi.⁊ ibi gl.de re iudic.li.vi. Nec cōtra
naturam actus diſponere.l.ij.ff.de uſufru.ea.re.q̄ uſu
cōſu.l.paciſci.⁊ ibi habetur.ff.de pac.ideo cum appella
tio pro ſubſtantia requirat ut ad maiorem interponaſ
ut dixi.ē.in rubrica conſenſus partium nō poterit face
re ut appelleſ ad parem.ſed epiſcopus ⁊ uicarius ſunt
unū tribunal.⁊ ſic par poteſtas ergo ⁊c.c.romana.eo.
ti.li.vi.⁊.c.ij.de cenſ.li.vi.ita Io.an.⁊ Gemi.in.d.c.
ij.imo ſi epiſcopus uellet alteri delegare cām appellatio
nis nō tñ p h poſſet appellari de uicario ad epum.qr ne
gari nō pōt quin eps ſit idē tribunal cū uicario ⁊ delegatꝰ
utiſ iuriſditōe epi.c.ſane el ſecūdo.ē.ď of.del.l.i.§.fi.
ff.ď offi.eius.iō nō ualebit appellatio ſꝫ alteri delegeꝫ
ita Io.an.in.d.c.ij. Sꝫ quid ď uicario foraneo nūquid
ad eo poſſit appellari ad epiſcopū.dubiū ex h naſciſ qr
pprie nō repñtat ex toto epm nec uideſ eiꝰ officialis.vt
vult gl.i cle.⁊ ſi pncipalis i vbo officialis de reſrip. Nec
hꝫ iuriſditōeꝫ ordinariā ſicut alij uicarij de quibuſ loqui
tur inno.in.c.ſua.ē.de of.uicarij ſꝫ hꝫ delegatā ad uni
uerſitatē cāruꝫ ut nō.i.d.cle.⁊ ſi pncipalis.⁊ iō nō ē unū
tribunal cū epo ſꝫ ordiario delegāte ēt in totū appellanū
ē ad ipm.l.i.§.i.ff.quis ⁊ a quo.⁊ vult gl.nra h p il.ū
tex.ergo ď iſto foraneo vr appellādū eē ad epiſcopū.in
ꝯtrariū facit ꝙ pur participat de iuriſditōe epi in pte ſi
nō i toto.ergo idē dicemꝰ in pte quo ad ptem qd dicimꝰ i
toto quo ad totū.c.paſtoralis.vſ.idem in totū.ē.ď of.
dele.l.que de tota.ff.ď rei uen. Cōcluſio ē ꝙ pōt appel
lari ad epm a foraneo iudicante.ita glo.in.d.cle.⁊ ſi pn
cipalis in uerbo foraneo in.d.c.ij.⁊ ibi notant omneſ ď
conſue.li.vi.⁊ ratio eſt de qua dixi in primo motiuo. ⁊
ideo dixerunt do.de rota in deciſ.ſua.cclxxij.que inci/
pit item ſi epiſcopus ꝙ ſi epiſcopus delegauerit uicario
ſuo ſpecialiter aliquaꝫ pollationem beneficij uel unā cau
ſam ꝙ illo cāu poterit appellari a uicario ad epiſcopuꝫ
quia illa non facit ut uicarius ſed ut delegatus quod in
telligit Panor.uerum niſi opponeret ꝙ in fraudem ne
appellationes interponerentur ad metropolitanum epi
ſcopus delegaret cauſas ſingulariter ſuo uicario.nam
tunc fraus ſua ei non proderit.ideo appellandum eſſet
ad archiepm ideo dixit hoc cāu Gemi.i.d.c.romana.
§.i.poſſe archiepꝫ facere ſtatutū per quod excōicat hu
iuſmodi ſuos ſuffraganeos huiuſmōi fraudē omittētes
uel etiam poterit ratione fraudis cōmiſſe excōicare eos.

UVA. BHSC. IyR_025

Sed quatenus glo. uult ꝙ a uicario ep̄i non pōt ap
pellari ad ep̄m. in contrariū uidet̄ tex. in. l. a. preconſuli
bus. C. eo. ubi a uicario prefecti pretorio appellat̄ ad ip
ſum prefectum. bal. ibi dixit aliud eē de iure ciuili ⁊ aliud
de iure canonico qꝛ ius canonicū maiorē connexitatem
cenſet iter ep̄m ⁊ uicarium quam ius ciuile inter ordina
rios ⁊ ſuos uicarios. qd̓ patꝫ per tex. nō. i. l. unica. C. ſi
quacū. pred. pot. ubi lꝫ ep̄s ſit ſuſpectus iudex et poſſit
recuſari. tamen per hoc nō poterit recuſari ſuus' uicari⁹
⁊ ita ibi bal. per illum tex. ⁊ tn̄ ſecus ē de iure canonico.
per ea que habent̄ in. c. inſinuante. ſ̄. de offi. dele. bart.
in. l. precipimus. C. eo. in prin. per illum tex. ⁊ in. l. i. §.
i. ⁊ ibi caſus ſm̄ unum intellectū. ff. quis ⁊ a quo. tenꝫ ꝙ
idem ſit de iure ciuili quod de iure canonico ut non poſ
ſit appellari de uicario ad ſuum ordinarium. ⁊ dixi. ſ̄. in
cōmento huius rubrice circa principium. Sed pūctus
ſtat ut rn̄deamus. l. a procōſulibus. ſo. dicite ꝙ loquitur
in uicario eius qui in ſuis ſententiis nō habet ſuperiorē
nam prefectus pretorio non habet ſuperiorem ad quem
poſſit appellari de ſuis ſniis. l. unica. C. de ſent. prefec.
preto. ⁊ hoc ē ex priuilegio. ſed priuilegiū conceſſum ep̄o
uel alteri ordinario nō tranſit in ſuū uicariū. per ea que
notant̄ in. c. i. in ſimili de maio. ⁊ obe. li. vi. notat Inn.
in. c. romana eo. ti. li. vi. ideo nō mirū ſi eiꝫ uicarius pre
fecti non gaudeat illo priuilegio ꝙ a ſuis ſniis nō poſſit
appellari propterea appellandū ē ad ipſum prefectuꝫ qꝛ
negari non pōt quin ex eodeꝫ tribunali emanet illa ſnia
uicarii. ⁊ cum prefectus non habeat ſupiorem in ſuis ſen
tentiis non mirū ne iniquitas uicarii remaneat indiſcuſ
ſa ſi appellet̄ ad prefectum. ⁊ ſic duo aurea dicta probat
l. a procōſulibus primū ꝙ ꝯceſſo priuilegio alicui ordia
rio ut a ſuis ſententiis nō appellet̄ non extendit hoc pri
uilegium ad uicariū ⁊ hoc fatentur omnes. aliud magis
elegans ꝙ licet de uicario non ſit appellandum ad ſuuꝫ
ordinarium hoc uerum in tali ordinario qui recognoſcit
alium ſuperiorem ad quem poſſit appellari. ſecus in or
dinario qui ex priuilegio hoc hꝫ ut a ſuis ſentētiis ad ali
um non appelletur ⁊ in eis nullum recognoſcit ſupiorꝫ.

Sed ſtat elegans qō nunquid a ſnia delegati uicarii
ep̄alis poſſit appellari ad ipſum ep̄m ⁊ dicite ꝙ ſic. ⁊ ſic
ad utrūqꝫ poterit appellari ad uicariū qꝛ ipſe delegauit
⁊ ad ep̄m quia par tribunal ē cum uicario. ita gemi. in
d. c. ii. ⁊ ponit rota in termīs in. d. deciſ. cccxlvii. que inci
pit. item lꝫ. Sed quid ecōtra an a ſnia delegati ab epi
ſcopo poſſit appellari ad uicarium eius ⁊ rota ubi proxi
me ꝯcludit ꝙ ſic quia ē unum tribunal. Item alia rōne
hoc concludit̄ qꝛ appellatione interpoſita ad ep̄m cogno
ſcit uicarius. nam perinde ē ac ſi ipſe cognoſceret ut uidi
mus in tex. facit. c. romana. §. cum aūt. e. ti. li. vi. ⁊ que
habent̄ in. c. dilectis. ſ̄. eo. faciūt ēt ad predicta que habē
tur i. c. i. de offi. uica. li. vi. ⁊ ita tenet archi. in. d. c. roma
na. ⁊ ibi Io. an. in ꝯtrarium faciunt que notat Inn. in
d. c. romana. ubi ꝯcludit ꝙ ꝯceſſa ep̄o nō uident̄ ꝯceſſa
uicario. ⁊ facit tex. in. d. cle. ⁊ ſi principalis. ⁊ ibi nō. d̓ re
ſcrip. nam ſi ꝯceſſa ep̄o ꝯpeterent uicario ille tex. eēt de
idubitabili. qn̄qꝫ dubitat an ſicut delegato pōt fieri ep̄o
ita poſſit fieri uicario. panor. hic ſedere diſtinctiōes ꝯcor
dat opi. aut ep̄s ē preſens i ciuitate uel dioc. ⁊ non ē ap
pellandū ad ſuū uicarium. ⁊ faciunt que notant̄ i. c. ſtu
duiſti. ſ̄. de offi. leg. ubi ille cui ē cōmiſſa uniuerſalr iuriſ
ditio ordinaria nō pōt ſe impedire de his que ſpāliter ali
is cōmiſſa ſunt. ergo ita i propoſito i uicario ep̄i ex quo
ſpāliter cā ē alii delegata. ⁊ facit nam uni ſpāliter cōmit
tēdo quo ad illā uidet̄ reuocare uicarium. ꝑ ea que nōt
Inn. in. d. c. romana. ⁊ uoluit gemi. in. c. ii. aut ſi. d̓ off.
uica. li. vi. ergo ex quo ex manibus eſt excepta iſta cā ad
eū non erit appellanđ. Aut ep̄s ē in remotis ⁊ tunc poſſit
appellari ad uicariū. ⁊ facit quod in ſimili dicit̄ de recuſa
tiōe ſuſpitiōis in. c. ſi cōtra unū circa fi. de offi. dele. li. vi.
⁊ pro iſta opi. pōderat panor. tex. in. l. ſi hoiem. ff. mā.
ubi ꝓcurator generalis ob iuſtā cām quaꝫ uerīſilr dn̄s ſi
ſciuiſſet ipſe inhibuiſſet pōt inhibere procuratori ſpeciali
ne mandatum ſuum exequat̄. ergo ita uicarius genera
lis cum iuſta ſubſit cauſa qꝛ epiſcopus ē in remotis et di
cat̄ delegatum ſpecialem iniuſticiam feciſſe poterit illā in
iuſticiam corrigere audiendo appellationem qꝛ hoc ueri
ſimiliter feciſſꝫ epiſcopus ſi fuiſſet ibi pn̄s. Habetis ēt
ex glo. ꝙ lꝫ a uicario ep̄i non poſſit appellari ad ep̄m tn̄
conſuetudo hoc inducens ualeret. hec gl. cōiter reprobat̄
qꝛ de directo hodie ē caſus in ꝯtrarium in. c. ii. de ꝯſue.
li. vi. ⁊ ꝓpterea nō ꝓcedit hec ꝯſuetudo tam de iure ciui
li ꝙ̄ canonico. nam ita ē de ſubſtātia appellatōnis de iu
re ciuili ut ad maiorē appellet̄ ſicut ⁊ de iure canōico. ut
habet̄ in. l. i. i prin. ⁊. §. ſi quis. ff. eo. ergo cōſuetudo cō
tra ſabām ipſius actus utroqꝫ iure nō ualebit. Sꝫ ꝓ
ꝯplemēto materie querit̄ an de ſnia uicarii poſſit ſuppli
cari ad ep̄m ⁊ pria fuit opi. archi. ⁊ hoſti. in. c. romana i
prin. eo. ti. li. vi. tenentiū ꝙ nō. ⁊ ſpec. in ti. de ſuppli. §.
i. circa principiū. qꝛ ſupplicatio ad ſolū principē iterponi
tur. c. tum ex lr̄is. ſ̄. de in integ. reſt. l. i. C. ſent. reſcin. n̄
poſſ. l. i. ⁊. ii. C. ut lit. pen. auctētica que ſupplicatio. C.
de preci. imp. off. ergo ad ep̄m iferiorē ſupplicari nō po
terit. Cōtrariā opi. tꝫ Inn. i. d. c. romana in prin. ⁊ pro
illa opi. faciunt que habētur in. c. ex lr̄is. ſ̄. de in integ.
reſti. in. l. prefecti. ff. de mino. panor. in. d. c. ex lr̄is i pria
col. ⁊ fuit de mente Io. an. ⁊ poſt eū gemi. in. d. c. roma
na in prin. ſedere diſtinctiōes ꝯcordāt opi. Quedā ē ſup
plicatio que proſſus pēdet ex liberalitate ⁊ miſicordia ſu
perioris ita ut nulla equitate ſcripta nec iur̄ prouiſione ꝑ
mittatur. puta in ſnia que tranſiuit in rem iudicatā. ma
ior. xxv. annis nullam iuſtā cām abſentie adducens ſup
plicat. ⁊ illo caſu quia ex ſnia ius naſcit̄. l. ex hoc iure. ff.
de iuſt. ⁊ iure. ⁊ diffinitiuam nō pōt iferior a principe re
uocare regulariter. l. i. §. fi. ff. de qōni. iō hoc cāu ad pri
cipem tm̄ ſupplicari dꝫ ⁊ ſic de uicario ep̄i nō poterit ſup
plicari ad ep̄m ⁊ procedat prima opi. Quedam ē ſuppli
catio que lꝫ innitatur gratie tn̄ equitate ſcripta fouet̄ ⁊ a
iure permittitur. puta qꝛ minor leſus petit i integrū reſti
tui aduerſus ſniam uel maior ex iuſta cauſa abſentie. et
tunc procedat ſecunda opi. quia ipſemet iudex qui tulit
ſententiam reſtituere poterit ſi ſit ordinarius. d. l. prefe
cti. ergo ita epiſcopus reſtituet aduerſus ſniam uicarii cū
ſit idem tribunal. ⁊ ſic ad in integrum reſtitutionem ob
tinenđ. ſupplicari poterit de uicario ad epiſcopum. d. c. ex
lr̄is. Sed quid ecōtra an a ſnia ep̄i poterit ſupplicari
ad uicariū ſi loquimur de prima ſpē ſupplicatiōis nulli
dubiū ꝙ nō qꝛ ſi nō ē ꝑmiſſa ep̄o multo minus uicario
eius. Si aūt loquimur de ſecūda qn̄ ad in integruꝫ reſti
tutiōem obtinendā ſupplicat̄ ⁊ tūc uidet̄ dicendū ꝙ nō.
ꝑ tex. nō. in. c. tū ex lr̄is. quē ibi ad hoc pōderat panor.
ſ̄. de in integ. reſti. ubi cāus ꝙ a ſnia pape legatus i inte
grū reſtitutionē nō ꝯcedet ēt ſi ſit cardinal. ⁊ facit. tex. i. l.
i. C. ubi ⁊ aduerſus quē. ubi a ſnia delegati principis uel
ipſius pricipis ſolus ipe princeps reſtituit. ⁊ in. l. iii. C. ſi
aduerſ. rem iudic. ubi ſimiliter probatur. In cōtrarium
ſtringit tex. in. l. fi. C. ubi ⁊ apud quē. ubi coram quocū
qꝫ ordinario iuriſditōem ⁊ adminiſtratiōem hn̄te poteſt
peti i integrū reſtitutio. ⁊ ibi bal. i termīs nōt de uicario.
preterea ex quo ē unū tribunal cū ep̄o ⁊ ipſe pōt reſtitue
re aduerſus ſniam. d. l. prefecti. ergo ⁊ uicarius eius qui
hoc n̄ facit tanꝙ̄ iferior ſed tanꝙ̄ idem. Sed nunquid
corā ep̄o ſnia uicarii nulla dici poterit. ⁊ ꝯcludit hic bal.
ꝙ ſic. ⁊ dixi i. c. dilecto. ſ̄. eo. Sꝫ nūquid ſicut ſuā iter
locutoriā pōt iudex reuocare. c. cū ceſſante. ſ̄. e. ita iterlo
cutoriā ſui uicarii poterit ep̄s reuocare. ⁊ ꝯcludit hic bal.
ꝙ ſic qꝛ ſūt unū tribunal ⁊c. imo pl⁹ uoluit ꝙ ſi qs hꝫ du
os uicarios q̄ i una cā ꝓferāt duas ſnias ꝯtias ꝙ illo cāu
poſſit ep̄s ꝯfirmare quā uoluit ex his ſniis alta reiecta ſiē
i. l. duo ex reb⁹. ff. de re iud. qd̓ nōte ad limitatōeꝫ. c. fi.
cū his que ibi hn̄tur. ſ̄. ti. ꝓx. imo hētis cāum ſinglꝫ hꝫ

UVA. BHSC. IyR_025

imo.in.c.cū dilecti.ē.de reſcrip.ꝛ de iure ciuili ſm ang.i
l.arbitro ī pria lectura.ff.qui ſatiſda.cog.ꝙ īferioris in
terlocutoriā pōt ſupior reuocare. Sz qꝛ dicit̃ hic gra
dari eē appellaū.an ualeat appellatio ſimplr̃ iterpoſita
nullo iudice expſſo.puta qꝛ p̄s dicat appello ñ aperit ad
quē iudicē.dubiū naſcit̃ ex his que habent̃.ij.q.vi.c.for
ma.qꝛ appellatio nō dz eē icerta.faciūt que habent̃ i.l.
pretor edixit ī prin.ff.de iniur.que in ſili dicunt̃ ð libello
qui nō dz eē icertus.c.ij.ꝛ fi.ē.de lib.obla.in.l.ubi aūt
no apparet.p bar.§.qui illud aut illud.ff.de uerb.ob.
habet̃ p.d.anto.c.tertio loco.ē.de pba. Sz illa appel
latio ē incerta ex pte iudicis ad quē cū poſſit ad multos
ſupiores appellari.puta de ſnia epi pōt appellari ad ar
chiepz ad patriarchā ꝛ ē gl.in.c.renouātes.xxij.di.pōt
appellari ad legatū ꝛ ad papā ꝛ ſic ad plēs iudices.gͦ
p hoc uerbū appellatio erit icerta ꝛ ſic nō ualebit.faciūt
que in ſili habent̃ in.c.fi.ē.de reſcrip.facit l.duo ſūt titij
ff.de teſta.tut. Tamē bar.i l.i.§.ſi quis.ff.e.bal in
l.aptiſſimi.C.de iudi.Io.an.in.c.ut debitus.ē.c.ſpe.
e.ti.§.nūc tractemus.v.quid ſi quis dicēs tenēt ꝙ uz ta
lis appellatio nec cēſet̃ incerta qꝛ iur̃ iterpretatōe uidet̃ i
terpoſita ad proximū ſupiorē ad quē debuit iterponi.ꝛ
facit l.impatores.ff.e.a fortiori.nā ſi appellatio expreſſe
ad maiorē iudicē omiſſis medijs iterponat̃ iuris interpre
tatōe cenſebit̃ iterpoſita ad proximū ſupiorē.nec ualz ut
iterpoſita ē ſed ut iterponi debuit.ergo fortius ſi non ex
preſſo aliquo iudice ad quē ē appellatū iuris diſpōne cen
ſebit̃ appellatū ad pximū ſupiorē. Hoc argumentuz
pcedit de iure ciuili.tñ Io.an.ꝛ ſpec.ubi.ē.indiſt ere lo
quunt̃ ꝛ uident̃ uelle idē ēt eē de iure canonico.ꝛ hanc
partē tz imo.in.d.§.ſi quis ī aīpe.col.mouet̃ ubi quis
pōt gere actū de iure cōi ꝛ de iure ſpāli in dubio uidet̃ ge
rere de iure cōi.l.quāquā.ꝛ habet̃ in.l.i.C.de teſt mil.
nō.in.l.precibus.C.de ipu.ꝛ al.ſubſti.lz appellatio de
iure cōi dz iterponi ad pximū ſupiorem iure aūt ſpēali
ad papā ꝛ alios ſupradictos ī fallentijs.ergo appellando
indiffinite ñ expreſſo iudice uidet̃ uti iure cōi nō iure ſpā
li.ꝛ ſic appellare ad imediatū ſuperiorē.ergo certa ē ap
pellatio ꝛ ſic ualebit.facit ēt qꝛ actus dz iterpretari ut ua
leat potiuſꝙ ut pereat.c.abbate.j.de uer.ſig.l.quotiēs
ff.de reg.iur.ꝛ hoc tz archi.ij.q.vi.§.anteriorū. In
ꝯtrium tz panor.de iure canonico in.c.ij.ꝛ.in.c.ut debitꝰ
ad fi.ē.eo.ꝛ ē gl.in.c.ſi is cui de offi.dele.li.vi.dum lo
quit̃ de appellatōe alternatiua.ergo pcedet multo ma
gis in generali.Non obſtat arg.imo.de l.quāquam ꝛc.
qꝛ ꝙ ad papā appellet̃ omiſſis medijs non ē de iure ſpā
li inductū ſed de iure cōi qꝛ ē ordinarius ubiqꝫ.c.cuncta
per mundū.c.p principalē.viiij.q.iij.Si ergo ð iure cōi
ē ut ad papā poſſit appellari ergo ſequit̃ ꝙ appellando
nō expreſſo iudice uidet̃ illo caſu omnino icerta appella
tio qꝛ ignorat appellatus ad quē appellet̃ an ad iudicez
imediatū puta archiepm an ad papaz.ergo appellatō p
pter incertitudinē uitiabit̃.d.c.fi.ꝛ ideo niſi intra.x.dies
appellans declarauerit a die ſnie ð quo ſentiat ꝛ fecerit
appellatum certiorē appellatio non pcedet.per gl.in.d.
c.is cui.Non obſtat ar.d.c.abbate.qꝛ pcedit qñ ſumus
in dubio ꝛ actus nō habet i ſe uitium expreſſum.hic aūt
in appellatione ꝯtinet̃ uitium expreſſum.ſ.incertitudo.
imo fortius uidet̃ potius interpoſita ad papā quam ad
imediatū.per ea que habentur in.c.ſi a ſede ꝛ.c.hij qui
apoſtolica de prebē.li.vi.dixi aliquid i ꝯmēto huius ru
brice. Et ideo per predicta infert̃ ad.q.nūquid uale
at appellatio hoc mō interpoſita appello ad maiorem ꝛ
coram quo pſequi poſſit.ꝛ dixit ang.in.d.l.i.§.ſi quis
ualere iſtam aepellationē ꝛ tractari poſſe corā papa.alle
gat ſpec.ita tenere eo.ti.§.nūc tractemus.vſ.quid ſi ap
pellans. Sed in ueritate ſpec.ex toto non ita tenet quia
imo tenet ꝙ lz appellatio iſta ualeat tamē non cenſetur
ad papam iterpoſita ſed ad imediatū ſuperiorē ad quē
debuit appellari.Io.an.ibi in addi.tenet contrariuz ꝙ

nec ēt ualeat appellatio de iure canonico qꝛ reddit̃ incer
ta cū multi ſint maiores ad quos poſſit appellari.imo.i
dicto.§.ſi quis perſiſtit in opi.ꝙ ualeat appellatio ꝛ cen
ſetur appellatum ad eum ad quem de iure cōi ðbeat ap
pellari.arg.d.l.quāquā de teſta.mil.ut ſupra dixi i pro
xima.q.unde ſoluite ut ibi. Infert ēt ad aliam.q.nū
quid ualeat appellatio hoc modo appello ad iudicez cō
petentem.ꝛ ſoluit bal.in.d.l.apertiſſimi circa mediū.C.
de iudi.ꝙ ſic.adducit glo.hoc tenētem in.l.cum propo
nis.C.de bon.auc.iudi.poſſ.ꝛ ibi ang.ꝛ ēt bal.ꝛ cenſe
bit̃ appellatum ad imediatum ſuperiorem.ſed Io.an.i
addi.ad ſpec.eo.ti.§.nunc tractemus.vſ.quid ſi appel
lans.ꝛ panor.in.c.ij.ſupra eo.ti.tenet contrarium quia
negari non poteſt quin iſta appellatio de iure canonico
ſit incerta.ergo non procedet per ea que ſupra dicta ſūt
imo.in dicto.§.ſi quis.tenet ꝙ de iure ciuili ſine dubio
procedit glo.in.d.l.cum proponas quia eo iure iudex ad
quem ē ſemper certus.de iure autem canonico nō tenet
tamen poſtea ſe emendat dicens ꝙ ēt de iure canonico
tenet quaſi uideat̃ appellatum ad competentē.ſ.imedia
tum ſuperiorem. Sed pēdet ex predictis in qōne illa an
ualeat appellatio ſimplex dicendo appello.dixi in.d.ru
brica.ē.eo. Infert̃ ēt ad aliam.q.nunquid ualeat ap
pellatio alternatiua reſpectuꝰ iudicuz puta appello ad ar
chiepm uel papā.ꝛ ſpec.in.d.§.nunc tractemus.vſ.ſed
pone ꝛ.vſ.quid ſi dicat.ꝛ rota deciſ.ccviij.que icipit.itez
ꝙ appellatio.bal.in.l.appellatōe.C.eo.ang.in.l.cum
pponas.C.de bon.auc iudi.poſſ.tenēt ualere iſtaz ap
pellationē.mouent̃ pͥo qꝛ ſimile ē i libello qui debet eē
certus ꝛ tñ ſi alternatiue ꝯcipiat̃ ualet ꝛ tenet.c.conſtitu
tus.ē.de in integ.reſt.l.i.§.quod aūt.ff.quorum lega.
ſecundo adducunt qꝛ alternatiua poterit ſemp per ipſuz
appellantē certificari.qꝛ qui declarat nihil dat.l heredeſ
palam.§.ſed ſi uota.ff.de teſta.ꝛ ibi per illum tex.dixe
runt bal.ꝛ ang.ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ.j.certū terminuz ali
quid fiat ꝙ ſi obſcure fiat poterit poſt terminū elapſū de
clarari.ergo ita incerta appellatio poſt terminū.x.dieꝝ
poterit ſemp declarari.tertio adducūt.l.impatores.l.i.
§.ſi quis ff.eo.ubi ſi appellet̃ ad principē reducit̃ ad cō
petēt iudicē nec expreſſio pͥncipis uitiat appellationez
ergo ita ex quo ſub alternatōne appellatōis unus iudex
ꝯpetens ē expreſſus ꝛ alius ꝯpetēs ſuſtinebit̃ appellatio
puta alternatiua poſita iter duo incōpaſſibilia ſi nō pōt
uerificari reſoluit̃ i ſimplicē ꝛ ſic uerificabit̃ in uno tm̄.l.
proinde cū.l.ſeq.ff.de ſtip.ſeruo.ergo ita i appellatōne
alternatiua. Contrariā opi.tz Io.an.in.d.vſi.quid
ſi dicat i addi.ꝛ i regula i alternatiuis i merc.de reg.iu.
li.vi.tz gl.in.d.c.ſi is cui de off.dele.li.vi.panor in.d.c.
ij.ē.eo.ꝛ imo.in.d.§.ſi quis mouent̃ qꝛ appellatio iſta
ē incerta.l.ſi is qui ducēta.§.utrū.ff.de re.dub.faciunt
notata i.c.iter ceteras.ē.de reſcrip.ꝛ ſic uolūt hanc ap
pellationē ñ tenere.nō obſtat.c.ꝯſtitutus.qꝛ illud pcedit
quādo ſine facto ipſius actoris libellātis ipſe actor ē icer
tus ita ut nō poſſit certificari.nos loquimur in tali caſu i
quo bene pōt certificari quia pōt deliberare an uellit ap
pellare ad papā an ad archiepm.ergo non procedet ap
pellatio alternatiua qꝛ nec libellus incertus pcederet hoc
caſu quādo poſſet actor certificari.p ea que habent̃ i.c.
ij.ē.de lib.obl.in.l.ubi aūt nō apparet.§.qui illud aut
illud.p bar.ff.de uerb.obl.in.d.c.ꝯſtitutus ꝛ i.d.l.uni
ca.§.quod aūt. Nō obſtat ꝙ certificari poſtea pōt qꝛ
cū appellatio opetur ſuos effectus ex quo iterpoſita ē ut
dixi.ē.i rubrica ꝛ donec ē icerta nō dicit̃ ualere ñ dz ſtare
i pēdēti donec certificet̃ qꝛ actus legitimi ñ debēt ſtare in
pendenti.l.actus legitimi.ff.de regu.iur. Non obſtat
argu.de.l.proinde cuz.l.ſequen.quia hic appellatio eſt
proportionalis ad utrunqꝫ iudicem ſiue archiepiſcopuz
ſiue papam.ergo non debet reſolui ut alternatiua non
habeat uim ſuam quia nulla ratio ſuadet impropriari de
bere alternatiuam. Et ideo ex predictis habetis con

UVA. BHSC. IyR_025

dudere regulã ꝙ non ualet appellatio alternatiua reſpectu iudicũ ad quos. d qua regula late per ang. ↄſi. ccxlv. incipiẽte ſcius. Fallit primo de iure ciuili qꝛ tũc cũ ſemper iudex ſit certus alternatiua bene reſoluitur in ſimplicem poſitionẽ ⁊ uidetur appellatum ad ↄpetẽtẽ. ⁊ ita bene ꝓcedit arg. d. l. proinde. ⁊ ẽt. d. l. imperatores. et ita ẽt procedit bal. in. d. l. appellatione ⁊ ang. in. d. l. cũ proponas ⁊ ideo dicerem idem de iure canonico ſi appellaret a delegato pape ut intelligatur ipſa alternatiua ſolũ in papa qꝛ ſolus ẽ in tali appellatione iudex ↄpetens. et hoc uidetur uelle panor. in. c. ij. s. eo. Secundo fallit quãdo. j. x. dies certificaret appellatus de quo iudice ſenſit appellans ita gl. in. d. c. ſi is cui. ⁊ ita pôt ſaluari ſpe. ⁊ opi. d. de rota. Tertio fallit quãdo eẽt ꝓbabile dubium de iudice ad quẽ. nam tunc ſicut ratione ꝓbabilis dubij admittit libellus incertus ita appellatio incerta admittetur. d. c. ↄſtitutus. ita Jo. an. in. d. regula in alternatiuis et panor. in. d. c. ij. Quarto fallit qñ eſſemus de iure canonico in tali caſu i quo non pôt niſi ad unũ ex iudicibus i appellatione expreſſis appellari. nam tũc alternatiua reſoluitur in ſimplicẽ aſſertionem. ita uoluit Jo. an. in. d. regula in alternatiuis. puta quia appelletur d ſubdito ſuffraganei ad epm uel archiepm. certe ad archiepm non vꝫ appellatio propter iterpoſitũ gradũ ⁊ medium epi. iõ uidebit iterpoſita ad epm tm̃. ⁊ ualebit qº ad epꝫ. utputa qꝛ de ſubdelegato delegati aplici appellet ad ſubdelegantẽ uel ad papã uel aliũ ſupiorẽ ñ ualebit talr appellatio quo ad papã ul aliũ ſupiorẽ qꝛ de ſubdelegato aplico appellat ad ſubdelegantẽ ſi non in totũ ſubdelegauit. d. c. ſuper qõnem. §. porro. s. de off. del. Infert ultra ex predictis ꝙ non vꝫ appellatio iterpoſita uniuerſalr ad plures gradus iudicuꝫ ad quos appellari poteſt uniuerſalr. puta dicendo appello ad omnes iudices ſuperiores ul ẽt interpoſita ad plures iudices ſupiores copulatiue puta dicẽdo appello ad archiepm ⁊ ad patriarcham et ad papaꝫ qꝛ talr appellatio ẽ incerta. ita ang. et imo. i. d. l. i. §. ſi quis. Hic cadit queſtio bal. ſꝫ melius ſtaret poſt. x. fallentias querit hic bal. nunquid ſicut ad legatũ pôt appellari omiſſis medijs. c. i. s. de offi. dele. cũ alijs allegatis in. x. fallentijs an ſit legatus de latere an alius legatus tm̃ quo ad hoc ut ad eũ poſſit appellari omiſſis medijs priuilegio pape. ita poſſit de appellatione ad papã interpoſita cognoſcere. ⁊ reſpõdet ꝙ nõ. allegat archi. ij. q. vi. c. quiſquis. ⁊ faciunt que habẽtur in. c. conſtitutus ſupra eo. ti. que habentur in. c. ſi abbatem de elec. li. vi. niſi hoc habeat ex ſpeciali delegatione ut habetur in dicto. c. conſtitutus.

X parte. m. Si ille qui deſijt eẽ tutor nomĩe pupilli conueniat inuitus ⁊ exceptionẽ oppõit qua neglecta iudex procedit appellari pôt. h. d.

Et diuidit in duas ptes. in prima facti narratio. in ſecũda dat iudices. ſecunda ibi. ideoqꝫ mandamus quatenus ſi ẽ ⁊c. Nota ex tex. ibi filioꝝ ſuoꝝ. ꝙ mater pôt eẽ tutrix filioꝝ. ⁊ ſic habes ꝙ lꝫ eẽ tutorem ſit ciuile officium ita ꝙ mulieribus non ↄpetat. l. fi. ff. de tutel. toto ti. C. qñ mul. tu. officio niſi a principe confirmet. ut. d. l. fi. tamen mater dari pôt filijs ſuis. facit tex. in. §. diſponat in auctẽtico de nup. ⁊ in auctẽtica matri ⁊ auie. C. quando mul. notat bar. in. l. ſi quis ſub conditione. ff. d teſt. tu. ubi põnit eandem repetitionem quã ponit. d. anto. in iſta materia. Nota ex tex. ibi ita nomĩe. ꝙ quando iudicium agitat contra minorẽ pupillũ principalr fundatur i perſona tutoris. nec ẽ neceſſe ꝙ fundet in perſona pupilli. ⁊ ideo infert hic imo. idem eẽ in impetratione reſcripti contra minorem facta qꝛ ſatis ẽ ꝙ impetret cõtra tutorem ſuum nomĩe pupilli. ⁊ ita hoſti. in ſũma i ti. de reſcrip. §. i. circa principiuꝫ. Nota ex tex ibi ſub poteſtate. ꝙ licet ius p̃rie poteſtatis ſit in patre nec mater habeat filios i poteſtate. inſti. de p̃ria pote. tamen late capiendo hoc nomen ptãs ex quo mulier ẽ tutrix filioꝝ ſuorum dicit eos habere in poteſtate. quod pꝫ ex diffinitiõe tutelle qꝛ ẽ ius ac poteſtas i capite libero. l. i. ff. de tut. ⁊ inſti. eo. §. i. non mirũ ergo ſi exiſtens ſub tutella dicit ſub poteſtate tutricis ita panor. poſt bal. hic. ⁊ ideo infert hic bal. ꝙ ſi teſtator diceret in teſtamẽto uolo filios meos pupillos eẽ in poteſtate matris itelligit eam dare per illa uerba tutricem teſtamentariam. ſecus tamen in curatore ſiue curatrice ſm panor. hic qꝛ non ẽ poteſtas i perſona ſed i rebus. l. i copulandis. C. de nupt. Nota ex tex. ibi ad ſcda uota ꝙ mulier tutrix data filio pupillo tranſeundo ad ſecũda uota ipſo iure deſinit eſſe tutrix. imo uoluit hic bal. ꝙ ẽt ſi ante contractum ſecundũ matrimonium mulier diceret ſe uelle tranſire ad ſecũda uota ⁊ ꝙ daret propterea alius tutor loco eius ꝙ ei eẽt credendum ⁊ iudex dꝫ dare nec debet expectare ꝙ tranſierit ad ſecũda uota. §. ſi autẽ tutellam in auctentico de nup. ⁊ faciunt notata in. §. interdũ. inſti. de curatore. et dicuntur ſecũda uota. i. ſecundũ matrimoniũ ut toto ti. j. de ſecun. nup. maxime in. c. fi. non tamen quo ad finẽ ut deſinat eẽ tutrix uel dari nõ poſſit inſpicitur ſecunda uota ↄſiderato omni matrimonio contracto per mulierem a principio pubertatis uſqꝫ ad ea tempora. ſꝫ ſecunda uota dicuntur conſiderato matrimonio ex quo natus ẽ pupillus de cuius tutella tractatur. puta mulier habuit quatuor maritos ex q̃rto natus ẽ pupillus. nũquid hoc marito mortuo poterit dari tutrix huic pupillo uidebat ꝙ non. quia non ſolum illa mulier tranſiuit ad ſecũda uota ſed ad tertia ⁊ ad quarta. ſed qꝛ nõ ſit conſideratõ hoc modo ſecundoꝝ uotoꝝ in caſu noſtro ſed ſolum cõputãtur ſecũda uota ab eo matrimonio ex quo natus ẽ pupillus de cuius tutella tractatur. ideo hoc caſu ex quo hic pupillus natus ẽ ex quarto mr̃onio mulier tutrix dari poterit donec poſt illud quartũ matrimoniũ non puenerit ad aliud matrimoniũ. ita bal. hic. Sꝫ operecium ẽ ſcire nunquid quod dicit hic de ſecũdis uotis habeat locum ſi mulier ingrediat monaſteriũ poſt primuꝫ matrimoniũ cũ nubat xpo. c. ſi quis. xxvij. q. ij. ⁊ dic̃ hic bal. ꝙ aut mulier penam iſtam nõ incurrerat que apponit mulieri ſecũdo nubẽti nõ petito tutore filijs. puta qꝛ iam lapſus erat annus ad petendũ tutorẽ nec fecerat ſe dari nec aliũ tutorem quo caſu amittit ius ſuccedẽdi ij ſi filio. l. ij. §. ↄſeſtiꝫ. ff. ad tertul. ⁊ iſto caſu ingrediẽdo monaſterium nõ excuſat a pena in qua iam incidit. ⁊ faciũt que habent in. l. i. ff. de penis in. c. ꝓpoſuiſti. s. de foro ↄpe. ⁊ per glo. in. l. nemo pôt. ff. de leg. i. Aut non inciderat i penã qꝛ nõdũ lapſus erat ãnus ad petẽñ. tutorẽ filijs uel ipſa erat tutrix ⁊ tũc igrediẽdo monaſteriũ nõ incidit i penã ↄcti mr̃imonij lꝫ deſinat eẽ tutrix. ita bal. hic ꝑ ea que hñtur i. l. deo nobis. C. de epi. ⁊ cleri. Nota ex tex. ibi eẽ deſierat. ꝙ lꝫ ↄiũcta ꝑſona poſſit ↄiunctum defendere. ut hẽtur i. c. nõnulli i fi. s. de reſcrip. i. l. exigẽdi. C. de ꝓcur. in. l. ſꝫ ⁊ hc. ff. de ꝓcur. tm̃ inuitus defenſionẽ ſuſcipe nõ cogit quis rõe ↄiunctõis. ita bal. hic. et faciũt que hñtur i. l. alienã. C. de ꝓcur. Nota ex tex. ibi neglecta. ꝙ oppoſita exceptõe dilatoria ſi iudex eam negligat ⁊ ad ulteriora ꝓcedat uidet tacite iterloqui ſup ea. iõ poterit appellari tanꝙ ab iterlocutoria. qõ intelligit hic bal. ueꝝ niſi a pte fuerit petitũ ut ſup dilatoria ꝓnũciet. nã tũc niſi iudex exꝑſſe ꝓnũciauerit ꝓceſſus erit nullus. ⁊ iõ ñ erit neceſſaria appellatio. ⁊ ita itelligit gl. i. l. arbitro. ff. qui ſatiſd. cog. in. l. a ꝓcedẽte. C. de dil. ⁊ ibi notat bar. ⁊ ſic hẽs ex tex. noſtro ſm panor. ꝙ lꝫ qñ ꝑs que opponit exceptionẽ ñ poſſit ſtatim appellare ꝑp exceptionẽ nõ admiſſam. c. dilecto. ⁊ ibi uidimus. s. eo. tm̃ ſi iudex ꝓcedat hoc habet pro tacita ꝓnũciatõne ſup exceptiõe iõ appellari pôt. ⁊ facit tex. i. c. cum dilecti i fi. ſupra de elec. imo iſto caſu poſſet appellari etiam de iure ciuili. nã ex quo illa exceptõ ↄcernit habilitatẽ uniº ex ꝑſonis i iudicio iteruenictibus a ſnia ſup ea lata poterit

UVA. BHSC. IyR_025

appellari etiam de iure ciuili. tex. ē nō. ſm unā lect. ⁊ ibi
ang. i. d. l. arbitro. ff. qui ſatiſd. cog. faciūt notata p bar.
i. l. ij. ff. de appel. recip. facit gl. i auctētica habita. C. ne
fili. pro pa. qd nōt bar. ⁊ ang. in. l. ij. ff. ſi quis i ius uo.
non ier. imo plus uoluit Jo. an. in. d. c. dilecto et hic pa
nor. ꝙ ēt ſi iudex fuerit negligens i nō admittendo exce
ptōnem lʒ ad ulteriora non procedat poterit tn̄ appella
ri. non tn̄ aperiūt qualiter ꝯuincat negligētia iudicis ⁊ ui
det ꝙ ꝯuincat p unicā interpellatōem ꝯgruo loco ⁊ tpe
factā poſt exceptiōem oppoſitā. p ea que notat bar. in. l.
tītia. §. uſuras. ff. de leg. ij. in. l. mora i prin. ff. de uſuris
ſed pōt dici illa procedere i interpellatōe inferioris uł pa
ris iterpellari ad aliquid agen̄. uel dan̄ ſʒ i interpellatōe
ſupioris nō ꝯſtituit i negligētia niſi per trinā monitiōem
c. i. ē. de ſup. neg. prela. ⁊ nō cūdo p mēdicata ſuffragia
glo. ē ꝙ a negligētia iudicis pōt appellari in. c. ij. e. ti. li.
vi. alś ꝯ iudicē negligētē pōt implorari officiū iudicis. c.
nullus. i. de iurepatro. bal. in. l. fi. §. illud. C. de temp.
app. Nota ex tex. ibi audiatis ꝙ delegatus ad cauſaʒ
appellatōis pōt i negocio pricipali ꝓcedere iuſtificata ap
pellatiōe qd procedit hic qr papa expreſſe ꝯmiſit negoci
um pricipale ſm panor. ⁊ imo. quid aūt ſi nō ꝯmittatur
negociū principale dixi in. c. ut debitus. Infert ex tex.
nſo quatenus fuit appellatū pp exceptōeʒ neglectā qua
liter excipiēs poſſit ꝓpter exceptionē ſuā uel neglectam
uel reiectā uel nō diſcuſſam appellare. ⁊ an de neceſſita
te debeat appellare. ⁊ dic ꝙ qn̄qʒ ps opponit exceptōeʒ
emergentē. ſ. ꝯ perſonā iudicis uel ꝓcuratoris uel cōtra
reſcriptū uel ꝯ aliā ſimilē exceptionē ⁊ tūc ſi iudex ſuper
ea ꝓnūciat omittēdo uel reijciēdo grauatus ex hac ꝓnū
ciatione poterit appellare et ſi nō appellauerit tranſibit
ſnīa in rē iudicatā. c. ſignificauit. c. rodulphus ⁊. c. dilect⁹
el. ij. ē. de reſcrip. c. ſignificauit. ē. eo. c. ſignificāte. i. e. c.
exhibita. ē. de iudi. ⁊ ē glo. in. c. accedens el. ij. in uerbo
ex premiſſ. ē. ut lit. nō ꝯteſt. notat bar. in. l. a procedēte
C. de dila. ⁊ bal. in. l. i. C. de ordi. iudi. qn̄q pars oppo
nit exceptionē circa emergētia ut ē dictū iudex autem ex
preſſe nō pronūciat ſʒ tacite ad ulteriora ꝓcedēdo ut hic
⁊. c. dilecti. ē. de elec. l. finaūt. §. ſi quocūqʒ. ff. de nego.
geſt. ⁊ tūc aut ps petijt a iudice ut expreſſe pronunciaret
⁊ requirit expreſſa ꝓnūciatio. glo. ē in. l. arbitro. ff. qui
ſatiſda. cog. in. l. a procedēte. C. de dila. ideo iſto caſu ſi
iudex ad ulteriora ꝓcedit non pronūciato ſup emergēti
ꝓceſſus ē ipſo iure nullus. ita bal. hic. ⁊ ita poſſūt intel
ligi que notāt per glo. ⁊ alios in. c. i. ē. de ord. cog. ⁊ i. l.
i. C. de ordi. iudi. dū dicit ꝙ lʒ ſup incidēti non ſit ꝓnun
ciandū de neceſſitate tn̄ ē pronūciandū ſup emergenti i
telligite ſup emergēti eē ꝓnunciandū expreſſe ſi a parte
petat. alś ſufficit ꝙ tacite ꝓnunciet. ut. i. proxio mēbro.
Si aūt ps non petit expreſſe ꝓnunciari ſup exceptione
⁊ tūc procedēdo ad ulteriora cū cāe cognitōe uidet tacite i
terloqui exceptionē nō eē admittēdā ut hic. ⁊ uoluit bar.
in. d. l. a procedēte. ⁊ ang. in. l. ij. ff. ſi quiſ i ius uo. n̄ ier.
Sed pūctus ſtat quid ſi de cā non ē cognitū. ⁊ tūc uo
luit bar. in. d. l. a procedēte. ꝙ ſuccedat diſtinctio. c. inter
poſita in prin. i. eo. qr ſi ps obtulit ſe ꝓbaturā exceptio
nē ⁊ iudex alio nō diſcuſſo ꝓceſſit ad ulteriora ſatis iuſti
ficat appellatio ꝓptera iterpoſita qr exceptionē non ad
miſit nec ꝓbatiōes oblatas. Aut oppoſuit exceptioneʒ ⁊
nō obtulit probationē ⁊ tūc ſi iudex ad ulteriora ꝓcedat
pōt appellare ſʒ habebit ꝓbare ueritatē exceptōnis in cā
appellatōis. d. c. interpoſitā. ang. aūt in. d. l. ij. ff. ſi quis
in ius uoc. uult illo caſu ꝙ qn̄ iudex oppoſita exceptione
ꝓcedit ad ulteriora ſine alia cāe cognitione ꝙ ꝓceſſus ſit
ipſo iure nullus. nec ſit neceſſe appellare ex quo cāe co
gnitio itcruenit cū ſit neceſſaria. ⁊ faciūt notata p bar. in
l. ꝓlatam. C. de ſen. ⁊ iterlo. om. iudi. in. l. ij. C. de ſen.
ex peric. rec. ⁊ ꝙ habet in. c. tum ex litteris. ē. de i integ.
reſti. faciunt notata in. l. ꝙ ſi in diem. §. ſi rōnem. ff. de
compē. in. l. ij. §. ſi dubitet ibi intueri ⁊c. ⁊ ibi gl. ff. de iu
di. in. d. l. finaūt. § ſi quocūqʒ. ff. de nego. geſt. in. l. uni
ca. C. de ſatiſda. in. c. cām el. i. ſupra de iudi. ⁊ ita etiam
uidet ſentire bal. in. l. nō eo minus. C. de procur. In
ꝯtrium tamē ē ueritas ⁊ probat prio i tex. noſtro ubi tex.
ſolum ponderat neglectā fuiſſe exceptioneʒ. nec uult tex.
fuiſſe cognitum de cā exceptionis. ⁊ ita notāt ſimpliciter
hic oēs ⁊ indiſtincte ꝙ iudex procedēdo ad ulteriora ui
det interloqui ſup dilatorijs oppoſitis. ⁊ ita tʒ imo. in. c.
i. ē. de ord. cog. et i. c. ſup lrīs. ubi. d. anto. ē. de reſcrip.
mouetur per hūc tex. ⁊ ita. d. anto. in. c. ij. ē. de iura. ca
lū. per illū tex. ⁊ ibi facit ēt tex. in. c. cū dilecti in fi. ſupra d
elec. ⁊ tenʒ bal. in. l. pactū curatoris. C. de pac. in. l. i. cir
ca fi. C. de ord. iudi. qn̄qʒ nulla oppōitur exceptio a pte
tamē i ueritate ꝯpetebat. ⁊ tunc qr iudex non dʒ in facto
ſupplere pro parte. c. bone el. i. ſupra de poſtula. prela.
ideo procedēdo ad ulteriora nihil uidet interloqui ſuper
exceptione cōpetenti ex quo nō ē oppoſita. ita bal. in. l.
licʒ. C. de procura. Glo. in uerbo tutella in fi. ibi ꝓ pu
pillo non iuuet. habes prio ex gl. ꝙ qn̄ mr̄ ſuſcipit tutellā
filior ꝙ illo caſu debʒ renūciare bn̄ficio uelleiani ⁊ omni
alij beneficio ſi quod habʒ ⁊ operat renūciatio uelleiani
quod pōt poſtea pro pupillo itercedere ⁊ fideiubere nec
iuuabitur beneficio uelleiani lʒ in illo ꝯtractu fideiuſſiōiſ
nō renūciauerit uelleiano qr renūciatio generalis fcā cū
ſuſcipit tutellaʒ ꝙ uelleiano renūciabat extendit ad quaſ
cūqʒ interceſſiones uel fideiuſſiones ob cām pupilli per
mulierem factam. ita glo. nō. hic ⁊ uoluit hic bal. i termi
nis lʒ glo. non procederet ⁊ tene menti ſingulariter ꝙ il
la renunciatio uelleiani ⁊ aliorum auxiliorū debʒ fieri eo
dem die quo ſuſcipit tutellam. ⁊ ideo ſi una die renuncia
ret uelleiano ⁊ alijs auxilijs die ſequēti ſuſciperet tutellā
uel econtra non ualeret talis ſuſceptio tutelle quia neceſ
ſe ē ꝙ eadem die fiat. glo. ē ſingularis in. c. ut circa i uer
bo preſtito de elect. li. vi. que licet non loquatur de uelle
iano tamē per bal. ibi extēditur ad hunc caſum. et nota
glo. quia non ſufficit mulierem renunciare uelleiano qn̄
tutellam ſuſcipiat ſed neceſſe ē ꝙ renunciet omnibus ali
is auxilijs. ⁊ ideo illo caſu mulier ob cauſam tutelle pote
rit incarcerari ex quo renunciat oībus auxilijs. ita bar. i
l. ſi quis ſub conditione in. viij. col. ff. de teſta. tut. ⁊ i. d.
auctentica mr̄i ⁊ auie. C. quando mulie. tut. offi. Ta
men contrarium tenet albe. in. l. ubi adhuc in. xi. colū.
C. de iure dot. nam mr̄ non pōt conueniri in plus ꝙ̄ fa
cere pōt. ut habetur in. l. ſunt qui in fi. ff. de re iud. ergo
non poterit incarcerari quia habebit exceptionem ne cō
ueniatur in plus ꝙ̄ facere poteſt ſicut uidemus ꝙ p ceſ
ſionem bonorum quis etiam nō priuilegiatus euitat car
ceres. l. i. ⁊ fi. C. qui bon. ced. poſſ. ergo multo magis p
ſone priuilegiate ne conueniātur in plus ꝙ̄ facere poſſūt
non debebunt incarcerari. Habes etiaʒ ex his que di
xit glo. in principio ꝙ filius ſub tutella matris cōſtitutus
dicitur eſſe in poteſtate matris. quod nō. ad ea que dixi i
tex. uoluit tamen hic bal. ꝙ ſi teſtator in ſuo teſtamento
diceret cōmendo filios meos matri ſue uel relinquo ipſos
ſub guardia uel cuſtodia eius ꝙ per hoc non uidetur da
ta tutrix mater. licet ſecus ſi diceret relinquo ſub poteſta
te matris. de primo eſt tex. ⁊ ibi gl. in. l. qui in aliena. §.
quāquam. ff. de nego. geſt. ⁊ ibi bal. ponderat nō. bal.
in. l. omnes. C. ad tertu. de ſecūdo. ſ. v. ſub poteſtate di
xi in tex. In eadem in fi. glo. bene loquitur. ſed quia
eſt materia ab appellationis materia multuʒ remota di
cite ut per bar. in dicta. l. ſi quis ſub ꝯditione. ⁊ i dicta au
ctentica matri ⁊ auie. ⁊ per bal. ⁊ panor. hic.

i **Attimaſti.** Pro euidentia premit
to ꝙ triplex eſt ſpecies
relationis. Quedam que fit ex natura ipſarū
cauſarum que tractande ueniunt quia nō po
teſt inferior de his cognoſcere iō remittit ad ſupiorem. c.
maiores de baptiſ. c. ut debitus i fi. ē. e. ⁊ ibi dixi. Que
dā que fit ex natura ꝯmiſſionis facte de cauſa puta quia

UVA. BHSC. IyR_025

cōmittit̃ cauſa alicui tractanda ⁊ examināda ⁊ poſtea
ad ipſum delegantē remittēda ⁊ illa potius uocatur rela
tio facti ꝙ̃ iuris. ⁊ de hac eſt tex. in. c. conſtitutus. ſ̄. eo. ⁊
ſi ꝯmiſſa fuerit cā ſub forma huiuſmodi relatōnis ad cer
tum tempus fiendū tūc relatio ante tempus fieri nō pōt
puta ꝯmiſſa ē cā infra. vi. menſes tractanda uel finiēda
poſt lapſum ſex menſiū ꝙ cā remittat̃ ad ipſum delegan
tē ſi finita non fuerit certe ante tēpus ſex menſiuꝫ relatō
fieri non poterit quia ut vult hic Inno. nō. quando rela
tio fit ex ꝯmiſſione tunc ſicut delegatōis forma ē ſeruāda
ita huius ꝯmiſſionis ⁊ per conſequēs relationis. ⁊ ideo
ante tēpus relatio fieri nō poterit. ita bal. hic per. l. fidei
cō. §. cum polidius. ff. de uſur. gemi. in. c. ꝯmiſſa ꝺ elec.
li. vi. nec poterit hoc cāu lapſus. vi. mēſibus iudex cāꝫ re
tractare ex quo poſt. vi. mēſes hꝫ referre niſi de cōſenſu
ptium fieret ꝓrogatio qꝛ tunc ualeret proceſſus. c. ꝺ cau
ſis ⁊ ibi habet̃. ſ̄. de offi. dele. ita imo. hic. Tertia ſpe
cies ē cū iudex cām totam remittit ad ſuperiorē. ut in. c.
fi. de accuſa. ubi per oēs. et tūc dicite ſm eos ibi ꝙ iudex
remittēs cām ad ſupiorem pōt partibus terminuꝫ pem
ptorium aſſignare intra quē coram ſupiore cōpareant.
panor. in. c. dudū. el. i ſ̄. de elec. tex. et ibi panor. i c. cū
bertoldus de re iudi. qui terminus ſi preſentibus ptibus
aſſignet̃ hꝫ uim peremptorij uel ēt ꝯtumaciter abſētibus
als nō. ita. d. an. in. c. fi. ĩ. de accuſa. ⁊ imo. hic. Quar
ta ē ſpēs relationis qñ refert̃ aliquis pūctus iuris ad pri
cipem ut ſup eo declaret mentē ſuam. nam illo cāu talis
relatio dicit̃ eē iuris. ⁊ de hac ꝓprie loquit̃ tex. noſter et
loquit̃ totus titulus. C. de relatōibus. ⁊ ſic ſumando pre
dicta pria relatio dicet̃ neceſſaria de qua in prio mēbro.
ſecūda facti. tertia iuris. Hoc dicit exemplum relatōis
dꝫ dari ptibus anteꝙ̃ fiat relatio. h. d. ſm Io. and. ⁊ cōi
ter ſcrib. uel clarius ſm panor. ſi iudex de iure dubitans
ſupiorem ꝯſuluerit ⁊ de ꝯſultatione copiam non fecerit
eius uerbis ꝯſultatiōis fides non adhibet̃. h. d. Diui
dit̃ i duas ptes. in pria narrat factū. in ſecūda premiſſa
aucte legum ponit deciſionē. ſcda ibi cū iuſta. Nō prio
ex tex. ibi ad nos relatōnem ꝙ cum iur̃ relatio ē fiēda dꝫ
fieri ad principem qꝛ ad eum ſpectat declaratio ad queꝫ
ſpectat ꝯdere ipſam. l. c. inter alia. ĩ. de ſen. excō. l. fi. C.
de leg. ⁊ ideo relatio fit ad pricipē. l. ad imperatorē. ff. e.

Nota ex tex. ibi inquiſitōis ꝓceſſu ꝙ non ſolum quā
do procedit̃ p accuſatōem uel actionē hꝫ locuꝫ relatio. l.
i. ⁊. ij. C. eo. ſed ēt quādo ꝓcedit̃ p inquiſitōem. ⁊ illo ca
ſu lꝫ in inquiſitōne iudex habeat latiores habenas ꝙ̃ in
accuſatōe uel actione p ea que habent̃ in. c. cuꝫ dilectus
⁊ in. c. qualiter ⁊ qñ el. ij. ĩ. de accuſa. qꝛ inquiſitio pēdet
plurimū ex officio iudicis tñ ſi iudex uelit facere relatōeꝫ
in cā inquiſitionis ita tenet̃ facere eam de ꝯſenſu partiū
ſiue partis ut hoc tex. ſicut in cā actionis uel accuſatōnis
l. i. ⁊. ij. C. de rela. Nota ex tex. ibi cum iuxta legitias
ꝙ iudex in foro canonico procedēs tenet̃ obſeruare ſo
lēnitatem legalē ſi de iure canonico contrariū cautuꝫ nō
repiat̃. faciunt que habent̃ in. c. i. ⁊. ij. ĩ. de oper. no. nū
cia. Nota ex tex. ibi conſultatōis exēplū ꝙ antequaꝫ
fiat relatio dꝫ dari exemplū relatōis fiēde ipſi parti. ⁊ in
telligite i auctētica forma. ſ. uel cū ſigillo auctētico ul̃ ma
nu notarij. per ea que uidimus i. c. tertio loco. ⁊ i. c. qm̃
contra ſupra de ꝓba in. c. i. ⁊. ij. ſ̄. de fi. inſtru. ⁊ illō exē
plum tenet̃ dare ad finem qꝛ parte huic exēplo non con
tradicente ſtabitur relationi ⁊ habebit̃ pro uera nec ps
āmodo eam ipugnare poterit. l. fi. ff. quando appel. ſit.
ita bal. hic per illū tex. ⁊ bart. per eundem tex. in. l. i. §.
queſitum. ff. eo. ⁊ bonus tex. ibi ang. poſt bar. in. l. i. C.
de rela. ⁊ debebit iudex uolens referre ſeruare iſtam for
mam quia debebit utrāqꝫ ptem citare ⁊ qꝛ relatio iſta ē
ſemper iur̃ debebit de conſenſu ptium eligere punctum
iuris i quo ē dubitatio. ⁊ ſi partes nō concordauerint in
puncto eligēdo debebit ipſe iudex eligere. ita bart p illū
tex. in. l. ij. C. eo. ⁊ in. l. i uenditione. §. fi. ff. de bo. auc.
iud. poſſ. in. l. iuſiurañ. ⁊ ad pecunias. §. ſi de qualitate
ff. de iuriu. iud. in rubrica de arb. xv. col. ang. in. l. ꝺ dīe
ff. qui ſatiſda. cog. et in. d. l. in uenditōe. §. i. ⁊ imo. ⁊ pa
nor. hic. ita ēt ſi partes uenire noluerūt p contumaciam
iudex ipſe eliciet punctū in eoꝝ ꝯtumaciā p ea que habē
tur in. c. cū in cunctis. §. fi. ſ̄. de electi. in. l. ij. ff. de opt.
leg. ⁊ uoluit hic imo. ⁊ his duobus caſibus ex quo ptes
non ꝯſenſerūt relationi poterūt aduerſus eam appella
re. per ea que habentur i. d. l. i. C. de rela. Si aūt utra
qꝫ pars ueniat ⁊ ꝯſentiat in puncto eliciēdo āmodo con
tradicere electōi nō poterit. d. l. i. ubi bar. ⁊ alij ⁊. d. l. fi.
⁊ dicit ang. in. d. l. i. ꝙ dulcior practica ⁊ utilioris relatōis
hꝫ erit ꝙ ad ſupioreꝫ oīa acta remittant̃ nec coartet ſe iu
dex ad unū punctū iuris tm̄. ſed petat̃ ut ſup actis ⁊ his
que reſultant ex his rñdeat quid iuris. nam illo caſu te
nebit̃ ſupior reſpondere ſuper oibus articulis qui reſul
tant quomodocūqꝫ ex actis ⁊ his que deducta ſunt etiā
ſi aliud non eliciat̃ a parte. ⁊ ita etiam uoluit ang. de illa
conſultatione quid iur̃ in. l. cum ſtipulatus ſum mihi. ff.
de uerbo. obli. ⁊ uoluit bal. in. c. i. §. i. de ꝯtrouer. iueſt.
in uſi. feu. ⁊ bal. in. l. ſi fundum ſub conditōe. §. ſi ſticuꝫ
ff. de lega. i. in. l. ſi ita ſcriptum. §. fi. ff. de here. inſtit. fa
ciunt que habent̃ in. c. i. ſupra de offi. dele. in. c. ſicut. ſ̄.
ti. prorio. in. c. cū in tua. ĩ. de ſponſ. uoluit imo. in. l. ſi is
qui quadraginta. ff. ad. l. falc. ⁊ ideo dixit nō. ang. in. l.
eius qui in prouincia. ff. ſi cer. pe. qꝺ conſultor p hoc uer
bum quid iuris tenet̃ conſulere ſup omni dubio quod
reſultat ex productis tam ratione ordinis ꝙ̃ ratione ſub
iecte rei. ⁊ ideo habetis in practica quid operet̃ hoc vbū
queritur quid iuris appoſitū in facti narratōe quādo pe
tit̃ conſilium a ꝯſultore. Glo. in uerbo inquiſitōis in
fi. habes ex glo. ꝙ iudex debꝫ referre quādo dubitat in
iure. et ꝙ ſi non dubitet non debet referre ad finē ut eui
tet onus iudicandi. ⁊ dicite ſm bal. in. l. fi. C. de rela. ꝙ
ſi apparuerit iudicē referre ad finem euitandi onus iudi
candi non qꝛ dubitet poterit ps a tali relatione appella
re imo hoc cāu efficiet̃ iudex infamis ⁊ punietur in. xxx.
libr. auri. l. ij. ubi tex. C. de leg. dixit tamē hic Inn. Io.
an. et poſt eū alij excepto panor. ꝙ hec pena non habet
locū de iure canonico ſed puniet̃ pēa. c. cum eterni de re
iudi. li. vi. panor. tenꝫ ꝙ utraqꝫ pēa punictur qꝛ p gene
ralitatē. d. c. cum eterni nō uidet̃ derogatum eo cāu quo
l. ſpāliter prouidet ꝺ pena prout ē in. d. l. ij. ⁊ faciūt que
habent̃ in. l. ſanctio. ll. ff. de pen. puta pena. c. cū eterni
ē fori penitētialis. ergo p ea nō tollet̃ pena. d. l. ij. que ē
fori contentioſi. nam per penam fori penitentialis non
tollit̃ pena fori ꝯtentioſi. c. pro humani de homici. li. vi.

Aliud habetis ex glo. ꝙ ſi iudex referat contrarium
quā debeat uel i preiudiciuꝫ alterius ptis ꝙ pōt appella
ri. Uos latius dicite quatuor actus eē in ꝯſideratōne in
materia relatiōis. Primus ipſam ꝓnūciatōem de re
ferendo qꝛ iudex deliberat referre et illa cū non ſit preiu
dicialis parti non pōt appellari niſi appareret ꝙ calun
nioſe hoc faceret ut euitaret onus iudicādi. ita bal. i. d.
l. fi. C. de rela. Secūdus ē actus ipſa relatio de cuius
forma i textualibꝰ. et tunc ſi pars nō ꝯſenſerit relatōi ꝙ
in dubio uidet̃ ſi pñs non ꝯtradixerit. d. l. i. C. de rela.
⁊. d. l. fi. ff. qñ appel. ſit. poterit ex quo nō ꝯſenſit appel
lare. bar. tamen in. d. l. i. intelligit ꝙ ē potius quedā con
tradictio ꝙ̃ appellatio. ſed glo. hic vult ꝙ utrūqꝫ cōpe
tat ⁊ cōiter hic approbat̃ qꝛ poterit ꝯdicere appellatōni
et ſi non admittat̃ cōtradictio appellare. Tertius eſt
actus ipſa rñſio quā facit priceps ſup relatione ⁊ ab iſta
non appellatur. l. i. in prin. ff. a quib. appel. non licet. ⁊
ita panor. ⁊ imo. niſi uellet dicere principem fuiſſe circū
uentū. ita bal. i d. l. fi. C. de rel. Quartus ē actꝰ ſnia
q̃ iuxta rñſionē ꝯſultoris fert̃ ⁊ ab iſta pt appellari ēt ſi cō
ſultor fuiſſꝫ electꝰ ꝺ ꝯſēſu ptiū niſi relatō eēt fca ꝺ uolūta
te ptiū. ita bar. pꝰ gl. i. l. i. §. q̄ſitū. ff. e. ita panō. ⁊ imo.
hic. Querit bal. qñ dēat fieri relatō ⁊ uidet ꝙ dꝫ fieri

UVA. BHSC. IyR_025

poſt diſcuſſam plene cãm. et ideo hꝫ uim cuiuſdã condi
tiõis i cã. l. cũ a nobis. C. de dila. ubi tex. ⁊. l. i. C. dꝫ rel.
Secũdo querẽ ẽ an debeat dari apta ipa relatio an
clauſa quãdo parti datᷣ. Et rñdet hic imo. ꝙ ſi datᷣ clau
ſa ꝙ licitũ ẽ ipſi pᵗi appellare. nã talis relatio danda eſt
pᵗi ut poſſit ꝯdicere. et ideo ſi datᷣ clauſa i hoc ps graua
tur qꝛ neſcit qualr ꝯtradicat. poterit ergo eo tꝑe quo da
tur clauſa ꝯdicere. c. cum olim el. ij. ſ. de offi dele. ⁊ ſi ñ
admittatᷣ ꝯtradictio appellare. ⁊ ſi ñ ꝯtradixerit nec etiã
poterit appellare qꝛ ẽ quid ſibi iputetur ex quo ſuſcepit
clauſaꝫ appellationẽ. l. i. C. de rela. niſi dixerimus ꝙ ex
quo relatio ẽ quedã iterlocutoria ꝙ lꝫ ps non contradi
cat dũmodo expreſſe non conſentiat poterit infra. x. dies
appellare ex quo iudex ſibi relationẽ dedit qꝛ dãdo ſibi
relationẽ uidetᷣ tacite iterloqui relationẽ cẽ neceſſariam
qꝛ relatio non ẽ fienda a iudice niſi ubi de neceſſitate re
quiritᷣ. ut dictum ẽ in glo. ⁊ ita uidetᷣ de mente bar. in. l. i.
C. de rela. ubi uoluit ꝙ pñs actui iudiciali ⁊ non ꝯtradi
cens uideatᷣ ꝯſentire per illum tex. ⁊ ideo dixit cautelam
cẽ ꝙ in quocũqꝫ actu iudiciali in quo pars eſt pñs dicatᷣ
pñte parte ⁊ non ꝯdicente. alˢ ex quo eẽt pñs uideatur
ꝯſentire cũ in ſnĩjs ſiue iterlocutorijs ſiue diffinitiuis ta
cens ñ habetᷣ pro ꝯſentiente quominus poſſit poſt. x. di
es appellare. ita bar. in. d. l. i. ſed quo ad facultatem ap
pellandi tacita iterlocutoria ⁊ expreſſa a pari procedunt
c. cũ inter. ⁊. c. cum dilecti in fi. ſ. de electi. uidimus in. c. ex
parte. in. ſ. eo. ergo ab illa relatiõe pars. ĩ. x. dies appel
lare poterit dũmodo expreſſe ñ ꝯſenſerit. Sed ut lati
us habeatᷣ qñ poſſit a relatione appellari dicite aut pars
conſenſit expreſſe relationi ⁊ tunc appellare non poteſt
ꝑ regulã qꝺ ſemel de reg. iur. li. vi. l. ab eo. C. quomõ ⁊
qñ iud. c. quod ad cõſultatõem. ſ. ti. proxi. ⁊. d. l. i. C. dꝫ
rel. Aut tacite ꝯſenſit ita ꝙ per aliquẽ actũ probatᷣ eũ ta
cite ꝯſenſiſſe ⁊ tunc ẽt renunciatᷣ appellationi l. fi. ff. quã
do appel. ſit. ⁊ ita põt intelligi qꝺ uoluit hic bal. ⁊ faciunt
notata i. l. ad ſolutionẽ. C. de re iudi. in. d. c. quod ad
conſultationẽ ⁊ que dixi i. c. ſollicitudinẽ. ſ. eo. ⁊ que ha
bentᷣ maxie ꝑ. d. anto. in. c. gratũ. ſ. de off. dele. nam di
cit. d. anto. in. c. paſtoralis in fi. pꝛĩcipij ſupra de reſcrip.
ꝙ dicitᷣ relatio irreuocabilis que fit de cõſenſu partium.
Aut ps nec expreſſe ꝯſenſit nec ꝑ actũ tacite ſꝫ nec cõ
tradixit ⁊ tũc uoluit Inn. et latius poſt eũ Jo. an. ⁊ alij
hic ꝙ uideatᷣ ꝯſentire relationi ⁊ iõ appellare nõ poſſit.
Et pro illa opi. multũ ſtringit tex. in. d. l. fi. ff. qñ appel.
ſit ⁊ i. d. l. i. C. de rel. tñ bar. in. d. l. i. ex quo vult ꝙ pñs
iterlocutorie uel diffinitiue ⁊ nõ ꝯdicens poſſit tñ appel
lare uſqꝫ ad. x. dies cũ relatio uideatᷣ iterlocutoria innuitᷣ
ꝙ tali relationi ñ ꝯtradicẽs poſſit appellare ex quo non
cõſenſit ⁊ deduxi i proxĩa. q. latius. Aut ps ẽ pñs ⁊ cõ
tradicit ⁊ tũc relatio nullã fidẽ facit niſi quatenus conſtat
ex act. tñ ſi ps nõ appellet iudice ad eã ꝓcedẽte ñ obſtã
te ꝯdictione eius ualebit relatio qꝛ uidetᷣ ñ appellãdo re
cedere a ꝯtradictiõe ex quo ꝑmittit iudicẽ ad ulteriora ꝓ
cedere i relatõne. d. l. i. ⁊ ibi bar. et alij. ⁊ ita cõiter ſcrib.
hic maxie panoꝛ. Qñqꝫ ps non ẽ pñs ⁊ ſic nec ꝯdicit
nec ꝯſentit ⁊ tũc aut ẽ abñs ꝑ ꝯtumaciã et illo caſu ſi nõ
appellet a relatõne habebitᷣ pro ꝯſentiẽte. l. de etate. §.
qui tacuit. ff. de iterrog. ac. ⁊ iõ debebit appellari. ita pa
noꝛ. ⁊ imo. hic. Aut ps nõ ẽ abñs ꝑ ꝯtumaciã ſꝫ nõ fuit
citata ⁊ illo cãu nulla ẽ relatio. ut hoc tex. nr̃o ⁊. d. l. i. iõ
lꝫ appellari poterit nõ tñ erit appellatio neccr̃ia ſicut nec
a ſnĩa nulla. c. dilecto ⁊ ibi uidimus. ſ. eo. Sꝫ nũquid
relatõe facta poterit iudex qui retulit ꝓcedere in negocio
pꝛĩcipali ñ obſtãte relatõe. ⁊ uidetᷣ pꝛĩo dicẽdũ ꝙ nõ per
tex. i. c. lꝫ. ſ. de off. leg. ubi cãus ꝙ pẽdẽte relatõe ad ſu
perioꝛẽ iferioꝛ nõ ꝓcedit ꝑ tex. i. c. bone el. ij. vſ. nec no
cebat. ſ. de poſtu. pla. ubi ⁊ de ꝯſenſu pᵗiũ nõ põt recedi
a relatõe ſemel fcã ꝑ tex. in. c. ex iſinuatõe. ſ. e. ibi cũ ſm
legitias ⁊c. ubi pẽdẽtia relatõis hꝫ uim pẽdẽtie dilatiõis
lꝫ dilatõe pẽdẽte ipſo iure non põt ad ulteriora procedi
⁊ nullus erit ꝓceſſus ſi fiat. c. ſignificãte. ĩ. e. l. ſiue ps. C.
de dila. ergo ⁊c. et ꝑ tex. in l. ex illo. ⁊ ita ſentit bal. C. e.
et hãc opi. tꝫ Jo. an. in. c. legitia. e. ti. li. vi. ⁊ tꝫ ſpe. in ti.
de rela. §. ſi. ⁊ ibi Jo. an. i addi. ad ſpec. In ꝯᵗrium ẽ
tex. in. l. ad pꝛincipẽ. ff. e. et in. l. ad imꝑatoꝛẽ. ff. e. in. l.
i. C. de rela. dũ vult ꝙ ſi pendẽte relatõe iudex ꝓcedat
ad ulteriora ꝙ ps dꝫ appellare ergo ꝓceſſus ẽ ualidus
qꝛ a ꝓceſſu nullo de neceſſitate nõ ẽ appellandũ. ut uidi
mus i. d. c. dilecto et facit rõ. nã relatio ẽ quedã interlocu
toria ut ſupra dixi. ſꝫ iudex põt ſuã iterlocutoriã reuoca
re ergo poterit relatiõem reuocare. ſi reuocare poterit er
go ad ulteriora ꝓcedẽdo ne uideatᷣ uelle facere actuꝫ fru
ſtratoriũ uidebitᷣ reuocaſſe. l. iij. ff. de teſta. mili. in arg. ⁊
hãc ptẽ tꝫ bar. in. d. l. ad pꝛincipẽ et in. d. l. i. C. de rela.
Bal. hic diſtiguit. aut iudex facit relationẽ coactus uo
lũtate pᵗiũ puta qꝛ de ꝯſenſu pᵗiũ eſt ſibi ꝯmiſſa cã cum
hoc ꝙ referat et tũc uolũtate partiũ pendẽte relatiõe ꝓ
ceditᷣ. ⁊ ita põt intelligi. l. ad imꝑa. ubi de ꝯſenſu partiuꝫ
põt ꝓcedere. Tamẽ illud depẽdet ex eo qꝺ dixi in. c.
cũ ceſſãte. ſ. e. an ⁊ quãdo ad reuocationẽ iterlocutorie
requiratᷣ ꝯſenſus pᵗiũ. Aut iudex fecit relationeꝫ ſtatuto
uel alia neceſſitate urgẽte puta mãdato ſuꝑioris ⁊ tũc ea
pẽdẽte ꝓcedere nõ poterit. Aut fecit cã ſimplr ex uolun
tate ſua qꝛ uidebatᷣ ſibi faciẽ. ⁊ tũc cã reuocare poterit.
⁊ iõ ad ulteriora ꝓcedere. ⁊ optĩe facit. d. l. ad pꝛĩcipem.
Uos dicite ꝯcluſiue ſm imo. hic ⁊ in. l. i. §. queſitũ. ff.
eo. qꝺ reglr ſi de ꝯſenſu pᵗiũ facta ẽ relatio iudex nõ po
terit ãmodo niſi de ꝯſenſu pᵗiũ ꝓcedere et relationeꝫ re
uocare. ſꝫ debebit expectare finẽ relatõis. d. l. ad imꝑato
rẽ. De ꝯſenſu aũt pᵗiũ bene poterit ꝓcedere. ⁊ ita intelli
gatᷣ. l. ad pꝛincipẽ ſm. l. ad imꝑatoꝛeꝫ. tamẽ quãdo rela
tio eẽt facta et corã ſuperioꝛe recepta nõ poterit ãmodo i
ferioꝛ ꝓcedere ẽt de conſenſu partiũ. ita loquitᷣ tex. i. d.
c. bone. vſ. nec nocebat. ⁊ ita põt intelligi tex. in. d. c. licꝫ
⁊ in. d. c. ex inſinuatione. ubi autẽ relatio ẽ ſimpliciter fa
cta ſi forma non ẽ ſeruata quia partes non ſunt citate ex
quo relatio ẽ nulla ut dixi in precedenti queſtione poterit
iudex ad ulteriora procedere. Si autem forma ẽ ſeruata
cum partes non appellando uideãtur conſentire relatio
ni perinde ẽ ac ſi de conſenſu earum relatio eſſet facta.
⁊ ideo cum miniſterio tex. dixit in. d. l. ad imperatorem
ꝙ relatione facta ad imperatorem põt iudex de cõſenſu
partium ea pendente procedere. ergo ſine conſenſu par
tium non poterit. ⁊ ita debet diſtingui. d. l. ad pꝛincipem
ut iura iuribus concordentᷣ. nec obſtat. d. l. i. quia licꝫ ibi
dicatur ꝙ appellari poterit tamen non ſequitur ergo iu
dex pendente relatione poterit procedere et tunc proceſ
ſus erit ualidus quia a proceſſu quandoqꝫ poterit appel
lari et quandoqꝫ utile ẽ. dixi aliquid ſupra i rubrica iſta.
Et ſic ex predictis habes duplicem effectum relatõis.
pꝛimus quia probat acta preceſſiſſe ut referuntur ex quo
pars non contradixit uel ſi contradixit poſtea iudice pro
cedente in relatione non appellauit. d. l. i. et ibi bart. faci
unt notata per bar. in auctentica ſi quis in aliquo docu
mento circa finem. C. de ed ſi tamen in contumaciã par
tis eſſet facta relatio non ſtatur relatõni de actu niſi qua
tenus ex proceſſu apparet. c. qm̃ contra ſupra de proba.
et ita imo. hic. ſecundus ẽ effectus quia ea pẽdente ſuſpẽ
ſa eſt iuriſditio iudicis referentis niſi de conſenſu partiũ
permittatur ut procedat. tamẽ ea recepta per ſuperioꝛeꝫ
de conſenſu partium non poſſet inferioꝛ procedere. d. c.
bone. ⁊ latius declaratur iſte effectus in precedenti. q. et
faciunt notata ſupra in rubrica poſt continuationem. et
ideo dixit bal. in. l. fi. C. de rela. ꝙ relatione facta ad ali
quem pꝛincipeꝫ ex quo conſultatio uidetur deuoluta ad
ipſam dignitatem ꝙ mortuo pꝛincipe tamen durabit re
latio in ſucceſſoꝛeꝫ quia dignitas ipſa non moritᷣ ad quã
ẽ facta relatio. c. ſi gratioſe de reſcrip. li. vi. l. quod pꝛinci
pi ff. de leg. ij. faciunt que habentur in. c. quoniã abbas
ſupra de offi. dele.

UVA. BHSC. IyR_025

ſ **Ignificante.** Ubi ante litem
conteſtataꝫ circa
id de quo agit̃ principalr̃ inouat aliquid de
legatus uel terminũ aſſignatũ ꝓuenit pote
rit appellari. ⁊ ſi ꝓcurator nõ ſeruauit formã mãdati au
dit̃ appellans poſt annũ. h. d. Diuidit̃ i duas. in pri
ma narrat factũ. in ſecũda dat iudices ⁊ ꝓuidet. ſecũda
ibi q̃ tñ. Nota p̃io ex tex. ibi alibi quã i ſtallis ꝙ lꝫ in
dubio quelibet res p̃ſumat̃ libera. l. altius. C. d̃ ſerui.
⁊ aqua. põt tamẽ aliquis p̃tẽdere negatiue ius ꝙ non
liceat dño libere uti re ſua ⁊ aliquid i ea exercere cõtra. l.
i re mãdata. C. man. nã hic caplm̃ p̃tẽdebat non eẽ lici
tum ep̃o uendere carnes nec carnifices habere alibi quã
i ſtallis capl̃i. ⁊ ſic nõ licere i ſtallis proprijs carnes uẽde
re. ita ⁊ i ſimili i his que ſũt publica ⁊ cuicũqꝫ permittun
tur tamẽ põt unus p̃ſcribere ut ſibi ſoli liceat exercere
⁊ non alij ꝯpti i iure piſcandi i flumie publico ul̃ ẽt uenan
di i publico ul̃ ẽt molẽdinũ ponẽdi uel furnũ habẽdi. et
notat habũde bar. i. l. quominus. ff. de flu. ⁊ hic doct. ꝑ
hũc tex. et i. §. riparũ. inſtitu. de re. diuiſi. ⁊ ideo põt p̃e
ſcribere quis ut nullus exerceat furnum i uia ul̃ habeat
molẽdinũ niſi ipſe. tamen ad hoc negatiue p̃ſcribẽdũ
requirit̃ ꝙ procedat ꝓhibitio dñi uolẽtis iure ſuo uti q̃
uolens molẽdinũ ponere uel furnũ i uiam facere uel in
tali flumie publico piſcari fuit ab iſto prohibitus ⁊ deſiſtit
tunc ex hoc facto prohibitõnis icipit p̃ſcribere negatiue
ius tale ꝯtra iſtos prohibitos. ſ. nõ licere prohibito piſca
ri uel molẽdinum facere ⁊c̃. ⁊ facit glo. i. l. qui' lumibus
ff. de ſeruit. urb. p̃ed. faciũt que habent̃ i. l. i. ⁊. ij. C. de
ſeruit. ⁊ aqua. in. l. ſeruitutis la grãda. ff. de ſeruitutibus
i. c. abbate. j. de uerbo. ſig. et ibi per glo. ⁊ alios. Nõ
ex tex. ibi carnifices ꝙ lꝫ clericis ſit prohibitũ macellũ ul̃
tabernã exercere. de. i. de uita ⁊ ho. de. tamen ſtante cõ
ſuetudine uel priuilegio poterũt per alios hoc iure uti ⁊
uendi facere. ⁊ notat glo. in. d. de. i. Nota ex tex. ibi
uendi feciſſet ꝙ qñ ſuper aliquo iure p̃cipalr̃ lis pẽdet
nec apparet quis ſit poſſeſſor prout hic q̃ ſm̃ unũ intel
lectum epiſcopus dicebat ſibi licere uẽdere carnes caplm̃
negabat licere iſto caſu douec de iure partium nõ ẽ claꝝ
non ẽ aliquid innouandum ad inhibendum partes uti
iure ſuo. ⁊ ſi uſe fuerint non ẽ reuocañ. in uiam attentati
⁊ ideo cũ miniſterio dixit tex. preſertim dum lis nondum
fuiſſet ꝯteſtata quaſi ſentiat ꝙ ẽt lit. cont. ex quo non eſt
clarum de iure partium nulla partiũ ẽ inhibẽda uti iure
ſuo. ⁊ ſic facit quod uoluit Jo. an. in. c. i. per illũ tex. ſ̃.
ut lit. pen. q̃ propter pendẽtiam litis non ẽ inhibendus
poſſeſſor iure ſuo uti. Nota ex tex. ibi iploratio huiuſ
modi ꝙ remedium attẽtati ẽ quedã iploratio ⁊ iõ officio
iudicis dicit̃ expediri. faciũt que habent̃ i cle. ij. ut lit. pẽ.

Nota ex tex. ibi i ſtatiꝫ p̃iſtinũ reuocarent ꝙ remedi
um attentati nõ ſolũ hꝫ locũ appellatiõe pendẽte ſed ẽt
lite pen. faciunt que habent̃ in. d. cle. ij. ⁊ dixi in. c. bone
ſupra eo. habet̃ toto titulo. ſ̃. ut lit. pen. Nota ex tex.
ibi abſqꝫ ꝯſenſu partiũ ꝙ aſſignata dilatõne per iudiceꝫ
de ꝯſenſu partium non põt ipſe iudex niſi partes ꝯſen
tiant eam reuocare. ⁊ faciũt que dixi in. c. precedenti i ar
ticulo an iudex pendẽte relatõe poſſit ꝓcedere. Nota
ex tex. ibi ſolutũ fuiſſet iudicium ꝙ pendẽte dilatione ip
ſo iure conquieſcit officiũ iudicis. ⁊ ideo proceſſus ꝑ cuꝫ
agitatus erit nullus ſi pendẽte dilatione fiat. ita bal. hic
et facit tex. in. l. ſiue pars. C. de dila. Nota ex tex. ibi
ad ꝓſecutõem. ꝙ ex facto procuratoris dñs hꝫ legitimã
cãm ut ſi culpa ꝓcuratoris lapſus ſit annus ad ꝓſequẽ
dum appellationẽ datus poſſit petere biẽnium ſibi dari
de quo. j. latius. Nota ultra ex tex. ibi uel coꝝ altera.
ꝙ ubi appellatio ẽ iterpoſita ex pluribus causis quaruꝫ
una queqꝫ ꝑ ſe ẽ ſufficiẽs nõ grauat̃ appellãs ꝓbare ue
ritatẽ oium cauſaꝝ ſed ſatis ẽ unã cãm uerificare ut i ap
pellatõe obtineat. ſilis ẽ tex. et ibi gl. in. c. exhibita ad ſi.
ſ̃. de iudi. i. c. ex pte. s. ſ̃. de reſcrip. i. c. ſignificauit. ſ̃. e.

et bal. i addi. ad ſpec. eo. ti. in. v. col. et ibi de proteſtatõ
ne nõ aſtringẽs ſe ⁊c̃. qd̃ i appellatõe non opat̃ nec ẽ ne
ceſſaria niſi ubi duo ꝓponunt̃ et unũ uenit qualificatie
ad alteꝝ et in. i. addi. ꝙ ſi unã allegat ⁊ probat aliã. dixi
in. c. ut debitus. ſ̃. e. Gl. in v̾bo poſt citationẽ i ſi. ha
betis ex gl. duos itellectus ad tex. primus ẽ itellectus ꝙ
hic ep̃s eẽt i q̃ſi poſſeſſione uẽdẽdi carnes i ſtallo ſuo et
peteret̃ ꝑ caplm̃ poſt citationẽ emanatã inhiberi ep̃o ne
uẽderet nec aliquid inouaret i p̃iudiciũ pẽdẽtie litis cũ
lis pẽderet ſuꝑ hoc ſcꝫ ñ licere ep̃o carnes uẽdere in ſtal
lo ſuo. iõ hoc ñ potuit fieri, ⁊ ꝓpterea papa dicit ꝙ ma
xie cũ lis ñ ſit ꝯteſtata non põt iſta retractatio attẽtatoꝝ
fieri ⁊ cũ miſterio utit̃ uerbo p̃ſertim qd̃ idẽ ẽ ꝙ maxie
c. ad extirpañ. ſ̃. de fili. p̃ſb. quaſi uelit dicere ꝙ etiaꝫ ſi
lis eẽt ꝯteſtata tñ ex quo clarũ ẽ reũ poſſeſſorẽ eẽ nõ dꝫ i
hiberi ne utat̃ iur̃ ſuo ipſe reus nec dicit̃ inouare aliquid
i p̃iudiciũ pẽdentie litis utẽdo ſua q̃ſi poſſeſſione imo
ſi uti ꝓhibet̃ ſua poſſeſſiõe eẽt inouare ꝯ̃ euꝫ ⁊ ipſe poſ
ſet agere remedio attẽtati. c. ñ ſolũ ⁊ ibi gl. e. ti. li. vi. ha
bet̃ in. c. i. ⁊. ij. ſ̃. ut lit. pen. Et hoc mõ intelligẽdo hẽtis
hic cãum ꝙ lite pẽdẽte ſi reus utat̃ iure ſuo. ſ. iure in cuiꝰ
q̃ſi poſſeſſione ẽ ñ dicit̃ aliquid inouare nec hꝫ locum re
mediũ attẽtati ꝯ̃ eũ. ⁊ ſic dictio p̃ſertim hic ſtat ꝓ p̃ic. i.
maxi. ⁊ ita dꝫ itelligi gl. ſequẽs i uerbo ñ fuiſſet ꝯteſtata
imo uoluit hic bal. ꝑ hũc tex. ꝙ ẽt ſi de iure rei ſit dubiũ
q̃ dubitet̃ an ſit poſſeſſor an uero ñ rõe huius dubij ex
cuſet̃ ne ꝯ̃ eũ hẽat locuꝫ remediũ attẽtati nec aliquid dr̃
inouare utẽdo iure ſuo lꝫ de eo dubitet̃. ⁊ faciunt que ui
debimus i ſequẽti itellectu. Alius ergo ẽ itellectꝰ queꝫ
vult gl. ꝙ hic caplm̃ eẽt i q̃ſi poſſeſſione huius iur̃ nega
torij. ſ. ñ licere ep̃o carnes uẽdere i ſtallo ſuo ⁊ ageret ꝯ̃
ep̃m ne i hac quaſi poſſeſſione moleſtarent̃. ⁊ ſic dicatur
ep̃us eos moleſtare q̃ ex aduerſo p̃tendebat' ſe poſſeſ
ſorem affirmatiue huius iuris ſibi licere uendere i ſtallo
ſuo carnes. Et ſi dicatis quare ergo ſi caplm̃ poſſidebat
non fuit licita imploratio officij iudicis ut lit. pen. inhibe
tur epiſcopo ne aliquid innouaret cum ad huiuſmodi in
hibitionem ſufficiet citationem emanaſſe ut litis penden
tia inducatur ⁊ ad reum perueniſſe. cle. ij. ut lit. pen. nec
requiratur litis conteſtatio. quare ergo hic papa ponde
rat ꝙ lis non fuit conteſtata. So. dic ſm̃ bal. hic ꝙ cum
eẽnt iſti iudices delegati ⁊ quo ad partes iuriſditio dele
gata non ſit ſolida niſi poſt lit. conte. propter declinato
rias quas põt opponere uel recuſationes. c. inter mona
ſterium. ſ̃. ti. proxi. ⁊ quia non tantũ p̃ſumit̃ pro dele
gata iuriſditione quantũ pro ordinaria per ea que habẽ
tur in cle. ij. de offi. ordi. in. c. ad hec. ſ̃. de reſcrip. ideo
põderauit hic papa lit. ꝯtc. q̃ tunc põt officiũ delegati i
plorari ⁊ non ante. et ita ẽt uoluit bal. in. l. ſi reus para
tus per illum tex. iuncta glo. ff. de procurat. faciũt qd̃ uo
luit nõ. bald. in. l. conſentaneum. C. quõ et qñ iudex
ubi uoluit ꝙ ante lit. cont. delegatus nõ põt ferre ſñiam
abſolutoriam ab inſtantia iudicij. faciunt nõta per glo. i
l. i. C. ſi a non ꝯpe. iud. et in. l. ij. C. de i ius uoc. Iſta
ſolutio non ẽ tenenda q̃ falſum ẽ ꝙ ante lit. cont. officiũ
iudicis delegati non poſſit implorari puta contra rebel
les et impedientes iuriſditionem ſuam. c. i. ⁊. c. d̃ cauſis
⁊ ibi Inno. ſ̃. de offi. dele. puta contra contumacẽ eũ ex
communicãdo uel mulctãdo uel alio modo caſtigãdo. c.
cum ueniſſent ⁊. c. ſi. ſ̃. de eo qui mit. i poſ. Inn. i. c. con
ſuluit. ſ̃. de off. dele. ⁊ in. c. ſepe. ſ̃. eo. imo ẽt abſoluẽdo
ab obſeruatione iudicij, ut uoluit Inno. in. d. c. conſuluit
imo circa omnia contingentia circa litem prout nõt bal.
in. l. ſi quis miſſum. §. i. ff. de dã. infec. in. l. i. ⁊ ibi ange
lus et ali. C. de iudi. cum ergo officium iudicis delegati
circa occurrentia ante lit. conteſta. implorari poſſit ut pa
tet ex predictis ergo cum litis pendentia inducatur ſtatiꝫ
ex quo citatio peruenit ad reum et ſic ante litem conteſ.
dicte clemen. ij. poterit de attentatis lit. pen. delegatus
prouidere ẽt ante lit. cont. ea infirmãdo. Unde cõis ẽ

UVA. BHSC. IyR_025

ſo. Inno. ⁊ cōiter ſcrib. excepto imo. ꝙ hic innouatio ñ tollat̃ ante lit. conte. eo, qꝛ reſpicit negociū principale in totū. nam pricipaliter agebat̃ nō licere epō carnes uēdere petebat̃ in uiam attentati coerceri epiſcopū ne carnes uenderet. ecce ꝙ ĩ iudicio attentati uenit illud quod principaliter deductum ē in petitōe principalis litis. ⁊ iō ſicut lit. non conte. ſuper negocio principali nō pōt ꝓcedi toto ti. s̄. ut lit. nō cont. ita ſuper attentatis que abſorbent totum negociū principale in ſe nō dꝫ poſſe lit. nō conte. cognoſci. Et pro illa opi. adducit panor. que habentur ĩ c. cū ueniſſet ſupra de eo qui mitt. ĩ poſſ. Imo. hic ñ ſequit̃ hanc opi. inherens regule ꝙ ſtatim poſtꝙ citatio peruenit ad reum hꝫ locum remediū attentati. Nec obſtat fundamentum contrariū de titulo. s̄. ut lit. nō cont. qꝛ uerum ē ꝙ ſuper principali nō procedit̃ lit. nō conte. ad finē ut ad diffinitiuā perueniat̃. ſed ad finē interlocutorie ⁊ ut innouata lit. pen. reparent̃ nō reperit̃ hoc prohibitum quin procedat̃ lit. nō ꝯte. imo ꝯtrarium cauet̃ expreſſe in. d. c. ij. ⁊ ibi gl. nota. unde tenet ipſe primū intellectū. Glo. in uerbo preuenire diem in fi. haberis ex gl. prio ꝙ geſtū per iudicē dilatōe pendēte ē nullum. ⁊ intelligite ſm̄ bal. hic ipſo iure niſi partes conſentiant quo cāu uidet̃ renūciare dilationi. ita bal. in. l. ſiue pars C. de dila. ⁊ vult gl. hic ⁊ cōiter ſcrib. Aliud haberis ex glo. ꝙ iudex pōt dilatiōem mutare. uos dicite ſm̄ cōiter ſcrib. hic ⁊ ſm̄ ea que notant' legiſte in. l. ſi quis ꝓcuratoꝛ. §. fi. ff. de ꝓcura. dum querit̃ an iudex poſſit dilatōem reuocare ita eē diſtinguendum. Aut dilatio eſt data ſine cāe cognitione ⁊ tūc eā reuocare poterit. ⁊ ita intelligat̃. l. diem ꝓferre ĩ principio ⁊. l. ꝙ iuſſit allegata ĩ gl. facit. l. minor. xxv. annis ĩ prin. ff. de euict. Aut cū cāe cognitione aſſignata ē dilatio ⁊ tūc aut de ꝯſenſu partium ⁊ nō poterit ſine partium ꝯſenſu reuocari. ⁊ faciunt que notat bar. in. d. l. qd iuſſit ⁊ dixi in. c. cum ceſſante ſupra eo. Aut ē aſſignata dilatio cum cauſe cognitiōe ⁊ ſine cōſenſu partium ſed iudex ex officio aſſignauit uel ad iſtātiam unius partis tm̄ ⁊ tunc anteꝙ partis interſit reuocare poterit indiſtincte ſi partis ītereſt ut nō reuocet̃ nō poterit reuocare niſi cā cognita per ea que uidebimus ĩ c. interpoſita. §. illa deniqꝫ. j. eo. ⁊ faciūt que dixi ĩ. d. c. cū ceſſante. Succedit queſtio nunquid eo cāu quo reuocari nō pōt erit nulla reuocatio ſi reuocauerit an uero erit neceſſe appellare. ⁊ ſoluit imol. ꝙ erit neceſſe appellare. per ea que habent̃ in. c. ſacro. j. d ſnia excō: ⁊ ad materiā ē bona glo. in. c. cū ex eo in uerbo ſeptēniū de elec. li. vi: Sit ergo regula ꝙ iudex dilatōe pendente procedere non poterit ⁊ ſi ꝓceſſerit nullus eſt proceſſus.

Fallit primo niſi iudex reuocauerit caſu quo pōt. uel ſi nō pōt caſu quo fuerit appellatū. nam tūc cum teneat appellatio ualebit proceſſus ad ulteriora ⁊ tenent cōiter ſcrib. in. d. l. ſiue pars. Secūdo fallit quādo de cōſenſu partiū iudex procederet ad ulteriora. nam tūc non obſtāte dilatōis ſnia ualebit ꝓceſſus. ut hac gl. et. d. l. ſiue pars. ⁊ ibi doct. quod uerū in ꝯſenſu ante proceſſum adhibito. nā poſt factū ꝓceſſum lꝫ partes ꝯſenſerint ⁊ ratificauerint ex quo nullus fuit ꝓceſſus nō conualeſcet. ita bal. poſt C. i. l. pe. ad fi. C. de arb. Tertio fallit quādo iudex procederet ad actum qui tēderet ad executōem dilatiōis non aūt eēt ꝯtrarius nec diuerſus dilationi. l. ñ ex omnibus. ff. de arbi. ⁊ ibi bal. ita bal. ⁊ panor. hic faciunt que in ſimili dicunt̃ de pendentia appellatiōis ĩ. c. cum teneamur. s̄. eo. Quarto fallit quando cā dilatōnis aſſignate iam expiraſſet. nam tūc finita ē dilatio nō expectato tēpore in eo aſſignato. ita bar. ⁊ ibi alij in. l. a filia. §. alūno. ff. ad trebel. et ita panor. hic. puta aſſignata ē dilatio. x. dierū abſenti ut ꝯpareat comparuit tertio die ⁊ ſic impleta ē cauſa dilatōis. nūquid expectabūtur alij. iij. dies ⁊ ſoluit panor. ꝙ nō. tm̄ ſi certū eēt cām non poſſe impleri ꝓpter quam dilatio ē aſſignata non poterit ante tempus finitū iudex ꝓcedere. glo. ē nō. in. c. ubi periculū circa principiū in. v̄. x. dies ⁊ notat̃ in. c. cōmiſſa de elec. li. vi. faciūt que habent̃ in. l. in illa. ff. de uerbo. obli. Quinto fallit ſi actus qui fit pendēte dilatiōe cedat ĩ merū fauorē eius cui ē aſſignata dilatio qꝛ tūc ualebit. ita imol. per illum tex. in. l. ſi quis inſtituat̃. ff. de heredi. inſti. Sexto fallit qñ actus ille pendēte dilatōne factus fieret ſolū ab eo cui ē aſſignata dilatio. nam tunc cū dilatio uideat̃ aſſignata ad ꝯmodū ſuum pōt nolle illo ꝯmodo uti. ⁊ ideo ualebit actus per eū pen. dila. factꝰ qſi recedat a dilatōe. c. cum dilecti. j. de accuſa. ⁊ ibi do. anto. ⁊ faciūt que habent̃ per bar. ⁊ ange. in. l. qui ante hꝛat̃. ff. de uerbo. obli. Septimo fallit ſi pendente dilatione debitoꝛ efficiat̃ ſuſpectus de fuga uel alio modo ſuſpectus. nam tūc licitū ē creditori ut eū capi faciendo uel alio oportuno remedio pendente dilatiōe ſibi ꝓuideat ita. bal. in. d. l. ſiue pars. ⁊ facit glo. in. l. queſitum. ff. de pig. lꝫ in ꝯtrarium faciant notata per ange. in. l. ait pretoꝛ. §. ſi maioꝛ. ff. de iure deli. ubi uoluit ꝙ ſi pendente conditione debitoꝛ efficiat̃ ſuſpectus ꝙ ex quo nondum ceſſit dies obligatōis nō ſit licitū cape debitorēꝫ fugitiuū ergo ita poſtꝙ per dilatōem ē ſuſpenſum officiū iudicis.

Octauo fallit qñ aliquid contra dilatōem eēt attētatū nā non obſtāte pendētia dilatōnis poterit huiuſmodi attentata iudex reuocare. ita panor. ⁊ imo. hic ⁊ faciūt que uidimus in. c. qua fronte ſupra eodem. ubi in ſimili de pendētia appellatōis. Nono fallit qñ dilatio eēt data ad actum nullū. nam tūc nulla ē dilatio ⁊ ideo officium iudicis nō ſuſpendit. glo. ē in. l. cū pater. §. curatoris. ff. de leg. ij. faciūt que habent̃ ĩ ſimili ĩ. c. cū appellatiōibus eo. ti. li. vi. ⁊ aliquid in. c. dilecto in tex. s̄. eo. Sꝫ operepreciū ē ſcire an una dilatiōe pendēte poſſit aſſignari dilatio ad aliū actū ſucceſſiue fienī. uel ēt eodē inſtāti poſſit aſſignari dilatio ad unū actū ⁊ illa finita ſucceſſiue ad aliū. puta aſſignati ſunt. x. dies ad ꝓbandum per teſtes nūquid pendēte hac dilatiōe uel ēt eodē tēpore quo hāc dilatōem aſſignauit poterit iudex aſſignare ut poſt hos x. dies. ⁊ ſic ſucceſſiue poſt dilatōem finitā debeat. j. viij. dies probaſſe per inſtrā. ⁊ dic ſm̄ panor. hic ultra alios. aut iſti actus ad quos aſſignant̃ diuerſe dilatiōes ſunt ĩ uicem ꝯpaſſibiles ita tm̄ ꝙ unus nō pēdeat ex alio ⁊ tūc poſſit hāc dilatōem aſſignare ut in exemplo ꝓpoſito. ⁊ faciunt que notat bar. in. l. ij. ff. de re iudi. ⁊ ēt in. d. l. ſiue pars ⁊ bal. in. l. fi. C. qui admit. faciūt nōta per glo. in ſimili in. l. i. C. de ſucceſ. edic. ⁊ per bar. in ſimili in. l. quādiu. ff. de acqui. here. Aut actus ñ ſūt eodē tēpore ꝯpaſſibiles ſꝫ unus pēdet ex alio ⁊ preiudicat alteri. puta poſitio ⁊ probatiōes nā poſitio fit ad finē releuandi partē a ꝓbatōe. ut habet̃ in. c. i. de ꝯfeſ. li. vi. in. l. ij. §. ꝙ obſeruari. C. de iura. calū. ⁊ ideo qd hꝫ probare ponēs pēdet ex rñſione aduerſarij qꝛ ſi ꝯfitebit̃ poſitōes nihil habebit probare ſi in totū negabit ĩ totū habebit probare. ſi pro pte pro parte tm̄ probabit. ideo liquido pꝫ ꝙ probatio pēdet ex rñſione poſitionū. ⁊ ꝓpterea ꝯcludit hoc caſu panor. nō poſſe ſimul aſſignari dilatōem nec ſucceſſiue parti ad poſitōes faciēdas ⁊ ad probañ. qꝛ donec ē rñſum poſitiōibus neſcit quid habeat ꝓbare nec pte ꝯfitente ē artandus ponēs ad aliquid probañ. Gl. in v̄. ſuper his attingit itellectum tex. noſtri de quo ſatis ē dictum in gl. i. Glo. in v̄. inhibitōne in fi. quat̃ ĩpedito facto tertij uel ēt facto procur. det̃ ſecūdus annus ad ꝓſecutōnem appellatiōis dixi ĩ. c. ex rōne. s̄. eo. Ab extra opponit̃ ꝯtra tex. ⁊ predicta dum dicit ꝙ dilatōe pen. geſta ꝑ iudicē nō ualēt ipſo iure. Cōtra de hocmet tex. ubi papa dicit fuiſſe appellatū a iudice ꝓcedēte pendēte dilatione ⁊ omittit cāꝫ appellatōis ergo preſupponit̃ ualidū fuiſſe ꝓceſſum. alr̃ fruſtra appellaret̃ ab actu nullo. ſo. dic ꝙ nō ualet ꝯſequētia appellat̃ ab actu ergo actus ē ualidus qꝛ ēt ab actu nullo pt appellari ⁊ tꝫ appellatō ut uidimus ĩ. c. dilecto. s̄. eo. Secūdo opponit̃ dicitur in tex. poſſe caplm ⁊ decanū ius habere ut non liceat epo

UVA. BHSC. IyR_025

uēdere carnes niſi in ſtallis ipſius capli nec carnifices
tneꝛ alibi cōtra de.l.unica.C.ď monopolis.ubi mono
polus ē ꝓhibitus. Et dicit᷑ monopolus oīs illicita cōuē
tio ne fabrilia opa uel neceſſaria ab alijs ſiant uel perfi
ciātur ꝙ a certo gnē ꝑſonarū uel ēt ꝙ minori ꝑcio ꝙ ꝓ
ſtatuto īter eos monopolū faciētes neceſſaria nō uēdāt
quomō ergo pōt capl'm ꝓtēdere ut ſolū in locis ſuis lici
tum ſit carnes uēdere. Et dixit hic imol.ꝙ.l.illa loquit᷑
in pacto qď quidē non ē licitū.nos loquimur ī ↄſuetudi
ne uel priuilegio que hoc cāu permiſſa ſunt. Et iō capl'm
hoc ius ſibi pn̄debat debere ex conſuetudine uel priuile
gio nō aūt ex pcō. Sꝫ iſta ſo.pmo quatenus reſpicit
cōſuetudinē uidet᷑ nō poſſe procedere.nā a pari ꝓcedūt
cōſuetudo ⁊ ſtatutū.l.de quibus.ff.de legi.maxie qn̄ ꝓ
hibet᷑ ſtatutū eo qꝛ illicitū.nā talis cōſuetudo illicita nō
ualebit.c.fi.⁊ ibi hētur.s̄.de cōſue.c.de cōſuetudinis.⁊
ibi ꝑ archi.xi.di.ſꝫ procedit ar.negatiue de pacto ad ſta
tutū qn̄ pactū ꝓhibet᷑ qꝛ illicitū cōtinet.ita bar.in.l.nec
ex pretorio.ff.de reg.iur. ut ſicut n̄ pōt fieri illicitū ꝑ pa
ctū ita nec per ſtatutū.ſed monopolus ē ꝓhibitus ꝓpt᷑
illicitū qď ex eo reſultat.d.l.unica.ergo ſiue ꝑ pactū ſiue
ꝑ ſtatutū ſiue ꝑ cōſuetudinē monopolus nō poterit idu
ci. So.dicite ex mēte panoꝛ.ħ ꝙ monopolus ē illicit⁹ nō
qꝛ cōtra bonos moꝛes nec qꝛ peccatū cōtineat ſꝫ qꝛ ↄtra
bonū publicū qď ēt cōſiſtit ut merces iuſto precio uēdan
tur ⁊ fabrilia ⁊ neceſſaria ubiqꝫ ſiant.l.i.§.cura carnis.
ff.de offi.prefec.vr.l.i.§.fi.ff.ad.l.red.de iac.iō ſicut ꝑ
ſtatutū uel cōſuetudinē pōt utilitati publice derogari per
ea que hn̄tur in.l.ambitioſa.ff.de decret.ad oꝛd.fac.nō
mirū ſi hoc cāu ualebit ſtatutū ⁊ ēt cōſuetudo.nec ob.ꝙ
ille tex.i.d.l.unica dicat monopoluꝫ illicitū qꝛ fateoꝛ illi
citū cōtra utilitatē publicā uel ꝓhibituꝫ iur᷑ poſitiuo.ſed
iſtis poſſunt ſtatuta derogare ⁊ cōſuetudīes ergo ⁊c.nec
obſtat ꝙ notat bar.in.d.l.nec ex pretorio qꝛ intelligit᷑ ď
illicito ſtatuto.ſ.cōtra bonos moꝛes uel peccatū cōtinēs
nō aūt de illicito cōtra utilitatē publicā uel ius poſitiuuꝫ
qꝛ iſtis pōt ſtatutū derogare ꝑ ea que hn̄tur i.l.itē ſi ďbe
ratū.ff.de rei uendi.in.l.lucius.ff.de euic.⁊ iō dixit bal.
in.d.l.unica ꝙ lꝫ ſtatutū priuati collegij cōtinēs mono
polū nō ualꝫ tn̄ ſtatutū publicū ciuitatiſ uel ēt priuati col
legij factū de permiſſu ciuitatis ualebit ut certe res certo
precio uēdātur uel fabrilia uel neceſſaria nō ſiant niſi ex
certo genere perſonarū uel ab alijs cepta opa nō ꝑficiāt᷑
ab alio. Sed quatenus in ſecūda pte ſo.dicit Inno.
ꝙ ex priuilegio hoc ius cōpetebat caplo ut nō poſſet car
nes uēdi niſi in locis ſuis. Cōtra opponit Imol.de.d.l.
unica.ubi tex.uult nō ualere priuilegiū monopolū ꝑmit
tens. So.dicit imol.intelligēdū tex.noſtrū ⁊ dictū inno.
de priuilegio cū clauſula derogatoꝛia nō obſtañ.⁊c.ꝑ ea
que habētur i.c.nōnulli.in prin.s̄.de reſcrip.i.c.unico
ꝑ Io.an.de exceſ.prela.li.vi.in.c.ex pte.j.ď capel.mo
na.⁊ per bar.in.l.ſiquis in prin.teſta.in prin.ff.de leg.
iij.⁊ in.l.fi.C.ſi cōtra ius uel uti.pub.qꝛ priuilegiū ↄ cō
ſtitutōem habētē clauſulā derogatoꝛiā ī ſe nō uꝫ nec tꝫ
niſi cum clauſula non obſtantib⁹.d.iuribus. Uel alit᷑
ſoluit contrariū.s̄.foꝛmatum Inno.hic ꝙ contrarium
procedit in conuentione circa certas reſ uel perſonas ap
poſitas.nos loquimur in conuentione certum locum re
ſpiciente quia tunc non eſt monopolus ſed licet.d.l.uni
ca non loquatur de cōuētōe certū locū reſpiciēte tn̄ idē ꝓ
pritas ē rōnis qꝛ publice intereſt ut neceſſaria libere uen
dātur ⁊ ſiant.⁊ ideo ſo.illa non uidetur bona.

**Interpoſita.** Ad iuſtificādū ap
pellationeꝫ a gra
uamie ex cauſa probabili interpoſitā ē neceſ
ſe ꝙ coram iudice ad quē probet᷑ de ueritate
grauamis niſi corā iudice a q° fuerit ꝓbatō oblata ⁊ re
iecta.h.d.uſqꝫ ad v.cidē. Et legā ꝑ ptes iſtā ďcre.qꝛ ſic
q̄tuoꝛ hꝫ ďcā ita q̄tuoꝛ ſūt ptes.ſcďa ibi eiď quoqꝫ ttia ibi
ille ďniqꝫ q̄rta ibi lane gato.Nō p° ex tex.i° ꝙ lꝫ regl'r di

cat᷑ ꝙ iudx exceptōꝫ n̄ admitten° ut᷑ grauaꝛ.c.ex pte.ıı.
⁊.c.ſignificāte.s̄.eo.tn̄ ſi ꝑꝑea appelletur qꝛ exceptio n̄
ē admiſſa appellatio nō deuoluit negociū principale nec
iuſtificat᷑ niſi coꝛam iudice ad quē probet᷑ non ſoluꝫ exce
ptionem fuiſſe oppoſitā ſed ēt de ueritate ipſius exceptō
nis probet᷑. Et ſic habetis ex tex.pꝛimaꝫ regulam ex
qua hēs inferre ꝙ ſola reiectione exceptōis non uidet᷑ iu
dex lꝫ grauet ptem tn̄ ita grauare ut ꝓpterea iuſtificetur
appellatio.lꝫ neceſſe ē ꝙ ↄcurrat ueritas exceptōis ⁊ de
ea appareat ad hoc ut appellatio iuſtificet᷑. Habetis
ēt inferre ꝙ ſicut iuſtificatio appellatōis non fit coꝛam iu
dice a quo ſed corā iudice ad queꝫ.c.ut debitus.⁊ ibi ui
dimus.s̄.eo. Ita qn̄ ueritas exceptōis deducit᷑ ad iuſti
candū appellationē de ea ↄſtare dꝫ corā iudice ad quem
nō coꝛam iudice a quo.ut hoc tex.⁊ ē ratio predicte regu
le.qꝛ cū admittere exceptioneꝫ ⁊ non admittere pendeat
ex animo iudicis.ꝑ ea que notat Inn.in.c.poſt electio
nē ad fi.j.de ↄceſſ.prebē.ideo cū pro iudice preſumatur
c.in pn̄tia.s̄.de renū.lꝫ apparēter iudex grauet exceptō
nē reijciēdo tn̄ qꝛ potuit iudex reijcere eo qꝛ uidebat illā
exceptōꝫ n̄ eē ďaꝫ ul' friuole oppōi ut vult inn.in.d.c.p⁹
electionē cū preſumat᷑ multū pro iudice noluit.l.credere
appellanti ⁊ ideo grauauit cuꝫ ut ad iuſticandū appella
tōꝫ ſuā habeat neceſſe probare ueritatē exceptionis. Iſta
regula pꝛio fallit niſi eēmus in grauib⁹ qꝛ ī his que ſūt
grauis ꝑiudicij iudex nō pōt niſi manifeſta calūnia ap
pareat nō admittere exceptionē.ꝑ ea q̄ hn̄tur in.c.lꝫ cāꝫ
s̄.de ꝓba.ita.d.anto.ħ ⁊ poſt cū imol.⁊ ſenſit panoꝛ.
⁊ iō ſi exceptionē nō admiſerit in grauibus poterit ps
appellare ⁊ ſatis iuſtificata ē appellatio ex ħ ſolo graua
mie hec tn̄ limitatio ē magna reſtrictio ad tex.iſtū qui ge
neral'r loquit᷑. Scďo fallit qn̄ iudex recuſat᷑ ut ſuſpect⁹
nā tūc cū ꝓpoſita exceptōe legitia recuſatōis iudex ďbe
at uenire ad arbitros iuris.c.cū ſpāli ⁊ ibi uidimus.s̄.
eo.⁊ iō ſi obiecta exceptōe ſuſpitōis ꝓbabili iudex ꝓce
dat cū ad eū nō ſpectet cognoſcere an uera ſit uel nō ďa
ſuſpitio ſicut ad iudicē ſpectat de alijs exceptōibuſ cogno
ſcere ſꝫ officij ſui ſit uenire ad arbitros nō admittendo
exceptionē iudex grauat partem.⁊ ideo ex hoc ſolo ap
pellari poterit tex.ē in.c.ſuper qōnum.§.fi.s̄.de of.de
le.⁊ faciūt que uidimus in.d.c.cū ſpāli. Tertio fallit
qn̄ iā ſatis eēt ꝓbatū de ueritate grauaminis qꝛ ex ipis
actis apparet hūc uere grauatū.puta qꝛ petijt inducias
deliberatoꝛias de quib⁹ in.c.offeratur.iij.q.iii.in autē
tica offerat᷑.C.de lit.cōte.iudex negando huiuſmodi in
ducias dicit᷑ partē grauare ⁊ ſatis apparet ex hoc graua
mē.c.ď.ꝑpetuus.s̄.de fide iſtru. Quarto fallit ubi
ꝑ ſolas allegatōes uel ſola ꝓpoſitōe grauaminis preſū
ptiue uel notoꝛie apparet de ueritate grauaminis.puta
ſequeſtra regl'r ſūt ꝓhibita.l.unica.C.de ꝓhib.ſeque.
uidimus in.c.fi.s̄.de ſequeſt.poſſ.⁊ fruc.vult iudex face
re ſequeſtrū opponit᷑ ꝙ nō pōt iudex exceptionem n̄ ad
mittit appellat ps repulſa hic appellatio ſola allegatiōe
iuris iuſtificat᷑ quia ſequeſtrum de iure cōmuni ē prohi
bitum uel etiam puta vult iudex ꝑuenire ad incarcera
tionē debitoꝛis antequam diſcutiat an ſit ſoluen° qď nō
poteſt facere.glo.ē in.l.iij.§.tutoꝛes.ff.de ſuſpec.tuto.
opponitur ut prius diſcutiat bona uel de bn̄ficio ceſſiōis
bonoꝛū iuxta nō.in.l.i.C.qui bo.ce.po.iudex exceptōꝫ
iſtam non admittit appellat pars ex hoc ſolo iuſtificata
ē appellatio quia ante incarcerationem ſit diſcuſſio bo
noꝛū uel admittitur ceſſio.ait bal.in.l.minoꝛibus.C.ď
his quibus ut indig.uel puta iudex dat quartā dilatōꝫ
ſine ſolēnitate legali cōtra.c.ultra tertiam.s̄.de teſtib⁹.
opponitur contra iudicem ne hoc ſiat nō admittit iudex
exceptionē pars appellat ex hoc ſolo iuſtificat᷑ appellatō
qꝛ ſine ſolēnitate legali nō debuit dare iudex quartā di
lationē.ita inno.in.c.ſignificauerunt.s̄.de teſti.⁊ ibi alij
⁊ Panoꝛ.in dicto.c.ultra tertiam.⁊ Imol.hic.uel puta
petit reus declarari libellum incertuꝫ uel obſcurū.iudex

q

UVA. BHSC. IyR_025

non admittit exceptionē appellatur ex hoc ſolo iuſtifica
ta ē appellatō. q2 parte opponēte nō admittit libellus in
certus uel obſcurus. ita intelligitur inno. in.c. ſignificāti
bus. ſ. eo. uel in.c.ij. ſ. de lib. ob. uel ſm imol. ħ appel
latur a ſnia diffinitiua iudex a quo tenetur appellatōez
admittere q2 non indiget appellatio expſſione cāe q2 nō
deductū deducā nō probatū probabo uidimus in.c. ut d
bitus. ſ. eo. reijcit iudex appellationē. appellatur ab hoc
grauamine ſatis iuſtificata ē appellatio ex hoc ꝙ appel
lationē a diffinitiua interpoſitā reiecit ideo apparet uere
grauatā partē fuiſſe. c.i. ū ſ. is q3. eo. ti. li. vi. uel ēt qn̄ no
toriū eēt grauamē. puta q2 in aliena dioceſi quis decias
exigit opponitur nō audien̄. eē niſi probet titulū uel poſ
ſeſſionē tanti tēporis cuius inicij memoria non extet. c.
i. de preſcrip. li. vi. c. ad decias de reſt. ſpo. li. vi. iſto cāu
ſi nō admittatur appellatio pars poterit appellare ꝛ no
toriū ē grauamē. ita imol. hic. iſte nō h3 neceſſe probare
ueritate grauamis appellans. Quinto fallit qn̄ ueriſi
mile ē iudicē a quo ſcire an grauamē intulerit uel ne. nā
tūc ſola appellatio q2 grauauerit puta nō ſeruādo formā
reſcripti de quo ipē d3 eē informatus iuſtificat appellatō
nē abſq3 alia oblatōe ꝓbatōis grauaminis. c. oli3. ꝛ ibi
glo. nō. ſ. de excep. c. cū cām ꝛ ibi habet. ſ. de offi. dele.
quod tamē uidet cōtra tex. noſtrū in generalitate ſui l3
imol. ita tranſeat. Sexto fallit qn̄ p cōfeſſionē ptis cō
ſtaret de grauamie. nā tūc alia ꝓbatio nō requirit ad iu
ſtificanū appellationē. c. dilecto. ſ. eo. Septio fallit in
cāis bnficialibus q2 in eis ſufficit appellare ad curiā ex cā
probabili ꝛ l3 appellationis ueritas nō ꝓbet tn̄ negociū
pricipale p ħ deuoluit ad curiā una cū ipa cā appellatō
nis. c. quāuis. c. ſi poſtꝙ de elec. li. vi. Octauo fallit qn̄
iudex a quo detuliſſet appellatōi. nā tūc abritrariū ē iu
dici ad quē ēt n̄ ꝓbata ueritate grauamis recipe appel
lationē ſi uelit ex quo iudex a quo abdicauit a ſe iuriſdi
tionē. c. cū appellatōibus friuolis. ꝛ ibi hētur. eo. ti. li. vi.
tn̄ appellato petēte ut de ueritate grauamis pri9 cogno
ſcat poterit ſi uoluerit iudex ad quē. nō tn̄ coget manda
re appellāti ut ueritatē appellatōis ꝓbet. alš ſi nō ꝓba
uerit remittere cām ad iudicē a quo. ita ſaluat dictū In
no. hic. Nō ex tex. ibi niſi exceptiōem a premiſſa regla
ſ3 q2 ē multū uniuerſalis ſit uobis loco ſcōe regule ex q̄
hētis ꝙ appellāti pp exceptionē nō admiſſa3 cui9 ꝓba
tionē incōtinēti obtulerat nō ē neceſſe ad iuſtificādu3 ap
pellationē ꝓbare ueritatē exceptionis. ſed ſatis ē ꝙ pro
bet ſe oppoſuiſſe exceptionē ꝛ obtuliſſe ꝓbationē incōti
nēti. ꝛ ē rō quare ħ cāu nō h3 ꝓbare ueritatē exceptio
nis q2 ceſſat rō d qua i pria regula que erat ꝙ pſumitur
ꝓ iudice ꝛ contra partē. nā in cāu nr̄o ex quo offert ꝓba
tionē icōtinēti ceſſat pſumptio calūnie que ē cōtra ptem
c. lr̄as. ſ. de reſt. ſpolia. Et arguit maxia iniquitas iudi
cis ex quo dicebat hodie cōſtat hodie agatur. l. ſi is a q9
ff. ut in poſſ. leg. ꝛ in mora modici temporis nō ē piudici
um. l. qd dicimus. ff. de ſolu. nō ē ſine calūnia iudex nō
admittēdo exceptionē ꝛ oblationē ꝓbationis incontinē
ti. iō hoc ſolū ſufficit ad iuſtificādū apppellatōe3. imo ex
generalitate huius tex. noſtri uoluit imol. poſt Io. an.
ꝙ ēt ſi exceptio nō ē uera ꝙ poſtea apparuit tn̄ ex q° ob
tulit ꝓbationē incōtinēti ꝛ iudex nō admiſit p hoc n̄ tol
litur quī ſit iuſtificata appellatio ꝛ remaneat iuſtificata. ꝛ
dicit incōtinēti ēt ſi dilationeſ exigeret ſ3 n̄ tn̄ lōgas. tex.
ē ibi panor. in. c. lr̄as de reſt. ſpol. ꝛ. j. dicam. Fallit il
la regula in exceptōibus pemptorijs q2 tūc oblatio ꝓba
tōis incōtinēti faciēde nō iuſtificat appellationē. ſed ē ne
ceſſe ꝓbare ueritatē exceptionis interpoſite glo. ē nō. in
c. ex parte adde. ꝛ ibi cāus ſm unū intellectū. ſ. de teſti.
tn̄ Io. an. ꝛ ibi cōiter ſcrib. nō tenēt illū intellectū nec di
ctū in ſe ē uerum quia tex. noſter ita h3 locū in exceptiōe
pemptoria ſicut i dilatoria cū ſit idēptitas rationis. Se
cūdo fallit quādo opponitur exceptio ꝛ eius probatō of
fert incōtinēti ſed eo tempore quo iudex nō tenet admit

tere probationē. nam tūc oblatio probatōis nō h3 iuſtifi
care appellationē ex quo iudex nō artat admittere ipa3
oblationē cāus ē ſm cōem lec. in. d. c. ex parte adde. nā
oppoſita exceptione crimis cōtra teſtes pōt iudex eius exa
minationē differre uſq3 poſt publicationē. c. pn̄tium. ſ.
de teſti. ꝛ ſic ꝓbationē huius exceptōis ꝙ teſtes ſunt cri
minoſi nō artat iudex admittere eo tēpore quo opponi
tur. iō ſi offeratur ꝓbatio ꝛ iudex n̄ admittat p hoc n̄ iu
ſtificatur appellatio. Tertio fallit ubicūq3 opponatur
exceptio quā iudex pōt differre uſq3 ad finē cāe illo caſu
obl° ꝓbatōiſ icōtinēti nō iuſtificat appellationē l3 iudex
nolit admittere l3 differat exceptionē. d. c. ex parte addō.
in ſimili. ꝛ faciūt que notat bar. in ſimili ꝛ imol. in. l. ille
a quo. §. ſi de teſtamēto. ff. ad treb. ꝛ ibi imol. in. l. fi. ff.
pro ſuo. Non. n. grauat ptem utēdo facultate ſibi a iure
pmiſſa ergo ab eo appellari n̄ poterit ꝛ ſi appellaret ex
ħ nō iuſtificabit appellatio. c. cōſuluit. ſ. de offi. delega.
Quarto fallit in arbitrarijs q2 ubi arbitrariū ē iudici
exceptionē admittere uel n̄ admittere uel ꝓbatione3 ad
mittere uel non admittere ſola obiectione exceptōis uel
oblatōe ꝓbatōis n̄ iuſtificatur appellatio. ita imol. ħ per
ea que hn̄tur i. d. c. ex pte adde q2 nō quicquid pmittit
iudicis ptāti ſubijcit neceſſitati. l. n̄ quicquid. ff. de iudi.
ꝛ ſic hētis ꝙ l3 i arbitrarijs licitū ſit appellare gl. ē nō. i
c. ſup his in fi. j. de accuſa. i. l. ſiqua pena ꝛ ibi bar. ff. de
v. ſig. bonus tex. in. c. i. ſ. de dil. ꝛ ibi nō. tn̄ hoc h3 pci
pau3 appellatio i arbitrarijs ꝙ ſola oblatōe ꝓbationis
nō iuſtificat. Quinto fallit qn̄ preſūptio iuris ē ꝯ ipm
opponētē exceptionē. nā tūc oblatio ꝓbatōis nō h3 iu
ſtificare appellationē cū. n. pſūptiones iuris ſint liquidiſ
ſime probationes ut nō. in. l. i. poſt glo. C. de teſt. mili.
in. l. i. imperator. ff. de leg. i. in. c. afferte ꝛ i. c. quāto. ſ.
de preſump. l3 p oblationē ꝓbationis reſultet pſumptō
ꝓ opponēte. c. lr̄as. ſ. de reſt. ſpol. tamē cū fortior ſit p
ſūptio iuris que ē contra eū uincet iſtā que ē minus fort
c. litteras. ſ. de preſūp. non mirū ergo ſi hoc cāu ſola ob
latio ꝓbationis non iuſtificat appellationē tex. ē que3 ibi
ponderat. d. anto. ꝛ imol. in. c. i. j. de his que fi. a maio
ri par. ca. Sexto fallit i appellatione extraiudiciali.
nā illa non iuſtificatur p oblationē ꝓbationis icontinēti
ita Io an. hic ꝛ ſequūtur alij. ꝛ inno. in. c. cū inter cano
nicos. ſ. de elec. Et 20. anto. in. d. c. i. j. de his que fiūt a
ma. par. ca. ꝛ ē ratio. nā pars extra iudiciū neq3 in iudi
cio non tenet ipa admittere ꝓbationes q2 fiunt iudici ꝓ
bationes ꝛ non parti. non ēt iudex ipē extraiudicialr ꝓ
cedēdo tenet admittere iudiciales ꝓbationes p ea q̄ ui
dimus i. c. bone. ſ. eo. ſi ergo ab actu extraiudiciali iudi
cis uel ptis appellet ꝛ offerat ꝓbatio grauamis icōtinē
ti ħ oblatio n̄ iuſtificabit appellationē q2 facta ei qui non
potuit admittere ꝓbationes uel eo tpe quo admitti n̄ po
tuerūt ita panor hic ꝛ imol. ꝛ ſic ratio pēdet ex ſecunda
fallētia. ſ. dicta. imo. in. c. fi. in. xxv. col. de preſūp. ꝛ i. c.
ex pte adde. ſ. de teſti. rota deci. cccxxvi. Septio fal
lit qn̄ in abſentia iudicis eēt appellatū i cāu pmiſſo. ſ. ut
uidimus in. c. ſuggeſtū. ſ. eo. ꝛ uidebimus in. c. fi. j. eo.
nam tunc cum fiat coram honeſtis uiris qui nullam po
teſtatem iudicialem habent oblatio probationis eis fa
cta non iuſtificabit appellationē q2 facta perſonis que n̄
poterunt admittere probationem. ita panor. hic ꝛ imol.
ꝛ faciunt dicta in precedenti fallētia. Octauo fallit qn̄
appellatio uelit iuſtificari ad finem non ſolum deuoluti
uum ſed etiam ad conſequendum effectum exceptionis
oppoſite. nam illo caſu licet oblatio probationis iuſtific3
appellationem quo ad effectum deuolutiuum ut hic ta
men non iuſtificat ipam exceptionem quo ad effectu3 ex
ceptionis conſequēdū. ſ. ſi exceptio ē declinatoria uel di
latoria ad finē ut iudex non ꝓcedit uel iudiciū differat.
uel ſi ē pemptoria ad finē. ut iponat ſilētiū pti. nā illo ca
ſu d necitate d3 ꝓbari ūitas exceptōis nec ſuffic obl° ꝓ
batōiſ ita cōit doc. ħ ꝛ i. d. c. ex pte addō. 9 fallit i applōe

UVA. BHSC. IyR_025

a diffinitiua. nam cum illa reſpiciat effectũ principalis ne
gocij ⁊ quo ad effectũ principalis negocij appellatio nõ
iuſtificatur ſola oblatione probationis ut dictum eſt in
precedenti fallentia. Non mirum ſi appellatio a diffini
tiua non iuſtificatur ſola oblatio ne probationis. Ita
Imola hic. Decimo fallit quando in proſecutione
appellationis ⁊ interpoſitione pars debito modo ñ ap
pellat. nã ad hoc ut habeat locũ illa ſecũda regula iuriſ
ẽ miniſteriũ ꝙ pars que appellat q2 exceptionẽ oppoſuit
⁊ obtulit ꝓbationẽ incõtinẽti que admiſſe ñ fuerũt ĩ iter
poſitione appellationis nõ ſolũ dicat pp exceptionẽ nõ
admiſſã ſʒ dʒ etiaʒ dicere ⁊ q2 obtuli probationẽ inconti
nẽti que nõ fuit admiſſa. alʼs ſi ſolũ appellaret pp excep
tionẽ nõ admiſſam ⁊ nõ adderet hoc ⁊ ꝓpter oblatõeʒ
probationis nõ admiſſaʒ lʒ milies obtuliſſet ꝓbationẽ
tamẽ nõ iuſtificabitur appellatio que ſe nõ fundat niſi ſo
lũ ſup ueritate exceptionis. ⁊ ideo uis ẽ ĩ modo appellã
di. ita uoluit hic imol. ⁊ ita panor. ⁊ ibi cãus ſm ſuum in
tellectũ. ⁊ goff. in. c. ex pte adde. ẽ. de teſti. ĩ pe. colum.

Undecio fallit quãdo pars lʒ opponeret ſe ꝓbaturã
exceptionẽ cũ hoc non obtulit corã iudice uel ſi obtulit ñ
dixit ſe incontinẽti facturũ. nam ſolũ opponere exceptio
nẽ ⁊ dicere ꝙ eã probabit nõ iuſtificat appellationem ni
ſi ẽt offerat iudici ſe probaturũ exceptionẽ nec ſufficit of
ferre niſi incontinẽti ſe offerat probaturũ. ita ẽ tex. ſʒ in
tellectum qui magis placet Panor. in. d. c. ex parte ad
de in pe. col. Duodecio fallit quãdo ſi grauamen pp
iuſtificatã appellationẽ retractaretur tamẽ poſtea nõ pro
bata ueritate exceptionis de qua lʒ ad finẽ deuolutiuuʒ
nõ ſit diſcutiẽdũ tamẽ ad effectũ exceptõis cõſequẽde di
ſcutiẽdũ ẽ ueniret ueritate nõ comperta reſtituẽda res
uel grauamẽ in priſtinũ ſtatũ. nã tunc cũ circuitus ſit eui
tandus de. auditor. ẽ. de reſcri. nõ fiet retractatio graua
minis. ita imol. hic. ⁊ ſic ſola oblatione probationiſ ñ
iuſtificabitur appellatio. Deciotertio fallit qñ eẽt noto
rie iniuſta exceptio. nam tũc oblatio ꝓbatõis nõ excuſat
maliuolũ animũ ⁊ notorietatẽ defectus exceptionis. ita
imol. hic. ⁊ panor. ⁊ facit in ar. §. ſi. inſti. de ſuſpec. tuto.

Decioquarto fallit ubi adeſſet clauſula in reſcripto de
legatorio cãe principalis appellatione remota. nam tũc
cum clauſula ap. re. nõ permittat appellari niſi in caſi
bus a iure expreſſis ut uidimus in. c. paſtoralis in prin.
ẽ. eo. ñ iuſtificabiť h cãu appellatio niſi probata ueritate
grauaminis. ⁊ ſic oblatio ꝓbatõis nõ ſufficiet. ita. d. anto.
⁊ ibi imol. in. d. c. i. ĩ. d his q̃ fiũt a ma. par. ca. Decio
quinto fallit quãdo opponẽs exceptionẽ offert ſe icõtinẽti
ꝓbaturũ. ⁊ aduerſarius offert ſe incõtinẽti ꝓbaturũ ↄtri
uʒ. nã tũc una oblatio aliã ↄfũdit. ⁊ idẽ neqʒ ꝓ uno neqʒ
ꝓ alio ↄfũitur ⁊ ſic ceſſat rõ ſecũde regle. unde nõ iuſtifica
bitur appellatio ꝑ huiuſmõi oblatõʒ. ita. d. anto. hic ⁊ i
imol. arguit in ↄtriũ q2 eẽt ꝙ iudex põt aſſignare terminũ
utriqʒ ⁊ ueritatẽ incõtinẽti uidere ſatis apparet calũnia
⁊ ꝙ grauat ptes nõ admittẽdo huiuſmõi exceptionẽ cũ
oblationibus probationũ hincinde factis. ergo ſatis ex
hoc iuſtificabitur appellatio. Decioſexto fallit quãdo
oblatio fuiſſet ṽbalis ⁊ nõ realis q2 tunc nõ ſufficeret ad
iuſtificãdum appellationẽ ſola oblatio neceſſe ẽ. n. ꝙ of
ferat ſe probaturũ ⁊ nominet teſtes per quos intendit ꝓ
bare ⁊ eos habeat paratos. Ita Io. an. hic ⁊ in addi.
ad ſpecula. §. qualiter. ṽſicu. ſunt quibus ⁊. §. penulti
mo ṽſicu. illud mouetur q2 alias d facili eſſet parata fra
us excipiẽtibus qua uterẽtur nolentes exceptiones ſuaſ
reijci ⁊ friuole uexare actorẽ q2 opponerẽt exceptionem
⁊ ſemper offerrent probationes uerbo. ne ergo iſta fraꝰ
militet debemus intelligere tex. hic de oblatione reali ſi
cut in ſimili dicimus in. l. prima. C. de dilatio. ⁊. iij. qõe
iij. §. ſpacium de eo qui aſſerit ſe habere teſtes ultra ma
rinos. Secundo mouetur quia expreſſio eorum que taci
te inſunt nihil operatur. l. iij. ff. de leg. i. ſed in quocun
qʒ excipiente uidetur ineſſe ut probare intendat quod

excipit. l. i. ff. de except. l. in executionibus. ff. de prob. er
go licet offerat ſe probaturum cũ hoc tacite inſit ĩ ipſa ex
ceptione oblatio nihil operať. ut ergo aliquid opereť de
bebit eẽ realis. facit ẽt ad predicta. c. paſtoralis. §. i. ẽ. de
offi. ordi. c. i. ⁊. ij. ſupra de eo qui mitt. in poſſ. ubi ad re
uocationem miſſionis in poſſeſſionem dʒ offerri cautio.
nec ſufficit uerbalis oblatio. facit quod notat glo. in. c. cu
pientes. §. ſi uero. in uerbo ↄtempſerint de elec. li. vi. fa
cit. l. ſi reſiduũ. C. de diſtra. pig. ⁊ quod nõ. in. l. pe. ff. de
diſtr. pig. maxĩe ꝑ bar. ⁊ ang. faciũt nõta ꝑ ang. ⁊ imo. ĩ
l. ſi mora. ff. ſo. ma. ⁊ faciũt que notat bar. in. l. p̃tor ait
§. ſi quis paratus. ff. de op. no. nũ. ⁊ ẽ bo. tex. in. l. ſeruꝰ
ſi heredi. ff. de ſtatu liber. in. l. quidã. §. idẽ rñdet. ff. d ſo
lu. ĩ quibus locis ꝓbať ꝙ oblatio ſatiſfactiõis uel ſatiſda
tionis dʒ eẽ realis nõ uerbalis. ponit imo. in. l. ſi ſeruus
cõis. ff. de uulg. ⁊ pup. bal. in. l. acceptã. C. de uſur. bal.
ĩ auctẽtica dos data. C. de dona. ante nup. In ↄtriuʒ
ẽ cõis ſnia. ⁊ dicit bal. hic ſeruare practicam. ⁊ tʒ. d. anto.
imo. ⁊ panor. hic. ⁊ in. c. ex pte adde. ẽ. de teſti. mouẽtur
q2 ubi ↄfeſtim quid ẽ agendũ non tamen dʒ pars uenire
cum ſacco paratus. l. qd dicimus. ff. de ſolu. l. promiſſor
ff. de conſti. pec. Adducunt tex. in. l. iij. §. ibidẽ. ff. ad
exhib. ubi ſufficit incontinenti offerre probationẽ lʒ non
realiter deducať. in. l. ſi is a quo. ff. ut in poſſ. leg. ubi ſa
tis dicit incontinẽti ↄſtare quod põt probari. nec requiri
tur ꝓbationes ibi eẽ paratas. ⁊ in. c. lr̃as ad fi. ẽ. d reſti.
ſpo. adducũt notata in. c. ad apſ͞ice. de re iudi. li. vi. ⁊ ibi
glo. in uerbo parata. Non obſtãt ↄtraria. et prĩo nõ
obſtat arg. ꝙ eẽt parata fraus q2 ex quo incontinẽti hʒ
tm̃ probare nec longas habebit dilationes ad ꝓbanduʒ
nõ ẽ uериſimile ꝙ debeat calũniari pro modico tpe. d. c.
lr̃as. q2 puniet in expẽſis. preterea puniet ſm bal. hic in
ij. col. q2 ſi nõ probauerit iſtam exceptionẽ. ĩ. breue tẽpus
poſtꝙ obtulit nõ poterit ãmodo ĩ iſta inſtãtia principali
eã probare. unde nõ ẽ uериſimile ꝙ ſic eã guſtaſſet pars
ad offerendũ probationẽ incontinẽti niſi exiſtimaſſet ſe
probaturꝫ. Nõ obſtat arg. de. l. iij. ff. de leg. i. q2 illud ꝓ
cedit quãdo ea que tacite inſunt exprimunť eo mõ quo ĩ
ſunt. ſʒ hic oblatio probationis exprimiť alio mõ q̃ inſit
q2 opponens exceptõnẽ bene tacite uidetur aſſerere ꝙ ſi
opus ẽ eam probabit. ſed non ꝙ probabit incontinenti.
hic autem offert ſe incontinẽti ꝓbaturũ. ⁊ ſic alio mõ of
fert q̃ inſit. Non obſtat quod notať in. c. paſtoralis cum
ſupra allegatis. q2 illud procedit qñ ↄ ipʒ offerenteʒ cau
tionẽ iam militabat uehemẽs preſumptio q2 iam ſemel
fuerat contumax. unde ita de facili non reuocať miſſio in
poſſ. ĩ penã ſue ↄtumacie. ideo realis oblatio requiriť. ⁊
facit tex. in. c. cũ in eccleſijs. ẽ. de ma. ⁊ obe. facit gl. nõ. ĩ
l. cornelia. ff. ad ſille. quã ibi ponderat bal. ubi ſemel fu
gitiuus amittit beneficiũ fideiuſſorꝫ dandorũ qd alʼs a ſta
tuto concederetur. Non obſtãt notata in. d. l. ſi reſiduuʒ
⁊ in. d. l. pe. q2 ibi tractabatur de reali preiudicio preſen
tis creditoris. ideo a cõtrario requiriť realis oblatio. ⁊ eo
dem modo reſpondeť ad notata in. d. l. pretor. §. ſiquis
paratus. ⁊ in dicta. l. ſeruus ſi heredi. Nõ obſtãt notata
in. d. l. ſi mora. q2 rñdeo ut ad. c. paſtoralis. q2 ibi preceſ
ſit mora ⁊c. Sed pro cõplemẽto materie reuoco ĩ du
biũ id quod ẽ dictũ. ẽ. in. xi. fallentia nũquid de neceſſi
tate illa oblatõ probatõis debeat ita fieri ut ĩ ea exprima
tur qd incontinẽti fit. ⁊ tʒ hic panor. ꝙ ſic. ut pʒ ẽt ex ſo.
data ſecũdo arg. Io. an. in precedẽti fallentia. Contra
rium tʒ hic imo. q2 dʒ ſe offerre ꝓbaturũ. ut hoc tex. ⁊ ẽt
ſi non exprimatur incontinenti tamẽ ſubintelligitur ad
hoc ut expreſſio aliquid operetur. q2 alʼs uidereť oblatiʒ
eo modo quo ineſt. ⁊ ſic nihil operareť. quod ẽ ↄtra tex.
noſtrum qui uult ꝙ oblatio opereť iuſtificationeʒ appel
lationis. Et pro illa opi. faciunt que notat bar. in. l. naʒ
ẽ poſtea in prin. ff. de iureiur. in. l. fi. ff. pro ſocio. in. l. ſi
is a quo. ff. ut in poſſ. leg. ubi ſi ꝓbatio dʒ incontinenti
fieri ſatis ſit opponere exceptiones altiorẽ indaginẽ nõ



UVA. BHSC. IyR_025

requirēris ergo ita in ꝓpoſito ſatis erit ꝙ iſte incōtinēti
ꝓbet uel eſt paratꝰ ꝓbare ⁊ hoc in dubio iudicamus
exquo ſe offert ꝓbaturū ut oblatio aliquid opetur et ꝑ
tex. noſtrum hic ubi nihil dicit̃ ꝙ debeat exprimi uerbuꝫ
incontinēti niſi dicamus ꝙ iſte tex. declarat̃ per tex. i. c.
ex parte adde. ē. de teſti. ubi ſm unū intellectū ⁊ refert
ibi panor. in pe. col. non ſufficit opponēti exceptionē ad
iuſtificañ. appellationē dicere ſe ꝓbaturuꝫ ut patet ibi
in tex. ⁊ ſi hoc diceret ꝓbaturum ergo requiritur ali/
quid ulterius ſcilicet ꝙ incontinenti ꝓbetur. Decio
ſeptimo fallit quādo oblata eēt ꝓbatō ⁊ iudex aſſignaſ
ſet terminū ad eā ꝓbañ. ⁊ q2 ñ ꝓbauit noluit poſtea
admittere exceptionem. nam tunc oblatio non iuſtifica
bit appellationē. ita bal. hic. ⁊ imol. imo hāc exceptionē
non poterit poſtea ꝓbare in hac inſtantia pꝛīcipali ut
bal. hic. Deciooctauo fallit quādo ꝑ tertiū oblatio ꝓ
bationis impediretur ⁊ nō per iudicē. nam tūc nō iuſtifi
catur appellatio ⁊ ē ratio quia factū tertij nō dꝫ nocere
iudici nec appellationi quo ad iudicē. l. arbitrio. §. ſi do
lo. ⁊ ibi notatur. ff. de dol. ⁊ faciūt que dixi in. c. ex ratiōe
. ē. eo. que notat Arch. iij. q. viij. v̄ſi. teſtes.

**Eidem.** Si appellatio nō ſit recepta a iudice
uel approbata a parte ſufficit mitte/
re appellatum procuratorē ad impetrandum ⁊ cōtradi
cēdum licet pars appellata uelit proſequi appellationeꝫ
in curia. h. d. uſqꝫ ad uerſi. ille deniqꝫ. Nota ex tex.
ibi nec ab aduerſario ꝙ ad hoc ut appellatio ad curiaꝫ
interpoſita tractet̃ in curia ſufficit ꝙ alterū ex iſtis inter
ueniat uel ꝙ appellationi per iudicem a quo ſit delatuꝫ
uel ꝙ a parte appellata ſit recepta nec requiritur termi
aſſignatio de neceſſitate ut hoc tex. ubi nulla fit mētio d̓
aſſignatōe termini ⁊ faciūt que uidimus in. c. nicolao ⁊
in. c ſepe. ē. eo. Nota ex tex. ibi ſup proſcutōe appel/
latōis ꝙ ſola impetratōe reſcripti ⁊ cōtradictione circa ī
petrationē dicit̃ pars appellationē proſequi faciūt q̄ ha
bētur in. c. ex parte e. ē. de reſcrip. ⁊ que uidimus in. c.
perſonas ⁊ in. c. ex rōne. ē. eo. Nota ex tex. ibi ad īpe
trandū ⁊ cōtradicēdū ꝙ lꝫ ad curiā appelletur nō tamē
de neceſſitate cā ē tractanda in curia. Sꝫ hoc opabit̃ ap
pellatio q2 delegatus a ſede apoſtolica impetrabitur ad
partes ⁊ ideo alio nō interueniēte q̄ꝙ ꝙ ſit appellatum
ad ſedē apoſtolicaꝫ appellans ꝓcuratorē ſuū mittere
tenetur ad impetrādū ⁊ cōtradicēdū de quo in. d. c. ni/
colao. Nota ex tex. ibi lꝫ ꝙ ſi appellatus nō cōſenſit
appellatōi uel iudex a quo nō detulit ꝙ inuito ipo appel
lato pōt appellās ipetrare cām cōmitti extra curiā q2 eſt
quid imputet̃ appellato quare a pꝛīcipio ñ approbauit
appellationē. iō nūc inuitū appellārē ī curia cāꝫ tractare
ñ coget. dixit tñ h imol. ⁊ ſequūtur alij ꝙ d̓ uolūtate ap
pellantis cā poterit in curia tractari ⁊ ſic in optōe eiꝰ erit
uel ipetrare delegatos ad ptes uel cām appellationis in
curia tractare. nā h tex. nullā neceſſitatē īponit appellā
ti ut ī ptibus ipetret delegatos gᵒ vꝫ ꝑmittere eiꝰ faculta
ti. ⁊ ſic ſuccedit regl̃a ꝙ q̄ ſūt facultatis nō ſūt neceſſitat̃
l. ñ quicquid. ff. d̓ iud. c. ꝯſuluit. ē. d̓ of. del. gl. nihil hñt.

**Ille deniqꝫ.** Añ inchoatā ꝓſecutionē ap
pellatōis p̄t appellās ſi uult
renūciare appellatōi iuito appellato ⁊ petere ꝙ cā rēit
tatur ad iudicē a quo. ſꝫ tamē cōdēnat̃ in expēſis factiſ ꝑ
alteraꝫ partē occaſione illius appellationis. h. d. uſque
ad verſi. ſane. Nota primo ex tex. ibi uocē appellatio
nis emiſit ꝙ re integra appellans pōt renūciare appel
lationi interpoſite. bal. in. l. ꝑ hanc. C. de tēpo. ap. ibi
de renunciatione appellatōis ⁊ in. l. tale pactū. §. qui ꝓ
uocauit. ff. de pac. in prima repetitione. l. edita in. xij. co
lū. v̄ſi. ſexto opponitur. C. de edēdo. Et illo cāu opat̃
renunciatio nō ſolū reſpectu appellatōis ſꝫ ēt operabit̃
reſpectu nullitatis quatenus incidēter uenit in appella
tione. ita bal. in. l. i. C. de ſen. ex pericu. reci. ⁊ in. l. que
dam mulier per illum tex. ff. fami. herciſ. in. l. tale pactuꝫ
§. qui prouocauit in repeti. ff. de pac. ⁊ dixi in. c. dilecto
ē. eo. Et exquo iſte tex. dicit appellatiōis habetis in
ferre ꝙ cum appellatio tam interponatur ab interlocu/
toria q̄ꝙ a diffinitiua ut uidimus in. c. ut debitus. ē. eo.
⁊ tā ab actu extraiudiciali q̄ꝙ iudiciali ut in. c. bone. ⁊ ibi
uidimus. ē. eo. ⁊ indiffinita equipollet uniuerſali. c. ſi
romanorū. xix. di. ꝙ pōt renūciari tā appellationi ab in
terlocutoria q̄ꝙ a diffinitiua. ⁊ tam appellationi iudiciali
q̄ꝙ extraiudiciali. Et ita uoluit bal. in. l. ſi. C. de tempo.
appel. lꝫ uideret̃ cōtrariū diceñ. q2 uerba debēt accipi in
magis directo ſignificato. c. ſi quē. j. de ſent. excō. l. i. ff.
ſi ager uectig. uel emphi. pet. ideo cū ſub v̓bo ſententie
in dubio intelligamus de diffinitiua. glo. ē in. c. cum oliꝫ
ē. de teſti. in. l. ij. §. biduū. ff. quādo appel. ſit. habetur
in cle. i. de ſent. ⁊ re iud. ubi glo. aliter ſentit. hētur in. c.
cām matrimonij. ē. de offi. dele. ita per uerbū appellatō
nis uidebat̃ ꝙ deberemus intelligere in directo ſignifica
to. ſ. de appellatione a diffinitiua. ⁊ nō ſoluꝫ renunciat
quis appellationi expreſſe renūciādo ſꝫ ēt iudicata emo
logando ſiue ratificando ꝑ ea que habētur in. l. iij. §.
falſus. ff. rem ra. hab. in. l. pe. ⁊ in l. ne in arbitris. C.
de arbi. Et ēt tacite facto conſentiēdo ſnīe per ea q̄ ha
bētur ī. c. quod ad cōſultationē. ē. de re iudi. in. l. ad ſo
lutionem. C. de re iud. ⁊ dixi in. c. ſollicitudinē. ⁊ ſignan
ter ponderādus ē iſte tex. qui loquitur poſt appellatōꝫ
emanatam. nam ante appellationē interpoſitaꝫ pacto
utriuſqꝫ partis bene clarū ē ꝙ poteſt appellationi inter
ponēde renūciari. l. fi. §. fi. C. de tempo. appel. Et ideo
dat cautellam bal. in. c. ueniētes. ē. de iureiuran. ꝙ licet
per ſtatutū appellatio interpoñ. tolli nō poſſit quatenꝰ
uenit interponenda ad ſuperiorem licet ſecus ſi ueniret
interponeñ. ad ipos ſtatuētes uel ſubditos eorum ꝓut
cōiter doc. in. d. c. ueniētes. ⁊ Jo. an. in. c. ſi. ⁊ ibi alij. c.
ti. li. vi. habetur per bar. in. l. fi. ff. de aqua plu. arcē. i. l.
i. §. interdum. ff. a quib. appel. nō licet. in. l. omnes po
puli in. viij. col. ff. de iuſticia ⁊ iure in. l. que ſub condi/
tione. §. fi. ff. de condi. inſti. notat bal. in prima conſtit.
C. § quibus in. l. pro grāma. C. cōmina. uel epiſt. i. l.
fi. C. de ſent. ⁊ interlocu. om. iud. in. l. ſi appellationeꝫ
C. eo. in. l. fi. C. de tempo. appel. in. §. fi. in extrauag.
pacis coſtantie in uerſi. in cauſis. Ange. in. l. i. ff. d̓ re
iud. Albe. in uolumīe ſtatutorum in. ij. pte in queſtione
clxxxvi. bal. i. l. i. ff. de conſti. pꝛinci. ⁊ ibi reprobat ꝙ di
xit bart. in. d. l. oēs populi. Bal. in. l. nec quicq̄ꝙ. §. ubi
decretū. ff. de offi. procō. ⁊ leg. d. Anto. in. c. ſup qōnū.
in prin. ē. de offi. dele. Ludo. de roma in rubrica de arb.
in. xxiij. colū. bal. in. l. preſcriptis in. v. colū. ubi limitat
hanc concluſionem. C. ſi contra ius uel uti. pub. Ang.
in autētica offeratur. C. d̓ lit. conteſ. dixi in. c. paſtoralis
ē. eo. in prin. tamen cautella eſt ꝙ omnis populus ciui
tatis conueniat ⁊ in uiam contractus conſentiat ꝙ non
poſſit appellari ⁊ renuncient tam appellationibus īter/
poſitis q̄ꝙ interponendis. iſto cāu appellari non poterit
per illos de illa ciuitate uel uniuerſitate quia ſtatutum
tranſit in pactum. ita bal. in dicto. c. uenientes. nam licꝫ
tractetur de preiudicio ſuperioris hoc cāſu. tamē q2 nihil
aliud curat iudex q̄ꝙ ut partes conueniant. l. i. §. ⁊ poſt
operis. ff. de oper. no. nuncia. c. fi. ē. de tranſac. iſtud pa
ctum preſertur preiudicio ſuperioris ⁊ quāuis iſta proce
dant in pacto uel etiam in renūciatione ſimplici que fit
interpoſita iam appellatione ut hoc tex. cum appellatō
ni interponende renunciari nō poterit de conſenſu uni
us partis. tantum. ita barto. Ange. ⁊ Imol. poſt glo. ī
l. prima. §. prīo. ff. a quib. appel. non lic. ⁊ faciunt que
in ſimili notantur in. l. prima. C. de pactī. ſi tamen re
nunciatio fieret altera parte preſente licet tacente hñ ex
cluderetur appellatio interponenda. ita rota deciſi. ſua
cclxxvij. que incipit item ꝙ licet appellationi interponē
de. item etiam ſi renunciatio ſimplex fieret ī iudicio. nā
iſto caſu excluderetur appellatio īterponēda lꝫ alia ps

UVA. BHSC. IyR_025

eēt abñs caloꝛe iudicij enī ſuſtinetur denũciatio iſta. ita
glo. cõiter ibi appꝛobata in. d. l. i. §. i. ff. a quib. ap. non
lic. ⁊ faciũt notata in. l. i. ff. de cur. bo. dan. licet bal. nõ
lit eē differētiam inter renũciationē iudicialē ⁊ extraiudi
cialē in. d. l. fi. §. li. C. de tempo. ap. Et ita ēt ſi iuramen
tum interueniſſet de ſtando iudicatis per hoc nõ exclu/
ditur appellatio interponēda. glo. ē nõ. vi. q. iiij. c. qð
bone ⁊ ē tex. ⁊ ibi uidimus in. c. ad hec el ſecũdo. ſ. eo.
Nota ex tex. ibi cognitio delegata ꝙ per delegationē
cāe appellatõis dicit̃ res deſinere eē integra. ⁊ facit glo.
nõ. in. c. ſi a ſubdelegato de offi. dele. li. vi. ubi per actũ
delegatõis ꝑpetuatur iuriſditio de quo tamē in. c. relatũ
ſ. de offi. dele. ⁊ ibi tamē quãtũ attinet ad tex. noſtrum
dicũt doc. ꝙ poſt delegatã cām appellatõis nõ dicit̃ rem
deſinere eē integrã quominus poſſit renũciari appella
tioni. Et faciũt que notat Jo. an. poſt hoſti. in. c. ex con
queſtione. ſ. de reſt. ſpo. ubi delegatio dicit̃ eē pꝛopꝛia ĩ
petrantis donec ea utatur pars ergo poterit illi renun/
ciari ꝑ impetrationē. Et ita in pꝛopoſito noſtro. Et qua
tenus in tex. expꝛimit̃ delegata dicũt hic imol. ⁊ panoꝛ.
ꝙ ſolum impoꝛtat iuris miniſteriũ ad hũc finē q2 dele/
gatione cāe appellatõis facta ſi appellãs petit remitti ad
iudicē a quo dꝫ hoc petere a delegato in cã appellatiõis
dato nõ autē a delegãte ex quo iaꝫ cõmiſſit uices ſuas al
teri niſi eēt talis delegans qui poſſet reuocare ſuã dele
gationē ꝓut ē oꝛdinarius. l. iudiciũ ſoluit̃. ff. de iudi. tũc
bene poſſet ab ipo delegãte peti ut cã remittatur ñ obſtã
te delegatõe. Nota ex tex. ibi cõdēnamus ꝙ ceſſans
ab appellatõe punit̃ in expēſis. Panoꝛ. in. c. dilectuſ el
tertio. de reſcrip. Et ē rõ ſm bal. q2 ex penitētia ꝓſumit̃
cõtra eum ꝙ a pꝛin. temere appellauit. l. deſtitiſſe. l. euꝫ
quē temere. ff. de iud. tamē punietur ſolũ in expēſis q̃s
appellatus fecit ob cām appellatõis ab iſto interpoſite.
⁊ ideo ſi appellatus expendiſſet mittēdo uel ueniędo ad
curiam tenet̃ appellãs ad has expēſas. ita intelligit̃ tex.
noſter ſed ſi expēdiſſet ut faceret pꝛonũciari appellatõꝫ
deſertam cum poſſit appellãs libere deſerere appella
tionē ⁊ pꝛonũciatio appellatõis deſerte ſolum reſpiciat
cõmodũ appellati nõ tenebit̃ ad expēſas huiuſmodi ap
pellãs. ita rota decis. ccccxx. que incipit itē ſi a diffinitiua
quod intelligit hic Jmol. uerũ niſi in iudicio deſertionis
appellans impugnaſſet appellatũ q2 ex quo ĩ eo iudicio
fecit ſe partē ⁊ uoluit impedire ne ꝓnũciaret̃ appellatio
deſerta uidet̃ dediſſe cām his expeñ. ⁊ ideo ad eas cõdē
nari poterit uno tamē cãu renũciãs appellationi nõ te/
netur ad expēſas qñ renũciat fatēdo perſonaꝫ iudicis a
quo eē bonã. Et ideo ꝙ libēter reuerteret̃ ad eum ⁊ q2
nõ ex ꝓpoſito grauauit uel et pꝛius reuocari grauamē
illo cãu cũ nõ fateatur de appellatione ſe penitere nõ cõ
dēnabitur ad expēſas ita Jo. an. d. anto. ⁊ imol. hic. itē
alio cãu qñ habuiſſet iuſtã cām appellandi ſi poſtea re
cedit ab appellatione re integra non tenetur ad expen/
ſas per ea que notãtur in. c. cum ueniſſent. ſ. de eo qui
mit. in poſſ. in. l. qui ſolidum. §. etiã. ff. de leg. ij. maxie
per Bar. Glo. in uerbo partis alterius in fi. habetis
ex glo. rationē quare appellatus nõ poteſt cõtradicere
ne appellans renũciet appellatõi ⁊ glo. bene loquit̃. iteꝫ
rõnem quare appellans poſſit renũciare que ſimiliter ē
bona: Facite ergo regulam ſm tex. noſtrũ. iuncta gl.
ꝙ appellans poteſt renũciare appellationi ⁊ reuerti ad
iudicē a quo. Fallit pꝛimo quãdo eēt appellatum ĩ ta
li cã que de natura ſui deberet tractari ĩ curia ut uidim⁹
in. c. ut debitus in fi. ſ. eo. nam tunc nõ poteſt appellãs
renũciare appellationi ad curiam interpoſite. ita. d. An
to. ⁊ imol. hic notat hoſti. in. c. fi. j. de crimīe falſi. Se
cũdo fallit in beneficialibus quia cum per appellationeꝫ
interpoſitam debeant eoꝛum cāe tractari in curia. c. quã
uis. c. ſi poſtquaꝫ de elec. lib. vi. dixi in. c. nicolao. ſ. eo.
huic appellationi non poteſt renunciari niſi utraqꝫ pte
cõſentiēte tex. eſt. in. c. quãuis ibi partibus de elec. lib.
vi. Et tenet hoſti. in dicto. c. fi. Glo. tamē tenet cõtrariũ
in dicto. c. quãuis. ⁊ dicit hic imol. glo. iſtam debere ſer/
uari in pꝛactica. Tertio fallit poſt appellationem ſu
perioꝛi pñtatam. nam illo caſu ne imputetur ſuperioꝛi
non poteſt appellans appellatõi renũciare. tex. ē in. c.
bone el ſecũdo vſic. nec nocebat. ſ de poſtula. pꝛela. Et
faciũt que notat barto. in. l. ſiquis libellos. C. eo. dũ al
legat. c. i. eo. ti. li. vi. ⁊ uoluit Jnno. in. d. c. fi. Jn cõtra
riuꝫ ē hic tex. ibi delegata ergo ſi fuiſſet ꝓſentata dũmõ
non delegata poterit renũciari ⁊ tenꝫ hic imol. Quar
to fallit poſt appellationē a partibus receptam. naꝫ tũc
nõ poterit ab ea recedi niſi de conſenſu partium ⁊ ſic ſo
la renũciatio appellantis nõ ualebit. ita Panoꝛ. hic ⁊ fa
ciunt que notat bal. in. l. poſtꝙ̃ liti. C. de pactis ⁊ uoluit
inno. in. c. ex parte s circa pꝛin. ſ. de reſcript. quicquid
dicat hic imol. Quinto fallit ubi cauſa eēt cepta coꝛaꝫ
iudice ad quem quia ſaltem emanaſſet citatio. ita arch.
ij. q. vi. c. ſiquis libellos. ⁊ ita. d. anto. ⁊ imol. h. Sex
to fallit ubi eſſet aſſignatus terminus appellatõni pꝛoſe
quende per iudicem a quo. nam tũc cum aſſignatio ter
mini habeat uim citatõis. c. ſepe. ſ. eo. idem erit ꝙ in ca
ſu pꝛemiſſo ut renunciari non põt. ita Arch. in. c. ſiquis
libellos ⁊ imol. hic. Septimo fallit quo ad pꝛeiudiciũ
appellati. nam licet appellans poſſit renunciare appella
tioni ſue tamē quo ad omnē effectum quem ad utilitatē
appellati põt operari appellatio talis renunciatio nihil
ualebit niſi appellatus conſentiat. ita bar. in. d. l. ſiquiſ
libellos. ⁊ imol. hic. Et ideo appellatus ſuper refoꝛma
tione ſentētie inſiſtere poterit nõ obſtante renũciatione
appellantis q2 ex appellatõe hoc ius ē ſibi queſitum. l.
amplioꝛem. C. eo. habetur in. c. ex parte s. ſ. de reſcrip.
Et ideo ſuper expēſis inſiſtere poterit iuxta ea que uidi
mus in. c. ex ratione ⁊ in. c. ſepe. ſ. eo. ⁊ ē bonus tex. in
c. ex parte s. ſ. de reſcrip. ⁊ ideo ſup attētatis nõ obſtan
te renũciatione inſiſtere poterit. d. c. ex parte s. ⁊ iõ ſup
pꝛonũciatione deſertionis coꝛam iudice ad quem inſiſte
re poterit uel etiã ſup confirmatõe ſentētie ꝑ ea q̃ habet̃
in. c. ſi duobus. ſ. eo. in. c. cum contingat. ſ. de offic. de
lega. Contrarium tamē tenꝫ Jo. an. in addi. ad ſpe
cu. eo. ti. §. in quibus vſi. xxxiiij. ⁊ vſi. quid ſi uicti. Et
tenet. d. anto. ⁊ Panoꝛ. hic. tenet ange. in. l. i. §. i. ff. a
quib. appel. nõ licet. ubi cõcludũt poſſe appellantem re
nũciare appellationi inuito appellato etiã quo ad pꝛeiu
dicium ſuũ q2 ē quid ei imputet̃ quare ⁊ ipe nõ appella
uit ſi uolebat cõſequi cõmodum aliquod ex appellatiõe
ſed hanc opi. ſaluat imol. quãdo renũciatio fieret intra
decē dies datos ad appellandum. alias ſi fieret poſt decē
dies non ē quid appellato imputet̃ ſi beneficio. l. frems
nõ appellauit confidēs ꝙ ꝓpter appellationē aduerſa
rij habebit effectum ut obtineat quod intēdit ⁊ facit. l. ſi
poſt moꝛtem. §. fi. ff. de bo. poſſ. cõtra tabu. Octauo
fallit ubicũqꝫ ꝑ appellantē ſua appellatõe ꝓcluditur uia
appellati ut ipe nõ poſſit appellare. puta in cãu. l. fi. C.
quando ꝓuoc. ſ. qñ ꝓpter omiſſaꝫ cõdēnationē expen
ſarum uictoꝛ ⁊ ſic appellatus vult appellationē interpo
ſitam a uicto ꝓſequi. naꝫ ex quo ille appellauit pꝛecluſa
erat uia appellãdi uictoꝛi ꝑ ꝑ omiſſam cõdēnationeꝫ ex
penſarũ. ⁊ iõ cũ poſſit pꝛoſequi ex appellatõe uicti cõdē
nationē expēſaruꝫ non poterit ipe appellare. d. l. fi. iſto
cãu appellante renũciãte nihil nocebit renũciatio appel
lato quo ad has expenſas. ita uoluit panoꝛ. hic ⁊ imol.
⁊ faciunt que uidimus in. c. ſi duobus. ſ. eo. in. c. ſignifi
cauerunt. ſ. de excep. Nono fallit reſpectu iudicis ad
quem. nam in pꝛeiudicium ſuum quominus remaneat
iudex non poterit appellans renũciare appellationi. itē
Barto. in dicta. l. ſiquis libellos. Et ita poſſunt ſaluari
que dicta ſunt in pꝛima opinione tertie fallentie. ſ. poſi
te per tex. ibi allegatum ĩ. c. bone vſ. nec nocebat. cõtrari
um tamē tenēt cõiter hic ſcribētes q2 ꝙ appellans poſ
ſit per appellationem recedere a iudice a quo ⁊ ire ad iu



UVA. BHSC. IyR_025

dicem ad quem inuentum ē in fauorē appellātis. ut hac
glo. ergo ſi renūciat fauori nihil obſtabit quominus poſ
ſit reuerti ad iudicē a quo ⁊ faciunt notata in. c. ex ꝯque
ſtione. ⁊. c. audita ſupra ꝺ reſt. ſpo. Decimo fallit ubi
per iudicē a quo delatum eſſet appellationi. nam appel
lante renūciante nō poſſet tamē reuerti cā ad eum per
ea que habētur in. c. cū appellationibus eo. ti. li. vi. ⁊ ita
rota ubi late diſputat in deciſ. cclx. que incipit ex hoc in
ſurrexit de quo articulo an de conſenſu partium poſt de
latum appellationi poſſit iudex reuocare delationem di
xi in. c. cum ceſſante. ſ. eo. tamē ubicūqʒ dictū ē appellā
tem non poſſe renūciare appellationi inuito appellato
illa procedunt ſi appellati intereſt ut nō renūcietur. al's
ſi appellati non intereſt poterit ſemper renūciari. ita Pa
nor. hic per regulam quia nō ſolent audiri in appellatio
nibus quorū non intereſt. c. non ſolent. ij. q. vi. ergo nec
pro conſeruanda appellatione audietur cuius non inter
eſt. item illa procedūt niſi appellatus impugnaſſʒ appel
lationem quia tunc ſuccedit regula ex eo ꝙ quis impu
gnat ſe iuuare non poteſt. ideo cum appellationi renū
ciauerit nō poſſit ex ea ſe iuuare petēdo ut aduerſarius
in ea perſeueret. ita panor. ⁊ imol. hic p. d. regulā ex eo.
de regu. iur. li. vi. et cautella ē ut approbetur in paſſib⁹
⁊ punctis facientibus pro ſe appellationē ⁊ ecōtra cautel
la ē pro appellante ut appellet in paſſibus ⁊ punctis fa
cientibus contra ſe ⁊ acceptet in partibus faciētibus pro
ſe tunc eīm appellatio parum proderit appellato ut dixi
habunde in. c. ſi duobus. ſ. eo.

**Sane.** In cauſa appellationis ab interlocuto/
ria parte per contumaciaʒ abſente lite n̄
cōteſtata proceditur 'ēt ſi non fuerit conteſtata lis i nego
cio principali. Nota primo ex tex. ibi grauamen ꝙ ſi/
cut in appellatione a diffinitiua procedit lit. nō conte. c.
per tuas ⁊ ibi uidimus. ſ. eo. ita in appellatōe ab inter
locutoria ſiue nō fuerit lis conteſtata in negocio princi/
pali ſiue conteſtata fuerit. Nota ex tex. ibi cōtumacit
abſētante ꝙ id quod dicitur ꝙ in appellatione procedit
lite nō conteſtata illud ē uerum parte abſente per contu
maciam. Et ſic a cōtrario habetis inferre ꝙ ꝑparte pre
ſente lis eēt cōteſtāda ex quo duo notabilia habetis iter
re. Primū ꝙ ubicūqʒ poteſt procedi lit. nō conte. illud i
telligitur uerum parte abſente. ſecus ſi pars eēt p̄ſens.
⁊ de hoc ē glo. ſignanda in. c. per uenerabilē in v. nō ſer
uatum. j. qui fil. ſint legit. quod itellige in cāis nō ſum
marijs ut dixi. ſ. eo. in. c. p tuas. Secūdo habes iferre
ꝙ lʒ in exceptōibus nō ſit lis cōteſtāda. c. prudentiā. §.
ſexta. ſ. ꝺ of. del. tn̄ illō ꝓcedit ſolū in cā pricipali nō i cā
appellatōis qꝛ i cā appellatōis p̄te p̄ſite lis ē cōteſtāda lʒ
appellatio iterponat ſolū ſup exceptōe. ⁊ ē rō differētie
qꝛ ſup exceptōibus i cā principali nō expectat ſnīa diffi
nitiua ſed interlocutoria uel ſine ſnīa ꝓcedit. c. i. ⁊ ibi
nō. ſ. de ordi. cogni. ſecus ē in cā appellatōis qꝛ i cā ap
pellatōiſ ēt ſuper exceptōe iterpoſita expectat ſnīa ſuper
ipa cā exceptōis ⁊ appellatōis. ⁊ talis ſnīa quo ad iudicē
ad quē cū nullā diffinitiuā expectet poſt ſe ſup appella/
tione ſapit uim diffinitiue p ea que hn̄tur i cle. ſi. c. ti. iō
nō mirū ſi in tali cā nō procedit lite nō ꝯte. p̄te p̄ſte. de
quo dicatis ut in. d. c. p tuas. Nō ex tex. ibi cōtumacit
⁊c. ꝙ appellato abſēte p ꝯtumaciā ꝓcedi pōt in cā appel
lationis ad ſnīaʒ ⁊ dicit ꝯtūacit abeſſe uel qꝛ citatus a iu
re i termio iuris nō uenit. c. i. de elec. li. vi. uel citatuſ ab
homie p aſſignationē termini a iudice uel appellāte ſcāʒ
nō uenit. c. ſepe. ſ. eo. itē prope finē anni per menſē ap
pellatione ad curiam interpoſita ſatis dicitur pars ſiue
appellans ſiue appellata abeē per contumaciam ſi i cu
ria pquiſita fuerit ⁊ in locis publicis citata lʒ non fuerit
citata in partibus ad appellationem ꝓſequeri. qꝛ ad cō
ſtituen̄ a teram priuʒ in cauſa appellationis i contuma
cia ſufficit quando ſumus prope finē anni per menſem
citare eam in loco ad quem appellatio fuit interpoſita.

nec debʒ citari i ptibus. ita hoſt. ⁊ Jo. an. hic ⁊ ſequunt
alij. ita Bar. in autētica ei qui. C. de tēpo. ap. poſui i. c.
oblate. ſ. eo. Nō ex tex. ibi iniquitas rōnē quare lite n̄
cōteſtata ꝓcedit in negocio appellatōis qꝛ iniquitas pri
cipaliter arguitur nō tamē p hoc dicatis iudicē eē citan̄.
qꝛ nō dʒ citari iudex a quo p ea que uidimus in. c. cum
ſpāli. §. porro. ſ. eo. Et facit glo. in. c. ſacro in v. ſi cōſti
terit. j. de ſen. excō. Glo. in vbo lit. nō conteſ. habes
ex glo. ꝙ ſuper exceptōe ē lis conteſtanda in cā appella
tōis ⁊ bn̄ loquit qn̄ ſup ipa exceptōe eēt appellatum.
de quo in tex. ⁊ i. d. §. ſexta. Gl. in uerbo rigor habes
ex glo. qualiter cōtra contumacē procedi debeat in cā ap
pellationis ⁊ dixi in. c. per tuas. ſ. eo.

i **Aquiſitioni.** Clauſula appel
latione remota i
medio litterarū poſita reſpicit ſolū p̄cedētia
quibus annectitur. nō autē ſequētia. et hoc
quādo negocia ſūt ſeperata ſecus ſi ſit in ſi. lrārūʒ poſi/
ta qꝛ refert ad oīa. Nota ex tex. ibi tollitur appellatō
ꝙ clauſula ap. re. nō ē ēt hodie ſine effectu qꝛ parit etiā
uarios effectus hodie de quibus in. c. paſtoralis in pri.
ſ. e. ⁊ deducit ex tex. nr̄o. nā ſi clauſula ap. re. nihil opa
retur fruſtra dubitaret papa an extēdat ad p̄cedētia an
ad ſequētia. ⁊ tn̄ h decre. ē poſita poſt decre. ut debitus
p quā uidebat ſublatus oīs effectus clauſule ap. re. ex q°
ergo h repetit de iſta clā. g° ſentit ꝙ ē magni effect⁹ etiā
hodie. Nō ex tex. ibi p̄miſſa iūcto ſi. ꝙ clā i medio po
ſita iter diuerſa capl'a reſpicit ſolū p̄cedētia n̄ ſequētia. ⁊
iō ſi i fine apponat reſpicit oīa ex quo oīa p̄cedūt. Et ſic
hēs ꝙ i dubio dtermiatio refert ad p̄cedētia n̄ ad ſequē
tia de quo in. c. 2° requiris. ſ. eo. ⁊ aliquid p bal. ⁊ imol.
hic ⁊ habet per legi. in. l. ſi ſeruus plurium. §. ſi. ⁊ in. l.
talis ſcriptura. ff. de leg. i.

u **Na.** Appellatio unius prodeſt alteri.
ſi iure cōmuni iuuetur ⁊ ſi idem ne
gociū eadē cā defēſiōis ⁊ eadē ſnīa ſit ꝯdēnati
h. d. Nō ex tex. ibi una ſnīa. ꝙ. l. dicat ꝙ res
int alios acta alijs nō facit p̄iudiciū neqʒ ꝓdeſt. c. cū ſup
et. c. pe. ſ. ti. i. tn̄ qnʒ ſnīa in cā appellatōiſ lata i fauorē
uni⁹ ꝓdeſt alīi interuenientib⁹ requiſitis d quib⁹ i tex. Et p°
ꝙ vna fuerit ſnīa ꝯdēnati iſti plures al's ſm imo. hic lʒ
cā eēt eadē idē fuiſſet iudiciū eadē defēſio ſi ſnīe diuerſe
late ſūt vni⁹ appellatio ⁊ victoria i ca nō ꝓdeſt alijs. et
iō ſm eū ſignātur tex. dicit hic vna ſnīa plurib⁹ ꝯdēnat.
quaſi ſētiat ſec⁹ ſi diuerſ ſnījs. Et pro illa opi. adducit
tex. qui nihil facit i. l. ſi ſepatiʒ. §. ſi. ff. e. Coīt cano.
hic ⁊ bar. ⁊ alij in. d. l. ſi ſepatim tenent contrariū ꝙ ſē
tentiarum diuerſitas nō habet impedire quo minus ap
pellatio vnius proſit ꝯſorti. lit. dūmodo alia requiſita
de quib⁹. j. interueniant. quia tex. in. d. l. ſi ſepatim ge
neraliter loquitur. ⁊ facit. l. ij. C. ſi vnus ex plur. appel.
Secūdū eſt requiſitū ꝙ ſnīa fuerit lata i cauſa appel
lationis. vt in tex. hic. ibi ad appellationis beneficiū. iū
cto tex. ibi illius victoria. qꝛ in cauſa principali ſententia
lata contra vnū regulariter nō nocet alteri. l. i. ⁊. ij. C. ſi
plur. vn. ſen. ⁊ ita nec ꝓdeſt alteri. d. c. pe. ⁊. l. ſepe. ff. d
re. iud. Tertiū eſt requiſitū ꝙ iſti qui uolunt ſe iuuari
appellatione iterpoſita a ꝯſorte iuuētur iure cōmuni ſe
cus ſi iure ſpeciali. puta per in integ. reſt. nam tunc cū in
cauſa in integrū reſti. requirat mādatum ſpeciale. l. illud
ff. de minor. conſors unius lit. nō pōt pro alio conſorte
petere i itegrū reſtitutionē. ita Bal. ⁊ eſt de mente imo.
Et iō tex. hic dicit iure comuni ceteris ſuffraget. ⁊ ita po
teſt itelligi uno modo legēdo litterā. Quartū eſt re/
quiſitū ꝙ ille qui appellauit iur cōmuni iuuetur. nō aūt
iure ſpeciali quia ſi ipe iure ſpeciali iuuaret nō ꝓdeſſet
alijs etiā iure ſpeciali ſūgētib⁹. puta in bn̄ficio i itegr reſt.
qꝛ lʒ un⁹ reſtituat n̄ tn̄ ꝓdeſt alīi. cū reqrat mādatū ſpā
le. ut dixi. Quītū ē reqſitū ꝙ elicit ex tex. nr̄o ibi idēqʒ

UVA. BHSC. IyR_025

negociũ ꝙ idẽ ſit negociũ qꝛ ſi diuerſe eẽnt cauſe pro di
uerſis iudicarent̃ ẽt ſi una ſnĩa eẽnt cõpꝛebenſe. l. a ſnĩa
⁊. l. ſi ſepatim. ff. eo. ⁊ iõ appellatio unius nõ ꝓdeſſet al
teri. Sextũ ẽ requiſitũ ꝙ eadeꝫ ſit cã defenſionis que
uni ꝯpetit ẽt alij cõpetat. ut in tex. ibi eadẽ cã defenſiõis
⁊ ideo ſi diuerſa uia plures coꝛrei uel ꝯſoꝛtes litis ſe defẽ
derent unius appellatio nõ ꝓdeſſet alij. ⁊ ẽ tex. clarus
in d. l. ſi ſepatim in fi. Septimũ ẽ extra tex. noſtrum
requiſitũ ꝙ ille alius qui nõ appellauit nec tacite nec ex
pꝛeſſe ſnĩam appꝛobauerit. qꝛ ſi appꝛobaſſet non ꝓdeſ
ſet ei appellatio ꝯſoꝛtis ꝑ ea que habent̃ i. c. quod ad cõ
ſultatõem. ẽ. ti. pꝛoxi. ⁊ in. l. ad ſolutõem. C. de re iud.
non enim poſſet ipſe appellare poſt appꝛobationẽ. d. iu
ribus. ergo nec aliquis pꝛo eo. ⁊ ita bar. in. d. l. ſi ſepara
tim. ⁊ doc. hic. Octauũ ẽ requiſitũ ꝙ iſte appellãs ſciẽ
te ꝯſocio appellauerit. nam tũc pꝛoderit appellatio huic
ſcienti. ſecus ſi ignoraſſet appellatũ fuiſſe a ꝯſocio. quia
ꝯſocij appellatio nihil pꝛodeſt ei. non eniꝫ põt ſe excuſa
re dicendo ꝙ fretus appellatione ꝯſocij nõ appellauit, ex
quo eã ignoꝛabat ita bar. in. d. l. ſi ſepatim circa fi. ⁊ gl. ĩ
l. ij. §. i. ff. eo. ⁊ ita imo. hic. Et ideꝫ quod dicimus dẽ
appellatione dicimus ⁊ de nullitate. ut ſi contra plures
ꝯſoꝛtes litis ſit lata una ſnĩa quã unus eoꝝ dicat nullã
interuenientibus alijs requiſitis de quibus hic in cã appel
lationis talis nullitatis intentatio ꝓderit ꝯſoꝛti. ita bal.
poſt Ci. in. l. i. C. ſi unus ex pluri. quod tamen dixit ue
rum in ſnĩa ſecus aũt ſi unus ex pluribus cõſocijs aget
de nullitate ꝯtractus. Et quod dicit̃ hic de uno cõſoꝛ
te appellante ꝙ pꝛodeſt alijs eius uictoꝛia. ita econtra ſi
plures ꝯſoꝛtes litis obtinuerũt ſnĩam ꝯ unũ ⁊ ille appel
let aduerſus unũ tñ ex ꝯſocijs ⁊ obtineat uidet̃ appella
tũ ꝯtra oẽs interuenientibus alijs requiſitis de quibus. ẽ.
⁊ ita uno uincẽte hoc cãu ꝯtra ꝯdẽnatuꝫ ꝓderit ſnĩa ali
is ꝯtra quos nõ ẽ appellatũ. ita bar. in. d. l. ſi ſepatim ĩ
fi. ⁊ ita imo. hic. ⁊ uſqꝫ adeo dictis cãibus appellatõ uni
us ꝓdeſt alteri ꝙ ſi ipſe appellans renũciauerit appella
tioni tñ alij qui nõ ꝓſequebant̃ appellationeꝫ nec appel
lauerãt nõ patient̃ pꝛeiudiciũ ex hac renũciatõne ⁊ pote
runt appellationẽ ꝓſequi. ita ſpec. eo. ti. §. i. vſ. ſꝫ quid
ſi ille. ⁊ ita doc. hic. glo. nihil habẽt difficultatẽ.

# Iuſtus.

Non ualens coꝛam iudi
ce ratiõe metus appella
re põt cãs appellatõis in abſẽtia ꝓteſtari ſcḋm
foꝛmã hic deſcriptã. ⁊ habebit̃ pꝛo appellan
te. h. d. Nota pꝛio ex tex. ibi iuſtus metus. ꝙ iuſt⁹ me
tus excuſat appellantẽ ſi nõ appellet i pñtia iudicis. ⁊ iu
ſtus dicit̃ metus arbitrio iudicis. ita Inn. in. c. cum dile
ctus. ⁊ ibi alij. ẽ. qd me. cã ⁊ bal. in his terminis i. l. ij. C.
de his qui ꝑ met. iud. nõ appel. ⁊ dicit̃ iuſtus ẽt ſi oꝛtus
fuerit ob cãꝫ appellãtis qꝛ iudex eũ hꝫ odio. ita hoſti. hic
per tex. in. l. nec timoꝛẽ. ff. qd met. cã. ⁊ faciũt que habẽ
tur in. c. ij. ẽ. quod me. cã. ⁊ in. c. ueniẽs el. ij. ĩ. de ſpõſ.
⁊ tripliciter incutit̃ metus circa appellationẽ. qñqꝫ a iudi
ce qꝛ iudex ẽ terribilis ꝯtra appellantes a ſnĩjs ſuis. ⁊ de
ꝓbatiõe huius. ĩ. ſtatim dicam. tũc iſte metus dicit̃ iuſt⁹
l. i. ⁊. ii. C. de his qui per met. iud. l. de pupillo. §. ſiquiſ
ipſi. ff. de op. no. nũci. Secũdo dicit̃ iuſtus metus qui in
fertur a partibus uel ꝯſanguineis partium. c. conſtituti.
el pꝛio. ẽ. de teſt. Tertio dicit̃ iuſtus qui incutit̃ a l. ſtatu
taria. puta quia per ſtatutum imponit̃ pena appellanti
in certa pñia. nam tunc iuſtus ẽ metus qui a ſtatuto in
cutitur. ⁊ faciunt que notat bar. in. l. creditoꝛ. in fi. pꝛin.
ff. de ſolu. bal. in. l. falſus in ii. col. C. de fur. in. l. omneꝫ
C. ad tertul. ⁊ notat imo. in. l. heres meus. §. qd i frau
dem. ff. de condi ⁊ demõ. hoſti. in. c. i. ſupꝛa de off. del.
ita hec tria dicta ponit hic Io. an. ⁊ ſequunt̃ alij. No
ta ex tex. ibi uel ſi habere. ꝙ ante omnia debet requiri
pꝛeſentia iudicis a quo ſi haberi poteſt ad hoc ut coꝛam
eo interponat̃ appellatio. alĩs interponi poterit coꝛaꝫ ho
neſtis perſonis pꝛoteſtatio quedaꝫ que ſuccedat loco ap
pellationis. facit tex. in. l. ij. C. de his qui per met. iudi.
Nota ex tex. ibi conteſtatione ſuper hoc. ꝙ parte nõ
ualente appellare coꝛam iudice a quo interponit̃ ꝓteſta
tio coꝛam honeſtis perſonis. ⁊ ſic habetis ꝙ ille honeſte
perſone non ſunt tanꝗ̃ iudex a quo. nec aliquid iudicia
le habent quia tex. uocat hanc pꝛoteſtatõem ꝯteſtatõem
ex quo ergo uocat ꝯteſtatõem pꝛeſupponit ꝙ illa appel
latio nõ ẽ iudicialis nec ꝓpꝛie appellatio. quod facit ad
ea que infra dicã. ⁊ nõ tex. ibi ſuper hoc. qꝛ ⁊ ſi ꝓteſtatio
illa principalr̃ ſit ⁊ ꝯtinet ꝙ ꝑꝑ metũ ñ põt haberi pñtia
iudicis qꝛ cã iſta uel alia quare nõ appellat in pñtia iudi
cis dꝫ in appellatõe expꝛimi. ut in. l. ij. ubi ſalic. C. dẽ his
qui ꝑ met. iudi. nõ appel. ⁊ hic. tñ iſta ꝓteſtatio nõ ſuffi
cict ad ꝓbãdũ metũ. fit enim ſolũ ut ipediat curſũ. x. die
rum ⁊ ne ſnĩa trãſeat i rẽ iudicatã. iõ de metu poſtea pꝛo
bandũ erit ad iuſtificandũ ꝓteſtationẽ. ⁊ uoluit lap. alle
gatiõe. xxxix. ꝙ iſto caſu ꝓbatões debẽt ſaltem ſũmarie
fieri de metu uel ipedimento pꝛeſtito ꝑ iudicẽ ne appella
ret. ⁊ debẽt eẽ ꝯcludẽtes ille ꝓbatiões met⁹ ut ꝯcludant
iudicẽ ſolitũ facere talia ꝯ appellãtes. item ꝯcludere dꝫ ꝙ
iniuſte ſolꝫ talia facere. ſecus ſi iuſte. itẽ ꝯcludere ſufficit
ꝓſumptiue ꝙ ꝓpterea nocuit iudex illi uel illi qꝛ ab eo ap
pellauerãt uel affinib⁹ ſuis uel ꝯiũctis. d. l. heres meus.
⁊ q̃ dixi i pꝛio nõbili ꝓpꝛie. idẽ ſi familiã hꝫ ⁊ ſatellites qui
ſolẽt talib⁹ uiolẽtias iferre. l. fluminũ. §. ꝗ̃ꝗ̃. ff. de dã. i
fec. ita. d. an. hic cũ eiꝫ ꝯſiſtat hoc i aio quare noceat do
lus iſte ſatis ꝓbabit̃ ex ꝯiecturis. c. i. de renũ. li. vi. l. do
lũ. C. de dol. ita bar. in. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. ff. de
op. no. nũcia. ⁊ ibi imo. ⁊ ita bal. ⁊ ang. in. l. ij. C. de his
qui ꝑ me. iud. ñ app. Nõ ex tex. ibi. ĩ. ipſe ꝙ cũ ꝓteſta
tio illa que fit coꝛã honeſtis uiris ſuccedat loco appellatõ
nis ut ꝓpꝛie dixi. iõ dꝫ iterponi. ĩ. x. dies qui dant̃ ad ap
pellandũ. ⁊ facit tex. in. l. ij. C. de his qui ꝑ met. iud. et
iõ ex quo ſapit appellationẽ illa ꝓteſtatio licꝫ cautum ſit
ceſſante metu denuo appellare. nõ tñ ẽ neceſſariũ qꝛ illa
ꝓteſtatio ſufficiet i loco appellatiõis. utile bñ erit iterare
appellationẽ. i. d. l. ij. ſꝫ ñ neceſſariũ. ⁊ pꝛedicta tene mẽ
ti qꝛ idẽ erit oĩ caſu i quo ꝑꝑ abſẽtiam iudicis ſufficit ꝓte
ſtari loco appellatõis. bal. i. d. l. ij. C. de his qui ꝑ me. iu
dicis ñ appellãt. dicẽs ꝙ ex quo ꝓteſtatõ iſta ẽ ſoꝛtita ſuũ
effectũ qꝛ ſucceſſit loco appellatõis ñ ẽ neceſſe ãplius ap
pellare. ⁊ fac̃ qd nõt bart. i. l. dẽ pupillo. §. ſiqs ipſi. ff. de
no. op. nũ. iterũ op. i p⁹ eius mẽbꝛo dũ dicit ꝙ qñ agit̃
de iure q̃ſito ꝯſuãdo ꝙ ſiqs ꝑ metũ ipedit̃ ſufficiat ſemel
ꝓteſtari. nec poſtea ceſſãte ipedimẽto iterãda ẽ ꝓteſtatõ
d. an. ⁊ imo. tenẽt ꝙ imo ſit necẽriũ ceſſãte ipedimẽto ap
pellare. mouent̃ ꝑ nõta ꝑ bart. i. d. §. ſiqs ipſi. ⁊ facit q̃
uult idẽ. d. an. i. c. ex rõe i pe. col. ẽ. e. gl. in. c. cupientes
§. iſup de elec. li. vi. i regla ipūtari dẽ reg. iur. li. vi. arch. ĩ
c. apud. xxiij. q. i. i. c. i. §. i ⁊ ibi Ioã. an. ne ſede uacan
te li. vi. facit. l. ij. C. ſi aduerſus delictũ. l. ij. C. i quibus
cãis i integ. reſti. nõ ẽ neceſ. aluarotus in. c. i. quo tpe mi
les. ⁊ hãc declaratõeꝫ ad decretalẽ iſtã ⁊. d. l. ij. dic̃ ang.
dẽ are. i. l. i. §. libelli i. ij. col. ff. e. ſingl̃r̃m ſi ẽ ṽa mihi plꝫ
pꝛia opi. ꝙ ñ ſit neceſſe appellare ꝑ rõeꝫ bal. ad ꝯria fa
teoꝛ ꝙ excuſat⁹ ꝑ ipedimẽtũ ne aliqd faciat ceſſãte ipedi
mẽto dꝫ illõ facere. ueꝝ ẽ niſi lex ꝓcedat ulteri⁹ diſponẽ
do ⁊ ſurrogãdo aliõ remediũ ipſi impedito loco illius ĩ
quo ipedit̃. put hic ꝓteſtatio loco appellatiõis ſurrogat̃
a iure. Nõ ex tex. ibi bonoꝝ uiroꝝ. ꝙ ꝓteſtatio dꝫ fie
ri coꝛã bõis uiris. ⁊ dixit bal. ꝙ optimũ erit lꝫ ñ necẽrium
poti⁹ ꝓteſtari coꝛã aliquo iudice diuerſi tribunal̃ ꝗ̃ coꝛaꝫ
pꝛiuato. ita bal. i. d. l. ij. ⁊ ex quo tex. ille utit̃ nũero plali
uiroꝝ uꝫ iferre ꝙ ſaltẽ duo eẽ debẽt. reg. plural̃. de reg.
iur. li. vi. l. ubi nũerus. ff. dẽ teſti. faciũt nõta ꝑ Io. an. ĩ
c. ut circa i ṽbo lr̃is ⁊ i ṽbo ꝓhibeat. de elec. li. vi. ⁊ ſic uꝫ ĩ
ferre ꝙ un⁹ bonus uir ñ ſufficeret. ſpec. i ti. de ſcḋo dcre.
§. nũc de effectu. vſ. ſꝫ nũquid i ti. de iſtr. edi. §. nũc ueꝝ
vſ. ſꝫ pone. tꝫ ꝙ ſufficiet ꝓteſtationẽ factã fuiſſe coꝛã duo
bus teſtib⁹ ⁊ tabellione. ⁊ tꝫ lappus allegatione. xxxix. in

UVA. BHSC. IyR_025

contrariū facit hic tex. dū dicit bonoꝝ uiroꝝ. ⁊ ſic ñ ſuffi
cit pñtia teſtiū. ⁊ facit tex. in. d. l. ij. ⁊ tenēt cōiter ſcrib. hic
⁊ ibi bene fatent̃ ꝙ unus bonus uir cū pñtia tabellionis
⁊ teſtiū ſufficiet. Glo. in uerbo excuſat in fi. habetis ex
glo. ꝙ qui per metū deſiſtit ab appellādo habet̃ pro ap
pellante dūmodo proteſtet̃. ⁊ ſubijcit hic bal. idem eē ſi
de furore populi dubitās ñ appellaret. Habetis aliud
ꝙ ad hoc ut impedimentū excuſet īpeditū neceſſaria ē ꝓ
teſtatio de impedimēto. ⁊ ita tꝫ gl. in. c. i. ⁊. c. plerūqꝫ. ē.
de reſcrip. ⁊ in. c. cupiētes. §. ꝙ ſi ꝑ. xx. in ú. ꝓpoſito de
elec. li. vi. tꝫ bar. in. l. qui ꝯmeatum. ff. de re mili. i. l. uni
ca. §. dies. ff. qñ appel. ſit in. l. ij. §. quod diximus. ff. ſi
quis cau. bar. ⁊ imo. in. d. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. in
contrariū faciunt que habent̃ in. l. queſitū. ff. de re iudi.
in. c. cū bertoldus. ē. ti. proxi. in. c. querelā. ē. de ꝓcur.
ubi imo īpedimentū excuſat nec requirit̃ ꝓteſtatio. imo.
hic facit tria mēbra. qñqꝫ impedimētū ꝓuenit facto iudi
cis tertij uel aduerſarij. declarādo ut dixi in pꝛio notabili
⁊ tūc nō excuſat īpedimentuꝫ niſi ꝓteſtatio fiat quod eſt
paratus facere ſed ſtat ꝑ impedimentū. ⁊ ita loquuntur
iura in pꝛia pte adducta. Qñqꝫ impedimentū prouenit
ī ꝑſona ptis que hꝫ īplere ⁊ tuuc nō requirit̃ ꝓteſtatio.
⁊ ita loquunt̃ iura in ſecūda pte allegata. puta pte per ī
firmitatē abſētie uel alia iuſta cā. Qñqꝫ īpedimentū ꝓue
nit extrinſecus cāu fortuito ⁊ tūc requirit̃ ꝓteſtatio. ⁊ ita
ꝓcedant que uoluit bar. in. d. l. ij. §. quod diximus. alſ
§. quod ſi quis. panoꝛ. tamē in. c. cum ſicut. ē. de eo qui
mit. in po. tꝫ per illū tex. ꝙ ſi quis impedit̃ facto illius cu
ius intereſt impleri tūc tali īpedimento non currit tēpus
niſi lex ulterius ꝓcedat diſponēdo quod aliud requirat̃
pura ꝓteſtatio uel aliud ſiſe. ita ītelligit tex. noſtrū gl. in
c. qm̄ frequēter. §. ī alijs in uerbo neglexerit. ut lit. non
ꝯte. alr̃ uidet̃ loqui. Gl. ī uerbo corā iudice in fi. hētis
ex glo. corā quo appellatio ſit īterponēda qꝛ pꝛio incipiē
dū ē a iudice a quo ſi eius copia haberi pōt. ⁊ ſic uult gl.
ꝙ appellatio debeat interponi in pñtia iudicis a quo ſi
pōt. alſ nō ualet in abſētia eius īterpoſita. ⁊ ꝯcoꝛdat gl.
in. c. appellatio. e. ti. li. vi. in cle. i. e. ti. in uerbo maioꝛi.
in. c. ſuggeſtū. lꝫ prius recitet opi. ꝯtrariā. ē. c. ⁊ ꝓ illa ē
bonus tex. hic arguēdo ex oꝛdīe littere. ut dicit glo. ⁊ ī. c.
ut debitus ibi corā illo. ē. eo. ti. in. c. biduū. ij. q. vi. ī. l. i.
§. dies. ff. qñ appel. ſit. ⁊ ita tꝫ panoꝛ. in. d. c. ſuggeſtū. ⁊
ita imo. hic. tenet rota ubi diſputat ī deciſ. ccclxxij. que ī
cipit. itē ſi appellet̃ a diffinitiua. tꝫ gemi. in. d. c. appella
tio. ⁊ ang. in ꝯſi. ccxxvi. quod incipit. in xp̄i noīe amen.
tꝫ bal. in. l. aptiſſimi. C. de iudi. lꝫ contrariū teneat ⁊ ma
le. Inn. in. c. dilectus. ē. eo. archi. in. c. ſi. eo. ti. li. vi lap
pus allegatōe ſua. xxxix. Sed nūquid ſi plures ſimul
iudices ſint a quibus appellet̃ debebit corā oibus appel
lari. ⁊ dic ꝙ ſatis ē ꝙ a maioꝛi pte ſiue ſimul ſiue ſepara
tim fuerit appellatū in pñtia coꝝ. ⁊ ſi nō ē dare maioreꝫ
ptem puta qꝛ ſint duo tm̄ tūc corā utroqꝫ dꝫ appellari ſi
ue ſimul ſiue ſepatim. cle. i. eo. ti. ⁊ ibi cardi. alſ perinde
ē ac ſi nō poſſet haberi copia iudicis qñ maioꝛ ps iud cū
haberi nō pōt neqꝫ ꝯiunctim neqꝫ ſepatim. ita cardi. in
d. cle. i. ⁊ bal. in auctētica hodie. C. eo. nō tamē requirit̃
ꝙ in pñtia ptis appellate fiat appellatio. ſed bene debet
ſi eo abſēte fiat ei intimari. de. cām de elec. ⁊ ibi habet̃ et
d. cle. i. e. ti. ⁊ ē ratio dꝛe quare pñtia iudicis a quo requi
rit̃ et non ptis. qꝛ ī appellatōe de emēdādo facto iudicis
agit̃. ita ut deferat̃ honoꝛi iudicū. ita Io. an. in mercu. ī
c. ī generali de reg. iur. li. vi. ⁊ lap. in. d. allegatōe. xxxix.
nec ēt ē neceſſaria pñtia iudicis ad quē. ſed ita demū re
quirit̃ cāu quo nō poſſit haberi copia iudicis a quo l. i.
§. ſi quis. ff. qñ app. ſit. ⁊ tenete menti ꝙ ſm̄ Inn. hic ⁊
imo. ⁊ per illū tex. ſupplet̃ tex. noſter dū uult ꝙ ubi non
pōt haberi copia iudicis a quo poſſit appellari coraꝫ ho
neſtis ꝑſonis qꝛ illud ē ueꝝ ſed prius anteꝙ ueniatur ad
honeſtas ꝑſonas debꝫ uideri ſi pōt haberi copia iudicis
a quo ⁊ poſtea iudicis ad quē. et corā eo īterponēda erit

appellatō. Io. de ana. et ang. de aretio in. l. cū quidā
in fi. ff. eo. tenēt ꝙ imo nō ſit neceſſariū adire iudicē ad
quem hoc cāu. ſed ſatis ē ꝓteſtari corā honeſtis ꝑſonis
ut hic ⁊. d. l. ij. ⁊ ita uidet̃ ſentire recte ponderāti Inno.
hic. Colligatis ergo ex predictis remediū qñ grauatus a
iudice ñ audet ꝑꝑ metum iudicis uel alias appellare co
rā iudice a quo quod ꝓteſtet̃ corā honeſtis ꝑſonis grauā
tus ꝙ ꝑꝑ timoꝛē iudicis ñ poteſt appellare exprimendo
cās timoꝛis. ⁊ hoc. ī. x. dies cū ſuccedat loco appellatiōis
ut glo. hic ⁊ in. d. l. ij. Aliud ſecundū remediū ē qđ intra
decē dies appellet coram honeſtis ꝑſonis ut hic. d. an. ⁊
alij. tertiū remediū ut appellet coram iudice ad quē. l. ij.
§. dies. ⁊. §. ſi quis. ff. qñ app. ſit. §. biduum. uſ. ſi quis
ubi gl. ij. q. vi. quartū itineris arreptio. de quo in. c. dile
cti. in. c. meminimus. ē. eo. ita ang. de aretio in. d. l. cuꝫ
quidā. Ex his dicerē ergo poſſe concoꝛdari ꝯtrarieta
tes de quibus proxie dum dictū ē ꝙ ſi non pōt ꝑ metuꝫ
appellari coram iudice a quo dꝫ adiri iudex ad quem et
poſtea honeſte perſone. qꝛ aut querimus in uiam appel
lationis ut in ſecūdo remedio et dꝫ prius adiri iudex ad
quem ꝙ honeſte ꝑſone qꝛ appellatio directo dirrigatur
ſibi ⁊ eius officium imploꝛat. Aut in uiam proteſtatōnis
ut in pꝛio remedio ⁊ ex quo iura aliud non requirunt ſa
tis erit ut fiat coram honeſtis perſonis. Sꝫ opere pre
ciū ē ſcire quādo dicat̃ nō poſſe haberi copia iudicis. et
clarū ē ꝙ metu uel cāu interueniēte uel alio impedimēto
iuſto dicit̃ nō poſſe haberi copia ita ut ſufficiat ꝓteſtatō
de qua hic. ita hic imo. ſuper glo. pꝛia ⁊ faciūt que ibi di
xi. tñ iuriſcōſultus latius loquit̃ ī. l. i. §. dies. ibi at eiꝫ ⁊c.
ff. qñ ap. ſit. ⁊ glo. in. c. appellatio. ⁊ in. c. ab eo eo. ti. li.
vi. declarant qꝛ copia tunc dicitur haberi iudicis qñ in lo
co congruo iuri reddendo uel publico ꝯgruis tēpoꝛibus
iudex queſitus nō inuenitur. ⁊ ſic neceſſe non ē eum que
rere in domo uel ī camera uel in oꝛtis. d. iuribus. lappus
nō. d. allegatōe. xxxix. tamen ſi eēt ſolitus audire cās in
domo uel ī camera deberet ēt queri ī camera uel domo.
ita bart. in. d. §. dies. ⁊ ibi glo. in. d. c. cupiētes. §. quod
ſi ꝑ uiginti in uerbo ꝓpoſita. ⁊ ī ſimili de nocte iudex re
quiri nō dꝫ. § ſedebūt ī auctētico de iudi. c. ꝯſuluit. ⁊ ibi
hētur. ē. de offi. del. ⁊ bar. et imo. ac lud. in. d. §. ſi quis
ipſi. tñ ſi eēt ſolitus audire cās de nocte hoc ſatis eſſꝫ ut
tūc requireret̃. ⁊ lꝫ ps non artet̃ requirere iudicē niſi ī lo
co publico tñ ſi requirat in loco priuato dūmō honeſto ⁊
cōgruo qꝛ alijs negocijs iudex nō eēt multū īplicitus poſ
ſet ibi appellari. ita gemi. in. d. c. ab eo. niſi cāu quo uiua
uoce incōtinēti appellat̃ poſt diffinitiuā qꝛ tūc de neceſſi
tate ē appellañ. iudice ſedēte ꝓ tribunali. ita gemi. ī. d. c.
appellatio. ⁊ facit tex. in. l. i. §. ſi. cū. l. ſeq. ff. eo. ti. et qđ
dicit̃ de appellatōe ut de nocte nō ſit īterponēda niſi ubi
iudex ſoleat audire nō tñ hꝫ locū ī petitōe apꝉoꝛum. gl. ē
in. c. ab eo. in uſ. loco. e. ti. li. vi. que poſſet ītelligi tamē
ſm̄ qđ dicit hic bal. ꝓri. i. niſi iudex eēt ſolitus ſedere de
nocte. Succedit qō an īpedito currat tp̄s illud. x. die
rū ad appellādū. ⁊ tex. noſter ⁊. d. l. ij. de his qui ꝑ met.
ꝑ locū a ſpāli uidet̃ uelle ꝙ nō. nā ſpāle ē hic qñ metu im
pediunt̃ pres ne appellēt ut currat tp̄us niſi ꝓteſtent̃. er
go in ꝯtꝛium erit ius cōe. tñ imo. hic tꝫ ꝙ requirat̃ ꝓteſta
tio in cāu. alſ curret tp̄s ⁊ poſſit ps quocūqꝫ loco de īpe
dimento ꝓteſtari ne currat tp̄s. x. dieꝝ. ꝑ tex. in. c. paſto
ralis. §. ſi. ē. de offi. oꝛd. lꝫ bar. teneat ꝯtꝛium in. d. l. i §.
dies. ang. ꝯſi. cccxxviij. incipiēte. in dei ⁊c. ex facto ꝓpoſi
to. ⁊ panoꝛ. in. c. cū ſicut. ē. de eo qui mit. i poſſ. in ſimili
ſꝫ poſito ꝙ ps appellet ī abſētia iudicis a quo ⁊ partis ad
uerſe an debeat dare copiā appellatiōis ꝑ ſe īterpoſite ſi
ue ꝓteſtatōis de qua hic. ⁊ ꝯcludit. d. an. ꝙ parti dari ñ
dꝫ qꝛ ex quo inſtrm̄ appellatiōis nō ē in iudicio ꝓductuꝫ
nō dicit̃ eē cōe. ergo nō erit dāda copia pti. ꝑ ea que ha
bent̃ in. c. i. ē. de ꝓba. imo. hic tꝫ ꝯtꝛium qꝛ reſpectu con
tēti hoc inſtrm̄ ē cōe. ideo dꝫ dari copia pti. e. g. ꝑpetuus
ſupra de fi. inſtr. ⁊ ibi nō. iudici aūt a quo ſi appellatuꝫ ē

UVA. BHSC. IyR_025

a diffinitiua ex quo omnino teneꝛ deferre ⁊ regulariter
cā non ē exprimenda appellationis non ē danda copia
appellationis ad eū inſtruendū qꝛ hoc ē ſuperfluum cuꝫ
omnino teneaꝛ deferre. c. i. eo. ti. li. vi. in appellatōe aūt
ab interlocutoꝛia uel ēt a diffinitiua in caſibus exceptis ī
quibus requiriꝛ expreſſio cāe bene copia eſt danda iudici
ut infoꝛmeꝛ de cā appellationis. ⁊ ſic ſciat an debeat de
ferre appellationi uel reijcere eā. per ea que notat gemi.
in. c. appellatio. ubi ita diſtīguit. ⁊ in. c. ab eo. eo. ti. li. vi.
Sed nunquid apoſtoli erunt in hac pꝛoteſtatiōe petē
di. ⁊ uoluit ſpecu. in quarta parte eo. ti. §. ſequitur. vſi.
notañ. ꝙ non. ⁊ concludunt bal. ⁊ ang. ⁊ Salic. in. l. ij.
C. de his qui per met. iud. non appel. ꝙ non ē neceſſari
um petere aplõs quia ſolus iudex a quo pōt eos dare. ꝑ
ea que habētur in. c. ab eo ⁊ in. c. ut ſuper. ⁊ in. c. cuꝫ ap
pellationibus. eo. ti. li. vi. ⁊ ideo nec iſti boni uiri nec etiā
iudex ad quem poterit aplõs dare. ergo ab eis nō ſunt
petēñ. ſꝫ cautum ē ut in pꝛoteſtatione ſicut pꝛoteſtatur ſe
impeditū ne poſſit appellare. ita pꝛoteſteꝛ ꝙ libenter pe
teret aplõs ſꝫ eodē ipedimēto reſtet quominꝰ poſſit pe
tere. ⁊ ita imo. Sꝫ an ita ī appellatōe extraiudiciali ſi
cut iudiciali habebit locū hec ꝓteſtatio. ⁊ dicite ꝙ non qꝛ
appellatio extraiudicialis nō requirit pñtiam ptis. iō ea
abñte nō erit neceſſe pꝛoteſtari ſed appellari poterit. ita
imo. hic. quicquid dicat. d. anto. lꝫ in ꝯrrariū faciat tex.
in. c. cuꝫ nobis olim. ubi in pñtia ptium extraiudicialiter
appellabaꝛ. ſ. de elec. ſed ibi ē facti ꝯtingētia nō iuris mi
niſteriū. Quid mō ſi pars ipediaꝛ metu nō ſolū ne ap
pellet ſꝫ ēt ne pꝛoteſteꝛ. qꝛ tanta tirannia ē iudicis ꝙ ps
non audet ſolum nō appellare ſed nec ꝓteſtari. So. di
cit hic bal. ⁊ in. c. ceterū. ſ. de reſcrip. ꝙ talis metus excu
ſabit hūc ſi ñ pꝛoteſtabiꝛ. ⁊ ideo habebiꝛ ꝓ facta. Sꝫ
nūquid debeat itimari appellatio īterpoſita in abñtia. ⁊
dicite ſm card. in cle. cām in pꝛin. in. xxvij. q. de electio.
quicquid dicat ang. de arctio ī. l. ij. §. dies. ff. qñ appel.
ſit. cuius deciſ. ꝯfundiꝛ ꝑ deciſ. rote in nouis. cclxvi. que
icipit. itē ſi appelleꝛ. ⁊ ibi recte ponderāti colligitur rñſio
ad fundamēta ang. diſtiguēdū eēt ⁊ clarius ſm imo. hic.
poſt. d. anto. Aut querimus quo ad ualiditatē ipſius ap
pellatōis ⁊ tūc ſi ē facta in caſu ꝑmiſſo. ſ. cūꝰ non pōt ha
beri copia iudicis ⁊ tūc nulla requiriꝛ intimatio nec iudi
ci nec parti. ita Inn. in. c. dilecti. ſ. eo. nec hꝫ redire pro
aplis. ut ī deciſ. rote pꝛeallegata. Aut querimus quo ad
reuocañ. attentata ⁊ ſic ſuſpendēdā iuriſditōnem iudicis
uel impedieñ. partē ut nō attentet ⁊ tūc dꝫ intimari iudi
ci quo ad eū īpediendū. c. ſi duobus. ſ. eo. ⁊ ēt pti quo
ad cā ipedieñ. cle. i. eo. ti. ⁊ ita rota deciſ. ſua. cccviij. que
incipit. itē ꝙ attentata. Si tñ intimata eēt appellatio pti
ſed nō iudici attentata ꝑ iudicē in utilitatē partis eēnt re
uocāda ſicut ſi eēt intimatio facta iudici. gemi. in. c. non
ſolū. eo. li. vi. lappus allegatōe. xxxix. d. ant. hic. ⁊ in al
legatōe ꝑ lapp. uidete eū ⁊ lappū allegatōe. cxxi. ibi de
foꝛma intimatōis in beneficialibus. de his imo. ⁊ card. ī
cle. i. eo. ti. In cā aūt beneficiali requiriꝛ regľr intimatio
appellatōis. nec ſufficit dari copiā ſed requiriꝛ ꝙ uel ī au
ctentica foꝛma detur copia uel illi ſcriptura ſub auctētica
foꝛma ꝯfecta legaꝛ ⁊ ſimplex copia dimittaꝛ ꝯtra quem
appellaꝛ. ſi tñ copiā auctenticā petierit debebit ei ſub foꝛ
ma auctētica dari. ita rota deciſ. clxviij. incip. ſi in cā bñfi
ciali. dicit quoqꝫ panoꝛ. in. c. cū parati. in fi. col. ſ. eo. ꝙ
ubi ps non ē in culpa quare appellatōꝫ non intimauit iu
dici a quo. puta qꝛ iudex erat nimis ī remotis ꝙ tunc ta
lis appellatio tueꝛ appellātem. ⁊ attentata per iudicem
a quo erūt nulla. Inn. in. c. dilecti. ſ. eo. ꝑ ea que notat
Jo. an. in. c. ad ꝓbandū. ſ. de re iudi. Contrariū tꝫ hic
imo. qꝛ lꝫ ps ſciat appellationē pēdere nō teneꝛ ipſa op
ponere exceptionē iſtam iudici ꝓcedēti in fauorē ſuū ad
utilitatē aduerſarij qꝛ dꝫ eē diligens aduerſarius ut op
ponat ipſe iura ſibi ꝯpetentia. ⁊ facit. c. ſi duobus. ⁊ faci
unt que ibi dixi. ſ. eo. Nec obſtāt nōta in. c. ad ꝓbandū
qꝛ ibi ſpēale ē odio excōicati. ⁊ faciunt que notat panoꝛ.
in. c. ueritatis ſupꝛa de dolo ⁊ cōtu. ⁊ ibi. d. ant. Glo.
fi. nihil habet. Et tandem poſſumus dicere cuꝫ mar
ciali libꝛo quarto epigrāmatum ſuoꝛum ad fi.

Obe iam ſatis eſt. obe libelle.
Jam peruenimus uſqꝫ ad umbilicos.
Tu pꝛocedere adhuc ⁊ ire queris.
Nec ſumma potes in ſceda teneri.
Sic tanꝙ tibi res peracta non ſit.
Que pꝛima quoqꝫ pagina peracta eſt.
Jam ſcriptoꝛ queriturqꝫ deficitqꝫ.
Jam libꝛarius hoc ⁊ ipſe dicit.
Obe iam ſatis eſt obe libelle.

Plurima ſupereſſent huic tractatui appellationuꝫ ad
dēda. cū iura noſtra ſuapte natura ꝯtateneꝛ. que tum
ne uerboſos ꝯmētarios faciā. tum ut alijs materiaꝫ exer
cēdi ingenij dimittā. in magnis eiꝫ uoluiſſe ſatis ē. ꝯſul
to pꝛetereo. ſi quid ꝑ incuriaꝫ pꝛetermiſſum aut ignauia
peccatū. occupatōibus meis nōnunꝙ ēt ibecillitati inge
nij mei aſcribatis. obtuſus eiꝫ ⁊ defeſſus uerboſis repeti
tiōibus quas in 2ᵉ percurrimus. quē expeditā quottidia
nis lectōibus iāiaꝫ habebitis. Non potui expectatiōibus
ueſtris ac deſiderio meo ad plenū ſatiſfacere. Quicquid
boni in hoc ope offendetis ad laudē dei ſit oīpotētis ac
diui ambꝛoſij patris mei. Et hec dicta ſufficiant.

Explicit lectura ſolemnis ſuper titulo de appellationi
bꝰ edita ꝑ reuerēdū ac excellētiſſimū iuris utriuſqꝫ iter
pꝛetē dñm Jo. anto. de ſancto geoꝛgio patriciū medio
lanēſem ſacri palacij apoſtolici auditoꝛē necnō alexādri
num epiſcopum ac referendarium apoſtolicum digniſſi
mū. Impꝛeſſa papie per magiſtrū Antonium de carca
no anno a natali chꝛiſtiano milleſimo quatricenteſimo
octuageſimo octauo nono kalen. ianuarias.

Regiſtrum huius operis.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| a | Pꝛima uacat | incipit | ſindicatu | ciationem |
| b | appellatum | uiſus | li. vi. | ⁊ hoc |
| c | tali | ſite | in. d. §. | in fi. |
| d | iudi. | ceptiōe | ergo | uult |
| e | cere | quirunt | actu | uia |
| f | ciuitatis | c. iſinuāte | iſta | an. in |
| g | habentur | tionem | cognoſcit | que per |
| h | agereturꝫ | ſite | ciali | reſultaret |
| i | non uult | ut reuocet | cium | ſtari |
| k | ſufficit | nō intereſt | ⁊ poſthu | dicta. l. |
| l | ut hoc | executioni | cludetur | and |
| m | in dicto | pꝛincipale | cauſam | in. l. |
| n | gula hētis | ta in. c. | ui. ubi | ceſſit |
| o | l. pꝛolataꝫ | lem ⁊ | pꝛeſes | rubꝛica |
| p | bere | ſupꝛa | lens ʒᵒ | pars |
| q | uēdere | a diffinitiā | eſſet | |

UVA. BHSC. IyR_025

UVA. BHSC. IyR_025

UVA. BHSC. IyR_025

UVA. BHSC. IyR_025

UVA. BHSC. IyR_025

UVA. BHSC. IyR_025

337.

IO.
Antonii
a S.
Gregorio
DE
Appella
tionibus

Biblioteca de Santa Cruz
IyR 25

UVA. BHSC. IyR 025